etiam habent æqualitatis propinquitatem quam prius nominauimus quam propinquitatem æqualitatis habet homo huic inquam æqualitati accidunt octo modi considerationum. Sciendum primo q̄ mixta alia ab homine non habent æqualitatem, ita perfectam sicut homo, quia cū nō habeant formam æque perfectam, nec eis æque perfectæ operationes debentur sicut hominibus, nec debetur eis æque perfecta æqualitas. formæ. n. distinctæ & operationes distinctæ distincta exiguot temperamenta. Et per idem patet q̄ non habent propinquitatem ad æquale ad pondus, quā habet homo secundum similitudinem declaratam & inferius magis declaranda. Nota tamen q̄ licet solus hō cōparatus alijs mixtis habeat hanc æqualitatem, quia perfectiorum est operationum, cuiuscunq; tamen speciei alteri conuenit æqualitas sibi propria, vt infra distinctius ostendetur. Secundo nota q̄ æquale & inæquale dicuntur ad alterū. Ideo quot modis dicitur aliquid æquale, totidem & inæquale. Sicut igitur octo sunt modi æqualitatis, vt infra ostendetur, ita inęqualitatis. Nota ergo tertio q̄ per octo modos æqualitatis non sunt intelligendæ octo species complexionum æqualium abinuicem realiter distinctarum. in vno. n. indiuiduo simul hi omnes reperiri possunt, & idem temperamentum omnibus his modis denominari. Sunt ergo octo modi considerandi complexionem humanam, secundum quos per idem temperamentum corpus idem varijs modis consideratur vel denominatur æquale.

Æqualitatis & inæqualitatis modus octuplex

Aut enim erit secundum speciem cōparatam ei quæ ab ea diuersificatur & est alia ab ea.

Ponit membra diuisionis quæ sunt octo. Primus modus æqualitatis est quando comparaẗ spēs humana speciei quæ diuersificatur ab ea et est alia ab ea. Exempli gratia. hō habet optimam æqualitatem respectu asini vel alterius mixti in hac comparatione comparatur species ad speciē absolute, & non per determinatum indiuiduum. Et hæc est prima consideratio siue primus modus. Sciendum est primo q̄ humana species differt ab alijs substantialiter & accidentaliter, & vtranq; conditionem tetigit Auic. Primam dum dixit diuersificatur. Secūdam dum dixit: & est alia ab eo. Sciendum secundo hunc modum appellari ab Auic. specificum, quia in hoc fit cōparatio speciei ad spēm: & nō indiuidui. Et ex hoc patet sub hoc primo mō æqualitatis cōtineri oīa indiuidua humanæ spēi quātūlibet ægra & lapsa

Hūanæ spēi differentia ab alijs duplex.

Aut secūdum speciem comparatam ei quod est diuersum ab ea ex eo quod est in ea.

Iste est secundus modus. s. cum species comparatur speciei per id quod est in ea. s. per aliquod determinatum indiuiduum. Nota primo q̄ dupliciter possumus humanam speciem alteri comparare. Primo absolute: vt in primo modo. Secundo per determinatum indiuiduum eius, vt dicēdo q̄ homo habet æqualitatem respectu equi & aliorum mixtorum, quia homo optimę complexionis ęqualitatem habet meliorem q̄ aliquod aliorum mixtorum. & hæc consideratio attenditur in secundo modo. Et ideo dixit. Aut erit. s. illa consideratio secundum speciem comparatam ei, quod ē diuersum ab ea. i. diuersæ speciei ab ea, & ex eo quod est in ea. i. per indiuiduum in ea cōtentum. Patet ergo drīa primi ad secundum. Nota secundo q̄ hic modus etiam appellatur specificus, licet enim in hac cōparatione assumatur indiuiduum per illud tñ species comparatur ad spēm. Nota etiā tertio q̄ non necessario illæ duæ æqualitates adinuicē realr distinguunẗ, licet bñ rōne. Homo. n. tēperatissimus, p idē tēperamentū habet ęqualitatē primi, & huius secūdi modi æqualitatis. Ex quo patet secūdū modū æqualitatis a primo absolui nō posse, sed bō ecōtra, sicut prius a posteriori.

Aut erit secundum aliquam partem speciei comparatam ei quod ab ea diuersum existit & est extra ipsam & in eius specie.

In hoc tertio modo comparatur pars speciei plura indiuidua continens ad partem aliam plura indiuidua continentem, vt dicendo homines quarti climatis hñt æqualitatem respectu hominum sexti climatis. Ex quo patet differentia huius a primo & secundo. Patet secundo quare appellatur specificus. in eo enim non comparatur indiuiduum determinatum ad determinatum, vt post patebit.

Aut erit secundum partem speciei comparatam ei quod diuersum est ab ea ex eo quod est in eius parte suæ speciei.

Hic est quartus modus quando. s. comparatur pars plura continens indiuidua ad partem plura indiuidua continente, per determinatum tamen indiuiduum in illa parte acceptum, vt dicendo homines quarti climatis sunt melioris æqualitatis q̄ homines sexti climatis. quia temperatissimus homo quarti climatis est temperatior temperatissimo homine sexti climatis. Ex quo patet hunc modum large specificum denominari posse, quia licet per indiuiduum fiat cōparatio terminatur tamen illa comparatio ad partem plura indiuidua continentem quæ species potest large appellari. Patet secundo q̄ ita se habet quartus ad tertium, sicut se habet secundus ad primum. Et cōsequenter quartus a tertio absolui non potest, sed bene econtra.

Aut erit secundum singulare comparatum ei quod est diuersum ab eo & est extra ipsum.

Iste est quintus modus cum vnum indiuiduum speciei humanæ alteri indiuiduo eiusdem speciei comparatur vt dicendo. sor. habet complexionem quæ est sibi æqualitas respectu æqualitatis complexionis platonis. Omne. n. indiuiduum habet æqualitatem sibi solū ꝓpriā, vt infra patebit. Et ex hoc patet hunc modum esse indiuidualem.

Aut erit secundum singulare comparatū suis dispositionibus quæ in ipso sunt.

Iste est sextus modus. s. dum comparatur idem ad seipsum secundum diuersas dispositiones in diuersis temporibus. s. cum dicimus sor. in iuuentute habere æqualitatem respectu sui in senectute & pueritia. Ex quo patet habitudo huius ad præcedentem.

Aut erit secundum membrum comparatum ei quod ab eo diuersum existit ex eo quod est extra ipsum in corpore suo.

Iste est septimus modus. scilicet dum comparatur vna pars. s. vnius indiuidui ad partem aliam eiusdem, sicut dicimus os habere æqualitatem sibi propriam respectu æqualitatis nerui: & ecōtrario. omne enim membrum habet ęqualitatem sibi propriam solummodo. Ex quo patet oē mēbrū saltem sibi sanum habere ęqualitatem huius septimi modi.

Aut erit secundum membrum comparatum suis dispositionibus in seipso.

Octauus modus est, cum idē membrum ad seipsum cū diuersis dispōnibus repertis vel reperibilibus in eo diuersis temporibus comparaẗ. Et patet etiam q̄ isti tres modi vltimi indiuiduales sunt. Nota etiam vt supra cuilibet speciei alteri a spē humanā competere posse modos æqualitatis proportionalis his modis humanæ speciei attributis. Vt si zafarinus meus esset in principio suæ iuuentutis & esset temperatissimus inter canes, & esset in climate canibus tēperatissimo in ipso inuenirenẗ oēs isti modi. Primo primus modus, si compareretur species canis speciei lacertæ. Item secundus modus, quia temperatissimus canis est temperatior temperatissima lacerta. Item tertius, quia in tēperatissimo climate. Itē quartus quia tēperatissimus canis in tēpatissimo climate reptus. Itē quītus, qa habet ęqlitatē sibi solō mō ꝓp

Zafarinus canis.

priam respectu aliorū canū. Itē sextus, quia habet æqualitatem optimā respectu sui pueri vel senis. Silr & septimus, qa quodlibet mēbrū habet æqualitatē sibi ꝓpriā. Insup octauus quia cerebrum çafa rini nunc iuuenis exñtis optimā habet dispōnem respectu qualitatis: quā habuit in pueritia & quam habebit in senectute. Horum autē modorū æqualitatis talr pōt accipi sufficientia. Quilibet modus æqualitatis, vel est specificus, vel indiuidualis. Si primum, vel ꝑ ipsum cōparamus totā spēm alteri speciei, vel partē plura cōtinentem indiuidua ad partem plura indiuidua continentē. Si primum absolute, & est primus modus, vel per partē: & est secundus modus. Si partem parti, vel ergo totā absolute, & est modus tertius, vel per indiuiduum in illa contentū & est quartus modus. Si indiuidualis, vel per ipsum cōparatur totum indiuiduū ad totum, vel pars indiuidui ad partem. Si primū, vel ad aliud a se, & sic est quintus, vel ad seipsum: & sic est sextus. Si partem, vel ad aliā a se, sic est septimus, vel ad seipsam, & sic est octauus. Cum ergo nō appareant plures modi, quibus aliquid denominetur æquale respectu alterius, non erunt nisi octo modi. Et si qui alij appareant erunt ad istos reducibiles.

Æqualitatis modorū sufficiētia.

Primus modus est æqualitas quæ in homine attendit̃ cōparatione aliorū generatorū, & ē res magnā habens latitudinē quæ diffōne minime pōt cōpræhendi, nec etiā qualitercūq; cōtingat existit, sed inter multitudinē et paucitatem duas obtinet extremitates, ab una quarum cū egressa fuerit non poterit esse humana complexio.

Primo notificat istos modos. Secūdo discurrit per ipsos. secunda ibi. Cum autem. Prima in octo, sicut octo sunt modi. Partes patebunt. Dicit primo ꝙ primus modus est æqualitas, attendit̃ in hōe cōparatione aliorū, & est res hñs magnā latitudinē, quæ diffōne minime cōpræhēdi pōt. nec etiā hic modus æqualitatis existit qualitercunq;. i. cum omni dispōne, sed obtinet duas extremitates multitudinis & paucitatis. ab vna quarū cum hęc qualitas fuerit egressa nō poterit esse humana cōplō. Sciendum primo ꝙ æqualitas huius primi modi notificatur ex quatuor. Primo ex subiecto, cum dicit in hōe. Secundo ex parte suæ latitudinis, cū dr̃, & est res magnā hñs latitudinē. Tertio ex parte cognitionis nrę, dū dixit, minime diffōne. i. determinata notitia cōprahendi potest. Quarto ex parte terminationis, cum subdit duas obtinet extremitates. Quanta autē sit latitudīs distātia illarū duarū extremitatū. s. maximi & minimi gradus cum quibus stare non pōt humana forma seu vita, & qualis sit illorū adinuicem proportio, cognosci nō pōt a nobis, sicut nec determinate scire possumus proportiones elemtorū hōis, aut alterius mixti cōstōnem intrantium, vt in libro de viribus cordis, &. s. cañ. cap. de theriaca. Secundo sciendum ꝙ hic modus habet magnā latitudinē. Primo ex parte suppositorum. sub hoc. n. comprehenditur quilibet homo, siue sanus, siue æger fuerit. Ex parte etiam latitudinis dispositionum cum quibus saluat̃ hæc æqualitas. Saluatur. n. cū omni dispōne cum qua humana forma pōt informare materiam. Ex quibus infertur primo ꝙ non quælibet æqualitas est naturalis dispositio eius cuius est æqualitas: saliē naturalitate cum qua stat sanitas, quāuis forte concedit̃ eā esse naturalem naturalitate cum qua stat vita. v.g. dispō hōis febricitatis est æqualitas primi modi. Patet secundo non solum esse aliquā cōplōnem essentialit̃ perfectiorē aut magis æqualem denominandam, quia sit perfectiorum operationum productiua, sed quia cum ipsa forma perfectior pōt in materia remanere, sicut dispositio reperta in hōe apoplectico appellatur perfectior asini dispōne, eo ꝙ est æqualitas primi modi quæ est æqualitas hōis cōparatione aliorū generatorum, vt supra, quāuis forte non sit meliorum operationum ꝓductiua. Patet tertio hanc consequentiā nō valere ꝑfectiores operationes sufficit ꝓducere cōplō brunelli

Æqualitatis primi mōi notitia q̃drupl̃x

ꝗ̃ cōplō fortis. ergo perfectior est cōplō brunelli ꝗ̃ cōplō fortis. Et ex hoc patet vlterius non solum in relatione ad operationes denominādum esse aliquod temperamentum iustitiale. sed etiam respectu formæ cū tali tēperamento potente informare materiam licet ꝓbabiliter dici possit ꝙ tēperamentum humanum qualitercūq; lapsum semper perfectiorem operationem actu ꝓducit ꝗ̃ tēperamentū alterius mixti quantūcunq; perfectum actu cū semper cōseruet humanam formam. & quādiu est hæc perfectior est operatio. Ex his oībus patet vlterius absolute negandum esse tantā esse latitudinem sanitatis quanta est latitudo vitæ, nisi forte per latitudinem hanc intelligat̃ latitudo durationis. Ad quē sensum pōt concedi ꝙ alicuius indiuidui vt morientis morte naturali tanta potest esse latitudo sanitatis quanta est latitudo durationis vitæ. Non tamen tanta est latitudo dispositionum, quia latitudo vitæ tanta est quanta est latitudo primi modi æqualitatis, sed illa excedit latitudinem sanitatis, vt dictum est. igitur &c. Sciēdum tertio ꝙ diffōne. i. determinata notitia minime cōprahendi potest latitudo huiusmodi æqualitatis. quantūcunq;. n. mihi notum sit ꝙ humana complexio duos habet terminos, vnum multitudīs, alterum paucitatis: non tamen mihi notum est, qui & quanti sint illi termini. Scio. n. aliquē esse remissum gradum caloris cū quo nō stat vita ꝑꝑ eius intēsionē, & aliquē eē intēsissimū gradū caloris cū q̃ nō stat vita ꝑꝑ eius remissionē. Qui tñ & quanti sint illi scire non possumus, nec eorum ꝓportiones inter se, ut colligitur loco allegato. Quidam tamē ly multitudinis & paucitatis exponunt. i. multæ temperantię aut paucę temperantię. quæ si minor temperata fuerit cū illa vita stare non potest. Alij multitudinis & paucitatis. idest intensionis & remissionis qualitatū in quibus iā dicta æqualitas consistit. Mouet̃ hic inutile dubiū vtrum destructis alijs spēbus remaneret æqualitas primi modi. Et pōt dici ꝙ illa æqualitas remaneret, licet forte non sub hac denoīatione, quia non fieret comparatio ad alias species.

Hūanę cōplōis terminus duplex.

Secundus uero modus est medialis qui inter duas extremitates huius latæ complexionis existens inuenitur in indiuiduo, quod est in ultimo æqualitatis ex specie, quæ est in fine æqualitatis & in ætate in qua augmentū ad suū ꝑuenit finē.

Primo notificat hunc secundum modum. Secundo comparat ab æquale ad pondus. secunda ibi. Et hæc. Dicit primo quòd secundus modus æqualitatis est medialis, quia existens in medio inter duas extremitates huius latæ cōplōnis & inuenitur in indiuiduo quod est in vltimo ęqualitatis, quod indiuiduū est ex specie quę est in fine ęqualitatis cū ętate in qua augmentū ad suū peruenit finē. Sciēdū primo ꝙ Aui. hūc notificat ex multis. Primo ex situ eius in latitudine humanę cōplōnis: quia medialis est inter extrema primi modi. Secūdo explicat eius subiectū circunloquēdo ipsum: dum dixit quòd est indiuiduum quod est in vltimo ęqualitatis. idest in optima ęqualitate ex specie, quę est in fine qualitatis, quia scilicet ex specie humana, in ętate in qua augmentum &c. & per hoc circunloquitur subiectum non solum ex specie, sed etiam ex ętate. Sciendum secundo hūc modum esse medialem intelligere possumus: Primo arithmeticę s. per æquidistantiam ab extremis. Secundo per introclusionem eius inter extrema. & appellabit̃ hoc in quęstione medium geometricum. Sed quis horū modorum sit verior patebit in quęstione. Sciēdum tertio ex dictis Aui. hic posse colligi ꝙ ętas iuuentutis est ętatū temperatissima. In hac. n. sola reperitur ęqualitas secūdi modi. vt Auicen. infra. Licet aliter senserit Dynus ponens ipsam esse ętatem pueritię: licet tamen in fine eius. Vnde concludit quòd ly peruenit, debet legi media syllaba correpta, & non producta, vt sit sensus quòd ista ęqualitas est in ętate: in qua augmentum peruenit ad suum finem: idest appropinquat suo fini, & illa est vltima pars pueritię.

Dynus.

pueritiæ. Ego vero credo aliam expõnem magis conformē menti Aui. vt illud verbum peruenit legatur media ꝓducta. Infra. n. in cap̄. de ætatibus. Iuuētus autem perfectionem habet cõpl̃onē. Et. 12. de animalibus primo cap̄. dum loquitur de æqualitate secundi modi inquit. Et illa est perfectiũsima post cõplementū crementi. Ex his cõcludiẽ ꝙ æqualitas secundi modi & sanitas simpl̃r in compl̃one nõ sũt cõuertibilia: nec etiã cum sanitate semper. cũ sanitate. n. simpl̃r sꝑ põt decurrere aliquod indiuiduum per oẽs suas ætates, ut patet. 2. techni. per æqualitatem secundi modi nõ vt patet in littera. Et si arguiẽ contra, quia sanitas simpl̃r semper est sanitas optima, & illa est eadem cum æqualitate secundi modi. ergo &c. Pro isto dicitur ꝙ dupl̃r dr̃ aliqua sanitas optima. Primo in comparatione ad quamlibet aliam, siue eiusdem, siue alterius ætatis fuerit, & sic æqualit̃ secūdi modi est optima sanitas, ad quãcunq;. n. aliã quę nõ est æqualiter secundi modi cõparata ipsam perfectionalit̃ excedit. Secūdo dr̃ aliqua sanitas optima respectu cuiuscũq; alterius non eiusdẽ denoiationis in eadem ætate exñtis: & sic sanitas simpl̃r semper est sanitas optima. cõparata. n. in pueritia ad sanitates pueritię nõ simpl̃r tales istas ꝑfectionalit̃ excedit. Sil̃r cõparata in iuuentute ad sanitates iuuẽtutis nõ simpl̃r tales illas perfectionaliter excedit. Et sic de alijs. Sed de hoc melius videbitur primo & secundo techni.

Aristo.

Sanitas optima dupl̃r:

Et hæc quidem æqualitas etiam licet non sit æqualitas certa quam in huius capituli principio nominauimus eo ꝙ hanc inueniri non est possibile, est tamen ei propinqua.

Cõparat hanc æqualitatẽ æqualitati ad pondus. Secũdo declarat ibi ⌊Et hic etiam.⌉ Prima pars patet.

Et hic ẽt hõ æqualitati nõ qualitercũq; uicinus existit, sed secũdũ suoꝝ mẽbrorũ coalterationẽ uel coalternationẽ. Calorũ sicut cor. Et frigidoꝝ sicut cerebrũ. Et humidorũ uelut hepar. Et siccorum sicut ossa. Cũ ergo ponderabuntur et æquabuntur erit uicinus æqualitati certæ.

Declarat. Et primo ostendit quomodo ratione habitudĩs totius appropinquet æquali ad pondus. Secundo quomodo ex ratione partium eius. secunda ibi ⌊In consideratione vero.⌉ Dicit primo ꝙ homo habens æqualitatem huiusmodi non qualitercunq; existit vicinus æqualitati ad pondus secundum coalterationem membrorum calidorum, sicut ẽ cor, & frigidorum sicut est cerebrum. quę mẽbra cum ponderabuntur & æquabuntur secundum suas complexiones erit ille homo vicinus certæ æqualitati. s. ponderali. Primo est sciendũ ꝙ per certã æqualitatem intelligit ponderalem, & ideo certa dicta est, quia vere æqualiter distans ab extremis. hoc autem non potest reperiri in membris tanq̃ naturalis dispõ alicuius eorum, vt dictum & ostẽsum est. Verũtamen in dispositione alicuius mẽbri præternaturalr̃ non repugnat posse reperiri æqualitatem ponderalẽ saltem quo ad qualitates alteratiuas tantũmõ, tenendo ꝙ licet tota humana cõpl̃o se naturalr̃ hñs declinet ab æquali ad põdus ꝑ calr̃m & humidũ, nõ tñ repugnat mẽbrũ aliquod præternaturalit̃ dispositũ ab æquali ad pondus non recedere per excessum calidi & humidi. Experimento. n. frequenter inueniẽtur mẽbrũ quod per tactum iudicaẽ frigidũ sicut marmor: cum ergo sensus non decipiaẽ circa propriũ obm cũ debitis circumstantijs approximatũ necessario oportebit cõcedere, aut marmor aquã & mineralia alia quantũcunq; actu frigida esse casa respectu æqualis ad pondus, vel reperiri aliqđ mẽbrũ nostri corporis esse actu frigidum respectu æqualis ad pondus, & per consequens reperiri aliquod membrum nr̃i corporis æquale ad pondus, sed in qualitatibus alteratiuis non repugnat. Sciendum secundo hic reperiri duplicem lr̃am. Prima habet coalterationẽ. Secunda habet coalternationẽ. idest coalterna sumptione. quia. s. caliditas calorũ & frigiditas frigidorum, & siccoꝝ siccitas, & humidoꝝ humiditas sunt sic cõmensuratæ ꝙ si a calidis remoueaẽ. excessus caliditatis: & a frigidis frigiditatis, etiã addendo frigidis excessum caliditatis, & calidis frigiditatis, resultabit in toto quædam vicinitas vel similitudo æqualitatis ponderalis, quia. s. tanta est mẽbrorum in suis qualitatibus cõmensuratio in tali æqualitate ꝙ inde resultabit vicinitas iam dicta, quod non contingeret in non hñtibus hanc æqualitatem.

Equalitas certa quid.

Notandũ est tertio ꝙ in hoc alius & alius sensus dandus esset penes tenentes oĩa membra declinare ab æquali ad pondus per calr̃m & humidum, et penes tenentes ꝙ humana cõplexio vndiq; circuit æq̃le ad põdus, ut patere poter t ex dicendis. Si autem littera habeat coalterationem tunc ꝑ coalterationem intelligenda est mutua et simultanea partium nr̃i corporis coalteratio: quæ multiplex est, spũum. s. ad mẽbra membrorum inter se, nutrimenti ad membra & spũum inter se spirituum ad nutrimentũ, vaporum volitantium ꝑ corpus ad membra. Potissime tñ hic sensus est de mẽbrorũ alteratione inter se, & in tertio mediantibus suis spiritibus: licet de oĩbus possit intelligi. Sensus ergo litteræ est ꝙ coalteratione membroꝝ contrariaꝝ compl̃onum resultat in toto quædam vicinitas æqualis ad pondus. i. similitudo, quia resultat dispõ quædam media in qua sicut in æquali ad pondus refractæ sunt omnes excellentiæ extremoꝝ, ita sunt in ea refractę oẽs excellentiæ qualitatum operationis disproportionatarum. vr̃. g. si ad musculũ solum transmittereẽ spiritus cordis & sanguis arterialis in eo reperiretur excessus caloris disproportionati pro operationibus occurrentibus, ergo cum ęqualitate spiritu aĩali & sanguine venali tẽperatur ille excessus & ad medium duciẽ. Ex quibus patet dr̃ia inter cõpl̃onem ex coalteratione resultantem & compl̃onẽ ex coalternatione resultantem ad sensum datum. Ex coalteratione. n. membroꝝ resultans est vna cõpl̃o. Ex coalternatione vero non, sed est ipse complexionis membrorũ taliter mensuratæ. Dubium tamen insurgere posset, quia data tali complexione resultãte ex coalteratione videtur sequi ꝙ dum primo formatus est fœtus non est in eo complexio ex coalteratione. Item tunc membrum in principio suæ generationis produceretur cum excellentijs qualitatum disproportionatarum operationibus, & per consequens non sanum. Item partes calidæ dominantur frigidis. ergo oẽ membrum frigidum saltem vsq; ad iuuentutem continue redderetẽ calidius. Istę difficultates tractabunẽ in q̃õne.

Cõpl̃o resultãs dupl̃r.

In cõsideratione uero cuiuscũq; mẽbri nõ nisi unius qđ est cutis, quẽadmodũ postea dicemus.

Ostendit nunc quarum partium consideratione sit complexio hominis de secundo modo æqualitatis propinqua æquali ad pondus, & quarum partium consideratione nõ. Et primo præmittit hoc. Secundo probat. secunda ibi ⌊In comparatione autem spirituum.⌉ Dicit primo ꝙ in consideratione cuiuscunq; mẽbri non est cõplexio humana ꝓpinqua æquali ad pondus nisi vnius quod est cutis. Sciendum primo ꝙ duplex est cutis. Vna exterior quæ appellatur ab auctoribus hymen ab iminendo vel eminẽdo alijs partibus corporis. quæ in corpore nullam habet actionem nisi ꝙ corporis est cooperimentum. secundo de accidenti. sexto cap̄. & ideo ponitur membrorũ vilissimum. & de hac non est sermo hic. Alia est cutis interior, quæ apud quosdã est organum tactus. apud quosdam vero est medium, & de ista est sermo in proposito, quam oportet habere qualitates refractas, & ad medium ductas inter excellentias tangibilium, vt in quæstione videbitur. Sciendum secundo ꝙ hanc intelligere possumus æquali ad pondus proximã inter membra, non ratione mensuræ qualitatum, sed secundum proportionalitatem tactam in quæstione, quia sicut æquale ad pondus in eo refractis excellentijs remanet mensura omnium mixtorum respectu cuius in gradu ponunẽ mixta, ita ipsa cutis refractis in ea excellẽtijs qualitatũ membrorũ re-

Cutis duplex.

Hymen quid.

Gal.

manet medium respectu cuius alia mēbra in suis cōplonibus graduantur, vt infra patebit. Consimiliter per omnia de æqualitate secundi modi dicere possumus. Hic posset cadere quęstio. Si cutis est vnum membrum. Et si est organum in tactu. Et incidenter cū percipiat excellentias tangibilium, puta calm frigidū humidū & siccū per qualitates medias inter hęc extrema, per quas dispōnes medias pt cutis percipere graue leue asperū & molle. Hę difficultates sunt physicæ, de quibus tū infra. doc. sexta aliquid tanget.

In comparatione autem spirituū & membrorum principaliū impossibile est ipsum huic certæ æqualitati esse ꝓpinquū, sed ægreditur ab ea tendens ad caliditatem & humiditatem.

Declarat cōparatione quorum non sit propinqua æquali ad pondus. Primo præmittit hoc. Secūdo probat ibi⌊ Vitæ enim.⌉ Dicit primo ꝙ in comparatione membrorū principalium & spirituum impossibile est hominem huic certæ æqualitati esse vicinum, sed egreditur ab æqualitate tendens ad caliditatem & humiditatem. Sciendū est primo ꝙ quilibet spiritus in sua naturali dispositione est valde calidus, & cum hoc humidus. & maxime vitalis. ideo de ipso maxime verificatur sermo. A. hic. Sciendum secundo ꝙ cutis ad intellectum datū similis est vel vicina æquali ad pondus, quia in ea refranguntur excellentiæ qualitatū & influxuum principalium membrorum, quæ comparatione cutis habent rōnem extremorum & non medij, & per consequens vt sic non sunt propinqua æqualitati ponderali. Nota tamen complexionem spiritus & cuiuscunq; principalium ad duo comparari posse. Primo ad medium per coalterationem vel coalternationem ex his resultans, & vt sic habent rōnem extremorum, nec sunt propinqua æquali ad pondus. Secundo comparari possunt ad qualitates extremas ex quarum refractione resultant temperamenta eis debita, & vt sic rōnem hñt mediorum, & dici possunt ꝓpinqua æqualitati ad pondus. Primo modo considerauit Auic. Per membra vero principalia hic potissime intellexit Aui. cor hepar & cerebrum. Merito. n. cordis & hepatis est homo declinans ad caliditatem, merito vero cerebri & hepatis ad humiditatem. Contra, quia littera sonat ꝙ comparatione membrorum principalium tendit ad caliditatem & humiditatem. ergo comparatione cerebri tendit ad caliditatem. Pro isto dixerunt quidam ꝙ per membra principalia hic intelligit Aui. solum illa quæ sunt principia spūs & nutrimenti, & hæc sunt solū cor & hepar. Vel dr̄ negando consequentiā. declinant. n. ad calorem per cor, et per hepar, ad humiditatem vero per cerebrum & hepar.

Cōplo spūs & principaliū cōparat ad secūdo.

Mēbrū pricipale gd.

Vitæ &. n. principiū sunt cor & spiritus, quæ quidem ambo vehementer calida existunt ad superfluitatem declinantia.

Primo probat per considerationem spirituum. Secundo ꝙ membrorum consideratione non sit ei propinquum. secunda ibi⌊ Membra vero principalia.⌉ Arguitur primo sic. principia vitæ sunt cor & spiritus, quæ sunt calida et humida ad superfluitatem declinantia. igitur rōne istorū non appropinquat æquali ad pondus. Sciendum est primo hic vitam sumi dupliciter. Primo pro existentia aiæ in corpore, qualiter secundo de anima textu cōmenti. 37. uiuere dicitur viuentibus esse. Et sic vita non est actio, nec operatio formaliter, nec viuere operari. proprium. n esse viuentis est vita quæ non est actio, vt patet. Secundo sumitur vita pro actu secundo vel operatione proueniente a vita primo modo dicta, qualiter sensatio nutricatio dicitur vita. Qualitercunq; autem sumatur vita in proposito ipsa est per cor & spiritum tanquam per principia, vt patet. Sciendum secundo ꝙ Aui. intendit hic principaliter loqui de spiritu. per quandam tamen conuenientiam conueniebat de corde facere mentionem, quod est principium generatiuum spūs, propter quod oportuit ipsum esse valde calidum. Dr̄ autē cor & spiritus in calore declinantia ad superfluitatē, aut quia parata sunt faciliter incendi vel inflāmari, vel quia excellētia sunt in calore cōparatione aliaꝝ partiū nostri corporis.

Vita dupliciꝰ. Aristo.

Et uita quidem existit per caliditatem, & augmentum per humiditatem, & etiam caliditas in humiditate existit & ab ea nutritur.

Hæc est secunda ratio. Et videtur probare ꝙ spūs declinat ad humidum. iam. n. ꝓbatum est ꝙ declinat ad calm. Et arguitur sic. vita consistit per calm, & augmentum per humidum: & vtrisq; istorum principium est spūs. igr̄ etc. Item caliditas naturalis spiritus conseruatur & nutritur per humiditatem. ergo vita existit per humidum, ergo &c. Aliter potest introduci littera. s. ꝙ illud quod dicit de augmento non tangit Aui. ex principali in intentione, sed ex cōsequenti. Erat. n. famosa & antiqua propositio. calido viuimus & humido augemur, ideo de augmento ex consequenti fecit mentionem. Notandum est hic primo augmentū esse humidum spiritus effectiue, per humidum membri dispositiue, & humidum nutrimentale materialiter. Secundo sciendum augmentum fieri per humidum. Primo quia ad augmentum requiritur membrorum extensio & poroꝝ generatio, quorum causa dispositiua est humiditas. Stat etiā augmentum per humidum, quia per multi humidi nutrimētalis appositionem. Alij dicunt augmentum. i. vitæ perduratio est per humidum in quo calm sustentatur, & cuius resolutione extinguitur. nutritur autem calor. i. pabulatur & sustentatur humido. conseruatur. n. in materia mixta p successiuam humidi subtiliationem, & conuersionem eius in vaporem. Quādiu ergo durat humidum sic aereum, vt sit taliter subtiliabile durat calor. Ipso autem terrestrificato vt non sit amplius vaporabile euolat & extinguitur calor. Ex quibus colligitur primo quare in materia mixta non saluatur actualis calor sine humido: in simplici vero sic. Patet secundo quare carbo ignitus sub aliquo vase obstructus extinguitur, & respiratione prohibitā suffocatur. Contra, quia per calidum viuimus & frigido & sicco nutrimur, vt Ioan. da. in aphorismis suis. Item calidū nutritur frigido vt Hyp. de humana natura. Ad primum dicitur ꝙ nutrimur frigido & sicco respectu eius. quo viuimus, viuimus. n. per spiritum ex parte subtiliori & magis aerea sanguinis generatū. nutrimur autem parte corpulenta & grossa sanguinis quæ frigida est & sicca respectu eius ex qua generatur spiritus. Pro secundo dicitur ꝙ calidum nutritur. i. aliquo mō per refrigerium conseruatur frigido, licet per accidens.

Augmētū p hūidum tripliciter.

Ioan. Hyp.

Mēbra uero principalia sunt tria sicut declarabimus. Et ex eis quidē est unū frigidum, quod est cerebrum, cuius frigiditas nō peruenit ad cordis caliditatem temperandā. Et ex eis unum est siccum, aut siccitati propinquū, & ipsum est cor, sed eius siccitas non peruenit ad humiditatē cerebri & hepatis temperandam.

Ostendit idem ex parte membrorum principalium sic arguendo. Membra principalia sunt tria. s. cor, cerebrū, & hepar, quorum cerebrum est frigidum, alia calida, sed frigiditas cerebri non peruenit ad caliditatem cordis temperandam, & supple refrigerandam taliter vt medio generis appropinquet, nec etiam siccitas cordis peruenit ad humiditatem cerebri aut hepatis temperandam eodem modo, ergo consideratione horum mēbrorum non appropinquat æqualitati ponderali. Primo. A. adducit rōnem dictam. Secundo probat minorem ibi⌊ Nec etiam cerebrum tantum est frigidum.⌉ Sciendum primo ꝙ per membra principalia intelligit in proposito solum principalia facientia ad cōseruationem indiuidui, & propter hoc de testiculis non fecit

mentionem

Mēbrū pricipale quid.

mentionem. Dicuntur autem membra principalia ꝗcunq; per sua temperamenta sunt per se productiua instr̄i vel temperamenti necessario effectiue concurrentis ad custodiam indiuidui vel speciei. Ex quo patet primo testiculos inter membra principalia numerandos esse, licet propter cām dictam eos non expresserit. Patet secundo ꝙ licet stomachus, splen & pulmo & multa talia necessario requisita sint ad conseruationem indiuidui, nō tamen sunt membra principalia nominanda, cum nulli illorum conueniat formalis ratio membri principalis superius posita. Sciendum secundo ꝙ cerebrum non peruenit ad caliditatem cordis tēperandam sic. s. ꝙ caliditas cordis a frigiditate cerebri taliter infrigidetur, vt complexio cordis reddatur propinqua medio generis, immo quantacunq; contraoperetur sibi remaneret adhuc cor cōparatione cutis excessiue calidum, & eodem modo non peruenit siccitas cordis ad temperādam humiditatem cerebri vel hepatis. Ex quo colligitur concordia inter textum Arist. li. 2. de partibus animalium. ca. 7. quod est de cerebro ponentis cerebrum temperare caliditatem & prohibere incendium cordis. Et Auic. hic innuentem oppositum. vt prima facie apparet. Patet enim concordia ex dictis. Dixit autem notanter Aui. cor esse siccum aut siccitati propinquum. Dubium. n. fuit propter multitudinē spiritus & sanguinis in corde, an cor esset merito denominādum vel humidum. sed hoc infra videbitur.

Neq; etiam cerebrum tantum est frigidum, neq; cor tātum est siccum, sed cor comparatione aliorum duorum est siccum, & cerebrum aliorum duorum comparatione frigidum.

Probat minorem rōnis prius dictæ. s. ꝙ frigiditas cerebri non peruenit ad caliditatem cordis temperādam. Et arguit ipse sic. cerebrum nō tantum est frigidum, neq; cor tātum est siccum, sed cerebrum comparatione aliorum duorum est frigidum & cor siccum, ergo nec frigiditas cerebri peruenit ad temperandam caliditatem cordis nec siccitas cordis humiditatem cerebri vel hepatis. consequentia videtur tenere, & assumptum videtur notum. Primo nota ꝙ argumentum Auic. videtur tenere suppositis quibusdam. Primo ꝙ cor est excessiue calidum cōparatione medij generis. Secundo ꝙ cerebrum comparatione medij generis non est multum frigidum, licet sit manifeste frigidum respectu cordis. Tertio ꝙ hepar & cerebrum sunt excessiue humida respectu cutis, cuius respectu cor nō est multum frigidum nec excessiue siccum. Ex quibus potest sic argui. Cor ratione cutis est multum excessiue calidum, cerebrum vero non est tantum frigidum. ergo frigiditas cerebri nō peruenit ad caliditatem cordis refrigerandam. Et similiter arguitur de siccitate cordis. Secundo nota ꝙ ly tantum consueuit vario modo exponi. Primo modo tantum. i. solum, vt velit ꝙ non sicut cor respectu cuiuscunq; alterius membri est calidum ita cerebrum frigidū, immo reperiuntur in nobis mēbra frigidiora cerebro, & ideo remanet ex hoc consideranti frigiditatem cerebri esse minorem caliditate cordis. Alij exponunt tantū in excessu. qa absolute in eo respectu æqualis ad pondus dominetur frigiditas caliditati sicut in corde caliditas frigiditati. & ex hoc iterum relinquit in corde multo maiorem esse caliditatem ꝗ̄ sit frigiditas in cerebro. Tertio ly tantum tenetur vt sit aduerbium comparandi & referatur ad ly quantum vt sit sensus, non tantum cerebrū est frigidum quantum cor est calidum. Et quilibet istorū sensuum est bonus. Ex quibus solui possunt dubia quædam hic moueri solita. Primum quia videtur argumentum Aui. contra intentionem assumi. n. cerebrum esse frigidum ex quo merito debet cōcedi, ergo debet contēperare. ergo &c.

Secundum quia non videtur cerebrum denominandum esse frigidum in cōparatione ad cor, quia sic etiam hepar, sed respectu cutis, vt infra de membrorum cōplexionibus.

Tertium quia videtur contradictio in dictis Auic. Supra enim dixit ꝙ hic homo est æquali ad pondus ꝓpinquus coalteratione membrorum calidorum vt supra sicut cor. hic vero dicit ꝙ illorum consideratione est lōginquus ab æquali ad pondus. Quartum quia ita videtur verum ꝙ suorū membrorum coalteratione homo sanguineus est ꝓpiquus æquali ad pondus, sicut homo de secundo modo æqualitatis, ita. n. refranguntur eius excellentiæ in toto, sicut in temperato. Ad primum patet ex dictis. Ad secundum dicitur ꝙ Aui. non intendebat hic graduare complexionē cerebri, sicut in cap̄. sequent. Vel dicitur ꝙ nō sic euidēs erat cerebrum esse respectu cutis frigidum sicut respectu cordis ideo hoc tanquam medium assumpsit. Ad tertium potest dici ꝙ homo appropinquat æqualitati ponderis in comparatione &c. quo ad qualitatem ex coalteratione membroꝝ in toto resultantem, non tamen ipsis tantum inter se comparatis, quia quodlibet eorum remanet cū suo excessu. Vel aliter dicitur ꝙ licet non comparatione ipsorum tamen ipsorum cum alijs vt ossibus & neruis &c. Ad quartū patet non tantam esse refractionem nec ita determinatā. sed de hoc infra plus. Hic cadit quæstio. Vtrum æqualitas secundi modi sit in medio latitudis primi modi æqualitatis. Quā qa sum plene tractaturus sup. 2. techni ꝓ nūc omitto.

Modi uero tertij latitudo angustior est latitudine primi modi. s. æqualitatis specialis, latitudinem tamen habet magnam.

Determinat de tertio modo. Et primo cōparat ipsum ad primum. Secundo notificat. Tertio declarat quod dixit. secunda ibi⌊ Et est complexio. ⌉ tertia ibi⌊ indi nanq;. ⌉ Dicit primo ꝙ latitudo tertij modi est angustior latitudine primi modi. i. æqualitatis specialis. verūtamen iste modus habet latitudinem magnam.

Et est cōplō quæ alicui gētiū cōgrua existit secūdū cōpōnē alicuius climatis & alicuius aeris.

Notificat hic Auic. æqualitatem tertij modi. Dicens ꝙ in hoc tertio modo est complexio quæ est congrua alicui gēti secundum comparationem alicuius climatis aut alicuius aeris. Sciendum primo sub hoc noīe æqualitas non solū comprehendi complexionem vnius regionis vel aeris, sed etiam omnium. Sicut. n. indi hn̄t cōplonem ex climate, quę est sibi æqualitas respectu æqualitatis sclauorum ita econtra. Nec etiam solum sub hoc modo æqualitatis continetur complexio ex climate, immo etiam ex regione inter climata contenta. Sicut. n. homines distinctorum climatum hn̄t complones illis diuersas, ita etiam regionum multotiens ꝓpinquarū, vt habitantes montes & planities &c. Ex quo patet probabiliter sub hoc modo æqualitatis posse contineri quodlibet indiuiduum speciei humanæ. non. n. videtur reperibile indiuiduum non hn̄s cōplonem ex regione contractam. Sed contra. tunc latitudo huiusmodi non est angustior latitudine primi. Pro isto dicunt quidam ꝙ iste modus non comprehendit nisi corpora sana propter quod dr̄ in littera qui sani degunt. Primus autem comprehendit tā sana ꝗ̄ ægra. ideo latior est. Alij dixerunt aliter ꝙ ex parte suppositorum hic modus non est angustior, quia tamen hinc non fit comparatio nisi pro parte speciei ad partem ipsius, in primo vero fit comparatio totius ad totum, ideo ille est latior, quia in illa comparatione ponūtur termini cōmuniores, & hoc dicunt voluisse Auic. Mihi autem probabilius videtur tenendum ꝙ primus modus æqualitatis latior est tertio, quia in quocunq; indiuiduo maiorem latitudinem dispositionum includit. cum quacunq; enim dispōne in indiuiduo humano saluaretur æqualitas tertij modi saluaretur etiam æqualitas primi modi, & econtra, eo ꝙ remota æqualitate indi ab indo propter ipsum fieri subito similem sclauo non soluatur æqualitas climatis, & tamen saluatur in eo æqualitas primi modi. s. specialis, ergo &c. Et per idem patet ꝙ primus tertio & quinto modo est latior. hoc idem

euidentius declaratur imaginãdo totam latitudinem diſpoſitionum, quam a generatione contrahit corpus indi, & conſequenter imaginando huic corpori acquiri complexionẽ & proprietatem aliquam inquãtum eſt indum, quę ſibi nõ acquiritur nec debetur inquantum eſt indiuiduum humanum. & ſi ſic nullam claudit repugnantiam naturalem ipſum abſolui a cõplxone & proprietate acquiſita inquantum eſt indum: quãuis remaneat cum cõplexione humana, ſed bene repugnat econtra. ergo latior eſt primus tertio. Itẽ cũ maiori latitudine diſpõnum ſtat æqualitas ſpecialis q̃ ęqualitas climatis, ergo &c. Et per idẽ patet æqualitatem quinti anguſtiorem eſſe æqualitate primi. Nam cum maiori latitudine ſtat æqualitas ſpecialis q̃ indiuidualis, licet ex parte rei abinuicem abſolui non poſſint ſicut maior eſt latitudo diſpoſitionum quæ conueniunt ſor. inquantum eſt aīal q̃ ſit latitudo diſpoſitionum eidem conuenientium inquantũ eſt homo vel ſor. prius. n. natura ſor. eſt aīal q̃ homo, & homo q̃ ſor. & in hoc conſidera. Notandum eſt ſecundo q̊ primus modus ſecundum quoſdam appellatur ſpecialis abſolute, quia in ipſo fit comparatio abſoluta ſpeciei ad ſpẽm.

Notãdum eſt tertio q̊ ad hoc q̊ aliqua cõplxo ſit alicui ſanitas vel æqualitas non ſufficit ipſam eſſe talem vel talẽ in gradu, ſed vltra hoc requiritur etiam debita eius dependentia ex ſpiritibus & humoribus, & determinata habitudo ad compõnalem naturam membrorum & humidum ipſorũ. Licet ergo in hominibus diſtinctorum climatum inueniri poſſint & de facto reperiantur complxones gradualiter ſiſes quia tñ non oĩno ſimilem hñt a ſpiritibus & humoribus dependentiam nec ad naturam compõnalem & humidũ mẽbrorum ſimilem omnino habitudinem, ideo non ſequit̃ ipſas eſſe omnino ſimilis ſanitatis. Contrahitur. n. ex regione vel climate aptitudo quædam ad tolerandum impręſſionẽ aeris vnius regionis vel climatis ex cõſuetudine in illo qualis ex alio climate non contrahitur. Ad quod concurrit q̊ in diſtinctis climatibus diſtinctæ & variæ ſunt proprietates aſtrales aliter & aliter iuuantes vel impedientes complxones & virtutes in ſuis actionibus. Dixit autem notanter, aut alicuius aeris ad denotandum non ſolum ex varietate climatum hanc varietatem contrahi æqualitatum, ſed etiam ex varietate partium climatis in diſpoſitione aeris earundem. Poteſt etiam exponi & pro id eſt aeris, quia varietas æqualitatis climatis conſequitur varietatem diſpoſitionis aeris eiuſdem. Prima teneatur expoſitio.

Indi nãq; complexionem habent inſimul qua ſani exiſtunt & ſclaui aliam habent complexionem qua ſani degunt, & unaquæq; earũ per cõparationem ad ſuam ſpeciem ſuæ ſpeciei comparatione eſt temperata, quæ comparatione alterius non eſt temperata.

Declarat exemplariter. Secundo probat. Tertio concludit vniuerſaliçando. ſecũda ibi. ⌊Corpus nanq;.⌉ tertia ibi ⌊Quæcunq; igitur.⌉ Dicit primo q̊ indi hñt complxonẽ qua ſani degunt & ſilr ſclaui, & quælibet iſtarum comparatione ſuæ ſpeciei. i. hoĩum ſui climatis eſt temperata quæ comparatione hoĩum alterius climatis non eſt temperata.

Corpus nãq; indi cum ſecundum complexionem ſclaui quale fiet aut infirmabitur aut morietur. Et ſimiliter cum ſclaui cõplexione indi quale reddetur, erit corporis diſpoſitio contraria.

Indus qd & ſclauus.

Probat quod promiſerat. Dicẽs q̊ ſi corpus indi fiat quale ſecũdum complexionem ſclaui aut infirmabitur aut morietur. Et per indos intelligit omnes homines habitantes regiones calidas. Per ſclauos vero frigidas. Et vl̃r omnes quorum regiones ſunt in ſuis qualitatibus multum diſſimiles.

Notandum eſt primo q̊ ã dixit, vnaquæq; ſuæ ſpeciei comparatione &c. Clima. n. indorum comparatione indorũ eſt temperatum & complexio ex eo contracta æqualis eſt ſdist alijs vero inęqualis. Et eodem modo ſclauorum ſclauis. Appellat autem indos vel ſclauos ſpecies, vel quia in his plura indiuidua continentur, vel quia indi & ſclaui ſecundum cõceptiones eorum differunt ſpecie ſaltem accidẽtaliter. Ex quibus patet q̊ cuiuslibet climatis quantũlibet tẽperati cõplexio eſt inæqualitas reſpectu alterius climatis. Ex quo vlterius ſequitur, non ideo clima denominandum eſſe temperatum, quia omnia corpora apta ſint in eo tẽperate ſe hr̃e ſed quia alijs paribus corpus temperatum cui illud eſt conueniens eſt in eo magis conſeruabile. Notandum ſecundo q̊ ex illa parte qua ſani degunt, quidam voluerunt concludere in latitudine hmõi non contineri niſi indiuidua ſibi ſana. vnde hanc æqualitatem ſanitatis ſolum appellauerunt & non æqualitatem vitæ, quia ſub hoc modo non omnis diſpoſitio cum qua ſtat vita contracta ex regione continetur. Et poteſt perſuaderi, quia locus conſeruat locatum. conſeruatio vero debetur diſpoſitioni ſanæ & non ægræ. Alij vero conceſſerunt ſub hoc modo æqualitatis contineri ſanos & ægros. Et q̊ ſclauus ægrotans habet ex regione vel climate æqualitatem vitæ per quam viuit cum qua & quã non viueret indus. Pro iſto videtur auctoritas Aui. 12. animalium primo cap̃. Indi hñt complxonem qua ſani ſunt & viuunt & Franci aliam. Ad argumentum vero dicit̃ q̊ locus conſeruat locatum conſeruatione ſanitatis vel vitæ.

Ad argumentum vero ſupra tactum ſimiliter dixerunt q̊ ſor. indus ſubito factus talis ſicut eſt ſclauus, & infirmatus habet æqualitatẽ climatis aptã æqualitati vitę, ſed nõ ęqualitatis ſanitatis, vel habet æqualitatẽ climatis oppoſitã ęqualitati ſanitatis, ſed non æqualitati vitæ. Probabilius tamen apparet alia pars tenenda, vt ſupra viſum eſt.

Quæq; igitur ſpecies in tertia habitabili cõmorantium habebit complexionem eis propriam aeri ſui climatis conuenientem, & habebit latitudinem, cuius quidem latitudo habet duas extremitates, multitudinis & paucitatis.

Concludit. Et patet quid dicat. Sciẽdum q̊ diuerſitas complexionis climatis non ſolum ex tempore contrahitur, ſed etiam ex generatione. Alterius enim complexionis naturaliter eſt ſperma indi q̃ ſclaui, menſtruum indæ q̃ ſclauæ. Non igitur mirãdum eſt ſi ſubita mutatio diſpoſitionis vnius ad diſpoſitionem alterius eſt cauſa mortis vel ægritudinis. Nec mirum eſt etiam ſi multum variantur diſpoſitiones ex climatibus contractæ. Ad quod etiam facit diuerſitas aſpectuum cœleſtium nutrimentorum aeris ventorum & ſic de alijs, quæ omnia ex varietate cõparationis & figuræ hoĩum diuerſorum climatum pręcipue cõprę̃hendi pñt.

Quartus ãt modus ẽ mediũ quod ẽ inter duas extremitates latitudis cõplxonis climatis, & ipſũ eſt cõplxo cõplxonibus ſpeciei temperatior.

Notificat quartum modum. Et nota q̊ hic modus ſe habet ad tertium ſicut ſecundus ad primum. Sicut. n. in primo fit comparatio ſpeciei abſolute ad aliam, in ſecundo vero per partem ſpeciei temperatiorem, ita in tertio fit comparatio partis. ſ. climatis abſolute. in quarto vero comparatur clima ad clima per partem climatis temperatior. Ex quo patet q̊ non in quocunq; reperitur æqualitas quarti modi. In hoc reperitur ſecundi modi. Non enim neceſſario temperatiſſimus ſclauus eſt temperatiſſimus homo vt patet intuẽti, quamuis non repugnet ex parte rei idem temperamentum eſſe æqualitatem ſecũdi modi & tertij & adhuc quarti, ſecundum tamen diſtictas denominationes conſideratum.

Modus uero quintus eſt anguſtior primo & tertio. Et eſt cõplexio quã debet habere indiuiduum deſignatũ qua uiuũ & ſanũ reperit̃. Quæ

etiam

etiam latitudinem habet quam duæ terminant multitudinis & paucitatis extremitates.

Declarat quintum deinde subiungit notandum quoddam declarando quod dixit ibi Debes aūt scire. Dicit primo q quitus modus est angustior primo & tertio, & est cōplexio quam debet habere indiuiduum designatum qua illud viuit & sanum reperitur, quæ etiam habet latitudinē quam duę extremitates multitudinis. s. & paucitatis terminant. Sciendum est primo q hic modus notificatur ex cōparatione ad alios. Item ex subiecto, quia complexio indiuidui designati. item ex latitudine, quia latitudinem continet vitę & sanitatis, propter quod dixit qua viuum & sanū etc. Item notificatur ex extremis &c. Sciendum est secundo q apud quosdam hic modus est angustior primo & tertio. In primo enim cōparatur species absolute: & in tertio pars plura continens indiuidua. hic vero comparatur indiuiduū signatum ad indiuiduum signatum. Fit ergo hęc comparatio per terminos strictiores. Et per idem patet hunc modū esse angustiorem quinto et secundo. licet. n. vtrobiq̄ fiat cōparatio per terminum indiuidualem. illi tamen modi superiores in suis comparationibus terminantur ad speciem. Dicunt autem Aui. solum explicasse primum & tertium tanquam notiores dando alios intelligere. Et consequenter dicunt q licet quantum ad hoc hic modus sit angustior dictis: quantum tamen ad supposita non est angustior, quia omne indiuiduum comprehensum in primo & tertio comprehenditur in quinto. eo q omne indiuiduum habet complexionem sibi propriam quæ est sibi æqualitas. Et consequenter concedunt vel dicunt q hic modus includit ęqualitatem vitę et sanitatis. quodlibet. n. indiuiduū quantūcūq; ægrum habet æqualitatem qua est sibi sic æqualitas vitæ q non alteri. Ex quo inferunt q quantum ad supposita hic modus est latior secundo & quarto. Nam quantum ad supposita est æque latus, sicut primus vel tertius, sed latior est quantum ad supposita primus secundo tertius quarto. ergo &c. Ex quo vlterius inferunt q aliquis modus ęqualitatis alio denominatus angustior est eodem quo ad supposita latior. Probabilior tamen apparet sententia prius recitata. Notandum est tertio Auic. notanter dixisse. indiuiduum designatū, ad dr̄iam speciei, quę etiā aliqñ notat indiuiduū, sed non designatū. Dixit etiā notanter qua viuit, vt sub hoc mō cōprehenderet æqualitatem sanitatis & vitę.

Debes autē scire quod oē indiuiduū debet habere complexionē sibi solummodo propriam in qua aliud ei associari est impossibile.

De hoc erit quæstio.

Sextus etiam modus est medium quod ē inter istos duos terminos, quod ē complexio, quā cum habuerit indiuiduum erit melioris complexionis, cuius ipsum esse oportet.

Iste patet ex dictis. quia sic se habet ad quintū sicut quartum ad tertium & secundus ad primum. Et nota q hic modus indifferenter euenit omni indiuiduo. & sic quantum ad supposita latior est secundo & quarto, sed non competit omni indiuiduo pro quolibet tempore sicut quintus iō strictior est quinto. Nullam tamen ętatem sibi limitat, q̄a quosdam cōuenit in pueritia saniores esse quosdā iuuētute quosdā in consistentia. Vñ. 1. techni. Quibusdā pueris accidit sanos eē. Adolescētes vero factos ægros existere. Et econtra.

Modus autem septimus est complexio quā vnaquæq; membrorum species habere non debet. in qua aliud diuersificatur. Aequalitas nāq; ossis est ut siccitas in eo plus abundet. Et cerebri ut humiditas in ea plurimum abūdet. Et cordis ut in eo sit plus caliditatis. Et neruorum ut in eis plurimum abundet frigiditas.

Modus autem octauus est complexio membri singularis, quam cum habuerit erit melioris dispositionis q̄ habere potest.

Septimus & octauus satis patet. Dubiū litterale est. vtrum præcise sint octo modi æqualitatis. Et arguitur primo q non. Primo quia primo accidunt octo, ergo falsē sunt nouem modi. Assumptum colligitur in littera dum dicit q huic æqualitati quæ secundum humana attendit corpora, octo accidunt modi considerationū, sed ipsa est æqualitas primi. ergo &c. Secundo cuilibet membro organico psit correspondere octo modi, puta comparādo cerebrū hominis ad cerebrum aliorum, & temperatissimum cerebrum hominis temperatissimo equi, & similiť alterius. Eodem modo de climate aut alijs. Idem etiam patet de cute comparata alijs membris corporis ab ea specie differentibus. Item non maior contrahitur diuersitas ex climate q̄ a sexu arte consuetudine & ætate, sed ex climate consurgūt duo modi æqualitatis. ergo &c. Pro illo dicitur q illi sunt octo modi generales sub quibus oēs alij cōpræhendunť & dantur intelligi. Ex modo enim comparandi totam spēm ad speciem sumitur modus comparādi partem ad partem aliorum animalium, vel etiam eiusdem animalis inter se tā quam specie differentes. Ex modo etiam comparandi clima ad clima, quia ibi fit comparatio per partem humanæ speciei plura indiuidua continentem, datur intelligi modus sumptus a sexu, ætate, & consuetudine &c. Cum ergo dicitū q primo accidunt octo modi. dicendum est q primo ut includit in se partes indiuiduales accidunt illi octo modi. vt autem absolute comparatur species ad speciem non accidunt illi modi sed vnus modus vt patet. Æqualitatis octo modi generales.

Cum autē species considerauerimus inuenie mus hoiem certæ æqualitati propinquiorem.

Ostendit qui illorum modorum æqualitatis sunt æqualitati ad pondus propinquiores. Et primo ostendit hoc de primo modo ęqualitatis. Secundo de tertio. Tertio de septimo secunda ibi Cumq; regiones. Tertia ibi In membris.

Dicit primo q cū considerauerimus species inueniemus hominem certæ æqualitati magis propinquum. Sciendum primo per species intelligendas esse mixtorum, & maxime viuentium, inter quæ omnia secundum similitudinē superius dictam, magis appropinquat homo æquali ad pōdus, & inter homines de secundo modo æqualitatis. Secundo sciendum q ex omni modo concludit illud esse propinquius q magis obtinet rationem medij. Vnde compræhendi potest hanc propinquitatem intelligendam esse præcise secundum similitudinem superius dictam. Non facit autem explicitā mentionem de. 2. 4. 5. 6. & 8. Secundus. n. datur intelligi per primum. Nam scito q homo cæteris speciebus magis appropinquat &c. facile scitur q homo de secundo modo maxime appropinquat. Scito etiam quę regio maxime appropinquat, facile cognoscitur quis homo illius regionis maxime appropiquat. ergo scito tertio scitur quartus. Cognito etiam membro quod magis appropinquat. s. tempore quo illud membrum est temperatissimum. & sic scito septimo facile scitur octauus. Quintum autem & sextum vt dicunt quidam penitus omisit: qu'a propter vnum indiuiduum habere æqualitatem quinti aut sexti respectu alterius, non sequiť illud æqualitati ad pondus eodem esse ꝓpiquius. quilibet. n. homo habet ęqualitatem quæ est sibi optima respectu æqualitatis cuiuscūq; alterius hoīs, iō meri to huius æqualitatis nō dicitur vnus alio æqualitati certę ꝓpinquior. Aſt pōt dici ꝓbabiť q cognito primo & tertio facile cōpræhendi pōt q indiuiduū hōs meliorē cōplo nē indiuidualē in quinto mō reperibilem sit æqualitati certę propinquius, ideo tunc facile scitur de quinto & sexto.

Cunq; regiones attenderimus, certificatū nobis erit, q si fuerit locus qui inhabitabitur sub ęquatione diei neq; aliqua de rebus terrenis obuiando impedierit, uidelicet montes aut maria, oportebit ibi habitātes æqualitati certæ propinquiores existere q̄ alicuius regionum.

Declarat idem quo ad tertium. Et primo ostendit æqualiorem inter omnes regiones. Secundo explicat temperatiorē post illam ibi. Post illos vero. Primo ponit propositum. Secundo probat remouendo opinionem oppositam ibi. Iā autem. Dicit primo q cum attenderimus regiones. i. considerauerimus certificatum erit nobis q si sub æquatore diei fuerit locus qui habitatur, neq; hanc habitationē impedirēt aliquæ de rebus terrenis, vt mōtes maria &c. oportebit habitantes ibi esse propinquiores certæ æqualitati hominibus aliarum regionum.

Varietas regionū cōseq̄ cām cœlestem.

Sciendum est primo q varietas regionum in temperantia & distemperantia qñq; cōsequitur cām cœlestem, puta propinquitatem & rectitudinem aspectus, aut longitudinem moræ solis super eam vel oppositas cās. Qñ. pr autem consequitur cām terrenam. vt sunt montes, maria, valles, venti &c. Dum ergo dixit Aui. habitantes sub linea æquinoctiali fore temperatiores, intellexit hoc merito cœlestis aspectus. Cum quo tñ staret q merito causæ inferioris forent magis distemperati, & habitationem istam esse distemperatiorem, propter quod dixit in littera. Et neq; aliqua de rebus terrenis &c.

Æquator diei vel circulus æquinoctialis.

Sciendum secundo per æquatorem diei intelligendum esse circulū æquinoctialem qui est vnus de maioribus, diuidens spheram in duas partes æquales, transeundo ab oriente versus occidētem, & per consequens æquidistans est a duobus polis. Vocatur autem æquinoctialis, quia cum sol ad ipsum peruenit æquatur nox diei. Et circulum intersecat çodiacum in duobus punctis, s. in principio arietis & libræ, et per consequēs magnificatur distantia eius a çodiaco in duobus tropicis. s. æstiuali & hyemali. Tertia igitur huic circulo subiecta dicitur locus æquinoctialis vel sub æquatore diei, de qua dicit Auic. q habitantes ibi, si qui sunt, sunt magis temperati, & certæ æqualitati propinquiores.

Iam autem nobis affirmatū est q opinio quæ accipit uel accidit q excessus ab æqualitate est causa propinquitatis solis est falsa.

Declarat hoc præmittendo falsitatem opinionis oppositæ. Secundo probat illud idem ibi. Rectitudo enim. Dicit primo q declaratum est q opinio quæ accipit q excessus ab æqualitate in caliditate est cā ppinquitatis solis. i. propter ppinquitatem solis est falsa. Alia autem lrā habet accidit, quia opīo accñtalis & aduentitia fit. Sciendum multos antiquorum auctorum credidisse sub linea æquinoctiali habitationem non esse possem. Et huius opinionis fuit visus Aristo. secundo metheororum. Et Virg. in georgicis.

Aristo. Virgil. Ouidi.

Quinq; tenent cœlum çonę quarum vna corusco.
Semper sole rubens & torrida semper ab igni.
Et primo metamorphoseos Ouidius.
Vt quæ duæ dextra cœlum totidemq; sinistra.
Parte secant çonę, quīnta est ardentior illis.

Ad hoc autem persuadēdum plures rationes siue persuasiones adduxerunt. Prima. Sub æquatore diei est calor intensior q̄ in aliqua alia regione vel climate aliquo. ergo propter æstum sub æquatore diei non est possibilis habitatio. Antecedens patet, quia ibi plures causę cōcurrunt vehementiæ caloris. s. solis propinquitas, eo q terra est spherica & soli recte opposita. propinquior ergo est illi sol q̄ secundum aliquam aliam partem solem oblique aspicientem. Itē ibi est rectitudo aspectus propter quam fit radiorum in se fortis reflexio. radius. n. perpendicularis (vt dicunt perspectiui) est omnium radiorum fortissimus. Q. autem isti radij sint perpendiculares satis patet. Sol. n. opaco occurrens nullam facit vmbram. Ad illud etiam confert tertia cā. s. longitudo moræ solis super eorum capita, quia bis in anno peruenit ad çenit capitum eorū. s. in principio arietis & libræ.

Secunda persuasio est, quia sub tropico cancri non est possibilis habitatio, vbi tamen causæ vehementię æstus sunt pauciores q̄ sub æquatore diei. Ibi. n. est minor reflexio quia minor rectitudo aspectus, & per idem minor propinquitas nec nisi semel in anno accedit sol ad hunc locum. Tertia persuasio. Datur pars terrę inhabitabilis propter nimiā solis remotionem. ergo dabilis est pars inhabitabilis propter nimiam solis propīquitatem. sed nulla est pars terrę cui sol sit propinquior q̄ sub æquatore diei. ergo &c. Quarta ratio est. quia dato opposito vr̄ fieri transitus de extremo ad extremum sine medio. s. ab habitatione optima & tēperatissima quę per aduersariū est sub æquinoctiali ad çonā torridā inhabitabilē quā primi posuerūt ęquinoctiali ppīquā.

Rectitudo enim solis super capita minus ibi malum operatur & minus mutat aerem, q̄ rectitudinis propinquitas apud nos, aut apud eos qui sunt in maiori latitudine q̄ nos, licet rectitudinem nos habeamus.

Primam istarum rationum quę videtur difficilior tentat Auic. soluere. Primo ergo soluit illud primum motiuum. Secundo adducit aliam confirmationem pro opinione sua. ibi. Amplius. Dicit primo q licet sol habeat maiorem propinquitatem et etiam rectitudinem ad illos qui sunt sub linea æquinoctiali q̄ ad nos vel alios qui sunt in maiori latitudine, minus tamē malum operatur ibi, & minus per calorem aerem immutat q̄ apud nos & multos alios, vbi cū minori rectitudine & propinquitate multo maiorem morā contrahit. Plus. n. operatur multa mora cum minori rectitudine, q̄ multa rectitudo & propinquitas cum parua mora.

Stat ergo solutio in hoc q plus operatur ad caliditatē mora longior solis q̄ minor mora cum propinquitate maiori & maiori rectitudine. Hoc autem duobus signis declaratur in secunda fen huius doctrina secunda. 7. ca. Primum signū, quia in nonis directius sol & propinquius nos aspicit q̄ hora media inter nonas & vesperas: & tamen illa hora media multo maior causatur calor in aere q̄ in nonis, quod nō videtur esse nisi propter maiorem longitudinem moræ in aere. Secundum signum est, quia de mense iunij sol nostra capita directius aspicit q̄ in mense iulij vsq; etiam ad medium augusti: quibus tamen diebus vehementior est calor. Ad argumentum igitur. ibi est propinquitas maior & maior directionis aspectus. ergo calor maior. Neganda est consequentia propter morā solis ibi esse minorem, licet enim bis veniat sol in anno ad çenit capitis eorum, ibi tamen minorem moram contrahit q̄ apud illos qui sunt in maiori latitudine, vt dictum est. Dicunt autem quidam q in maiori latitudine dicuntur illi qui sunt in primo climate & secundo q̄ qui sunt in tertio & quarto. quia primū clima maiorem habet latitudinem. est. n. quadringentorum quadraginta miliarum. secundum est quadringētorum miliarium, vt innuit auctor de sphera.

Climatis primi latitudo. Climatis secūdi latitudo.

Amplius autē omnes dispōnes morantium in linea æquinoctiali sunt dispositiones nobiles sīles, neq; ibi impedit impedimēto sensibili, sed eorū cōplonibus semper est sīlis. Et ad hanc sentētiā affirmandā iam fecimus dictionem.

Adducit rationem ad suam positionem confirmandam. Et arguitur sic. dispositio morantium sub linea æquinoctiali est nobilior, & aer ibi existens non impeditur impedimēto sensibili, sed est similis eorum complexionibus. ergo etc. Et dicit q ad hoc probandum iam fecit dictionem. i. tractatum. Et hanc eandē sniam asserit secūda fen huius allegato

capitulo

capitulo dum inquit. Credere uero debent sermonem ex eo quod videtur q terra quę est sub circulo æquatoris diei est circa æqualitatem, quoniam causa cœlestis ibi calefaciens est vna. Notandum q dispōnes eorū dicunē nobiles .i. perfectę, quia perfectarū operationum productiuę. similes inter se. quia pauca ibi reperitur difformitas complexionū hominum. vel reperitur si essent, propter vniformitatē habitationis ex qua contingeret vniformitas hominum in cōplexione figura colore &c.

Post istos autem qui in quarto moranē climate magis tēperati existūt. non. n. adurunē pp moram rectitudinis solis super eorū capita neq; elongaē ab eis parum, quēadmodum fit in climate secundo & tertio. Neq; congelantur sicut cōtingit his qui in extremitate quinti climatis habitant, & qui secundum latitudinem sunt remotiores, propterea q sol ab eorū capitibus est remotus.

Ostēdit qui post istos sunt temperatiores. Et isti sunt habitantes quartum clima, quia non aduruntur propter propinquitatem rectitudinis cum mora sic habitantes secundū

Climatū distō.

et tertium clima. Nec congelantur sicut habitantes extremitates quinti climatis propter eorum longitudinem nimiam a sole. Sciendum apud astrologos septem distingui climata quę sunt partes terrę habitabiles contra se distinctę penes diuersitatem diei secūdum longitudinem vnius horę. Exempli grā. Maxima dies sub æquinoctiali circulo est. 12. horarum. in primo climate. 13. horarum. in secūdo climate. 14. in tertio. 15. &c. Ex quo patet nullum clima habere rectitudinem ad solem. Vnde in quocunq; climate habitātes habent vmbras suas versus septētrionem. tota etiam terra climatum protrahit vmbram suam ad septētrionē. Ex quo patet vlterius q in primo & secundo climate cōcurrūt duę causę calefacientes. s. longitudo morę & satis magna ppinquitas cum rectitudine aspectus, licet nō sit tanta sicut sub linea æquinoctiali, & ideo aduruntur illi ppter causas iam dictas. Propter quod inter lineam æquinoctialem & clima primum ponunt plurimi astrologi torridam ȝonam ppter æstum inhabitabilem. Et ex hoc vlterius patet q habitantes primum et secundum clima multum aduruntur. Habitantes autem extremitates quintum sextum et septimum climatis congelantur propter frigus. Medij ergo inter hos modo medio se habent. s. habitātes tertium & quartum clima & principium quinti climatis. quartum tn̄ inter hęc vr̄ temperatius, quia magis remouetur ab extremis. Ideo post habitantes sub æquinoctiali posuit habitantes quartum clima, de quo fuit Aui. licet de hoc sit ambiguitas. Nos autem

Diaromes qd.

sumus in quinto climate, q̄a Roma est in medio quinti. Propter quod clima Diaromes apud veteres appellabatur.

In membris uero iam manifestum fuit q mēbra principalia non sunt æqualitati certæ multum propinqua. Immo oportetut scias q caro est mēbrum illi æqualitati magis propinquū q̄ cætera mēbra, cutis tamen carne propinquior.

Docet eligere temperatius membrū ex habētibus æqualitatem septimi modi. Secundo docet ex illo partem temperatiorem eligere. secunda ibi [Quod at.] Primo pręmittit intentum. Secundo probat ibi [Quasi. n.] Dicit ergo iā manifestum esse in membris q membra principalia non sunt equalitati certę propinqua: immo caro ppinquior alijs membris supra excepta cute. Cutis tamē est illi ppinquior carne. Sciendum q hęc inuestigatio fuit medico necessaria vt in genere membrorum inueniretur vnum quod eēt

Caro quintuplex.

metrum reliquorum vel mensura respectu cuius reliqua in suis complexionibus graduentur. Sciendum secundo carnem esse quintuplicem. s. Glandosam, vt testiculorū & mamillarum. Confusam vt viscerum, quę secundum quosdā confusa dicta est, quia nullam sibi complexionem limitat cuilibet carni viscerum conuenientem. Alterius enim complexionis est caro hepatis, alterius pulmonis splenis &c. licet hanc notificationem non approbet Cōciliator. Et lacertosam siue musculosam quę est ipse musculus vel lacertus, de qua putant quidam hic Aui. intellexisse. Et puram quæ est caro quę est pars lacerti. Et simplicem vt caro hñs sensum tactus, vt gingiuarum & extremitatum digitorum, & de hac putant communiter Aui. intellexisse hic. Hęc enim videtur habere æqualitatem inter extrema magis refractā, cuius signum est bonitas tactus eius, vt infra videbitur.

Sciēdum tertio vt supra tactum est cutim maxime appropinquare æqualitati certæ secundum duplicem similitudinem. — Cutim appropīquare eq̄litati certæ dupl'r.

Prima, quia sicut æqualitas certa est media inter extrema, ita cutis inter membrorū nostri corporis excellentias est quasi media. Secūda, quia sicut in æquali ad pondus excluduntur excellentiæ: ita in cute excludunt excellentiæ disproportionatæ tactiuæ operationi. Prima tamen similitudo est apparentior: quia penes secundam dici posset cor ppinquum esse æqualitati certæ, quia in corde temperato refractæ sunt excellentię operationibus vitalibus disproportionatę sicut in æquali ad pondus: quāuis supra dictū sit jecor consideratum secundum proprium temperamentum relatum ad extrema ex quibus resultat dici posse certę æqualitati propinquum. Ex his patet primo causa quare principalia membra non ponuntur ab auctoribus certę æqualitati propinqua. Patet secundo q licet aliqua membra nostri corporis sint ratione gradualis mensurę suarum qualitatum ab æquali ad pondus minus distantiam cute, non tñ dicunē ad sensum datum æquali ad pondus propinquiora cute, eo q non habent æqlitates medias inter excellentias qualitatum membrorum contrariarum complexionum sicut cutis. Ex quibus vlterius patet, q licet cutis melancholici sit propinquior æqualitati ad pondus cute temperati ratione mensuræ qualitatum in ea repertarum, nō tamen est sibi vicinior ad datum intellectum. Supposito. n. q caliditas calidorum membrorum & frigiditas frigidorum in temperata cute sint quasi æquatę & ad medium ductę inter excellentias, statim sequitur q quælibet cutis alia a cute temperati plus recedit a medio q̄ cutis temperati. v. g. in melico maior reperitur frigiditas in membris frigidis q̄ in mēbris frigidis temperati & in membris calidis multo minor caliditas. sed merito proportionis calidorum ad frigida in temperato ad medium inter excellentias membrorum producitur frigiditas cutis, & similiter caliditas eius. ergo in corpore melancholico minus refrangitur frigiditas in cute & plus caliditas q̄ in temperato. Et econtra in cholerico. Cōtra, quia ex hoc sequitur plus gradualiter remoueri in gradu sui caloris cutim melancholici a corde melici q̄ cutis tēperati a corde temperati, & econtra dispōnes cerebri & mēbrorum frigidorum magis appropinquare, quod non vr̄ rationabile. Et econtra in cholerico. Itē sequitur ex hoc nō similem esse habitudinem cutis temperati ad cutim melici & cordis temperati ad cor melici, & cerebri temperati ad cerebrum melici, & hoc merito cōplonis resultantis ex coalteratione. quia si talis & tanta esset contrariarum qualitatum refractio in cute melici sicut tēperati proportionalis esset vtrobiq; habitudo. sed non tanta est refractio qualitatū membrorum, eo q caliditas calidorum est multo debilior & minor in quanto in eo q̄ in temperato. & frigiditas frigidorum multo potentior. ergo &c. Et econtra in cholerico. Item penes tenentem hanc complexionem resultare ex coalteratione oporteret in aliquo indiuiduo reperiri cutem omnino æqualiter distantem ab extremis excellentijs qualitatum membrorum. Dabilis est. n. magis declinās ad alterum calidorum q̄ frigidorū, vt in cholerico. & econtra in melancholico. ergo dabilis est ad neutrum magis q̄ ad alterum declinans: & per consequens æquidistanē media. Et forte hoc concederetur. Sed ex hoc sequeretur

vlterius ꝙ corde secũdum omnia membra principalia sua calido in primo existe respectu temperati, cutis eiusdem esb calida plus q̃ in primo respectu cutis temperati, frigido vero existe frigida. quia si æqualiter ad medium duceretur inter extrema cutis distemperati sicut temperati æqualiter distaret cutis a cute sicut & cor a corde. sed multo minus versus medium ducitur caliditas cordis ad cutim transmissa in cholerico q̃ in temperato. ergo remanet calida plus q̃ in primo. Et ex hoc infinita quasi alia sequi vĩr quæ nõ apparent concedenda: de quibus videbitur in quæstione.

Quasi enim non patitur ab aqua æqualiter temperata cuius medictas sit nix & altera medietas sit aqua feruens.

Probat ꝓpõnem. Et primo quo ad actiuas. Secũdo quo ad passiuas. secunda ibi⌊ Sĩr quoq; poterit. ⌉ Primum duplicitet. secunda ibi⌊ Et forsitan. ⌉ Primo arguit sic. Cutis quasi nõ patitur ab aqua æqualiter temperata cuius medietas sit aqua feruens alia medietas sit nix igitur cutis est ꝓpinqua æqualitati ad pondus. consequentiam infra declarabit. Notanter dixit quasi. quia difficile est reperire punctualiter æquale. Primo notat ꝙ ex illa lr̃a quidã cõcludere voluerunt cutim temperati æquali ad pondus esse ꝓpinquam. non solum secundum similitudinem iam dictã, sed etiam secundum situm vel mensuram gradualem. Cutis. n. quasi illud non sentit quia est ei, in forma quasi simile, propter quod ab eo quasi non alteratur. Sed hoc arguitur esse falsum. aliter. n. cutis mesici esset propter hoc medium iudicanda æquali ad pondus propinquior. Item sicut cutis potest reperiri quæ quasi non patitur. reperibilis est cutis quæ ab hoc non alterat᷑ alteratione perceptibili. Et quæritur tunc vtrum erit temperata vel distemperata. Si primũ erit sibi in forma similis. Si secundum aliqua distemperata ad sensum vel intellectum Aui. erit æqualiter ponderali ꝓpinquior.

Mundi. Hic dixit Mundinus ꝙ hic mixtum ex diuersis est declinans ab æquali ad pondus: eo ꝙ caliditas est actiuior q̃ frigiditas. Et tamen contra hoc habes instãtias bonas in techni. s. in tertia quæstione secundi. Respice & considera ꝙ plura in tali cõmixtione sunt promouentiá ad frigiditatem q̃ ad caliditatem. Sed ponimus exempla nõ vt ita sit.

Gentil. Gentil. hic nihil.

Marsil. Marsilius proculdubio dicit argumentum Aui. vt teneat egere supplemento tali. cutis temperati quasi non patitur ab æquali ad pondus, percipiens vere æquale ad pondus, ergo cutis maxime est æquali ad pondus propinqua. consequentia tenet, quia si quasi nõ patitur, quasi non est dissimilis ei. si ergo tunc recte percipitur. ergo tunc debitam temperiem habet in comparatione ad operationem tactiuam, & per consequens quantum ad esse medium æqualitati ponderis secundum similitudinem appropinquat. Et ex hoc soluit quædam obiecta. Primum, q̃a cerebrum minus patitur a tali æquali q̃ cutis temperati. ergo est propinquius. Item cutis melancholici minus pateretur. ergo esset æquali ad pondus propinquior. Ad primum dicitur ꝙ licet minus patiatur cerebrum non tñ recte iudicat vt cutis. Et eodem modo dicit rñdendum esse ad secundum. Reuerentia viri plus mouet me q̃ ratio alia, vt huic expositioni modo assentiam. Tamen miror multũ cur non percipiet cutis melancholici illud mixtum æquale sicut temperati. Dato. n. ꝙ temperatus perfectius & distinctius iudicet, tamen ita vere percipiet obiectum tale quale est, & cum hoc minus patietur per materialem impressionem, quia difficultas est quomodo illud percipit æquale ad pondus cum remisse calidum respectu organi continuo iudicetur frigidum vt tertio de simplici medicina. dr̃ia secun-

Gal. da. 2. ca. & experimentum idem ondit. Et si ponatur hoc propter spiritualem impressionem fieri, ita vere iudicabit melancholicus sicut temperatus per spiritualem impressionem. Item non plus teneret argumentum de tali mixto q̃ de quolibet tangibili alio debite approximato. Ex omni enim tali sic licet arguere. tale obiectum tangibile maxime vere apprehendit cutis temperati, igitur in ea est temperamentum propinquum æquali ad pondus secundum similitudinem. consequentia tenet, quia si recte percipitur, ergo debitam habet temperiem in relatione ad operationem tactiuam, & per consequens quo ad esse medium æqualitati ponderis appropinquat. Item hanc expõnem nescio con sonã reddere lr̃æ. Quidam Bononienses aliter dicũt. Cutis non patitur. i. non iudicat hoc calm nec frigidum sed medium, ergo est secundum similitudinem æquali ad pondus propinquum. & consequentiam deducunt ut precedẽs.

Ista etiam snĩa me confundit, quia sic similiter argueretur de melancholico, nisi velit voluntarie dicere ꝙ solus tactus temperati iudicat hoc mixtum esse quale est. Et iam multum adhesi primę expositioni. s. ꝙ non tota humana cõplo & cõparatione cuiuscunq; membri decliner ab æquali ad pondus per calidum, sed ipsum circuit, vt sit in nobis reperire membrum aliquod ab eo declinans per frigidum, aliquod per calidum. licet nullius membri naturalis complo sit æqualitas ponderalis vt supra. & hoc naturaliter. Et hac sequendo expositionem lr̃a nullam habet difficultatem vt patet. Sed volendo lr̃am trahere ad expõnem superius recitatam mihi apparet consequenter aliter dicendũ esse. Primo ꝙ illud mixtum sic signatum non est æquale ad põdus sed est ab eo per calidum & humidum multum notabiliter recedens. Secundo ꝙ per aquam feruentem & niuem non intelligit Aui. aquam frigidam frigiditate summa, nec calidam caliditate summa. nec etiam intelligit duas aquas per excessus suarum qualitatum ab æquali ad pondus æqualr recedentes. sic. n. oporteret procedere argumentum primæ põnis. Tertio ꝙ per niuem & aquam feruentissimam intellexit Aui. duo mixta, in quorum vno quantus percipitur excessus caloris ab organo tactus tantus in alio percipitur frigiditatis excessus ex quibus mixtum resultabit inter has extremitates perceptas medium quod erit organo tactus vel omnino simile in qualitatibus his uel ab ipso parum distãs ideo ab eo quasi non patietur cutis, vt dicitur in lr̃a. Et tũc consequenter patet ꝙ secundum similitudinem superius dictam cutis est propinquum æqualitati certæ. quia sicut illa est media ita cutis media int᷑ excellentias has sic perceptas.

Patet consequenter cum hoc non repugnare cutim esse ad calidum & humidum satis notabiliter declinantem. hoc enim sic commixtum declinat ab æquali ad pondus per calidum & humidum.

Et forsitan caliditas uenarum & sanguinis neruorum frigiditati in ea æquatur,

Adducit secundam rõnem & arguit sic. In cute æquatur caliditas sanguinis venarum frigiditati nerui. ergo ipsa est propinqua. consequentia tenet & antecedẽs forsitan est verum, ergo & consequens. Dixit forsitan, quia certæ rei quãtitas nec calamo scribi potest, nec lingua proferri.

Similiter quoq; non patitur a corpore quod bene tẽperatũ existit ex sicciòribus corporibus & humidioribus cum in eo æqualia fuerint.

Adducit tertiam rationem. Secundo declarat rationes tactas. secunda ibi⌊ Et nos. ⌉ Prima pars patet.

Et nos quidem scimus ꝙ non est cã quare nõ patiatur, nisi quia non sentit illud neq; est tale quale illud, nisi quia propter ipsum nõ patitur. Nisi. n. tale esset quale illud, per illud pateretur. Res. n. quæ unius sunt originis & in naturis opponuntur unæ ab alijs patiuntur. Sed ab eo qđ ei in qualitate communicat res non patitur.

Deducit consequentiam primæ & secundæ rationis tale arguendo. Non propter illud dicimus cutim nõ pati ab illo

mixto,

mixto nisi quia non sentit illud mixtum. non sentit autem illud quia est similis illi, ideo si non patiẽ est similis illi, & per consequens propinqua. tenet consequentia, quia res quæ sũt vnius originis .i. in materia cõmunicant, & adinuicem secũdum suas qualitates opponuntur patiuntur inuicem. dũ vero in qualitatibus cõmunicant .i. sunt similes non patiuntur adinuicem, ideo nisi cutis esset talis quale cõmixtum illud proculdubio pateretur. Nota primo ꝙ cutis est contexta ex partibus nerueis. ad ipsam etiam veniunt & terminãtur venæ minutissimæ portantes sanguinem & spiritum & arteriæ quarum quodammodo vr̃ adæquatio cum illis partibus nerueis. Nota secundo in deductione istarum rõnum. A. non vult aliud nisi ꝙ hæc consequentia est bona. Cutis non sentit illud obiectum cum debita approximatione: & est apta sentire illud. ergo illud ẽ simile vel quasi simile cuti. Et dico notanter vel quasi simile, quia dato ꝙ esset dissimile a cute esset tñ non sensibiliter distans. & si pateretẽ cutis, non tñ sentiret illud, vt patet. Tertio nota per originẽ intelligi materiam. Res. n. eiusdem originis sunt res in materia cõmunicantes. Dr̃ autẽ materia origo quia in ipsa originantur & fundantur oẽs formæ & transmutationes naturales. vel originis .i. generationis, adinuicem opponuntur .i. hñt contrarietatem, in naturis .i. suis qualitatibus quæ naturæ dñr large, quia instrũalia pricipia trãsmutationis. Quarto nota tripliciter aliqua esse similia. In gradu tãtum. In forma tantum. Et vtroq; modo. Et ꝙ similia tertio mõ nõ patiũẽ in vigore qualitatum primarum. quod notanter addo, quia per virtuales spirituales qualitates pñt se transmutare.

Simile tripl'r.

Hic mouetur dubium vtrum cutis sentiat. Q. non arguiẽ. Primo quia est membrum terrestre: sicut oĩs pellis. 5. de generatione animalium. cap̃. 4. Item est viscosa non æqualis in complexione. 2. cañ. cap̃. de pelle. Dicendum ꝙ duplex est cutis. s. exterior terrestris dicta hymen. & interior supra dicta satis æqualitati propinqua q̃ dicimus sentire. Primã autẽ cutim esse tãquam eius defensaculum. Melius autẽ sentit oĩs cutis dum est carni annexa. Aristo. 3. de hystorijs. & Auic. 3. de animalibus. Has duplices cutes collige septima quarti. cañ. cap̃. de scabie. cum inquit. Et ad vltimũ materia pruritus egreditur inter duas cutes. Et tertia quarti. ca. de erysipila. dum dixit. Phlebotomia. n. nõ multum cõfert, nisi qñ materia est inter duas cutes. Si autem profunda fuerit, tunc eius iuuamentum minoratur. Ad argumentum dicitur ꝙ cutis est terrestris maxime hymen. Et viscosa, vt nutrimentum. vt tamen membrum viuens potest esse temperiei propinqua, vt dictum est.

Aristo. Cutis duplex.

Quod autem in cute magis existit temperatũ est cutis manus. Et quod in cute manus temperatius est, est cutis uolæ. Et temperatius eius est quod est super digitos. Et temperatius eius est quod est super indicem. Et temperatius eius est quod est in pulpa extremitatis eius, & propter illud est melioris sensibilitatis. Et quod in cute uolæ magis existit temperatum est quod in digitorum extremitatibus inuenitur. Quapropter extremitates digitorum aliorum quasi iudices existunt qualitatum natura tactualium. debet. n. declinatio iudicis æqualis existere ad unãquãq; extremitatum ideo, ut egressum ab æqualitate & a medietate percipiat.

Hic ostendit quæ est tẽperatior inter cutes. & declarat illud concludendo quoddam, vt patet in littera. Primo nota ꝙ licet humana cutis sit subtilior cute aliorum aĩalium vt. 5. de generatione aĩalium &. 10. problematum. 5. problemate. ea tñ in hoĩe reperitur grossior & subtilior vt facies pedis &c. quæ igitur subtilior, est etiam sensibilior. Nota secũdo cutim manus esse tempatam magis tẽperamẽto taᵭctiuæ sensationi proportionato. Cum. n. manibus maxime habeant occurrere tangibilia fuit necessarium ipsas tangibilia magis alijs membris perfecte cognoscere. Natura. n. non deficit in necessarijs, vt scribitur. 3. de anima. textu cõmenti. 45. Nota tertio partem interiorem etiam magis tangibilia percipere. Primo quia eius cutis subtilior est. Secundo quia magis extrinsecis exposita alterantibus, & hoc interiori parte non facta accñtaliter callosa, vt in rusticis apparet.

Aristo. Idem.

Quarto nota digitorum extremitates sunt quasi .i. p̃ quãdam metaphoram & similitudinem iudices. Sicut. n. iustus iudex iustam debens proferre sñiam debet esse medium inter litigantes ad nullum ipsorum declinans, nec contra aliquem passionatus. vt primo rhetoricorum. &. 5. ethicorum Arist. Ita debet organum tactus esse medium inter tangibilia. & intellige medium geometricum, vt supra recitatum est, & in quæstione magis apparebit.

Debes autẽ scire ultra hoc quod sciuisti, ꝙ cũ dicimus de medicina ꝙ est tẽperata, nolumus dicere ꝙ sit tẽperata certe, qm̃ illud est impossẽ.

Determinat de æqualitate medicinarum secundum q̃ medicina dicitur æqualis vel inæqualis in potentia: eo ꝙ determinauit de æqualitate actuali. s. hoĩs & membrorum. Et primo ostendit quid intelligit per medicinam temperatam siue æqualem. Secundo quid per distemperatam. secũda ibi. ⌊ Et similiter. ⌉ Primo ostendit quid sit per medicinam temperatam intelligendum. Secundo quid per distemperatam medicinam. secunda ibi ⌊ Et similiter. ⌉ Prima in duas. Primo ostendit quid per medicinam temperatam non sit intelligendum. Secundo quid sit intelligendũ. secunda ibi ⌊ Sed volumus. ⌉ Prima in duas, sicut duo ostẽdit per medicinam temperatam non esse intelligenda. secũda ibi ⌊ Neq; volumus. ⌉ In prima vult per medicinam temperatam non esse intelligendam medicinã temperatã temperamento ponderali. probatur: quia tale dabile nõ est. Medicina tpata quid.

Primo nota ꝙ penes auctores reperiuntur isti termini medicina, cibus: medicina cibalis, & cibus medicinalis. per quos quid intelligendum sit in quæstione patebit. Sumitur autem qñq; medicina cõmuniter pro quolibet alteratiuo vel conseruatiuo corporis humani, siue per actualem, siue per virtualem eius qualitatem. Qñq; sumitur ꝓprie magis pro quolibet alteratiuo & conseruatiuo merito suæ qualitatis virtualis. & taliter sumitur hic. Ex quibus patet medicinam primo modo sumptam, & adhuc secundo modo posse esse secundum qualitates primas æqualem ad pondus. Medicina dupliciter.

Patet secundo ꝙ si esset tale æquale ad pondus non esset homini medicina temperata. Contra. quia Auicẽ. dicit quoniam illud impossẽ est esse. Dr̃ impossẽ esse ad sensum dicendũ in q̃ne: quia nulla medicina põt in sua naturali dispositione sibi æqualitatem ponderalem determinare.

Neq; uolumus dicere ꝙ tpamento humano in sua cõplexione. sit tẽperata si. n. ita esset, tũc esset ex ipsamet humana substantia.

Secunda conclusio. Nec medicina dr̃ temperata quia habeat in se temperamentum simile temperamẽto humano. probatur, quia tunc medicina temperata esset ex ipsamet hominis substantia. consequens apparet falsum. consequentiam vero dimittit tanq̃ notam. Primo nota ꝙ argumẽtum. A. penes varios vario mõ tenet. Quidam dñt ꝙ tẽperamentum humanum resultat ex coalteratione mẽbrorũ humanorum. ergo hñs tale temperamentum habebit mẽbra humana, & per consequens medicina temperata si sic dicitur erit ex substantia humana siue hominis. s. membris.

Alij, hñs temperamentum humanum habet cõplonẽ sufficienter ad humanam formam præparantẽ, ergo &c. Cõciliator vero dr̃ia. 1 30. sentit ꝙ intentio Auic. est, non ideo dicitur medicina temperata quia formaliter similiter temperamẽtum eius tempamẽto humano, quia tunc medicina Concil.

temperata formaliter non esset nisi homo. Alij ad hoc vt aliquod temperamẽtum dicatur alteri simile nõ sufficit vt sit tale quale illud gradualiter, sed requiritur similis dependentia a spiritibus & humoribus, quo posito si medicina tẽperata haberet temperamentum simile humano, ipsa esset homo. vbicunq; n. est temperamentum gradualiter simile cum similibus dependentijs ibi est forma humana. Secundo nota non esse intelligendum Aui. negare aliquã medicinam temperatam habere temperamẽtum humanum. Infra. n. ostẽdetur in qõne ꝙ homo alteri in complexione similis est et medicina temperata. Sed vult ꝙ nulla dicta potentialiter talis habet temperamentum humanum. Vel ꝙ non ideo dr̃ tẽperata, quia tale habeat temperamentum, q̃a sic omnis talis temperamentum humanum haberet.

Sed uolumus ꝙ cum propter calorem naturalem qui in corpore existit humano patietur, qualitate afficietur, quę hominis qualitatem nõ supergreditur in aliqua duarum extremitatum æqualitatẽ excedentiũ. nõ ergo in ipso operabit̃ effectũ æqualitatẽ excedentẽ. Cõsideratione igitur suæ opõnis in corpore humano est æqualis.

Ponit tertiam conclusionem. s. ꝙ ideo dr̃ aliqua medicina temperata potentialiter talis, quia occurrens corpori humano ab ipso ad actum reducta afficietur qualitate aliqua qua nullo modo superegredietur æqualitatem humanam versus aliquam extremitatum excedentem æqualitatem, et per consequens non operabitur in eo effectum excedentem æqualitatem. i. temperantiam. Ex quo contingit ꝙ medicina dicitur temperata consideratione operationis eius in corpore humano. Primo notandum per calorem naturalẽ hic non solum naturalem naturalitate sanitatis sed etiã vitę esse intelligendum. Secundo nota ꝙ principium principale per quod operatur medicina temperata potentialiter talis est forma substantialis, quæ tñ non est potens corpus nostrum conseruare vel alterare, nisi a calore nr̃o aliquã dispositionem receperit qua potens est agere vbi prius ad hoc potens non erat sicut forma ferri est principale in mouẽdo ferrum, non tñ potest mouere nisi a magnete principium huius motus receperit. Tertio nota medicinam a calore nostro multas recipere dispositiones. Primo. s. subtiliationem & diuisionem ad minima, & hoc solum dispositiue concurrit ad operationem medicinæ, per hoc. n. melius mẽbria occurrit. Secundo alias dispõnes etiam a calore suscipit secundum manifestas qualitates, quia calefit &c. Et hanc dispositionem etiam imaginari possumus concurrere. Primo effectiue, vt puta ꝙ forma medicinæ sua mediante cõplexione & hoc calore calefaciat vel conseruet, & hoc est difficile saluare in frigidis. Secundo ꝙ dispositiue, quia hmõi præsentia redditur hæc forma cum eius complexione potens calefacere infrigidare conseruare vbi sine hac facere nõ posset. Sed quid de hoc infra secunda fen videbitur. Tertio recipere potest qualitates occultas per quas sic redditur q̃nq; potens vnum corpus conseruare ꝙ non aliud, & sic vnũ mẽbrum ꝙ non aliud. Et ex isto posset probabiliter teneri. Primo ꝙ cuilibet operationi a qualitate prouenienti a medicina potentialiter tali annectitur operatio a forma specifica. Secundo patet ꝙ per medicinam temperatam sit intelligendum, quia. s. medicina quæ ad actum reducta recipit dispositionem merito cuius corpus non calefacit &c. sed ĩ sua temperie conseruat. Ex iis possent concludi plura quæ in quæstione melius declarabuntur.

Calor naturalis gd.

Et similiter cum dicimus ꝙ est calida aut frigida, nolumus dicere ꝙ in sui substantia sit in ultimo caliditatis aut frigiditatis.

Ostendit quid non intelligit per medicinam distemperatam. Secundo quid intelligit per eandẽ. secunda ibi Sed volumus. Prima in duas. secundum ꝙ duos falsos remouet intellectus. secunda ibi Aut in sua. Prima conclusio. Non ideo dicitur aliqua medicina calida aut frigida, quia sit in vltimo. i. in summo calida aut frigida. vt ignis vel aqua simplex, patet ex cõi vsu huius nota medicina. Primo nota in sua substantia. i. quia in se subiectiue habeat caliditatem &c. Secundo nota vt supra ꝙ medicinarum quædã est potentialiter talis, quædam actualiter talis, vt aqua frigida &c. Talis ergo actualiter in vltimo est hñs in se actualiter supremum gradum caloris &c. siue formaliter & subiectiue. Potentialiter vero quæ non habet licet sit illius productiua vel tanti cum quanto vita stare non potest. Tertio nota non esse intentionem Aui. ꝙ nulla sit medicina calida aut frigida in vltimo, immo tam actualiter ꝙ potentialiter talis potest esse in vltimo talis. Ex quibus hæc corrolaria sustentanda sunt. Primum aliqua medicina actu talis est summe calida & aliqua est summe frigida. Secundum. Aliqua potentialiter calida, & similiter frigida est talis in vltimo. Tertium. Nulla dicitur talis, quia in vltimo talis. Quartum. Duarũ calidarũ aut frigidarũ in vltimo vna est altera magis aut minus calefactiua aut frigefactiua.

Medicina talis dupl[ex].

Aut in sui substãtia sit calidior corpore humano aut frigidior. Si. n. ita foret cuius cõplexio eẽt sicut hominis cõplexio, est etiam temperatum.

Secunda conclusio. Non ideo dr̃ aliqua medicina calida aut frigida &c. quia sit in substãtia sua calidior aut frigidior homine. probatur, quia tunc medicina diceretur temperata ex eo ꝙ haberet temperamentum humanum. Et hoc intelligit dum dicit. Si. n. ita esset cuius. s. medicinæ complexio esset sicut hominis complexio. s. calida aut frigida illa medicina esset temperamentum humanum. Nota hoc argumentum Aui. quia a varijs vario modo exponitur. Primus notat ꝙ tot falsos remouet intellectus medicinæ distẽperatæ quot temperatæ sibi oppositos, duo autem de temperata remouebat, ideo hic etiam duos de distemperata remouet. Primo remouebit æqualitatem ponderis, & hic extremitatem æqualitatis ponderis. Secundo remouebat formaliter temperamentum humanum. & hic remouet distẽperamentum humanum temperamentum excedens, et tũc patet deductio argumenti. Secundus intellectus est ꝙ per medicinam distemperatam non debemus intelligere medicinam hñtem complexionem a temperantia humana solum gradualiter recedentem. Si. n. talis cõplexio solũ gradualiter ab ea recederet, ab ipsa solum secũdum magis & minus differret. Et tunc patet ꝙ temperatæ medicinæ complexio nõ differt ab humana complexione. Aliter. Non ideo dicitur aliqua medicina distemperata: quia eius complexio formaliter egrediatur temperantiam humanam, sicut est complexio leonis asini &c. probatur, quia si sic tunc diceretur temperata cuius complexio non formaliter est extra temperantiam humanam, & per consequens habet temperiem hominis, vt colligitur a Conc. l. differentia. 137.

Medicina distẽperata quid

Concil.

Sed uolumus dicere ꝙ pp ipsam in corpore hominis prouenit caliditas aut frigiditas maior illa quam ex se habebat.

Tertia conclusio ponitur ex qua concludit duo corrolaria. secunda ibi Quapropter. Primo probat hanc conclusionem. Ideo dicitur medicina calida vel frigida, quia si sic occurremus humano corpori, ex ipsa prouenit eo caliditas aut frigiditas maior q̃ habebat corpus humanum ex se. Et potest persuaderi, quia non dicitur talis nisi, quia formaliter talis vel ex effectu. Non primum per conclusionẽ primam præcedentem ergo &c. Nota primo ꝙ ratio formalis medicinæ distemperatæ est opposita rationi formali tẽperatæ. Sicut igitur illa temperata dicitur, quia cum patitur & reducitur ad actum a calore nostro non inducit qualitatẽ excedentem &c. Ita ex opposito distemperata dicit̃ quæ ad

actum

actum reducta inducet qualitatem valde intensiorem & humanam temperantiam valde excedentem. Et ex hoc cũ adiutorio eorũ quæ de medicina tali in potentia dicentur secunda fen huius patet ꝙ de intentione Aui. fuit ꝙ medicinis talibus in potentia datur a calore nr̃o forma quædã quę stat cum complexionibus illarũ tanꝗ perfectio est qua simul cum illis fit vnum totale principium potens humanũ corpus calefacere, infrigidare, humectare &c. Recte sicut ex vno pricipio omnibus mẽbris nr̃i corporis a corde dato cũ suis complexionibus, quarum quædam sunt calidæ quędã frigidę resultat vnum quoddã totale pricipium quo omnia membra in suas debitas operationes exeunt. Ex quo patet ꝙ operationes medicinarũ diuersificari pñt non solũ secundum earum diuersitatem, sed etiam corporum quibus obuiant, ex quo a corporibus diuersis diuersi actus vel perfectiones eis attribuuntur. Non igitur mirum est si medicina homini frigida potest esse scorpioni calida, & vni minus calida & alteri magis calida. Ex quo patet vlterius quare medicina non conferente debemus trãsferre ad aliã, quia aliam aliter perficiet & actuabit calor. De quo plus in

Calefacere dupliciter. sequenti particula dicetur. Secundo nota ꝙ dupliciter aliquid nr̃o corpori occurrens dicitur calefacere. s. per se vel per accñs. essentialiter vel accñtaliter. Collr̃ hoc. 1. cañ. 3.

Gal. cap̃. Et. 1. techni. Et prima quarti. ca. de caussis vl̃ibus ephemerarum. Ad propositũ medicinam calidam appellamus ex qua prouenit effectus iam dictus per se et non per accñs. Ex quo tene ista corrolaria. Primũ nõ ꝑpter corpus nr̃m ab aliqua medicina fieri calidius aut frigidius debet aliqua medicina denominari calida vel frigida. Secundum. Propẽ ipsum fieri calidius vel frigidius tanꝗ ab agente per se est denominanda medicina calida aut frigida.

Quapropter una medicina plerũq; est frigida humani corporis cõpõne, & cõpõne corporis scorpionis calida, & humani corporis cõparatione calida, et frigida corporis serpentis comparatione. Immo quandoq; etiam una medicina existit calida cõpõne corporis petri magis ꝙ comparatione corporis pauli.

Concludit duo corrolaria secundũ ib. ⌊Ideoq.⌉ Primũ patet. Primo nota de medicinis actualiter talibus euidẽtiã habet dictũ Aui. aliquid. n. per qualitatẽ actualit̃ talem corpus vnum calefacit, & alterũ infrigidat, vt tepidũ. De potẽtialit̃ etiã talibus põt hr̃e veritatẽ. Primo quia sicut cõplexio hoĩs scorpionis & serpentis sunt distinctę speciei, ita a medicina eadem actuationes pñt recipere specie differentes, per quas medicina erit in vno vnius & in alio alterius effectus productiua. Secundo quia pręter actionẽ & qualitatem manifestã annectit̃ operatio a forma specifica. Tertio potest hoc accidentaliter prouenire ex parte diuersitatis corporum quibus obuiat in fortitudine & debilitate caloris & difformitate medicinæ, in facilitate & difficultate, seu fortitudine & debilitate resolõnis, & reductionis ad actũ, & difformitate partium. Exẽplũ primi, sicut scamonea nõ facit notabilẽ permutationẽ i corporibus turchorũ, & in alijs sic: quia virtus eorum resoluit & exterminat virtutẽ eius quarta primi. cap̃. de dispõnibus medicinarũ ventrẽ soluentiũ.

Gal. Exẽplũ secundi, sicut hyoscyamus turdos nutrit et hoĩes cõgelat. 4. de simplici medicina. & sexta quarti. qm̃ in turdo sunt viæ angustę & tardę penetrationis, ideo tardę penetrat & reducit̃ ad actũ, vñ prius ꝗ mẽbris vitalibus occorrat expoliatur sua virtute. In hoĩe vero cito reducitur ad actũ, & ꝑpter latitudinẽ meatuũ facile ad vitalia penetrat. licet in hoc. A. aliã imaginet̃ cãm. Exẽplũ tertij. sicut cepe exterius appositũ vlcerat interius appositũ nutrit: vt secũda huius. Et coriãdrũ interius sumptũ infridat, exterius vero sumptũ resoluit & calefacit. Et cerusa interius sumpta infrigidãdo pręfocat exterius vero nõ notabilr̃ infrigidat. In cepe. n. & coriandro sunt partes subtiles calidę & superficiales, profundæ vero grossę & frigidæ. His ergo interius occurrentibus calor interior fortis partes calidas resoluit & subtiles. & ex cepe chylum & sanguinẽ generat quia cibus medicinalis est. Coriandri vero partes subtiles & superficiales calidæ cito resoluunt̃, sed frigidę & grossę licet subtilient̃, non tamen resoluuntur, sed ad actũ reducuntur infrigidando, vt aliæ medicinę frigidę. Ecõtra vero his exterius approximatis calor in exterioribus debilis exñs partes grossas non põt notabilr̃ mutare & frigidas, calidas vero subtiliat & ad actũ reducit. quare & coriandrum resoluere & cepe exterius vlcerare poterit, licet in hoc sint alię causę tactę loco pręallegato. Et per idem cerusa interius pręfocat quia grossę substantię exñs non potest nisi a forti calore ad actum reduci Interius. ergo reducitur ad actum & vias spũum penetrat, oppilando & infrigidando pręfocat. exterius vero approximata non sic a calore debili subtiliari potest, vt per vias spũum possit penetrare nec notabiliter infrigidare. Et per idẽ non repugnaret in corpore debilis caloris valde medicinã frigidam difformẽ tamen, vt coriandrum calefacere, & in alio infrigidare, quia calor debilis partes subtiles calidas potest ad actũ reducere, frigidas vero non, sicut Serapio in de sim Seraṗ.
plicibus videtur sensisse de mandragora interius sumpta. Medicina etiã calida respectu vnius est minus calida ꝗ respectu alterius secundũ viã plusq; Cõmentatoris minus calida, idest minus potens calefacere cum alijs paribus.

Ideoq; præcipit̃ eis qui medicant̃ ut cũ cõpl̃one mutare uoluerint & unã adhibuerint medicinã quæ non contulerit, ab ea discedant.

Ponit secundũ corrolariũ. Et patet. Nota medicinę permutantur, aut quia nõ satis in gradu eleuant, aut quia assuetę, ideo natura non patitur. aut propter occultã proprietatẽ currentem inter medicinam & corpus. Et tu considera.

Postquã igit̃ de cõplexione tẽperata, quæ dicenda erant compleuimus, ad loquendũ de cõplexionibus distemperatis redeamus.

Determinat de complexionibus distemperatis. Primo pręmittit intentũ. Secundo prosequit̃ ibi ⌊Dicemus itaq;.⌉ Dicit primo ꝙ dicto de complexione temperata redeamus ad dicendum de distemperata. Dixit autem redeamus, quia sibi apparebat quandam digressionem fecisse tam de temperatis ꝙ distemperatis medicinis in hoc cap̃. tractando. Conueniens autem fuit hic ordo, quia cum temperata complexio sit sicut mensura distemperatarum & mẽsura debet mensurato esse pręcognita, oportuit prius de temperata, & consequenter tractare de distemperata.

Dicemus itaq; ꝙ complexiones distemperatas, æquale est, siue compræhenderis secũdum compationes speciei aut partis. aut idiuidui aut mẽbri quæ sunt octo. Et sunt oẽs communicantes in hoc ꝙ compl̃oni tẽperatæ sunt oppositæ.

Ponit numerũ cõplexionum distẽperatarum. Secundo declarat ibi ⌊Et hæ octo.⌉ Dicit primo ꝙ æquale est. i. non refert siue compræhenderis complexiones distemperatas per cõparationẽ speciei, siue partis speciei, siue indiuidui, siue mẽbri, quia semper qualitercunq; velis ipsas compręhendere sunt octo. Et omnes in hoc conueniunt: quia sunt oppositæ cõplexioni tẽperatę. Primo nota vt supra, licet modi æqualitatis distincti sint octo, oẽs tñ ad quatuor reducuntur. s. speciei, partis speciei: indiuidui & partis indiuidui. s. mẽbri. deinde quilibet illorũ diuidit̃ in duos: vt supra declaratum est. Secundo nota ꝙ cuilibet mõ æqualitatis corrñdet modus inæqualitatis sibi oppositus, quo. s. aliqd ab æqualitate illa recedere dr̃. Et quia oẽs modi ęqualitatis Æqualitatis & inæqualitatis modi quot.

dicti consistunt in certa qualitatum cõpsonatarum mensura, ideo quot modis conuenit ab æqualitate illa recedere, tot modi erunt inæqualitatis. Octo autem modis conuenit ab omni qualitatum complexionatarum mẽsura recedere. s. secũdum caliditatem tm̃, frigiditatem tm̃, humiditatẽ tm̃, et siccitatem tm̃, & similiter caliditatem & siccitatem &c. ergo cuilibet modo æqualitatis octo modi inæqualitatis sunt oppositi. v.g. Primus attenditur secundum cõparationẽ hoīs ad alias species, octo modis possumus imaginari aliquam speciẽ ab æqualitate humana recedere. Primo quia illa forma stat cum tanta caliditate cum quanta non staret forma humana vt forma serpentis. Secundo cũ frigiditate vt scorpio. Tertio cum siccitate vt lapis. Quarto cum tanta humiditate vt piscis. Item per caliditatem & siccitatem vt leo. Item per caliditatem & humiditatem vt porcus &c. Eodẽ modo in distemperantijs præter naturam potest enim aīa humana desinere informare materiam propter excessum in calido frigido sicco & humido, et cum his compositis vt patet. Et sicut de primo. ita de. 2. 3. &. 4. & sic de alijs est intelligendum. Et ex hoc patet intellectus lrẽ. æquale. n. est. i. non refert, siue velis cõprehendere octo distemperantias respectu speciei &c. quia quolibet erunt octo non cõmunicantes, omnes s. p sui æ opponuntur æqualitati. Patet secundo q assumendo modos omnes inæqualitatis aliquo modo magis specialiter erunt. 64. Nam octo sunt modi æqualitatis, quorum cuilibet octo inæqualitatis correspondent, sed octies octo faciunt. 64. igitur &c. Ex quo patet vlterius q istas distemperantias diuidendo magis specialiter in naturales & pręter naturã erũt. 128. Et vltra pñt multiplicari p materiales & imateriales. licet diuisio p materiale & imateriale iproprie satis attribuatur distẽperantijs naturalibus.

Et hæc octo proueniunt quẽadmodũ dicemus. Et est q egressus ab æqualitate, aut est simplex qui æqualitatem non excessit nisi secũdum unã contrarietatem, aut est compositus, qui æqualitatem secundum duas contrarietates excessit.

Declarat. Et primo præmittit diuisionem. Secundo ponit differentiam inter istas distemperantias quoad ipsarum permanentiam. secunda ibi ⌊Istæ tamen quatuor.⌉ Primo ponit diuisionem. secundo subdiuisionem. secunda ibi ⌊Et simpliciter.⌉ Dicit primo q egressus ab æqualitate est duplex. quia quidã est simplex, quidam cõpositus. Simplex vero fit, aut secundum contrarietatem agentem aut patientem. Compositus est secundũ ambas contrarietates.

Qualitas p'ia duplex.

Nota primo q qualitatum primarum quæ sunt quatuor, duæ ab auctoribus appellantur actiuæ duæ passiuæ. Actiuę vt caliditas frigiditas. Passiuę vt humiditas & siccitas. Hæ ergo qualitates duabus contrarietatibus comprehendunt. s. actiuarum inter se, & passiuarum inter se. patet. n. q actiuarum ad passiuas non est contrarietas. Secundo nota q recessus a temperamento potest fieri secundum vnam istarum contrarietatum solum, & qñq; fit secundum ambas. Exempla apparent. Primo mõ dr̃ distẽperantia siue inęqualitas simplex. Secundo mõ composita. Ex primo patet primo q non ideo dr̃ aliqua distemperantia simplex, quia fit secundum vnã qualitatem tm̃ corpore. n. calidiore tẽperato exñte nõ solũ recedit caliditas a mensura debita, sed etiã frigiditas. Silr̃ etiam corpore frigidiori existente. Patet secundo q nõ iõ dr̃ aliqua distẽperantia simplex, quia illa sit vna qualitas, imo põt esse duplex qualitas. Ex quo vlterius patet q nõ iõ dr̃ aliqua distẽperantia cõposita, quia fit secundũ qualitates plres, quia sic nulla esset simplex. semper n. secũdũ plres qualitates fit lapsus a tẽperamento. Ex hoc patet vlterius q iõ dr̃ simplex, qa est solũ in q̃litate vel qualitatibus sub vna cõtrarietate cõtẽtis absq; distẽperantia in alia cõtrarietate vt distẽperantia in calo & frido siue distẽperãtia in humido & sicco vel ecõtra. Ecõtra vero dẽ distẽperãtia cõposita, qa secũdũ q̃litates in ambabus cõtrarietatibus cõtẽtas: vt in calo & humido vel calido & sicco.

Et simplicis quidẽ qui secundũ unã excesserit cõtrarietatẽ. Aut est excessus secundũ contrarietatẽ agentẽ, quod est aliquo duorũ modorũ, quoniã aut est calidior q̃ debet, sed nec ẽ humidior, neq; siccior, aut frigidior quàm debet, sed nõ humidior neq; siccior. Aut secũdũ cõtrarietatẽ patientẽ, qđ est uno duorũ modorũ. qm̃ aut ẽ siccior quàm debet, sed nõ ẽ cal'idior, neq; frigidior aut hũidior, sed nõ est frigidior neq; cal'ior.

Subdit di. q distemperantia simplex quæ solum excedit temperantiam secundum vnam contrarietatem, aut est secundum contrarietatem agentem aut patientem. Et patet.

Distemperãtiæ duplex.

Nota hæ distemperantiæ sunt duplices. s. naturales & præter naturam. de oībus intelligitur. Naturales sunt corpori et virtuti cõuenientes pro opõnibus. Ecõtrã pręter naturam. Differunt autem quia naturales graduantur. & dicuntur tales aut tantæ respectu optimi temperamenti, præter naturales vero respectu temperamenti proprij corporis vel mẽbri. Hic cadit quæstio vtrum diuisio complexionum distemperatarum posita ab. A. sit bona quam hic omitto propter temporis angustiam.

Istæ tamen quatuor non diu permanent.

Ostendit qualiter se habent hæ simplices distemperantiæ quantum ad perdurationem earum. Et secundo declarat. secunda ibi ⌊Caliditas nanq;.⌉ De primo sciendum q ista propositio. Istæ quatuor non diu permanent a multis vario mõ exponitur. Primo. Istæ quatuor non diu permanent. s. quo ad vitæ perdurationem respectu temperati. Secundus intellectus. Istæ non diu permanent simplices distemperantiæ quin fiant cõpositę respectu tẽperantiæ. Tertius intellectus est. Istę distemperantię non diu permanent. s. cum eadem habitudine calidi ad humidum ipsarum inter se sicut in temperato, puta quia temperatus a generatione in medio temperantiæ erit in iuuentute in medio temperantię iuuentutis, & erit in senectute in medio temperantiæ senectutis, sed calida tm̃ a generatione in medio temperãtiæ humidi non erit in iuuentute in medio temperantię, sed extra vel saltem in latitudine satis variata, & sic de alijs. Primus intellectus recipit apparentem instantiam, quia per idẽ omnes etiam distemperantię compositę deberent dici non diu durare, eo q oẽs tales nõ diu durãt respectu tẽperati. Secundus intellš recipit instãtias in qõne tãgendas. Et silr̃ tertius. Duo tamen vltimi videntur magis literę consonantes.

Caliditas nãq; maior quàm debet reddit corpus siccius quam oportet.

Declat Aui. ppõnem pręmissam. s. q quatuor qualitates simplices nõ diu permanẽt sic simplices. Et primo de cala tm̃. Secũdo de frigida tm̃. Tertio de sicca tm̃. Quarto de humida tm̃. secũda ibi ⌊Et fridítas.⌉ tertia ibi ⌊Et siccitas.⌉ quarta ibi ⌊Et humiditas &c.⌉ In prima ergo parte pbat. A. istã cõclonẽ. Cõplo cal'a tm̃ nõ diu durat. talr̃ arguẽdo. cal'itas maior q̃ oportet associat sibi siccitatẽ maiorẽ q̃ oportet. igr̃ cõplo cal'a tm̃ nõ diu pmanet. Notãdũ q hoc qđ dcm̃ est, est intelligẽdũ secundũ alterũ intellm̃ iã dictorũ, tã quo ad añs q̃ quo ad cõsequẽs. Primus est. cal'itas maior q̃ oportet associat siccitatem maiorẽ q̃ oportet, q̃ ad vitę pdurationẽ respcũ tẽperati. ergo cõplo cal'a tm̃ nõ diu durat in vita respcũ tpati. Secũdus ẽ. cal'itas maior q̃ oportet associat sibi siccitatẽ maiorẽ q̃ oportet respcũ tpati. i. siccitatẽ associat tpam̃tũ excedẽtẽ. Tertius cal'itas maior q̃ oportet etc. associat sibi siccitatẽ maiorẽ q̃ oportet respcũ illius q̃ sibi associat tpata. ergo illę non diu pmanẽt silr̃ ad tpatã seruãtes habitudinẽ. Et penes hoc cõir̃ cõcedũt hę cõclones.

Pria. Poss̃e ẽ aliqđ corpus calm̃ tm̃ respcũ tpati p totũ sua sũ ætatũ decursum pmanere in hũido tpatũ, sicut patet ponendo

nendo illud corpus esse in calore insensibiliter lapsum & esse temperatum humido in extremo tamen intentiori humidi temperati. Hæc conclusio in quæstione deducetur. Secunda conclusio. Caliditate temperata & caliditate temperamentum excedente agentibus in humidum temperatum plus & uelocius alijs paribus exsiccatur humidum in quod agit caliditas maior q̄ illud in quod agit temperatus calor, & per consequens citius ad finem vitæ perueniret corpus illud calidum tantum q̄ temperatum. Tertia cōclusio. Licet humiditas temperata in calido tantum magis & velocius varietur q̄ humiditas temperata in temperato, non tñ necessario ante finem vitæ extra latitudinem temperamenti exiccabitur humiditas in calido tantum. patet. quia nō necessario in tanta proportione velocius exiccabitur, vt patet intuenti. Quarta conclusio. Caliditas in calido tantū tā naturalis q̄ præter naturam, intantum potest temperatum humidum exiccare ꝙ ipsum extra latitudinem temperamēti permutabit, patet vbi magnus recessus fuerit in calido a temperamēto. Item quia calida & sicca merito solius actionis caloris naturalium in humidum potest ad frigidū & siccum permutari, quæ multo plus distat ab illa q̄ temperata in humido a sicca complexione, igitur &c. Ex quibus patet intellectus propositionis, quia caliditas maior q̄ debet reddit corpus siccius q̄ debet. Vel quia taliter exiccat ꝙ minus in vita perdurat. Vel reddit ipsum siccum seu frigidū respectu temperati, sicut quando lapsus fuerit multus. Vel reddit ipsum continue siccius respectu tēperati q̄ prius erat: siue intra siue extra latitudinem. Et ex isto sequit̄ ꝙ decurrente temperato & calido tātum quocunq; per oēs suas ætates, prius egreditur calidus tantum latitudinem humidi tēperati pueri q̄ temperatus. Et similiter prius egreditur latitudinem humidi tēperati iuuenis. et sic de alijs. prius. n. egreditur pueritiam & ingreditur iuuentutem. & prius egredit̄ iuuentutem & ingreditur senectutem. ergo prius ibi deperditur gradus humiditatis temperati pueri q̄ intemperati. & similiter temperati iuuenis: & sic de alijs. Ex quo vlterius sequitur nullam complexionem cholericam suæ naturę derelictam eandem ad temperatam seruare habitudinem per omnes suas ętates. Immo secundum plurimum nullam distemperatam per vlla duo instantia. Et sic nulla in pueritia sicca in primo est in iuuentute respectu temperate æqualit̄ sicca, eo ꝙ multo plus variat̄ in sicco calā & sicca q̄ calida tñ. sed calā tñ non seruat eandē habitudinē ad tēperatā in pueritia & in iuuentute. ergo nec calida & sicca. Similit̄ etiā dicendū est de humida tñ. multo. n. minus exiccabit̄ q̄ tēperata. ergo continue crescet excessus humiditatis eius supra tēperamentū. Et per idē patet ꝙ frigida tñ cōtinue reddetur humidior respectu tēperatę in ambabus contrarietatibus. quia si æque velocit̄ exiccaret̄ humidū eius sicut in tēperata continue remaneret æqualr̄ humida, sed multo tardius continue exiccabit̄ q̄ in temperata. ergo &c. Ex quibus ꝓbabilit̄ tenendū ꝙ nullū corpus respectu tēperati calidum aut siccū tñ in primo tēpore iuuentutis fuit a gñone tale, & hoc si naturæ suæ relictum fuerit. Ex quo sequitur oē phlegmaticū, oē humidū tñ oē frigidum tñ in iuuentute sua distantius esse a tēperato signato q̄ ab eodē distabat in pueritia illo etiā tēperato per suas ætates decurrente: Nota tñ ꝙ argumenta adducta non ꝓbant non esse æqualē distātiam cholerici in primo in pueritia a puero tēperato, sicut erit in iuuētute eiusdē a tēperato iuuene. quantūcunq;. n. exiccetur velocius humidū cholerici q̄ tēperati, citius tñ egreditur ætatē pueritiæ cholericus q̄ tēperatus, ideo per tps notabile exiccabit̄ tēperatus post aūq̄ ętatē iuuentutis egrediat̄. Verbi grā. sit sor. cholericus puer i primo calidus & siccus respectu Platonis tēperati pueri. egredietur pueritiā sor. anno. 16. grā exēpli. Plato vero anno. 22. Dico igr̄ ꝙ licet siccitas sor. in. 16. anno erit distantior a siccitate Platonis q̄ in primo anno. In. 16. tñ anno sor. nō plus distabit a siccitate quā habebit Plato in. 22. anno quā in primo anno excedebat. Et huius ꝓbabilis cā est, quia quanto velocius exiccabitur sor. Platone tanto citius ætatē pueritiæ egredit̄. Et tu hic considera, quia orientur magnæ intricationes.

Et frigiditas maior, quàm debet facit corpus humidius quàm oportet humiditate extranea.

Secunda cōclo. Cōplo frigida tantum nō est diu permanens. Probat̄. Frigiditas maior q̄ debet cito reddit corpus humidius q̄ debet humiditate extranea. ergo hæc frigiditas non diu durat. Primo nota frigiditatem maiorē reddere corpus humidius veritatem hr̄e, tam de frigiditate naturali q̄ præter naturam. Dixit autem notanter humiditate extranea, quia. s. madefactiua, etiam qualitatiue potest ipsum reddere humidius per indebitam superfluitatū consumptionē: quia substantifica humiditate non reddit corpus humidius, vt patebit in cap̄. de ætatibus. Secundo nota hoc totū intelligi posse secundum alterum trium intellectuum positorum. Primus. frigiditas maior q̄ debet reddit corpus humidius q̄ oportet, & q̄ corpori ꝓ vita expediat respectu tēperati. Hic etiam instat̄ vt supra, quia frigiditas & humiditas maior q̄ debet reddit corpus humidius & frigidius q̄ oportet: & q̄ pro vita expediat respectu tēperati. igit̄ sicut prima non dr̄ diu permanere propter hoc, igitur nec illa secūda. s. frigida & humida, quod non dicit Aui. Secūdus intellectus frigiditas maior q̄ debet reddit &c. quia reddit corpus humidum respectu tēperati. Tertius corpus respectu temperati humidius quia non æquale vel similem seruat habitudinem ad temperatum: sed continue remanet corpus eo humidius, quia si sic debite resolueret superfluitates, & ita exiccādo ageret in eius humidum sua caliditas sicut temperati cōtinue similis seruaretur habitudo, sed multo minus exiccat̄ vel saltem minus, ideo continue remanet magis humidum respectu temperati cui primo fuerit comparatū. Sensus igit̄ est. Reddit corpus humidius tēperato, siue intra, siue extra latitudinē reddat̄ humidius. Contra, per idem frigida & humida non dicitur permanere, quia continue per eam reddit̄ corpus humidius frigidus respectu tēperati. Negetur consequentia, quia illa non primo denominat̄ temperata in humido, sed lapsa, & ita continue denominabitur, sed alia. s. frigida tñ in humido tēperata primo erat in humido æqualis temperatæ cui continue post erit inæqualis: vt patet ex dictis. Penes istos intellectus concedendæ sunt istæ conclusiones. Prima. Frigiditas multum a temperamento recedens cito potest corpus reddere humidius temperato, siue præternaturalis frigiditas, siue naturalis fuerit, vt patet intuenti. Secunda conclusio. Corpus frigidius tēperato & non siccius nec humidius citius ad mortem merito huius dispositionis ducit̄ q̄ corpus tēperatum. Et hoc credūt quidā Aui. intellexisse. Tertia cōclo. Contingens est corpus tēperato frigidius per totū decursum suaꝝ ætatū permanere in passiuis temperatum, patet vbi ponatur parum & insensibiliter a temperamento in frigiditate recedere, et cum hoc temperamentum in passiuis in extremo tñ remissiori humiditatis. Quarta conclo. Contingens est corpus frigidius tēperato & in passiuis tēperatum statim fieri humidius tēperato, vbi adhuc tale corpus erit insensibilr̄ lapsum in frigido, & erit in extremo intensiori temperantiæ humiditatis, quia statim reddet̄ humidius corpore secundū verā ꝓ cōtrarietatē tēperato in illo extremo, sed illud est humidū i extremo, ergo hoc redderet̄ humidū extra illud extremū. Super hoc argumēto posterius cōsiderandū erit. Ex q̄bus collr̄ intellā lr̄æ. Frigiditas &c. reddit subm humidius. i. extra latitudinē tēpamēti, vel saltē humidius tēperamēto cui prius in humiditate æquabat̄. Et nota. ꝙ licet ꝓbatū sit ꝙ corpus frigidū tñ in humido alicui tēperato æquale per decursum ætatiuū erit cōtinue illud in humido plus excedens: nō tñ deductū est euident̄. ꝙ ipsis cōparatis adinuicē in sitibus suaꝝ ætatū sibi corrñdentibus alia & alia erit inter se habitudo ꝓp suaꝝ ætatū inæqualitatē. Contra, quia frigiditas maior q̄ oportet associat sibi siccitatē. ergo nō humiditatē. assumptū collr̄ prima quarti. cap̄. de hectica senectutis. vbi

Friditas dupl'r.

ponitur frigus dominans esse causam hecticæ senectutis, et in libro de febribus, & in libro de tabe. Huic dicitur consequentiam negando. non enim repugnat idem esse per accidens duorum contrariorum causam. Sed de hoc infra secunda fen magis patebit.

Et siccitas maior q̃ debet cito reddit ipsum frigidius q̃ oportet.

Tertia conclusio. Complexio sicca tantum non est diu perdurabilis. probat̃ sic. Siccitas maior q̃ debet reddit corpus frigidius q̃ oportet, igitur &c. Primo nota hanc propositionem. Siccitas maior &c. posse intelligi tam de siccitate naturali q̃ de præter naturam. Et hoc iuxta triplicem intellectũ superius positum.

Siccitas dupl'r.

Primus reddit corpus frigidius q̃ oportet cito respectu temperati. citius. n. senectutem ingreditur & extinguitur eius calor q̃ in temperato. Secũdus reddit corpus frigidius respectu tẽperati, quia perducit ad lapsum compositum. Tertius reddit corpus frigidius intra vel extra latitudinem, sicut de alijs dicebam. Secundo nota dupliciter dicitur aliquod corpus infrigidari seu exiccari. s. positiue, & priuatiue.

Infrigidari vel exiccari dupl'r.

Priuatiue infrigidatur corpus per priuationem debitæ quantitatis sanguis & spiritus, vt hydropicus, & a causa calida febriens est priuatiue infrigidatus. Positiue vero per acquisitionem vlterioris gradus frigiditatis & deperditionem præexistentis caloris gradus. Similiter exiccari dupliciter dicitur. Priuatiue per remotionem debitæ quantitatis humidi. Positiue per acquisitionẽ gradus siccitatis vlterioris, licet hæ siccitates secundum plurimum se consequantur. Ad ꝓpositum siccitas maior q̃ debet reddit corpus cito frigidius priuatiue per priuationem debitæ quantitatis spirituum & caloris naturalis. Nõ tamen necessario positiue. Nam si cholerico potest durare vsq; ad finem vitæ caliditas excedens temperamentum hoc, a fortiori potest in sicco tantum. Associat igitur sibi frigiditatem maiorem priuatiuam, licet etiam positiuã associare possit, vt patet in senio. Et penes hoc hæ conclusiones sunt concedendæ. Prima corpus siccum tantum potest permanere siccum intantum per tantum decursum suarum ætatum. patet ponendo in sicco paucum excedere temperamentum, et cum hoc caliditatem eius esse in extremo remissiori latitudinis caloris temperantiæ. Secunda conclusio. Intra latitudinem temperantiæ in actiuis in tali corpore citius adueniet positiua vel priuatiua varietas q̃ in temperam vel saltem velocius. Tertia. Non necessario citius reddit corpus positiue frigidius. Quarta. Priuatiue semper reddit ipm frigidius. Quinta. Citius reddit siccius præter naturam corpus positiue & priuatiue frigidius q̃ naturalis. Ex quibus patet ꝓbationem non esse penitus de ol frigiditate & siccitate v'r veram. Contra probationem arguitur. Primo quia siccitas est lima caloris, vt sentiunt omnes. Secundo plus durat caliditas cum siccitate q̃ cum humiditate. ergo non cito &c. Argumentũ colligitur tertia huius secunda doc. 1. cap̃. s. de regimine corporum, quorum complexiones nõ sunt bonę. Dicitur. n. sic ad litteram. Cum autẽ caliditas fuerit cum siccitate possi'e est vt complexio ista in sua dispositione longo maneat tempore. caliditas vero cum humiditate sociata non durat. Item siccitas maior q̃ debet associat frigiditatem maiorem q̃ debet: & frigiditas maior q̃ debet associat humiditatẽ maiorẽ q̃ debet. igr̃ siccitas maior q̃ debet associat sibi humiditatẽ maiorẽ q̃ debet. Ad primũ dicitur q̃ siccitas est lima caloris, eo q̃ est causa dispositiua ut caliditas fortius agat vt supra, cum quo tamen stat q̃ reddit aut reddere potest corpus frigidius. Ad secundum dicitur q̃ Auicẽ. non plus voluit nisi q̃ complexio calida ad contrariam permutanda merito qualitatis secum associatæ, vt scilicet siccitatis vel humiditatis ampliori tempore durat cum siccitate quàm cum humiditate. humiditas enim per viam suffocationis caliditatem minuit & extinguit, & siccitas per viam resolutionis quæ extinctio est tardior prima, vt patet intuenti.

Et humiditas maior q̃ debet si ualde fuerit superflua uelocius reducit ipsum ad frigiditatẽ q̃ siccitas maior. Quæ si plurima non fuerit cõseruabit ipsum prolixiori tempore.

Quarta conclusio. Compl'o humida tantum nõ diu perdurat. probatur. Humiditas maior q̃ oportet reddit corpus frigidius si valde superflua fuerit, ergo &c. & subdit. Si autẽ non fuerit multum superflua conseruabit ipsum sic prolixiori tempore. Ad vltimum vero reddit corpus frigidius q̃ oportet. Primo nota. dupliciter contingit calidum extingui: vt proposito pertinet. scilicet per viam suffocationis & resolutionis, licet alias dixerim extinctionem, quæ fit per viam suffocationis terminari vel reduci ad illam quæ fit per viam resolutionis, ideo dixit si plurima fuerit.

Calidũ extingui dupl'r.

Secũdo nota q̃ humido non existente tanto vt calidum suffocare sufficiat cõseruabitur prolixiori tempore. s. q̃ distemperata simplex in tali gradu siccitatis alijs paribus.

Ad ultimum uero reddit ipsum frigidius quàm debet.

Contra, quia si humiditas non potuit in principio quando fuit maior non poterit in processu quando erit minor, ergo non ad vltimum. Respondeo. Ad vltimum. i. in processu. Et iste sensus penes quosdam non esset verus per argumentum adductum, vt videtur sententia Auic. tertia primi. doc. secunda allegato cap̃. vbi ponit complexionem distemperatam humidam in processu meliorari. Secũdus intellectus. Ad vltimum. i. in summa reddit ipsum frigidius q̃ si foret humiditas temperata, licet non notabiliter si pauca fuerit, & est modus loquendi Auic. Tertius. Ad vltimũ. i. procedente tempore & accidentibus causis infrigidationẽ promouẽtis. hoc erit causa saltem dispositiua, vt corpus reddatur frigidius. Quartus intellectus. Ad vltimum. s. excessiue valde proueniens. Humiditas reddit corpus frigidius vt sic continuetur sermo, quæ si plurima non fuerit &c. Ad vltimum vero. i. plurima facta. Quintus intellectus. Ad vltimum. s. ætatis proueniens reddit subiectum frigidius &c. Et est consonum ei, quod dicitur tertia huius alleg. ca. dum inquit. Dispositio ergo habentis complexionem in qua humiditas superat meliorabitur in complemento iuuentutis & fiet æqualis in eis. Cum autem descẽderit humiditas extranea augeri incipiet & caliditas minui.

Tu tamen ex hoc intellige q̃ æqualitas & sanitas magis pertinent caliditati quàm frigiditati. Et hæ quidem sunt simplices quatuor.

Ponit quoddã notandum. Et patet. De illo fiet vna q̃õ.

Compositæ autem sunt in quibus fit egressus ab æqualitate secundũ utrasq; contrarietates, uelut si sit complexio calidior, & humidior simul quàm oportet, aut calidior et siccior simul quàm oportet, aut frigidior & humidior simul quàm oportet, aut frigidior et siccior simul quám oportet. Non. n. potest esse frigidior & calidior quàm oportet neq; siccior & humidior simul.

Determinat de cõpositis distẽperãtijs. Secũdo facit quãdã subdiuisionẽ. secũda ibi[Vnaquęq;.] Prima pars patet.

Vnaquæq; autem harum octo complexionũ aut est sine materia, quod quidem est cum complexio corpus qualitate solummodo afficit ita q̃ corpus hac qualitate non afficiatur ꝑꝑ humorẽ in ipsum penetrantem, qui hanc habeat qualitatem ad quam immutat̃ corpus, neq; fiat nisi sicut cũ caliditate eius qui calefit ad ignẽ aut frigi

ditate

ditate eius qui ad niuē infrigidatus est. Aut est cū materia, quod quidem est cum corpus nō afficitur qualitate huius cōplonis nisi ꝑꝑ uicinitatē humoris in ipsum penetrantis, in quo hæc qualitas superabundās existit: quēadmodum corpus humanum causa uitrei phlegmatis infrigidatur aut causa cholerici humoris prassini calefit. Tu autem in libro tertio & quarto cuiusq; .xvi. complexionum exemplum inuenies.

Subdiuidit. Secundo ponit quasdam diuisiones. secunda ibi ⌊Et est tibi.⌉ Dicit primo vnāquāq; illarum complexionum esse duplicem. s. cum materia & sine materia. Sine materia est quādo corpus solum afficitur qualitate sic q nō afficitur illa propter vicinitatem humoris in ipsum penetrātis habentis qualitatem illam vel similem illi, ad quam corpus mutatur, sicut est distemperantia quam corpus acquirit ab igne sole vel niue. Econtra vero est distemperātia cū materia, sicut quando corpus infrigidatur causa vitrei phlegmatis aut calefit cā cholerici humoris prassini. Et de isto tertio & quarto lib. habebis exempla. Primo nota per humorem in proposito non solum intelligendum esse humorem proprie dictum, sed etiam omne proportionatum humori ad ipsum reducibile, vt chylus humiditas secunda, caro putrida, & sic de alijs. Et ex hoc solui possunt dubia plura hic adduci solita. Primum. Distemperantia causata ex putredine carnis, aut debet dici materialis aut immaterialis. Secundum. De distemperantia causata a verme putrescente in stomacho aut intestinis aut de lapide contento in vesica. Ad primum dicitur q est materialis, quia est ex re proportionata humori vel ad ipsum reducibili. Sic ad secundum. Nominauit autem hanc materiam solum humorem, quia secundum plurimum materia illa a qua depēdet est humor. Dicunt tamen quidam q ad hoc vt dicatē materialis distemperantia requiritur ipsam esse pendentē a materia. i. a re corpulenta grossa præter naturam secundum denominationem consimilem ei quod est de corporis essentia, sicut humor, humiditas &c. vel ad ipsam reducibilis.

Cōplo qlibet est duplex.

Humor duplex.

Ex quo patet q complexio distemperata pendēs a re penitus nobis & partibus nostri corporis extranea & dissimili non debet dici materialis: vt pendens a verme aut a lapide in vesica aut a cōsimili re. Non. n. est ista res corpori minus extranea q sol aut ignis aut nix nos alterans. Consimiliē dicunt q mala complexio pendens a cibo sub forma cibi existente in quacunque huiusmodi est immaterialis denominanda. Iterum malam complexionem pēdentem ab humore in bubone circunscripto in eo loco corporis intrinseco putauerunt denominandam esse immaterialē. Ex quo concludunt quidam q si for. biberet sanguinem Platonis aut proprium malæ qualitatis, & in stomacho vel in toto distemperamentum causaret, illa distemperantia erit denominanda imaterialis. Secundo nota notāter dictū esse ab humore in quo hæc qualitas &c. propter malam complexionem pendentem ab humore, in quo non erit illa qualitas, ut ephemera pendens ab oppilatione, quæ nō proprie est materialis denominanda.

Et est tibi sciendum q complexio cum materia duobus est modis. Membrum. n. quandoq; exterius a materia madefactum est. Et quādoq; materia penetrat & retinetur in foraminibus & uentriculis ipsius. Et est cum receptio uel retentio & penetratio est apostemans. Et est cum nō. Hæc est de complexione dictio. Medicus autē physico credere debet secundum semitam positionis, quod non est ei manifestum per se.

Patet totum vsq; ad finem. Nota penes auctores reperiri istos terminos: scilicet humidum, madidum, & infusum. Humidum est adhuc communius, & dicitur de humido qualitatiue & substantifice & madefactiue. Madidum est corpus secundum superficiem exteriorem irroratum. Infusum vero corpus in cuius profundo penetrauit humiditas. Ad propositum vide &c.

Hūidū quid, & madidū & infusum.

Capitulum secundum doctrinæ tertiæ, quod est de complexionibus membrorum.



Ico q Deus cuiq; animali, et cuiq; mēbro donauit ex cōplone qd' magis meret, & qd' eius actionibus & dispōnibus secūdū polītatē melius existit. hoc āt certificare philosophi est & non medici.

Postquam Auic. determinauit superius de complexione in generali, hic consequenter determinat de ipsis. Et primo ad membra. Secundo ad ætates & eis annexa. secunda ibi ⌊Aetates.⌉ Primo præmittit præambula ad ostendendum diuersitatem complexionum membrorum. Secundo de cōplexionibus membrorum determinat. secunda ibi ⌊Quod autem.⌉ Prima in tres secundum q tria præmittit. secūda ibi ⌊Donauit autem.⌉ tertia ibi ⌊Et vnicuiq;.⌉ De prima dicit. Dico q Deus donauit cuiq; animali, & cuiq; mēbro illud q magis meretur ex complexione, & illud quod melius existit eius actionibus, & dispositionibus secundum possibilitatem. Primo quia dicit donauit. nota q donum diffinitiue est datio rei non restituendæ possessę gratis datę. Et dicitur donum a do das. Et dicitur rei nō restituendæ ad differentiam mutui vel locationis. Et dicitur possessæ ad differentiam donationis fictæ. Dicitur autem gratis datę ad differentiam venditionis permutationis, & similium spērę cōmutationis. Ad propositum quia quę deus nobis sua immensa bonitate largitur, omnibus his conditionibus participare videntur. ideo dixit donauit. Dat. n. omni animali rē non restituendam. s. complexionem possessam ab eo, quia omnia continet eminenter, & gratis: vt patet. Et ideo in legenda Sancti Francisci scribitur cātasse cicadam, & dñm Deum laudasse propter dona quæ sibi donauerat. Secundo nota per membrum in proposito non solum intelligendam esse partem nostri corporis, sed etiā nostris partibus adiacentia, vt pili humores. Nec solum complexiones donauit, sed etiam virtutes quæ complexiones sequuntur, vt supra, sed dedit eas per complexiones intelligi. Tertio nota meritum est alteri secundum exigentiam finis debitū. Quia igitur dedit complexiones secundum q conuenit operationibus, ad quas animalia & mixta & membra finaliter ordinantur, ideo dedit ex complexione quod magis meretur. Dicit autem actionibus propter operationes actiuas, & dispositionibus propter passiuas. Item nota q secundum possibilitatem. s. ordinatam, non vero absolutam. de potentia enim absoluta posset Deus animal multo perfectius homine producere. hoc autem certificare est primi philosophi, scilicet metaphysici ostendentis a prima causa totum vniuersi ordinem habere dependentiam essentialem. & philosophi etiam naturalis ponentis etiam omnia ad finem ordinata dispositioni secundum finis exigentiam.

Donū quid.

Mēbrū quid.

Meritū.

Donauit autē homini cōplonē tēperatiorem q in hoc mundo esse est pole, cum suarum uirtutum conuenientia, quibus agit & patitur.

Præmittit secundum dicens Deum donasse hoī meliorē cōplonem quā in hoc mundo esse sit pole cum suarum virtutum cōuenientia, quibus agit & patitur. Primo nota hoc dcm sequi ex primo. Si. n. cuilibet aīali donauit Deus ex cōplone qd' magis meret, & qd' magis cōpetit ꝓ suis opōnibus, cū opōnes humanę dicant eē pfectissimę, perfectissimā

cōplexionē donauit homini cum suatum virtutum conuenientia &c. Quod totum est intelligendum secundum potentiam Dei ordinatam & non absolutam quam agit mediantibus causis secundis naturalibus. Ex quo cōmuniter cōcluditur complexionis perfectionē esse penes perfectionem operationis attendendam ad quam ipsa finaliter ordinatur. Ordinata enim ad finem mensurantur & disponuntur secū dum finis exigentiam. 1. phy. &. 1. ethicorum. &. 2. metaphysicæ. Cum igitur operationes sint finis complexionum, vt in littera dicit Auic. sequitur etc. Quod tamen videtur intelligendum cum certis circunstantijs, & non absolute. perfectiores enim operationes aptæ sunt prouenire a complexione bruti temperati q̄ hominis apoplectici ad mortem tendentis, quāuis ista non sit perfectior complexio. Sed tamen illud argumentum valet complexio humana est perfectior complexione bruti. ergo deducto accidentali impedimento perfectior operatio apta est prouenire a complexione humana q̄ a complexione bruti. Vel dicitur q̄ cōplexionis perfectio attenditur penes perfectionem operationis ad quā finaliter ordinatur. Contra, quia multa animalia perfectiorē habent olfactum, vt vultur & canis. homo. n. inter cætera animalia praue odorat. similiter certa animalia perfectiorē habent visum, vt aquila, vt probatur. 2. de anima: &. 5. de generatione animalium. 4. cap. &. 3. colliget. cap. de accidētibus sensus olfactus. vnde in metro dicitur. Nos aper auditu, lynx visu, simia gustu. Vultur odorant, præcellit aranea tactu. Huius vide solutionem. 2. techni. vbi ample tractata est materia ista quæstione quarta.

Dei potētia duplex.

Aristo.

Alalia sensu aliquo excellētis. Idem. Auer.

Et unicuiq; membro donauit de complexione quod meretur. Posuit ergo quædam ex membris calidiora & alia frigidiora, & alia sicciora, & alia humidiora.

Ponit tertium, dicens q̄ vnicuiq; membro corporis tā consimili q̄ organico donauit complexionem, quam magis meretur. Ex quo sequitur q̄ quædam posuit calidiora &c. Notandum hic q̄ hoc sic sequitur: quia si cuilibet donauit complexionem, quam pro sua operatione magis meretur, & aliqua ad operationem perficiendam requirunt complexionem calidam, & aliqua frigidam, sequitur.

Quod autem in corpore est calidius est spiritus: & cor a quo procedit.

Ostendit nunc ordinem membrorū in suis cōplexionibus. Et primo calidorum. Secūdo frigidorum &c. Partes patēt. Prima in tot quot ponit gradus vel ordines. Dicit primo q̄ res calidior est spiritus, deinde cor a quo spiritus procedit. De quo erit principalis quæstio.

Deinde sanguis, licet in hepate generet̄, quia enim cum corde continuus existit, ab eo plus acquirit caloris q̄ hepar habeat.

Primo nota. per sanguinem non oportet intelligere omnem, sed potissime arterialem, contentum etiam in venis cordi valde propinquis. In his. n. sanguini magna communicatur caliditas propter spiritus & vapores communicatos a corde. Secundo nota per sanguinem cordi continuū quidam intellexerunt contentum in concauitate cordis, quidam vero in arterijs. Ego autem puto q̄ cum hoc etiam potest intelligi sanguis existens in hepate, continuatur enim cordi per influxū quē recipit a corde, & licet etiā ip̄m recipiat hepar, minus tñ pp̄ suā ineptitudinē calefit q̄ sanguis.

Sanguis cōtinuus cordi quid.

Postea hepar, quia ē sicut sanguis cōgelatus.

Primo nota hepar esse calidum cōclusum est, Experimēto, quia ad tactum apparet esse calidum. Operatione, quia chylum transmutat in sanguinem & hoc non fit nisi a forti calido. Ex colore quia rubeum, et quia a dominio carneum. & hoc est signum efficacius alijs. Secundo notandū hanc propositionem hepar est sanguis congelatus esse falsam vt verba sonant. Sed sic est intelligenda. hepar est membrum ex sanguine coagulato generatum. Exponitur. n. sic. congelatus. i. a calido coagulatus. Quia tamen in tali coagulatione resoluuntur partes calidiores igneæ. s. & aereę, ideo remanet hepar minus calidum sanguine.

Post quod est caro, quæ minoris est caloris q̄ hepar, propterea q̄ neruorum uilli in ea mixti sunt, qui sunt frigidi.

Nota per carnem hic intelligendam esse simplicē. s. habētem sensum & non motum. propter enim sensum necessarium est plurimos villos neruorum esse substantiæ suæ interfectos & commixtos, ideo minus calida est hepate. Et licet etiam in hepate sint huiusmodi villi neruorum, non tamen eius complexionem æqualiter refrangunt sicut carnis propter iuuamentum quod habet a spiritu & sanguine, nec etiam sunt ita commixti substantiæ hepatis.

Deinde sunt musculi, qui minoris sunt calidi tatis q̄ caro simplex, propter illud quod de neruis & ligamentis eis admiscetur.

Nota in musculo duplicem imaginamur complexionē. Vna est in eo resultans ex partibus ipsam integrantibus sollum. Et secundum hanc complexionem est musculus frigidior carne. cōponitur enim vt videbitur infra ex villis carnis nerui & ligamenti. in carne autem dicta simplicī non sunt nisi pauci villi nerui. Et hoc modo gradiat Aui. musculum. Secundam complexionem imaginamur resultantem ex partibus iam dictis & multo spiritu requisito pro operatione motiua & sensitiua musculi. Et secundum hanc est calidior carne simplici. Et hoc Gē. Alij aliter dicunt q̄ licet in musculo plus requiratur de spiritu pro sensu & motu q̄ in carne iam dicta pro solo sensu, quia tamen valde contextus est ex villis nerui & ligamenti quæ sunt frigida non redditur cum toto illo spiritu substantia illius musculi ita calida sicut caro illa. Fuit autem necesse ipsum ex multis frigidis & densis partibus esse contextum ne facile ex fortibus motibus inflammaretur & dissolueretur. Contra, musculus est instrumentum motus voluntarij, & caro sensus, sed plus requiritur de calore ad motum quām ad sensum. igit. Concedit q̄ pluri calore indiget motus q̄ sensus, quia pluri spiritu: non tamen in instrō siue membro calidiori.

Musculi complexio duplex.

Postea est splen, propter illud quod est in eo de fece sanguinis.

Dicit q̄ splen est minoris caliditatis q̄ sit musculus: propter multitudinem fecis sanguinis. i. humoris melancholici multum eius caliditatem refrenantis, & refrangentis plus q̄ villi nerui & ligamenta refrangant caliditatem carnis et musculi. Primo nota q̄ licet splen sit membrum carnosum & arteriosum merito cuius videretur esse complexionis multum calidæ, considerando tamen multitudinem humoris melancholici euntis ad splenem habentis eius caliditatem refrangere, videtur ponendus esse splen in gradu frigidiori calidorum q̄ musculus. Secundo, nota q̄ causa quæ mouet Auicē. ad graduandum splenē ex parte humoris melancholici fuit, quia ex hoc in opere consurgit vtilitas. hoc enim scito, scitur q̄ splen indiget medicinis multum subtilianfibus & aperitiuis in suis complexionibus. scitur etiam indigere euacuationibus fortibus, & propter hoc tarde euacuantur splenetici. pendent enim eorum ægritudines a materia grossa fixa. Tertio nota quod propter idem oportuit splenem esse rarum & arteriosum, ita vt videatur

Splenis cōplo.

Gal.

videatur quodammodo medium inter hepar & pulmonē, vt .2. de vtilitate particularum. cap̄. de vtilitate splenis. eo enim q habet digerere & coquere humorem valde grossū, & ipsum sugere, & continere. Ideo ipsum oportuit rarum esse, & hoc arteriosum vt ad ipsum perueniat multus calor iuuans ad hanc decoctionem. Et colligitur hæc causa tertio de partibus animalium, ab Arist. in cap̄. de vtilitate hepatis & splenis. Et a Gal. 4. de iuuamentis membrorum. cap̄. 4. dum inquit. Multitudo venarum pulsatilium in splene fuit propter grossitiem nutrimenti, vt purgent & subtilient ipsum. Quarto est notandum hic q licet hepar paucas habeat arterias: cor tamen ad ipsum aperte calorem influit per latas vias & apertas arterias.

Aristo.

Postea renes, eo quòd nō multus in eis existit sanguis.

Renis cōplo.

Primo nota renes esse calidos. quod arguitur. Ex substātiæ eorum carnositate. Et rubedine. Et fortitudine attractionis eorum quę perficitur a calore ex natura aquositatis vrinalis, quæ per eos transit quæ calida est per admixtionem choleræ. Et ex facili casu eorum in ægritudines calidas. Secundo nota q licet ita sit, quia tamen per ipsos paucas percipimus penetrare venas, & quasi exangue membrum apparet, ideo cōcludendum visum est auctoribus q licet sint calidi, non tamen ita sicut splen. Contra, quia circa renes multiplicatur pinguedo quæ fit a frigido. Dicitur a quibusdam ratione finis. Non placet quia præter finem requiritur agens. Aliter pauca multiplicat̄ pinguedo immo quasi nulla in subā, sed circa renū subām a frigiditate circūstātiū partium. & ideo assimilatur ren auaro qui stat in diuitijs & nihil earum ad vtilitatem suam sibi applicat.

Rē silis auaro.

Deinde arteriarum tunicæ, non propter ipsarum neruosa corpora, sed propter illud quod recipiunt de calefactione sanguinis & spiritus, qui sunt in eis.

Primo nota licet corpora arteriarum & venarū sint de se frigidæ cōplonis, quia substantiæ ligamentalis vel panicularis: sunt tamen per participationem multi spūs & sanguinis calidæ & humidæ complexionis. Et hoc subiūgit clare in littera. Contra, quia per caliditatem sanguinis et spiritus cōplo arteriæ reducit̄ ad medium, primo cōplonū ad finem. Dr̄ q reducitur ad cōplonē mediā inter cōplonē arteriæ, & spiritus, & sanguinis, & illud est supra cutim. Nō tñ intelligas q ad medium arithmeticum reducatur.

Postea sunt uenarum non pulsatilium tunicæ, propter sanguinem solum.

Nota nō esse intentionē Aui. venarum tunicas nullo modo per spūm calefieri, sed vult q vene solum principalit' calefiant per sanguinē arterialem venalē, non per spm̄ in venis enim paucus in arterijs vero plurimus continetur.

Postea cutis uolæ temperatæ:

Contra, supra dictū est carnē simplicē esse ꝑpinquā cutim plus alijs, hic vero venarū tunicas. Dñt aliqui, supra dixit de carne simplici, quæ est in pulpis digitorum, hic de alijs sicut gingiuarum. Alij caro simplex quo ad qualitates actiuas, & passiuas simul magis appropinquat cutim. est, n. quasi tota humida. hic vero comparatur in calido tm̄, in quo tunicæ venarum magis appropinquat q̄ caro simplex. Alij temperamento tactui proportionato magis appropinquat q̄ caro simplex cuti, situaliter tamen potest aliud membrū ei fore propinquius. Aliter, supra cōsiderabatur caro simplex quo ad complexionem innatam solum, hic vero ad innatam simul influentem. Tene quam vis.

Frigidius uero quod ē in corpe est phlegma:

Hūorū dispō ae testatur elr̄tis.

Declarat ordinem frigidorū. Et dicit primo q frigidius quod est in corpore est phlegma. Primo nota q dispositiones humorum aliqualiter attestari videntur dispositionibus elementorum. phlegma enim aquæ, & cholera igni, & sic de alijs. Quia ergo aqua ponitur elementorum frigidissimum, ideo &c. Secundo nota vt infra, phlegma est duplex. s. naturale & non naturale. hic autem sermo est de naturali, alijs naturaliter se habentibus comparato. Notum. n. est q si comparetur ad melancholiam non naturalem: non oportebit hoc concedere vniuersaliter, cum ex phlegmate quantūcunq; frigido, possit per congelationem generari melancholia non naturalis. Tertio nota ad concludendum phlegma naturale frigidius esse melancholia naturali, diuersa probabilia adducuntur. Primum quia attestatur elemento frigidiori. Secundum quia generatur a calido diminuto. melancholia vero a temperato, quia medio inter calidū generans phlegma & generans sanguinem vt infra videbit: licet etiam aliter illa auctoritas possit exponi. Tertio quia in corporibus frigidioribus magis multiplicatur phlegma q̄ melancholia, vt in senibus quorum ęgritudines percipimus plures phlegmaticas, & paucas melancholicas. Frigidius ergo est phlegma q̄ melancholia. Sane tamen hoc intellige. s. phlegmate & melancholia naturalibus comparans sibi inuicē in finibus suarum latitudinū corrñdentibus, vt frīdissimo phlegmate, frīdissimę melīę, medio medię, & sic de alijs.

Phl'a duplex.

Postea pili.

Pili generatio.

Nota pilus generatur ex materia fumosa terrestri per viā adustionis eleuata, in qua tamen aliquid glutinositatis reperitur. vnde pars parti adhęrere potest, hæc autem materia a calido subtiliata, veniens ad poros cutis, condensatur a frigiditate cutis aeris & circunstantium frigidorum, et in corpus quoddam rotundam oblongum secundum longitudinem pori conuertitur, cui similis exhalatio fumosa succedēs hanc exterius propellit, secunda similiter cōgelata, & sic deinceps donec generetur vnum corpus rotundum oblongū, quod dicitur pilus. Ex quo patet pilum tam ex materia q̄ ex agente immediate ipsum complente esse frigidum. Sed de hoc plus in quæstione. Ex his possent concludi plura pulchra in quæstione declaranda.

Pili cōplexio.

Deinde os.

Nota ossa esse frigida, concludi posse ex materia, & agente, & etiam fine. Ex materia, quia terrestris & grossa, vt patet per densitatem & duritiem. Ex agente, quia calidum diminutum est: quod etiam subtile resoluendo relinquit grossum, sicut alia agentia assantia. Ex fine etiā, quia finis ossiū ē sustētare, ad qd' reqrit̄ fixio & durities, q̄ frīditati attestant̄.

Postea chartilago.

Chartilago qd.

Nota q chartilago est mēbrū terrestre durum, minus tñ osse, a natura ꝑductū, vt inter os & os. aut inter os & carnem mediet ne durum duro, aut molle contactu duri nimiū lędetur. Et patet hanc esse frigidam, licet minus osse.

Post ligamentum.

Ligamētū quid.

Nota q ligamentū est subāa q̄dā terrestrior neruo, minus tñ chartilagine, unū vr̄ se hr̄e ad chartilaginē, sicut chartilago ad os, & orit̄ ab osse, qa infixū est subæ ossis in extremitate, & est illud quo iunctura iuncturæ annectit̄, sed de hoc īfra.

Deinde chorda.

Chorda

Nota q chorda est mēbrū quoddā ex villis neruí & ligamenti cōtexitū. iō reddit̄ frigidū minus ligamēto, participatione villorum nerui, qui sunt minus frigidi ligamētalibus villis. Indiget ēt spū aīali ꝑp motum & sensum eius, cuius est instr̄m, qui multum frigiditatem eius refrangit.

Post panniculus.

Pãniculus duplex.

Nota panniculum esse duplicem. Quidam est solum tegens vel inuoluens, sicut panniculus tegens immediate os cruris. & hunc videtur Gal. appellare membranam: qui est a natura repertus, vt infra aliqua membra mediet, quę suo contactu possent se lædere. Alter est cuius non solum est tegere, sed etiam membro præbere sensum. sicut panniculus tegens hepar. Ad propositum de vtroq; potest uerificari sermo Aui. de primo. n. propter connexionem eius cum carne apparet ipsum esse minus frigidum chorda. De secundo ꝓptee hoc & propter spiritum aīalem frangēt ē frīditatē eius.

Deinde neruus, post nucha, post cerebrum, deinde adeps, postea pinguedo, postea cutis.

Nota ꝙ neruus, sensitiuus pluri indiget spiritu animali et vitali q̃ panniculus, ideo videtur minus frigidus. Neruus etiam motiuus, quia pluri indiget spiritu, & calore q̃ sensitiuus solum, vt. 4. de accidenti. ideo est minus frigidus. De alijs vero membris in latitudine frigidorum positis, in quęstione apparebit.

Humidius uero quod ē in corpore ē phlegma.

Humiditas duplex.

Ostendit membra humida. Secundo subdit quoddam notandū. secunda ibi[Scire tamen.] Dicit primo ꝙ humidius quod est in corpore nostro est phlegma. Nota duplex est humiditas. s. accñtalis siue madefactiua, & substantialis siue substãtifica. Prima humiditate humidius est phlegma. Secunda vero sanguis, quia magis est in substantificum humidum transmutabilis. Contra textum, humores sunt sicut elementa membrorum. ergo taliter sibi attribuunē qualitates sicut elementis, sed nulli æque primo frigiditas et humiditas est attributa. ergo nec phlegmati frigiditas & humiditas. Pro isto dicitur ꝙ phlegmati non æque primo attribuuntur istæ qualitates, sed primo frigiditas. Alij ꝙ prius humiditas. phlegma. n. est intensius humidum q̃ frigidum, vt infra patebit. Primi autem dicebant ꝙ frigidū, quia aliquo modo reperitur humor humidior phlegmate: vt infra de sanguine, sed nullo modo frigidior.

Post sanguis.

Nota ꝙ sanguis est minus humidus phlegmate ad sensū datū. Cōprēhendit autē rōne ipsum esse minus humidū, qa ex phlegmate per vlteriorē decoctionē gñat sanguis in quo resoluuntur partes aquosæ, quæ plurimæ sunt, ideo &c.

Postea pinguedo: postea adeps.

Pinguedo dr̄t ab adipe.

Nota pingue. l. lardum. adeps. i. axungia, sunt cōplōnis humidæ: eo ꝙ ex vnctuoso sanguine generantur, tale autē est humidum. sunt etiam frigidæ complexionis, sed differēter. nam frigiditatem complexionis non habent a materia: immo merito illius essent calidæ complexionis, sed ab agēte complente, quod est frigidū inspissans. tale. n. reddit adipem & pinguedinem frigidæ complexionis. Ex quo tāq̃ fundamento patet quare membra dicta inter partes viuentes enumerantur inter membra frigida, vt tamen nobis occurrentia ad extra, inter medicinas calidas computanē, vt 2. cañ. ca. de adipe. Etiam Serapio de simplicibus. Et Isaac de diætis particularibus. Non. n. sunt istæ partes in corpore nostro naturaliter se habentes: nisi sint actualiter fixæ & solidæ, quod a frigido acquisiuerant. Ideo volentes a consumptione præseruare pingues, renes inūgimus cum oleis infrigidantibus & stringentibus. Dum autem vt medicinæ nobis exterius occurrunt, operãtur in nobis per complexionem in eis derelictam per calorem digerentem sanguinem hmōi vnctuosum. Sicut. n. cineribus relinquitur vestigium caloris adurentis, ita in dictis. ideo per hanc complexionem calefaciendo: temperate tamen operantur. Et hanc cām colligere possumus. 2. de partibus animalium. caꝑ. 2. s. de çirbo & adipe. Et expressius lib. 3. caꝑ. 9. Et ex his patet quare adeps supernatat, quare etiam ad tactum apparet mollior, quare pinguedo ponitur humidior. Patet secundo quare frigidioris complexionis asseritur adeps q̃ pinguedo, quia scilicet ex parte sanguinis densiori generatur. inuenitur. n. adeps magis densa q̃ pinguedo, ita vt aliquo modo rumpatur, pinguedo vero non, & propter idem remanet pinguedo hūidior adipe. Inspissās. n. adipē excludit eius ptes aqueas. Inspissans vero pinguedinē nō, cuius signū est quia stridet pinguedo ad ignē, & non adeps. Sed de his latius in q̄ōne.

Seraꝑ.

Isaac.

Aristo.

Postea cerebrum.

Cerebri cōplōꝺ ogđ.

Nota cerebrum humidum esse comprēhenditur. Ex mollitie, & tactu. Secundo ex operatione. Tertio ex fine. Ad tactum. n. molle percipitur. Et eius operatio est siccitatē cordis temperare, somnum prouocare, sentire, quæ omnia per humiditatem perficiuntur. Ex fine etiam, quia cum cerebrū subijciatur fortibus motibus & alterationibus, & sensationibus interioribus & exterioribus, facile exiccatum fuisset, nisi fuisset complexionis humidæ. Et colligitur hæc cā prima tertij. caꝑ. 2. Contra. tunc cor debuisset esse humidū. De hoc in quęstione habebis. Secundo nota. hic innuitur cerebrum plus recedere a cute per humiditatem q̃ per frigiditatem, quia in ordine frigidorum ponit satis prope cutē, qa in. 4. ordine. hic vero in ordine humidorum ponitur eleuatius. Huius causa in quæstione videbitur.

Postea nucha.

Nota cerebrum humidius esse nucha compræhenditur. Ex tactu, quia mollius. Operatione, quia plures eius operationes sunt apprehensiuę, quæ humido psm perficiunē. Tertio ad cerebrum multi vapores ascendunt ipsum humectātes. Quarto patet, quia per nucham debet seruari continuitas spondilium, ad quod requiritur soliditas maior, vt. 3. de partibus animalium. &. 2. colliget. caꝑ. de nucha.

Aristo.

Auerr.

Postea caro mamillarum, & testiculorum.

Mamillarū cōplexio.

Nota carnes mamillarum esse humidæ cōplexionis cōprēhenditur. Tactu, quia molles & teneræ. Effectu, quia generant rem humidam, proportio. n. mamillarum ad lactis generationem ex sanguine, est sicut ꝓportio hepatis ad sanguinis generationem. duodecima tertij. caꝑ. 1. Similiter ꝓportio testiculorum ad sperma est sicut mamillarū ad lac, et hepatis ad sanguinem, vt colligitur. 20. tertij. 1. caꝑ. &. 2. colliget. caꝑ. de iuuamento membrorum gñonis. Quia tñ lac humidius & magis fluidum est spermate, eo ꝙ sperma indiguit soliditate maiori, & fluxibilitate minori. Primo vt melius imprimeret. Secundo vt spiritum generatiuum melius conseruaret, ideo conclusum testiculos minus humidos esse mamillis, ad tactum etiam solidiores apparent. De dispositione autem horum in qualitatibus actiuis non bene reperitur expressum. Quidam. n. ponunt calida. Quidam temperamento ita uicina, vt non cōprēhendaē excessus. Veritas tñ apparet, ꝙ vtraq; caro decliner ad calīm, sed magis testiculi. vtriusq; enim operatio ē digestio & attractio multæ materiæ a longinquo, quæ indigent calore dominante, licet argumentum non sit efficax. Quomodo autem lac ex sanguine per digestionem in mamillis genitum reddatur frigidum, infra videbitur.

Auerr.

Post pulmo.

Quod ostendit mollities. Et quia a dominio carneus, vt temperet siccitatē cordis, & ne inflammeē. Est etiam calidæ cōplōnis secundū naturalē cōplōnē, licet secundū accidentalē sit frigidus & humidus, vt statim post subiungitur.

Post hepar. Deinde renes. postea lingua.

Patet ad tactum. Et ex operatione quæ est principaliter sanguinem generare. Quia tamen est minus molle pulmone, minus ponitur humidum.

Post musculi. Post cutis. Et hic quidem est ordo, quo Gal. disponit ea.

Quia dominio carneus, & mollis. Quia tamen est multum ex partibus nerueis & ligamentalibus cōpositus, redditur minus humidus carne simplici, quod ex supradictis relinquit Auicē. tanquam notum.

Scire tñ debes φ pulmo in sui substātia & natura nō est humidus uehementi humiditate.

Subdit duo notanda ad remotionem dubiorum: secundum ibi⌊ Et dispositiones.⌉ Primo præmittit intentum. Secundo declarat. secunda ibi⌊ Omnis. n.⌉ Dicit primo φ licet positum supra fuerit φ pulmo est humidior hepate, tu tamen scire debes φ pulmo non est humidus vehementi humiditate. Et intelligit per hoc pulmonē naturali humiditate non esse vehementē humidū. i. non esse ita humidum sicut supra graduabatur quando ponebatur humidior hepate, quia naturali humiditate non humidior eo.

Omnis. n. cōplō mēbri naturalis silr̄. s ē ei quo nutritur. Et secūdum suā accn̄talem complexionem similatur ei quod ab ipso superfluit.

Pulmonis complexio et mēbri cuiusq; est duplex.

Probat propositum, & intendit simul duas cōclusiones. Prima. Pulmo est naturali humiditate minus humidus hepate. Secunda. Accidentali humiditate. quam acquirit a catarrhis descendentibus ad ipsum, et vaporibus humidis ad ipsum ascendentibus est humidior hepate: Probantur istæ conclusiones ambæ sic. Cuiuslibet membri complexio naturalis assimilatur ei ex quo nutritur accidentalis vero ei quod ab ipso superfluit. sed sanguis ex quo pulmo nutritur non est multum humidus, immo siccior sanguine ex quo nutritur hepar, quia est multæ cholerae admixtus vel adiunctus. in pulmone vero plurimæ superfluitates humidæ sunt ipsum potentes. accidentaliter humectare plus φ in hepate. igitur pulmo secundum naturalem complexionem est minus humidus hepate. secundum accidentalē vero humidior. Primo ponit maiorem. Secundo minorem & declarationem eius. Tertio concludit. secunda ibi⌊ Pulmo autem.⌉ tertia ibi⌊ Postq̄.⌉ Prima pars patet. Nota primo per complexionem naturalem intelligendam esse complexionem membro debitam & pro suis operationibus requisitam. Econtra vero per accidentalem, siue cum illa mēbrum stet in latitudine sanitatis, siue non. sicut caliditas aliqua accidentaliter a sole impressa non trahens membrum extra latitudinem sanitatis, est accidentalis complexio, distinguendo accidentalem contra naturalem iam dictam. nō. n. est requisita ad operationes eius. Et sic in pulmone imaginamur humiditatem naturalem consurgentē in eo merito partium ipsum integrantium, & spiritus & sanguinis requisitorum ad suas operationes. Aliam vero accidentalem positam a catarrhis &c. sine qua quātūcunq; esset pulmo, suas perficeret operationes. Secundo nota. illa ,ppō. Cuiuslibet membri complexio similatur &c. a multis diuersimode exponitur & glosatur. Ego autem sic exponere consueui. Cuiuslibet membri complexio naturalis similatur. i. correspondenter proportionatur ei ex quo nutritur, quia qualem obtinet dominationem vel situm membrum in latitudine membrorum, talem obtinet nutrimentum ei debitum in latitudine nutrimentorum. membro. n. calidissimo calidissimum. frigidissimo frigidissimum correspondet nutrimentum, & sic de aliis. Tertio nota φ superfluitas cui membrum secundum accidētalem complexionem assimulatur in tali gradu, est superfluitas a toto ad illud membrum diffusa, & in eo aggregata est, longam moram contrahens. & quia humiditates catarrhales in pulmone sunt huiusmodi. ideo &c. Sed dicetur hoc clarius in quæstione.

Pulmo autem nutritur calidissimo sanguine & multę mixto choleræ. Et hoc quidem ipsemet Gal. nos docet. In ipso uero multa humiditatis superfluitas colligitur, propter illud quod ad ipsum ascendit de uapore corporis, & propter illud quod ad ipsum descendit ex catarrhis.

Ponit minorem cum eius declaratione. Et patet. Nota primo φ cum substantia pulmonis sit vel dicatur subtilis, oportuit eius nutrimentum esse vel dici subtile. quod nō potuit esse nisi esset vel diceretur cholericum. Secūdo nota secundum cōem viam, hic sanguis non dicit̄ multū cholere admixtus, quia sit cholericus & calidus, & siccus respectu nutrimenti cutis, sed est respectu illius calidus & humidus. & consequenter φ ista cholera magis in calido q̄ in sicco alterat sanguinem hunc, licet aliqui dixerint pulmonem respectu cutis esse siccæ complexionis quo ad complexionem naturalem. Et dicunt illud intellexisse Aui. dum dixit: ipsum non esse humidum vehementi humiditate. i. respectu cutis, quia respectu æqualis ad pondus non dicit̄ humiditas vehemens. Et adducunt signa sumpta a nutrimēto quia sanguine calidissimo, a subtilitate, a leuitate, & spōgiositate subæ. Itē q̄a cōtinue recipit fumos & catarrhos, ne illis nimis humectaret̄. hæc tñ positio non placet.

Postq̄; igit̄ sic est res, hepar multo magis humidū ē pulmone humiditate naturali, & pulmo magis est madefactus, licet humiditatis mora ipsum in sui etiam substantia molliorem fecerit.

Concludit quoddam. Et patet in littera.

Et dispositiones phlegmatis & sanguinis ita intelligendæ sunt. Phlegmatis nāq; humectatio est secundum modum madefaciendi. Et sanguinis humectatio secundum modum augmentum faciendi in substantia.

Nota hic innuit istas conclusiones. Prima phlegma accidentali humiditate est humidius sanguine. Secunda substantiali siue naturali est contra. Tertia conclusio. Licet ita sit absolute tamen phlegma est humidius sanguine, quæ ponit̄ ibi⌊ Licet phlegma.⌉ Secundo nota φ licet aliquo modo sic se videatur habere phlegma ad sanguinem, sicut pulmo ad hepar, dr̄ınter tamen dicitur pulmo & phlegma accidentaliter humidius. pulmo quidem, quia in se habet humiditatem sibi accidentalem, phlegma autem quia membrorum accidentaliter humectatiuum, necessarium est tamen humiditatem suam esse phlegmati naturalem. Ex quo patet quomodo etiā sanguis dicitur magis humidus naturali humiditate quia. s. membrorum magis q̄; phlegma naturalit̄ humectatiuum. Tertio nota. non esse intentionem Auic. sanguinem non esse membrorum aliquo modo accidentaliter humectatiuum: sed vult sanguinem magis naturalit̄ & minus accidentaliter, econtra vero phlegma.

Licet phlegma naturale aqueum plerūq; sit maioris humiditatis q̄; sanguis.

Phlegma nāle dē aqū triplex.

Ponit tertiam conclusionem. Secundo probat ibi⌊ Ex sanguine.⌉ Prima pars patet. Primo nota phlegma naturale dici aqueum, quia elemento aquę proportionatū. Vel dicitur aqueum respectu alicuius speciei non naturalis phlegmatis: vt est gipseum. Vel dicitur aqueum respectu sanguis, cuius respectu est superflue humidū. Secūdo nota. hic est duplex lr̄a. Prima dicit p̄m, & est melior & clarior. Secūda plerūq;, q̄ notant̄ dr̄ ,pp phlegma a dispōne sua prima diuersum nō esse semper tale, vel q̄n phlegma et sanguis sunt in suis nālibus dispōnibus quod plerūq; est.

Ex sanguine enim cum quantū digeri debet

digeritur. multum humiditatis ex eo resoluitur, quę erat phlegmatis naturalis aquei, quod ad ipsum conuersum fuit. In sequentibus autem scies ꝙ phlegma naturale est sanguis, qui aliqua conuersus est conuersione.

Arguit ad conclusionem sic. Ex sanguine. s. ex phlegmate generato dum complete digeritur, eius superfluitas, & humiditas consumitur, ergo phlegma est multo humidius sanguine. consequentia patet, & antecedēs declaratur infra, dū ostenditur ꝙ phlegma non est nisi sanguis diminute decoctus. Et nota ꝙ illud argumentum tenet potissime: quia hæc digestio fit a calido humidum superfluum cōsumente. Cōtra, quia per idem sequeretur sanguinem esse humidiorem lacte. Negatur consequentia. Et tu vide super capitulo de modo generationis embrionis.

Res aūt siccior quæ ē in corpe sunt pili, sunt enim ex uapore fumoso qui eleuatur. Resolutū nanq; fuit ꝙ in eo de uapore mixtum erat, & pura fumositas congelata remansit.

Oñdit partes siccas. Et primo oñdit pilum esse in gradu primo siccorum. Secundo ostendit os esse in. 2. ordine. Tertio ostendit ordinem aliorum. secunda ibi ⌊Postea est os.⌉ tertia ibi ⌊Post os autem.⌉ In prima parte probat hanc conclusionem. Pilus est res siccior quæ sit in corpore nrō. Probatur. pilus generatur ex vapore fumoso a calido eleuato, a quo resolutum est illud de vapore, quod ei erat admixtum, & pura fumositas congelata remanet. ergo pilus ē res siccior. consequentia tenet, quia nulla alia res in corpore nostro fit ex materia terrestri congelata: immo omnes videnē per digestionem fieri, & antecedens Auic. derelinquit tanꝗ notum. Intelligendū primo penes auctores reperiri istos terminos, quibus tanꝗ synonymis frequenter vtuntur, proprie tamen differentes. s. fumus, exhalatio, & vapor. Est. n. vapor corpus aereum vel aqueum. Exhalatio vero proprie ignea. Vnde primo metheo. Dico autē vaporē velut aquā. Exhalationem vero velut ignem. Fumus autē est terrestre corpus, a calido supra violenter eleuatum. Ad propositum materia ex qua generatur pilus non est vapor, quia talis nō est tenax, nec exhalatio, quia illa non est apta nata retineri, ergo est fumus vel vapor fumosus terrestris nō multę subtilitatis, quia exhalaret, nec grossitiei, quia nō penetraret, sed tantæ, vt in poro retineatur donec congeletur, & expectet propulsionem ab alia superueniente materia. Secundo nota hic explicari causas generationis pili. primo agens remotū est calidum, quod est velut vrens. vnde in pilo est modicū de digestione. Deinde materia, quia vapor fumosus &c. Deinde explicatur agens immediatum cōplens. Et forma, cū dicitur congelata. complens. o. est frigidū congelās. Et sic aliquo modo patet eius forma. Tertio nota non esse intētionem Aui. totum humidum esse a pilo resolutum, quia sic non staret glutinositas & continuitas suarū partiū, sed vult plurimā esse factam ipsius consumptionem. non tamen totalem, sed tantā remansisse vt conseruetur cōtinuitas eius.

Vapor qd & exhalatio et fumus Aristot.

Postea est os. ipsum nanq; omnibus membris durius existit.

Probat primo os esse siccius osbus membris. Secūdo ꝙ est humidius pilis. secunda ibi ⌊Humidius &c.⌉ Primo arguit sic. Os est durius omnibus membris, ergo est siccius. consequentia tenet, & assumptū patet. Nota duritiē qñq; fieri a frigido, qñq; a calido. Exemplum primi, vt in glacie. Exemplum secundi, vt in latere, luto, osse, &c. Prima arguit frigiditatem. secunda siccitatē. Debet igitur intelligi taliter argumentū Aui. Os est durius alijs mēbris, & cū hoc a calido generatū tale. igiē est vel dr̄ siccū. Qño ergo distingui et discerni debet prima durities a secūda alibi ꝑscrutādū est.

Duritiei gño duplex.

Humidius tamen pilis est. Ossis nanq; generatio est ex sanguine.

Probatur os esse humidius pilo. Primo ratione. Secundo experimento. secunda ibi cum dicit ⌊Nos autem.⌉ Primo hoc. Secundo concludit corrolarium. secunda ibi ⌊Quapropter.⌉ Prima in duas sicut dupliciē probat. secunda ibi ⌊Cuius situs.⌉ Primo arguit sic. Ossis generatio est ex sanguine, ergo &c. tenet cōsequentia, quia nō sic cōtingit de pilo.

Cuius situs est situs qui humores naturales exiccat locatus in eis.

Ars fumus est siccus.

Arguit sic. situs ossis est in medio, quia humiditates humorum multum exiccat os. Nota ꝙ os dicitur naturaliē carne circundatum. ideo refrangitur eius siccitas ab humiditatē carnis. quantūcunq; igitur non foret ex materia os humidius pilo, remanet tamen ex hac contraoperantia humidius. Contra, quia pilus est flexibilis & os non, ergo pilus est humidior osse. Respondetur hoc esse propter subtilitatem. Contra subtilietur os. frangetur tamen. Aliter hoc ex modo permixtionis humidi cum sicco. vnde contingit res siccas esse plicabiles sicut pilus, & humidas rumpibiles & comminuibiles vt glacies. Et tu hoc cōsidera ex quarto metheororum.

Quapropter os multa nutrit animalia. Pili uero nullum eorum nutriunt, aut fortasse si nutriunt ex eis aliquod, ualde est rarum & extraneum: sicut existimant quidam ꝙ uespertiliones eos digerant, & in eis delectentur.

Patet hoc.

Nos autē cū duas quātitates ossis & pilorū in pōdere æquali assumpserimus, & eas in cucurbita alēbico superposito distillauerimus. egredietur ex osse plus aquæ. & plus olei, & remanebit minus fecis. os ergo pilo humidius est.

Patet hoc etiam.

Post os autem in siccitate est chartilago.

Ponit ordinem aliorum membrorum, dicens ꝙ post os in siccitate est ipsa chartilago, quæ est durior post os, & est quasi de natura ossis.

Postea ligamentum. Post chorda.

Dicit ꝙ post cartilaginem in siccitate est ligamentū ipsum. eo ꝙ sic se habet ad chartilaginem sicut chartilago ad os. Et per simile post chartilaginem est chorda.

Post panniculus.

Contra, quia componitur ex villis nerui & ligamenti, sicut chorda. infra cap. de membris. Dicendum ꝙ chorda peruenit ad maiorem duritiē & soliditatem, quia habet fortiores motus sustinere. & quia panniculus habet tegere mēbra mollia, ne sua mollitie læderetur. ideo forte panniculus tegens dura posset esse non minus siccus et durus ꝗ chorda, sed hoc non expressit Auicē. relinquens tanquam facile a nobis compræhensibile.

Post arteriæ. Post uenæ

Quia sunt venis magis duræ & panniculates, etiam debēt esse fortiores ꝗa motibus subijciūē, & nō venę. Ponunē aūt parū eleuatæ in sicco. ꝗa Aui. imaginaē eius siccitatē ab humiditate sanguis & spūs tēperari. Idē patet de venis &c.

Post nerui motiui.

Propter ipsos indigere plurima fixione.

Post

Post cor.

Hoc patet.

Post nerui sensu

Dicit Aui. q post cor ponuntur in siccitate ipsi nerui sensus, eo qa ipsi maiori indigēt possibilitate & m. non tixione.

Motionis enim nerui frigidiores & sicciores simul existunt temperamento. Nerui autem sensus frigidiores quidem, sed non multum sunt tēperamēto sicciores, & fortasse sunt ei propinqui & neq; etiam in frigiditate sunt ab eo ualde remoti, postea est cutis.

Contra. Primo quia motus fit per caliditatem. Item plus de calore requiritur ad motum q̄ ad sensum, vt. 4. de accidenti, & 1. interiorum. igitur non frigidiores sunt motiui sensitiuis. Nota hic primo q Auic. comparat solū motiuos ad sensitiuos, & per consequens motiuos & sensitiuos simul ad sensitiuos solum. eo q omnis neruus motiuus est sensitiuus, sed non econtra, vt colli̇t loco prgallegato. Secundo nota, neruos esse complexionis frigidæ facile cōprehenditur, quia sunt membra exanguia. Motiuos etiam esse complexionis siccæ cōprehenditur, quia in motu requiritur fixio. Q. autem nerui sensus sint sicci non est euidenter ab auctoribus probatum, licet forte hoc tactu experti fuerint, ideo standum eorum testimonio. Sciendum tertio q nerui sensitiui solum, puta qui sunt instrumentum tactus, sunt secundum vtrāq; contrarietatem temperamento satis propinqui. Et ideo dixit, & fortasse, quia bonitas tactus requirit dispositionem mediam. Ad primum negatur. consequentia sicut de cerebro patet. Ad secundum concederet q indigent pluri calore ad istam operationem dato a cerebro. non tamen sequitur eius substantiam esse calidiorem: sicut de alijs pluribus supra dictum est, quare &c.

Capitulum tertium tertię doctrinæ, quod est de complexionibus ætatum & generum.



ETates omnes sūt quatuor. Aetas adolendi, quæ uocatur ætas adolescētiæ, & e't fere usq; ad. xxx. annos. Postea est ætas cōsistendi quæ uocatur ætas pulchritudinis, et est fere usq; ad. xxxv. aut. xl. annos. Et ætas minuendi cum uirtus non amittitur manifeste, & hic est ætas senectutis, quæ fere est usq; ad annos. lx. Et est ætas minuendi cum manifesta uirtutis debilitate, & hic quidem est ætas senium, & finis uitæ.

Declarat de complexionibus ætatum, quæ naturalibus annectuntur, & similiter sexuum, & regionum. secunda ibi cum dicit: ⌊ Secundum diuersitatem vero. ⌉ Primo declarat numerum ætatum. Secundo notificat complexiones earum. secunda ibi ⌊ Infantium vero. ⌉ Primo ponit generalē diuisionem ætatum. Secundo subdiuidit. secunda ibi ⌊ Adolescentiæ. ⌉ Dicit primo omnes ætates esse quatuor &c. litera patet. Primo nota ætatis plures dantur notificationes. Quidam sic. ætas est talis mensura mensurās dispositionem corporis viuentis. Alij, ætas est terminus vitæ animalis, quo crescit, stat, occulte & manifeste diminuitur. Alij, ætas est dispositio accidentalis, complexioni principaliter attributa, temporali periodo mensurata, secundum variam proportionem calidi naturalis ad humidum radicale. Albertus autem magnus in libro de iuuentute & senectute describit ætatem sic. Ætas est spacium temporis in viuente relictum, in quo virtus vitæ omnem perficit suę mensuræ motum vel operationem, nisi per accidens impediat.

Ætatis diffō multiplex.

Albertus.

Conciliator vero. dr̄ia. 16. sic ætatem perfecte describit. Ætas est dispositio animalis permanentiæ: mediante complexione rebus viuentibus attributa, ex actione calidi in humidum, & cuiusdam influxu causata, tali periodo mensurata, quo illud augeť, stat, decrescit, & manifeste declinat. Sed huius diffinitionis declaratio, in quæstione patebit qua quęritur. vtrum quatuor sunt ætates. Et si consideras, quidā in descriptionibus dictis per ætatem intellexerunt tempus mensurans ipsam dispositionem prout est tempore mensurata. Ex isto patet cur non diffinit ætatem hic Auic. quia videlicet sumitur pro ipsa dispositione mensurata, & sic est complexio, quæ iam diffinita est. Causa probabilis est. Sed ꝓbabilior est, quia non placuit. Nota secundo q ex actione calidi naturalis in humidū ab intra in nobis quatuor generales reperiuntur mutationes, secundum variam proportionem calidi ad humidum. Quandoq; n. calidum naturale habet ad humidum proportionem talem, q ipsum potest extendere ad magnas dimensiones. Quandoq; non potest ipsum humidum, propter eius terrestreitatem, amplius extendere, licet possit ipsum sub æquali mensura conseruare, & corpus sub æquali rubore. Quandoq; autem intantum terrestrificatum est humidum, vt calidum non se possit cōseruare in mensura æquali, quare decrescit calor & corporis robur in quantitate, licet non manifeste declinet. Quādoq; vero manifeste declinat. Et propter hoc quatuor sunt ætates. s. adolescentiæ, consistentiæ, senectutis primę, & senij, & illud est finis vitæ. Dicitur autem adolescentiæ. i. crescentiæ. Adolescere enim est crescere. Et dixit fere. quia huiusmodi ætatis longitudo & breuitas variantur secundum varietatem complexionis naturalis.

Conci.

Ætates quatuor.

Adolescentiæ uero ætas diuiditur. In ætatem infantiæ & hæc quidem est cum membra pueri nondum ad motiones & ambulandum sunt apta. Et in ætatem dentium plantatiuam, quæ est post ambulationem & antequam sit fortis, & illud est cum nondum gingiuæ sunt omnibus dētibus repletæ. Postea est ætas concussionis, quæ quidem est post uehemētiam & natiuitatem dētium, & antequam polluantur. Deinde est ætas algulema. i, uel alguadi, & rehac. i. cū ab eo egrediť sperma, quæ est quousq; barbescat. Postea est ætas fortitudinis: quæ est donec sinat crescere.

Notandum primo q hanc ætatem subdiuisit quia plures in ea ab intra percipiuntur mutationes. Primo. n. nō graditur, nec loquitur. Deinde superueniunt dentes, et graditur, & loquitur. Deinde concutitur, & fortibus motibus mouetur. Deinde polluitur, post barbescit, & completur. Quia ergo in hoc tot mutationes percipiuntur, ideo subdiuidiť. Secundo nota dicitur infans, quia nō fans. Puer vero quasi purus, non coinquinatus vitijs. Et dicitur ætas plantatiua dentium: quia iam dentibus replentur gingiuæ. Dicitur ętas cōcussionis, aut quia fortificato tunc calido valde super humidum respectu eius quod prius, videtur q quasi illud concutitur, aut quia in hac ętate satis vigorata virtute motiua, pueri īprouidētibus & inordinatis cōcurrunť motibus aut qa in hac ætate incipiūt pueri & puellæ ad libidinē incitari & cōcuti, & q̄nq; superfluitatem dictam alguadi expellere.

Infans.

Puer.

Ætas cōcussiōis.

Infantium uero solum ab infantia usq; ad iuuentutem complexio in calore fere temperato, & in humiditate fere superflua existit.

Declarat complexiones ætatum. Primo in calido & frigido. Secundo in humido & sicco. secunda ibi ⌊ Sed puerorum. ⌉ Primo ostendit qualis est complexio adolescentium & iuuenum. Secundo senum. Tertio concludit. secunda ibi ⌊ Postea est sciendum. ⌉ tertia ibi ⌊ Quod igitur. ⌉ Primo

ostendit qualis sit complexio infantium. Secundo circa cõparationem puerorum ad iuuenes tangit varias opiniones. secunda ibi ⌊Medici autem.⌉ Prima pars patet. Notandũ in humiditate fere superflua, respectu iuuenũ, aut in relatione ad operationes, non tñ respectu ipsorummet.

Medici autẽ antiqui inter se disceptauerunt de duabus caliditatibus pueritiæ, & iuuentutis.

Fuerunt enim eorum quidam, qui dixerunt ꝙ caliditas pueri est maior.

Primo ponit opinionem aliorꝫ. Secundo Gal. secunda ibi ⌊Gal. autem.⌉ Primo primam. Secundo secundam. secunda ibi ⌊Ex eis.⌉ Primo ponit primam. Secundo motiua ibi ⌊Et propter illam.⌉ Prima pars patet. Primo notandum per pueritiam hic intelligi totam ætatem crescentiæ siue adolescentiæ. Per iuuentutem vero ætatem in qua non amplius crescendo procedit, sed stat.

Pueritia quid & iuuẽtus.

Et propter illam plus crescit.

Primum motiuum. Puer propter suam caliditatem plus crescit, igitur eius caliditas est maior. consequentia tenet, eo ꝙ augmentum fit a calido, ideo maiori existente augmento concluditur maius esse calidum, sicut ex maiori effectu concluditur maior causa &c. Nota. plus crescunt. s. ꝙ iuuenes est cõparatio abusiua, vel non vera. Aliter plus. i. vlterius crescendo procedunt, & supple iuuenes non.

Ideoq; omnes eius operationes naturales desiderij & digestionis sunt maiores, & diutius durantes.

Secundo arguit sic, omnes operationes naturales. s. digestiones & appetitus sunt maiores & diutius morantes, ergo &c. consequentia tenet, eo ꝙ omnes istæ operationes sunt effectus caloris.

Qm̃ calor innatus, qui inest eis ex spermate, magis est aggregatus: & est minoris temporis.

Tertio arguitur sic. Calor innatus qui est in eis a spermate est magis vnitus, siue congregatus, & est minoris temporis, igitur &c. tenet consequentia, quia & virtus et calor magis aggregatus & vnitus est fortior & maior ꝙ̃ diuisus, & antecedens patet minus enim subsecutum est tempus post generationem puerorum ꝙ̃ iuuenum: vt patet.

Et ex eis fuerunt qui dixerunt ꝙ calor innatus in iuuenibus est valde fortior.

Primo ponit hanc opinionem. Secundo motiua. Tertio soluit. secunda ibi ⌊Quoniam.⌉

Quoniam eorum sanguis est maioris quantitatis, & magis spissus, ideoq; accidit eis fluxus sanguinis ex naribus plus & fortius.

Ponit motiua quatuor siue rationes. secunda ibi ⌊Et ꝙ eorum.⌉ tertia ibi ⌊Et ꝙ iuuenes.⌉ quarta ibi ⌊Et ipsi.⌉ tertia ibi ⌊Desiderium.⌉ Prima ratio, sanguis iuuenis est maioris quantitatis & spissior, igitur &c. consequentia tenet, quia sanguis multiplicatur a calido & inspissatur, & antecedens patet, quia plus accidit eis fluxus sanguinis narium. & hoc arguit eorum sanguinem esse magis bullientem.

Et ꝙ eorum complexio plus ad choleram declinat, & puerorum complexio plus declinat ad phlegma.

Secunda ratio. Complexio iuuenum est magis cholerica, ergo est magis calida. Et econtra, puerorum est magis phlegmatica, ergo frigidior &c.

Et ꝙ iuuenes uehementiorũ motionũ existũt motus uero non est nisi propter calorem.

Tertia ratio. Iuuenes sunt fortiorum motionum, & non fit motus nisi a calido, ergo &c.

Et ipsi etiam uehementioris istimbræ existũt & sunt melioris digestionis, & hoc ex calore.

Quarta ratio. Iuuenes sunt fortioris istimbræ. i. fortioris digestionis, quæ non fit nisi a calido.

Desiderium nanq; non est ex calore, sed ex frigiditate. Ideoq; caninus appetitus ex frigiditate sæpius contingit.

Soluit motiuum istorum de appetitu. Secundo declarat propositum. secunda ibi ⌊Signum autem.⌉ Dicit primo istos ex appetitu puerorum male arguere, quia appetitus vigoratur a frigido, cuius signum, quia frequenter fit appetitus caninus a frigore. Et nota quare dicitur appetitus caninus. Et quare dicitur actio corrupta.

Signũ autẽ ꝙ uehementioris istimbræ isti existant est, ꝙ neq; nausea accidit eis, neq; uomitus, neq; fastidium, quemadmodum contingit pueris propter digestiuæ eorum malitiam.

Declat iuuenes esse vehemẽtioris istimbræ. i. digõnis, qa eis non accidit frequenter vomitus vel nausea sicut pueris.

Et signum ꝙ eorum complexio magis choleræ pertinet est, ꝙ omnes eorum ægritudines sũt calidæ, sicut febris tertiana, & eorum uomitus totus est cholericus, ægritudines autem plurimæ, quæ pueris eueniunt, sunt frigidæ & humidæ, et eorum febres sunt phlegmaticæ, & plurimum quod uomunt est phlegma.

Declarat illud qđ sumpserat. s. ꝙ cõplexio iuuenũ sit magis declinans ad coleram, quia omnes suę ægritudines sunt quasi colericę, & puerorum phlegmaticæ, etiam plurimum quod vomunt pueri est phlegma, & iuuenes cholera.

Et augmentum quod est in pueris non est ꝓp fortitudinẽ caliditatis eorum, neq; est nisi propter multam ipsorum humiditatem.

Soluit aliud motiuum illorum sumptum ab augmento. dicens augmentum non esse propter calidum, sed propter humidum siue humiditatem. Eadem. n. vel minor mensura caloris in subiecto humido potest augmentũ facere, quæ tñ in subiecto sicco augmentum facere non valeret.

Maximum etiã eorũ desideriũ significat caloris eorum diminutionẽ. Hæ quidẽ sunt duarꝫ sectarum sententiæ, & ipsarum rõnes.

Hoc tactum est supra.

Galenus uero ambabus sectis cõtradicit. dicit n. quòd eorũ caliditates in radice sunt æquales.

Ponit opinionem Gal. Secundo declarat eam. secũda ibi ⌊Et huius.⌉ Dicit primo Gal. ambabus sectis numeratis cõtradicit, dicens ꝙ pueri & iuuenis caliditates sunt æquales in radice, licet caliditas pueri sit maioris quantitatis, & minoris qualitatis. i. acuitatis. Econtra vero caliditas iuuenis est minoris quantitatis & maioris qualitatis. i. acuitatis. Primo nota, Auic. respondendo ad istam quæstionem inuis

nuit hic tres conclusiones. Prima. calor pueri & iuuenis sūt æquales in radice.i.in gradu. secunda. calor puer. est maioris quantitatis & minoris qualitatis.i.acuitatis calore iuuenis. Tertia conclusio. calor iuuenis est econtra. Secundo nota q Gal. contradicit his sectis in prima conclusione. in alijs.n. forte non contradicit, ideo potest poni medium inter hos.

Calor dupł.

Tertio nota calorem qñ q sumi pro qualitate significata per hoc abstractum caliditas. frequenter autē pro corpore calido, vt spiritum calorem appellamus, hic sumit calor primo mō. Quarto nota per radicē intelligendū esse gradum. nam per æqualitatem in radice denotatur æqualitas in calore pueri & iuuenis aliqua. & nō nisi gradualis vel intensiua, quia extensiue sunt tam ratione subiecti proprij q̄ ratione subiecti cōmunis inæquales. Et fuit hic modus loquendi, ut creditur penes arabes, radicem gradum intelligētes forte metaphorice, quia sicut ex radice cōsurgit illud cuius est radix, ita ex gradibus consurgit formę intensio vel essentia. Quinto nota ad veritatē huius primę cōclōnis oportere poni alia paria in regimine, cōplōne nāli, vt patet.

Sed puerorum caliditas est maioris quantitatis & minoris qualitatis. scilicet acuitatis. Et iuuenum caliditas est minoris quantitatis, & maioris qualitatis. s. acuitatis.

Secunda cōclusio tacta est. Pro cuius intellectu sunt tria notanda.

Corpus dr̄ maius vel extēsius alio duplicīter.

Notandum est primo vnum corpus dici posse maius vel extensius alio vel minus dupliciter. Primo modo ratione dimensionum propriarum. Secundo cōmunium vel extranearum. Exemplum primi. Si in vase vno sit vna libra vini puri: & in alio media. primum vinum est extensius ratione dimensionum propriarum q̄ secundum, vt patet. Exemplū secundi, vt si primo addat libra media aquæ, ita q secundum imaginationem totum aggregatum fiat unum extensum extensione vnius libræ cum dimidia. vino secundo quod erat libra media addat libra vna cum dimidia aquę, & fiat totum vinum &c. vt duarum librarum. patet q ratione subiecti cōmunis maius est vinum secundum q̄ primum, licet ratione subiecti proprij maius sit primum secundo.

Calori nr̄o corresponde t sbiectum duplex:

Ad propositum calori nostro duplex correspondet subiectum. Vnum. s. proprium, & illud est humidum radicale a generatione cōtractum. tale.n. quia maxime aereū est & purum, est ipsius optime sustētatiuum. Aliud est subiectum extraneum, vt est humidum ex nutrimento contractum, quod quia non est æque bene caloris sustentatiuum, sicut cōtractum a generatione, dicitur subiectum extraneū respectu eius. Aggregatum autem ex his potest dici subiectum cōmune. Ad ꝓpositum cum dicitur calorem pueri esse maioris quantitatis, intelligitur hoc ratione ꝓprij subiecti caloris. humidum.n. a generatione contractum in puero amplius est q̄ in iuuene. econtra vero in iuuene amplius est humidum ex nutrimento contractum. Ex quibus penes hos modos tenendę sunt istę conclusiones. Prima ratione subiecti proprij in puero calor est amplior. Secunda ratione extranei vel cōmixti amplior est in iuuene. Secūdo nota quosdam hic per calorem spiritū intelligere, & maxime innatum: volentes q sit amplior in puero proportionaliter respectu suæ molis. Notādum tertio caliditas pueri est minoris qualitatis.i. acuitatis: quia minus actiua vel acuta est coniuncta humido, alijs paribus q̄ coniuncta sicco, secundum alterum duorum modorum. Primus est, quia siccitas potest esse per se causa caliditatis productiua, & caliditas siccitatis, non autem humiditas. Secundo imaginando q siccitas sit solum dispositiua causa, qua subiectum calidum redditur actiuius. Sed de hoc alias. Ex his patet intellectus tertiæ conclusionis.

Et huius quidem declaratio, sicut ipse dicit est ut opinemur unam solam caliditatem in mensura, aut corpus subtile calidum unum in quantitate & qualitate in substantiam humidam multam semel penetrasse, sicut aqua, & alia uice penetrasse in substantiam siccam & paucam, sicut lapis. Et cum sic fuerit, inueniemus caliditatem aqueam maioris quantitatis, & mollioris qualitatis & caliditatē lapideā minoris quātitatis, & acutioris qualitatis. Et ita debes agnoscere caliditatem, quę est in pueris & iuuenibus.

Declarat illas conclusiones. Et primo exemplo. Secūdo probat. secunda ibi ⌊Pueri.n.⌉ Dicit primo exemplum eius quod est dictum est hoc, imaginemur vnam solam caliditatem in mensura, aut corpus vnum calidum subtile & in quantitate & in qualitate semel penetrasse in substantiā multam aqueam, & alia vice receptum esse in substantiam lapideam paucam. Tunc cum sic fuerit, inueniemus calorē aquæ esse maioris quantitatis & mollioris qualitatis. Econtra vero caliditatem lapidis acutioris qualitatis & minoris quantitatis. Et ita de caliditate pueri & iuuenis est intelligēdum. Sciendum est primo q dixit caliditatem solam, aut corpus &c. secundum quosdam ad explicādum modos ambos quibus diuersi tenent aquam calefieri, quia quidam dicunt per generationem corpusculorum igneorum & eorū commixtionem &c. vel dicitur q sic dicitur propter intellectus rudes nō percipiētes modū quo caliditas possit in subiecto induci. Dixit etiam notanter penetrasse, & non penetrare, ad explicandum q vult istas qualitates in producto & quietato esse æquales, quia licet poneremus nūc actu penetrare corpus æqualiter calidum in hoc, & in illud: non tñ in facto penetrationis euidenter apparet istas mensuras esse æquales. Secundo nota exemplum ad propositum adaptando. per aquam facit Auic. nos intelligere humiditatem puram & bonam pro sustentatione calidi in puero, per siccam vero paucam lapideam humidum bonum pro sustentatione calidi in iuuene repertum, quod quia valde est paucificatum & terrestrificatum: decenter designatur per substantiam lapideam paucam. Ex quo primo patet remotio cōmunis dubitationis hic moueri solitæ, quia cum iuuenis sit multo maiorum dimensionum puero: debuit in exēplo potius dicere substantiam aqueam paucam & lapideā multam. Dicendum q. A. hic solum voluit subiecta caloris propria & non extranea comparare. Et quia subiectū proprium caloris est in puero amplius, in iuuene vero minus & magis terrestrificatum, ideo conuenienter subiectū caloris pueri proprium designatur per aquam multam: & iuuenis per substantiam paucam lapideam. Patet secundo q in hoc exemplo Auic. tangit implicite tres conclusiones supra tactas. Primā. s. æqualitatē in radice, dum dixit, qualitatē solā aut corpus vnum in qualitate & quantitate. Tetigit secundā dū dixit maioris q̄titatis & mollioris qualitatis. Tetigit tertiam dum dixit, minoris quantitatis.

Pueri enim non fuerunt generati nisi ex spermate: quod est multum calidum.

Probat has cōclusiones. Primo q caliditas puerorum sit maioris quantitatis. Secundo q sit in gradu æqualis. Tertio q mollioris qualitatis. secunda ibi ⌊Et huic calori.⌉ tertia ibi ⌊Sed calor.⌉ Arguit primo sic. Pueri non fuerunt generati nisi ex spermate quod est multum calidum & humidum ergo calor pueri est multo maioris quantitatis. Primo nota vt quidam, pueri non dicuntur esse generati nisi ex spermate respectu iuuenū, quia licet vterq; fuerit ex spermate generatus, tamen quia modicum tempus est ex quo pueri fuerūt sic generati, amplius autem ex quo iuuenes fuerunt generati, in pueris modicum est de nutrimentali humido: in iuuenibus modicum de attracto ex spermate & multum de nutrimentali, ideo dcm̄ est non nisi ex spermate etc. Aliter tamen & melius: vt patebit statim. Secundo nota

Sperma duplex. & utrūque concurrit generationi dupl'r Gal.

ꝙ per sperma hic secundum uiam Gal. intell'r utrūq; s. maris & fœminæ, utrunq; enim tam materialiter q̄ effectiue concurrit ad generationem, ut Gal. in lib. de spermate, licet uiri magis effectiue, & econtra mulieris. Extenditur etiam quandoq; nomen spermatis ad menstruum. Dicit igitur ꝙ pueri non fuerunt generati nisi ex spermate, quod est multū calidum & humidum, & supple quod paruo tempore fuerit exiccatum in puero, in iuuene uero multum. ergo propriū subiectum caloris est in iuuene multum exiccatum: in puero uero non. & per consequens multo amplius est tale subiectum in puero q̄ in iuuene. quare & calor maioris quantitatis. Ex illo patet qualiter tenet argumētum Auic. Contra, quia possibile est humidum nutrimentale iuuenis esse æque uel magis purum q̄ humidū quod est generationis materia, ut sanguis quo membra temperati nutriunt̃ in iuuentute, purior est sanguine menstruali, igit̃ &c. Pro isto dicetur in quæstione de restauratione humidi.

Et huic calori nondum accidit res quæ ipsum extinguat. puer nanq; augeri non cessat, sed crescendo graditur, nec adhuc stetit, nedum q̄d iam retrocedat.

Probat ꝙ sit æqualis in gradu, & arguit sic. Calori pueri non accidit aliquid usq; ad iuuentutem quod ipsum diminuat sup. uel quod ipsum augeat. ergo calor pueri &c. consequentia nota. & probatur assumptum, quia puer usq; ad iuuentutem augendo procedit, & nondum stetit, nedum ꝙ iā retrocedat. Primo nota ꝙ licet in textu explicetur ꝙ nōdum aduenit aliquid quod calorem diminuat, suppleri tamen debet neq; augeat, quia non apparet quid esset istud, et hoc ipso naturaliter decurrente per suas ætates, et eadem naturali complexione conseruata cum regimine debito. Secundo nota ꝙ argumentum Aui. sic nude prolatum nō est euidens, non. n. sequitur. usq; ad ætatem iuuentutis calor in for. est potens ad augmentum faciendum, ergo gradualiter non diminuitur. Ponatur. n. for. cholericum puerum reduci ad temperamentum, ita ꝙ in principio iuuentutis erit perfecte reductus. Et patet ꝙ continue calor satis gradualiter diminuetur, & tamen continue potens erit ad augmentum faciendum. Et per idem patet reducendo melancholicū. usq; ad iuuentutem calorem continue crescendo procedere, et tamen continue augmentum fieri. Item si aliquis calor sufficit augmentum facere, minor isto sufficit facere cum aliis paribus, quia alias daretur minimum augmentum, & ultimum instans augmenti &c. Intelligitur igitur argumentum Auic. sic. calor pueri usq; ad iuuentutem est continue potens ad faciendum augmentum. ergo merito proportionis ad humidum, & naturalis eius actionis in humidū usq; tunc non gradualiter minoratur. consequentia tenet: quia non minoratur gradualiter calor merito naturalis actionis & proportionis nisi subiecto taliter terrestrificato, ut non valeat amplius tantam caloris mensuram conseruare, sed hoc stāte non fit augmentum, igitur ex opposito consequentis sequit̃ oppositū añtis. Et hoc argumentū intellexit Aui.

Iuuenibus uero nihil accidit quod eorum calorem augmentet innatum. neq; etiam aliquid quod ipsum extinguat.

Adducit secundum argumentum ad idem, taliter arguēdo. Iuuenibus non accidit quod eorum calorem augeat uel extinguat, igitur &c. consequentia tenet, & antecedēs dimittit tanquam notum. Notandum est primo hic ꝙ Auicē. magis dubium apparebat, uel non ita notum. calori iuuenū non aduenisse aliquod extinguens, q̄ augmentans, eo ꝙ cā remissionis caloris euidens est nobis intrinseca. s. exiccatio. non autē sic euidens est caloris augmentatio. & hoc de causis naturalibus naturaliter nos immutantibus loquendo, idō procedit post declarando ꝙ non accidit aliquod extinguēs, & dimittit tanquam notum non aduenisse aliquod augmētans, omnes. n. concordabant ꝙ si calori in processu accidit mutatio, illa est diminutio. Secundo nota ex hoc quod Aui. assumit in hac particula, & ex eo quod assumpsit in p̄cedenti, pōt fieri una totalis rō euidenter concludens ꝓpositum, taliter arguendo. caliditati pueri non accidit aliquid quod ipsam augmentet uel diminuat. & similiter caliditati iuuenis. ergo æqualis est calor utriusq;.

Sed ille calor in eis cōseruatur humiditate minoris quantitatis & qualitatis simul, donec ad declinationem perueniat.

Probat tertiam conclusionem. caliditas iuuenis est minoris quantitatis & maioris qualitatis. Secundo remouet dubium ibi. ⌊Neq; tamen.⌉ Primo arguit. calor iuuenis cōseruatur in humiditate minoris quantitatis simul usq; ad senectutem. ergo est minoris quātitatis & maioris acuitatis. Nota primo. Dixit. conseruatur. ad denotandum ꝙ in præcedenti gradu remanet. Dixit: minoris quātitatis. s. ratione subiecti proprij quod est in iuuene. quia longo tempore resolutionem passum est quantitatis minoris & maioris etiā acuitatis, quia minus intensiue humidum. Ex quo sequitur calorem iuuenis esse in subiecto sicciori, & minoris quantitatis ad datum sensum, & per consequens quod est maioris acuitatis seu actiuitatis.

Neq; tñ huius humiditatis diminutio est adhuc diminutio quæ calitatē retinere non possit, neq; est nisi quia augmentū facere non ualet.

Remouet dubium. Secundo probat ibi ⌊Quasi.⌉ Primo dicit arguendo ꝙ si humiditas in iuuene est minoris q̄titatis & qualitatis q̄ fuerit in puero, igitur non potest calorem sub æquali mensura conseruare sicut poterat humiditas pueri. Respondet Auic. negando consequentiam. nō enim ad quālibet minorem quantitatem & qualitatē humidi sequitur caloris diminutio, sed hæc est differentia quia in pueritia poterat calor iste seipsum in humido conseruare & cum hoc superesse ad augmentum faciendum, in iuuene uero solum potest seipsum conseruare.

Quasi humiditas tanta erat prius ꝙ duas res facere poterat, custodire uz calorem, & superesse etiam ad augmentum faciendum, ad ultimum uero ad hoc deueniet, ꝙ neutram duarum rerum efficere ualebit. oportet ergo ut in medio talis existat, ꝙ possit unam rem efficere & nō alteram. Falsum autem est ut dicamus ipsam posse augmentare & non posse retinere calorem innatum. Quomodo enim in re augmentum præstare potest, quod radicem non ualet custodire? Restat ergo ut dicamus ꝙ calorem custodire potest, & in corpore augmentum præstare nō potest. Et scitum est ꝙ hæc est ætas iuuentutis.

Arguit ad probandum propositum sic. caliditas in puero est tanta ꝙ seipsam conseruare potest, & ultra hoc superesse ad augmentum faciendum. & aliquando: quia in senectute neutrum facere potest: igitur aliquādo solum alterum potest facere, sed non potest dici ꝙ potest aliquando facere augmentum & non seipsam conseruare, quomodo enim in re augmentum prestare potest quod radicem custodire nō ualet, relinquitur igitur intentum. s. ꝙ aliquando poterit se conseruare, sed non augmentum facere, & hoc nō nisi in iuuentute siue consistentia, igitur &c.

Quod autem dixit secunda secta: ꝙ augmentum quod est in pueris non est nisi propter humiditatem & non propter calorem est dictio falsa.

ſa. humiditas nanq; augmenti eſt materia, & materia non patitur per ſe: neq; per ſe creatur, immo apud operationem uirtutis in eam agentis. uirtus autem hoc agens eſt anima, aut natura præcepto Dei, neq; agit niſi cum inſtrumento, & illud eſt calor innatus.

Improbat ſolones: & dicta ſecundæ ſectę contra primã. Et primo unum. Secundo aliud ibi ⌊ Q; autem. ⌉ Arguit ſic. materia nõ patitur per ſe: ſed per operationem uirtutis operantis in eam, ſed humiditas eſt augmenti materia. igitur nõ per ſe patitur uel extenditur, ſed tale agens eſt uirtus pręcepto dei, & illa non agit ſine inſtrumento, & illud eſt calor. humiditas igitur non extenditur per ſe, ſed propter calorem inſtrũ aſr in ipſam agere. Primo nota materia non patitur per ſe. i. ſine agente alio ab ea ipſam tranſmutante, quia nihil agit in ſe tanq; totale uel adæquatũ agens & paſſum. Secundo nota. per humiditatem intelligere poſſumus qualitatẽ quæ aliquomodo patitur, quia in genere cauſę materialis pura diſpoſitiue concurrit ad augmẽtum. Poſſumus etiam intelligere materiam ipſam nutrimentalem. Et uter. p̱ itellectus bonus eſt. 3. nota. notanter dixit anima uel natura. Anima enim proprie non dicitur niſi in ordine ad operationes cũ cognitione, ut primo uirtutum naturalium ad principium. Animus. n. gręce latine ſenſus uel cognitio. Eadem ideo anima in ordine ad operationes cognitiuas proprie dicitur aĩa, quę in relatiõe ad alias dicit̃ natura. Et ſubdit q; eius inſtr̃m eſt calor, quia eſt qualitas magis operatiua. Ex quibus oĩbus colliguntur ex litera omnes iſtæ concluſiones. Prima humidum eſt materia argumenti. Secunda cõcluſio. agẽs principale augmentans eſt anima uel natura. Inſtrumentale uero calor. Tertia. licet anima uel natura ſic faciens augmentum, ut ſic nõ ſit agens cognoſcens. agit tamen directa ab agente cognoſcente infallibi. ſ. pręcepto dei excelſi. Ex quibus patet falſum eſſe quod dicit ſecta. ſ. q; augmentum in pueris nõ eſt niſi p̱p̱ humidum. puto enim ipſos nõ fuiſſe ita rudes ut loquerent̃ ad ſenſum ad quẽ improbat eos. Aui.

Humiditas dicit duo.

Aĩa uel natura qd ſ & aius.

Quod ãt dixerũt etiã q; uehemens deſiderium quod eſt in pueris non eſt niſi propter frigiditatem complexionis eorum, eſt dictio falſa.

Improbat eos quo ad ſecundum dictum, quo. ſ. dicebant vehemens deſiderium puerorum non eſſe niſi propter frigiditatẽ. Secundo remouet dubiũ. ibi ⌊ Aliqñ tñ. ⌉ Primo pręmittit. Secũdo p̱bat ibi. ⌊ Cũ malo. ⌉ Quod hic dicit patet.

Cum malo nanq; deſiderio quod eſt propter frigiditatẽ complexionis, non prouenit iſtimbre neq; nutrimentum, puerorum enim iſtimbre melior quæ eſſe poteſt eſt in pluribus horis.

Probat. Secundo declarat quoddã ſumptũ ibi ⌊ Neq;. ⌉ Primo arguit ſic. Cum malo deſiderio ſiue appetitu a frigiditate proueniente non prouenit iſtimbre. i. bona digeſtio uł imutatio, ſed cum appetitu puerorum ſtat melior iſtimbre quæ poſſet eſſe in pluribus horis, igitur deſiderium iſtorum non eſt propter frigiditatem, vt iſti dicunt. Primo nota duplicem eſſe appetitum. ſ. naturalem & non naturalem. Naturalis autem appetitus conſequitur reſolutionem membrorum, & tandem ſuctionem ab ore ſtomachi mediantibus meſeraicis. ut. 4. de accidenti. 6. cap̃. licet huic aſſocietur frigiditatis impreſſio a meſ'ra ordine naturali, ad os ſtomachi hora famis emulgẽdo profluente, ut prima primi. cap̃ de humoribus. & . 14. tertij. cap̃lo de cauſis deſtructionis appetitus, & de iuuamentis membrorum, & de iuuamento meſ'ię. Sic ergo appetitus naturalis aliquo modo iuuatur a frigido. Non naturalis uero poteſt conſequi frigiditatem ſolius oris ſtomachi. & de tali non loquebantur antiqui, quia ex iſto nõ arguitur frigiditas compl'onis totius, ut patet. Aut frigiditatẽ totius propter quam membra debito priuantur nutrimento, unde continue a ſtomacho coguntur exquirere. & de tali intelligit. Aui. quia cum malo deſiderio, puta nimis intenſo a frigiditate proueniẽte non prouenit bona digeſtio cũ digeſtio multo calore indigeat, ut infra doctrina ſexta capitulo de uirtutibus miniſtrantibus. Secundo nota. cum appetitu puerorum eſt melior digeſtio quæ eſſe poſſit, ſupple pro uitæ perduratione, non autem pro operationibus alijs, ut infra patebit. Et dixit. in pluribus horis, propter cauſam inferius tangendam, quia frequenter impeditur eorum digeſtio ex accidentalibus cauſis.

Iſtibre qd ſ

Appetitus duplex.

Gal.

Neq; in eorum corporibus, niſi foret p̱p̱ hoc de p̱mutatione eius qd̃ comeditur plus prouenit quàm ſit illud qd̃ diſſoluit̃, p̱pter quod creſcunt.

Probat minorem aſſumptam. ſ. q; puerorum digeſtio eſt melior &c. Et arguit ſic. Niſi in corporibus puerorum eſſet bona digeſtio uel iſtimbre, in ipſis non fieret permutatio nutrimenti in membra maior q̃ fiat diſſolo. ſed patet in ipſis fieri reſtaurationem maiorẽ, quia creſcunt. ergo. &c. Nota argumentum. Aui. hoc modo tenet. Ex augmento enim concluditur bonum eſſe nutrimentum quod membris tranſmittitur: quia etiam multum faciliter conuertitur in ſubſtãtiam aliti. Ex hoc autem q; bonum eſt nutrimentum: ſequitur ipſum conuenienter eſſe digeſtum: & per conſequens a calido forti & uigoroſo immutatum: & per conſequens appetitus puerorum eſt bonus: & non cãtus a frigido: quare &c.

Aliqñ uero accidit eis malitia iſtimbre p̱p̱ eorũ guloſitatẽ, et quia eorũ comeſtiones malis diſponũt̃ ordinibus, et comedũt res malas et humidas et multas, et deſuper malis mouent̃ motibus.

Remouet dubium. 2. concludit. 3. epilogat. 2. ibi ⌊ Quapropter. ⌉ 3. ibi ⌊ Hoc eſt ⌉ Dicit primo. Licet habeant bonã digeſtionem & appetitum in pluribus horis ut dictum eſt: aliquando tamẽ propter guloſitatẽ accidit eis malitia iſtimbre & digeſtionis. & quia cibi eorum diſponuntur malis ordĩbus: ut prius q̃ primus cibus ſit digeſtus: ſuperueniat ſecũdus &c. & ẽt quia comedunt res humidas malas: & mouentur malis motibus: digẽnem. ſ. corrũpentibus. Contra. ſi appetitus eorum eſt bonus: non ergo guloſi ſunt. Dicitur primo q; poſſunt eſſe guloſi accidentaliter. ſ. propter humores aceroſos in ore ſtomachi. Vel dic melius q; non ſunt guloſi ex appetitus intenſione nimia: ſed ex imaginatione: dum enim recordantur & phantaſiantur delectationes quas habuerunt in cibo: quærunt cibos ut comedant: licet non appetant. Non dixit res malas humidas: quia humida ſint ſibi magis nociua: ſed quia fructus humidos comedunt frequenter.

Quapropter de ſuperfluitatibus plus in eis adunatur: unde purgatiõe indigent: & precipue eorũ pulmones. Ideoq; eorum anhelitus eſt ſpiſſior & uelocior, magnitudinem tamen non habet, eo quòd eorum uirtus nondum ad complementum peruenit.

Concludit & patet. Nota purgatione indigent eorum pulmones. ſ. cum re leui, ut mãna, caſſia, liquiritia, capi'l ueneris, paſſul' ficubus ſiccis. Et anhelitus eſt ſpiſſior, propter neceſſitatem frequentis mundificationis. Non habet magnitudinem, propter debilitatem ſuæ uirtutis.

Hæc eſt dictio de cõplexione pueritiæ & iuuẽtutis quemadmodum Galenus declarauit. cuius nos ſumus interpretes.

Patet per Gal. 2. compleſſionum. ſecundo cap̃. & primo

aphorismo in cõmento illius aphorismi. 14. Qui crescũt etc.

Als pre terea.

Postea sciendum est q caliditas post tempus consistendi minui incipit.

Ostendit qualis sit complexio senectutis. 2. assignat causas. 3. concludit. Secunda ibi⌊ Propterea. ⌉ Tertia ibi⌊ Et hæc est mors. ⌉ Dicit primo q post tempus consistendi caliditas incipit minui. Primo nota ex litera colligit ista conclusio. compl'o senum frigida est respectu aliarum ætatum. Secũdo nota. Incipit diminui secundũ duplicem intell'm. Primus Gen. diminutionem. s. quia gradum mutat, imaginando q per totam consistentiam fiat aliqua diminutio, sed intra gradum eundem. in senectute autem variat gradus. Aliter potest sustineri probabiliter q maneat sub eodẽ gradu oino, nec intra nec extra latitudinem gradualiter variata. Imaginando humido nostro naturali aliq̃ certam correspondere latitudinem, sub cuius quolibet gradu exñs humidum præexñs cal'm potest sub mensura eadem conservare vel æqualitextra q̃ tamen: cum exiccatum fuerit, non poterit merito conveniẽtis actionis calidi naturalis in ipsum tantam conservare mensuram. Dico autem notanter, merito convenientis actionis &c. quia merito alterius imprimẽtis posset tantam vel maiorem conservare mẽsuram.

Caloris minutio duplex.

Notandum. 3. calidum tunc minui non solum extensive, sed etiam intensive, licet in proposito solum intelligat. A. de graduali diminutione. quare &c.

Propterea quòd aer circũdans materiam eius quæ est humiditas exiccat.

Assignat causas quinq; huius diminutionis calidi. Secũda ibi⌊ Calor quoq;. ⌉ Tertia ibi⌊ Et labor. ⌉ Quarta ibi⌊ Et defectus. ⌉ Quinta ibi⌊ Et præcipue. ⌉ Prima causa ẽ aer circundans nos, qui exiccat humidum, per quod cõservatur calidum. aer. n. in oi eius dispõne resoluit nos propter illud quod est in eo de virtute solis & stellarum. Secũda primi. doctrina. 2. 3. cap. Primo nota. licet aer & aliæ causæ exiccationis in oi ætate exiccent. non tamen in omni ætate sunt causa minorationis calidi, quia non ad oẽm humidi exiccationem sequitur calidi extinctio vel minoratio, sed determinatæ mẽsuræ, ut dcm̃ est. Ex quo soluitur dubium hic fieri vel moveri solitum. quia semper istæ causæ adsunt igitur semper debet diminui calor. Negat. n. cõsequẽtia. licet enim sint istæ causæ infrigidationis, non tamen nisi cum multo tẽpore & notabilit' ipresserit qd, nõ est nisi qñ dcm̃ est. Verũ autẽ aer in omni dispõne resoluat, videbitur in quæstione.

Calor q̃ß innatus qui ẽ intus ad hoc adiuvat

Secunda causa est calor innatus qui est intus, qui adiuvat ad humidi exiccationem, & consequẽter tãdem calidi extinctionem.

Calor. agit cor pus nr̄ 3 dupl'r.

Primo nota. Dixit adiuvat, ut quidã dicunt quia calor in nobis duobus modis agit. Primo ut calor absolute, & sic agit calefaciendo subtiliando & resoluendo, & hoc modo adiuvat ad exiccationẽ humidi & eius extinctionem per accidens. 2. operatur ut naturalis, & sic digerit nutrit & assilat. membra restaurat & auget. & sic non iuvat ad exiccationem, immo illam prohibet. Quia igitur secundum aliq̃ eius rationem iuvat, & secundum aliq̃ non. ideo dixit iuvat. ac si in hoc non esset de caussis principaliter exiccantibus. Aliter dicitur a Gen. q hic est communis modus loquendi. s. q quando aliquis effectus pendet a p'ribus agentibus partialiter quodlibet illorum iuvare dicitur aliud ad illũ effectum producendum, ut si sor. & plato portẽt pondus q neuter per se portet, iuxta communem modum loquendi, licet ambo portare dicantur. tamen quilibet per se sumptus dicitur iuvare. Dixit ergo adiuvat. ad denotandum calorem naturalem non esse totalem causam huius resolutionis. Secundo nota. qui est intus. i. subiective in membris, quia non solum influens calor resoluit, sed etiam innatus in membris subiective existens. unde & mixta, spiritu influente carentia ab intra. resolvuntur & corrumpuntur.

Et labor proveniẽs ex motionibus corporeis & animalibus, quæ necessariæ sunt in vita.

Tertia causa est labor proveniens ex motionibus corporeis & animalibus, quæ sunt necessariæ in vita. Primo nota. non sumitur hic labor pro nocumẽto, sed pro fatica. Secundo nota. labor corporeus exiccat corpus, ut patet, quia ex illo calefit spiritus, & ipso calefacto consumitur humidũ, & similiter calor ipsorum membrorum intenditur, & ipse auctus resoluit. Amplius in labore etiam animali fit et multa resolutio spirituum & inflãmatio. aut propter vehemẽtẽ & inordinatum motum ipsorum, sicut in tristitia, ira, & timore. aut propter nimiam eius detentionem interius, quare vigoratur eius actio circa interiores partes aut circa aliq̃ determinatã partẽ sicut in timore evenit. Sicut etiam experimur, quia infixa intuitione unius rei multum debilitatur oculus, & quietando brachium sursum plus lassatur q̃ si moveretur nunc sursum nunc deorsum &c. Quia. n. figitur spiritus in determinata parte oculi vel brachij, & ibi unitur, plus inflãmatur & resoluitur. Et hæc posset esse causa quare gressus per loca simpliciter plana plus fatigant q̃ per loca partim plana & partim monticulosa, cum alijs paribus, ut colligitur quinta problematum, problemate. 10. & 23. De ista materia vide Plusq̃ commentatorem. 3. techni. super ista parte. Veter vero.

Et defectus naturæ ad resistẽdũ illi toti semp.

Ponit quartam causam. Secundo probat. Tertio removet dubium. Secunda ibi⌊ Omnes. ⌉ Tertia ib⌊ Amplius si hæc virtus. ⌉ Dicit primo q quarta causa exiccationis & defectus caloris, est defectus naturæ ad semper resistendũ illi scilicet resolutioni.

Omnes. n. virtutes corporeæ sunt finitæ hoc autem iã rõcinatum fuit in sciẽtia naturali. Eius ergo operatio non semper existit in materijs.

Probat quod præmisit, dicens, quia omnes virtutes corporeæ. i. organicæ sunt finitæ, ut in naturali philosophia declaratum est. huius igitur virtutis vel naturæ operatio, nõ semper est in materia, sed determinato tẽpore limitata. De qua autem finitate & infinitate loquatur sibi opposita in hac particula & sequenti. videatur in quæstione.

Amplius si hæc virtus infinita foret, & semper permutationẽ in corpore faceret eius: quod dissoluitur, æqualiter & uno modo, dissolutio tamen uno modo nõ esset. immo semper quotidie augeretur, & corpus dissolutionem tolerare nõ posset, & dissolutio humiditatem finiret.

Removet dubium vel diffinitatem: quid. s. foret si ipsa virtus esset infinita, & semper restauraret æqualiter & uno modo. & intendit hanc conclusionem. Si virtus esset infinita, & semper restauraret æqualiter & uno modo. corpus tandem ad mortem proveniret. probatur sic. Si virtus hæc esset infinita, & semper restauraret æqualiter, & uno modo siccitas in corpore continue cresceret. ergo tandem corpus dissolutionem tolerare nõ posset: & dissolutio humiditatem finiret. consequentia tenet. assumptum ponit tanq̃ notum. Primo ponit rationem dictam. Secundo applicat ad propositum. secunda ibi.⌊ Quanto magis. ⌉ Primo nota q ex intentione Avi. 6. naturalium particula quinta. In homine non differunt essentialiter anima nutritiva & intellectiva, quia intellectiva est perpetua & infinita a parte post. patet hoc idem de nutritiva. Spãlis igit' consurgit difficultas, qũo deveniat defectus restaurationis, cum ipsa virtus de se infinita sit, & apta perpetuo informare materiam, quod non est de alijs formis.

Alæ virtus est infinita triplicit̃.

formis. Ex quo patet satis pertinenter. A. hanc diff.nitatem mouisse. Secundo nota q̃ hanc virtutẽ tripliciter imaginari possumus infinitã.s.intensiue,extensiue & etiã duratione, & potissime de tertio mõ intellr̃ hic,licet tunc videbitur de qua infinitate possit esse sermo, vt in q̃one oñ.iam. Tertio nota.ly semper restaurare non est intelligendũ ut verba sonant.i.omni tẽpore restaurare æqual.r̃ &c.quia tunc conclusio. A. clauderet contradictionẽ.ii.n.omni tẽpore restaurarer ęqualiter etc.ipsa in omni tẽpore informaret materiã. Sed sic suppleri oportet, vt Mundinus.& semper.i.omni tẽpore quo restauraret.restauraret æq̃lr̃ &c. Et est quasi cõis modus loq̃ndi sicut dicimus q̃ sp̃ sori dormit in lectione.s. quando legiẽ lectio.

Æqualiter restaurari & dissolui duplicit̃.

Quarto nota ista particula. æqualit̃ & vno modo.potest habere multiplicẽ itellectum. Primus est,æqualiter & vno mõ.i.tm̃ & tale,q̃tum & quale a corpore dissoluitur.& hic intellectus non est verus, quia tunc semper in restaurato esse mẽbrorũ essent mẽbra dispõnis consimilis sicut ante dissolutionẽ:& per cõsequens esset oĩno consimilis eã durationis vitæ. Secundo æqualit̃ & vno mõ.i.æqualiter & vniformiter,quia quantũ & q̃ velociter oĩno in vno tempore, tm̃ & æque velociter in alio tempore.& hic intellectus posset sustineri. Tertio æqualiter.i. q̃titatiue.& vno mõ.i.modo proportionali dispõni membri cui fit restauratio:quia.s.sicut in prima restauratione,sequẽte resolutionem acquiriẽ membro humidum sibi ꝓportionale,ita acquiraẽ in secunda nutrimentũ sibi ꝓportionale, ỽ.g.habeat os sor.in primo instãti sui esse humidũ: vt quatuor,& superueniat sibi exiccatio remouens centesimã partem vnius gradus.Deinde quia nutrimentũ assimilaẽ mẽbro resoluto:apponatur sibi humidũ: vt quatuor, dẽpta centesima parte vnius gradus,& sic superueniat secunda resolutio remouens secundã cẽtesimã partẽ &c. Et ita deinceps restaureẽ ꝓportionale mẽbro exiccato. Et sub isto sensu intelligit hic æqualiter quantitatiue,& vno mõ.i.in qualitate æquæ proportionali mẽbro cui assimilaẽ post exiccationẽ. Et hoc est q̃ dr̃ q̃ æqualiter & vno mõ restaurari põt intelligi dupliciter vel ęqualr̃ & vno mõ dispõni exñti in termino a quo, vel ad quẽ exiccationis. Et secũdo mõ intellr̃ hic.

Dissolõ quid.

Quinto nota hic per dissolõnẽ intelligere debemus terminum ad quẽ per dissolõnẽ acquisitũ.s.siccitatẽ,eo q̃ motus est de gñe termini ad quẽ. s.philosophi. Dissolõnẽ igr̃ non esse vnius modi,est siccitatẽ per resolutionẽ non esse vnius intensionis,sed continue maiorari. Aliter ꝓbabiliter imaginari possumus q̃ si virtus restauratiua semper restauret tale & tm̃ quale & quantũ fuit in termino a quo resolutionis in corpore resolutũ,siccitas tñ cresceret:& tandẽ finiret materiã. Imaginando q̃ simul dum fit resolõ fit etiã mẽbrorũ qualitatiua exiccatio,& totius quod in posterum resoluendũ ẽ,et cõsequẽẽ q̃ licet i prima restauratione,gr̃a exẽpli restaureẽ nutrimẽtũ humidũ: vt quatuor sicut fuit primo resolutum.quia tñ in tẽpore medio ꝓcessit exiccatio qualitatiua quod post hoc resoluetur erit siccius:q̃ q̃ in prima resolõne resoluebaẽ. Igiẽ quod post hoc aponeẽ vel restaurabiẽ erit siñr siccius,licet sit sile resoluto i termino a quo. Et ita de tertia & quarta,& simili de alijs. Iste modus includeret magnas diffi.sed lr̃a egeret minori interpretatione. Vltimo præmittere oportet q̃ licet aĩa humana sit infinitæ durationis,non tñ potest informare materiam cum frigiditate q̃racunq; vel siccitate,sed requirit certam mensurã caloris & etiã humidi vt corpus informet,quibus abñtibus non potest nostro vniri corpori,vel ipsum informare. Ex quibus concluditur intellectus conclõnis Aui.q̃ si virtus hęc esset infinita & semper faceret restaurationẽ æqualiter quãtitatiue eius quod dissoluaẽ,& vno mõ.i.qualitatiue vnius modi vel conformis dispositioni mẽbri cui apponitur & assimilatur nutrimentũ,siccitas tñ non esset vnius mensuræ, sed semper cresceret.& sic corpus dissolutionẽ tãdẽ nõ posset tolerare,quia ipsa dissolutio finiret humiditatẽ.oẽ namq; finitum resecaẽ &c. Lege litteram. Amplius si hæc virtus. s.nutritiua foret infinita.s.in duratione.& semper.i.omni tẽpore quo restaurat faceret permutationẽ.i. restaurationem eius quod resoluiẽ. æqualiter.s.quantitatiue. & vno mõ.s. qualitatiue,vel mõ simili dispositioni membri in termino ad quẽ exiccationis,quia semper.s.apponereẽ & vnireẽ nutrimentum mẽbro æque ꝓportionale in termino ad quem. dissolutio tñ.s.siccitas acquisita per resolutionem non esset vno mõ.i.vnius mensurę,sed semper augereẽ,vt in exemplo dato,& sic corpus tandem dissolutionem tolerare non posset.n.ꝓ quia dissolutio finiret.i.consumeret humiditatẽ & sic perueniret ad siccitatis mensuram,cũ qua non potest anima vniri corpori. Alium modũ exponendi lr̃am tangit. Gen. vt ly æqualr̃ & vno mõ non referaẽ ad ly permutationẽ faceret,sed ad ly dissoluiẽ. Et erit tunc sensus lr̃æ. Si virtus restauratiua foret duratione infinita,& semper permutationẽ faceret.s. restaurationẽ.s.mõ meliori quo posset eius quod dissoluiẽ æqualiter & vno mõ.i.vniformiter dissolutio tamen.i.siccitas non esset vno modo: vt iam dcm̃ ẽ. Prima expositio apparet mihi melior,& est antiqua.

Quãto magis cũ duæ res se iuuẽt ad minorationẽ faciẽdã,& retrocedẽdũ: Et postquã sic est oportet necẽo ut mã dẽstruaẽ,& calor extinguaẽ.

Ad propositum applicat cõcludens,igitur multo magis finietur humiditas,& consumetẽ:cũ duæ res se iuuent in faciendo diminutionẽ & retrocedendo. Aliter duę res.s. non restaurare quod dissoluiẽ æqualit̃ & vno modo. Aliter duę i.plures res. Postq̃ igitur ita est,oportet necessario vt tandẽ destruaẽ materia.i.humiditas, & calor extinguaẽ. Nota per duas res intelligunt quidã exiccationẽ humidi.& diminutionem calidi. Alij defectus humidi nutrimentalis debẽtis transmutari, & calidi transmutare debentis. Aliter & melius duæ res se iuuant. scilicet finitas virtutis: & defectus eius. & hoc per virtutem animam cum suis instrumentis intelligendo,& continua exiccatio &c.

Et præcipue cum ad eius extinctionem adiuuetur præter uel propter materiei defectum alia cã,& illud est humor extraneus,qui accidit assidue propterea q̃ cibus priuaẽ digestione,& adiuuat ad extinguendum ipsum duobus modis. uno suffocando & tegendo,alio qualitati obuiãdo.hic.n.humor est phlegmaticus frigidus.

Hæc est quinta causa q̃ ponit. Et patet. Nota primo q̃ hic reperitur duplex lr̃a. Vna dicit.præter.& est sensus, q̃ pręcipue sequitur caloris extinctio,cum pręter materiei defectum.i.exiccationẽ humidi,cõcurrat alia causa.s.humor. alia littera habet ꝓpter.& tunc per defectum intelligiẽ malicia vt sit sensus. Et pręcipue fit extinctio &c. & cũ ad eius extinctionem propter defectum.i.malitiam materiei iuuat alia causa &c. Vel aliter alia causa sequitur ad materiei defectionem.i.exiccationẽ.s.indigestio,& humor crudus &c. Secundo nota q̃ humor phlegmaticus est crudus & viscosus,& cum hoc etiam frigidus:& propter viscositatem & grossitiem oppilat.transpirationem prohibet,& per consequens calorem suffocat,per frigiditatem vero simplici alteratione caliditatem corrumpit.ideo cõfert ad exiccationẽ & extinctionẽ,suffocando & tegendo,& cum hoc obuiando qualitati.quare &c.

Et hæc est mors naturalis cuiq; indiuiduo destinata,secundum suã primã complexionẽ, usq; ad terminum quẽ in sua potentia,habet, ad suã humiditatẽ conseruandã unũquodq;.n. eorum terminũ præfixũ habet qui in indiuiduis diuersificatur ꝑꝑ cõplexionum diuersitatẽ. Et hi quidẽ sunt termini naturales. Sũt uero & alij termini abbreuiati. Totum tñ diuino ꝓuenit præcepto

Super hoc erit quod utrum per actionem cali naturalis in humidum, possit euenire mors naturalis. Primo nota quod hec.s.ſiridatio et exiccatio eſt mors naturalis lege cauſaliter, & non formaliter cuique indiuiduo deſtinata merito.s.cōpleſſionis naturalis.

Mors duplex. Nota ſecundo quod duplex eſt mors.s.naturalis, & accidentalis. Et patet. Totum prouenit diuino præcepto.i. ſecundum Dei voluntatem. vel diuino præcepto.s.col. hode& vel intelligentiæ ſuperioris impreſſione: vt per hoc denotet quod non ſolum prolongatur vel abbreuiatur vita merito cōplexionis naturalis in ſequentis formam, ſed etiam merito impreſſionis derelictæ a ſuperioribus: vt in quæſtione patebit.

Quod ergo ex hoc acquiſiuimus ē, qd' puerorum & iuuenum corpora quātum ad æqualitatem ſunt calida, & corpora ſenum et decrepitorum ſunt frigida.

Ex dictis ſummatim colligit quales ſunt omnium ætatum cōplexiones. Et primo cōparat eas in qualitatibus tam actiuis quam paſſiuis inter ſe. Secundo ſpāliter cōparat iuuentutem pueritiæ in perfectione. ſecunda ibi[_] Iuuētus autē &c. Primo ponit cōpl'ones iſtorum in actiuis. Secundo in paſſiuis. Tertio in actiuis et paſſiuis ſimul colligendo. ſecunda ibi[_] Sed puerorum. tertia ibi[_] Et pueris. Dicit primo quod illud quod acquiſiuimus quia cōcluſimus eſt quod puerorum corpora & iuuenum quantum ad æqualitatem ſunt calida, ſed ſenum & decrepitorum ſunt frigida. Primo nota quod quātum ad equalitatem.i.ſecundum æqualitatem, quia æqualiter ſunt calida vt ſupra dictum ē. Vel aliter quātum ad æqualitatem.i.ſecundum æquale ad pōdus, eo.n. quod ab eis ad pōdus plus receditur corpora iuuenum & puerorum quam ſenum, dicuntur calida, & iſta reſpectu iſtorum frigida. Prima tamen expoſitio eſt melior, & conſona literæ Auic. 16. vel. 12. alalium. cap. de ætatibus. vbi ſic ſtat litera. Corpora iuuenum & puerorum ſunt æqualiter calida. Huius etiā ſignum eſt, quia non dicit corpora ſenum & decrepitorum eſſe ſecundum æqualitatem frigida, quia ſenex primus & decrepitus non ſunt æqualiter frigidi, ſicut iuuenes & pueri ſunt æqualiter calidi &c.

Sed puerorum corpora, equali ſunt humidiora, propter augmentum. Et hoc quidē nobis inſinuat experimentum quod de mollitiæ oſſium eſt, & neruorum uel mēbrorum ipſorum. Et cōſideratio, quōniam parum eſt ex quo fuerunt ſperma, & ſanguis, & ſpiritus uaporalis.

Primo ponit cōpl'onem puerorum. Secundo ſenum. ſecunda ibi[_] Et ſenes. Dicit primo hoc. Secundo declarat. ſecunda ibi[_] Et hoc quidem. Dicit primo quod corpora puerorum ſunt æquali humidiora propter augmentum. Dicit ſecundo quod hoc nobis inſinuat experimentum & ratio. Experimentum quidē quia neruos et oſſa hāt valde mollia. Ratio vero ſiue conſideratio, quia parū eſt ex quo fuerunt ſperma & ſpūs vaporabiles. Primo nota vt quidā, ab æquali.s.ad pondus, quia ab eo plus recedunt in humido quam iuuenes. Aliter æquali.s.iuſtitiali, quia non ſic iuſtitialiter tēperata ē humiditas puerorum ſicut iuuenum, nec ita oponibus proportionata. Secūdo nota propter augmenti, quia hoc cognoſcit ex augmento, quod eſt poſt in pueritia, & non iuuentute. Et ita habes tres cās ad hoc concludendum. Prima augmentum. Secunda mollities oſſium &c. vel etiam a priori. quia ex cauſa finali, quia oportet ipſos augeri, et non iuuenes. Tertia ratio, quia parum diſtant a diſpoſitione ſanguinis & ſpiritus vaporabilis, ex quo fuerunt ſperma, i. facti ex ſpermate etc.

Senes autē & decrepiti proprie præter uel propter hoc quod ſunt frigidiores, adhuc ſunt ſicciores. Et hoc quidē ſcitur experimēto, qd' habetur de duritie oſſium eorum, & aſperitate cutis eorum. Et conſideratione eo quod prolixum ē tēpus, ex quo fuerūt ſperma, & ſanguis, & ſpiritus uaporalis.

Patet hoc. Primo nota quod ex duobus probat ſenes eē ſiccos. s. ex duritie oſſium, & hoc eſt experimentum. & rōne quia multum diſtant &c. Omittit vero finē quē tetigit in pueritia, quia ſenectus & eius defectus inquantum hmōi non eſt finis, nec bonum. Secundo nota. hic reperitur litera hñs pter. & patet. & hñs propter frigiditat. & tunc eſt ſenſus, quod ſignum quod ſenes debent eſſe ſicci eſt, quia debent eſſe infrigidari ætatiue, & iſta frigiditas conſequitur ſiccitatem.

Et in pueris quidē & iuuenibus igneitas eſt æqualis. Sed in pueris plus abundat aereitas & aqueitas. Et in ſenibus & decrepitis plus abūdat terreſtreitas quam in illis duobus & ē in decrepitis plus.

Ponit ſimul complexionem earum ætatum in actiuis et paſſiuis di. quod igneitas eſt æqualis in pueris & iuuenibus, & aereitas & aqueitas plus abundant in pueris, & terreſtreitas in ſenibus, & plus in decrepitis. Nota primo quod igneitas. ideſt caliditas, quia caliditas primo atteſtatur igni, aqueitas et aereitas plus in pueris, quia iſtis duobus elementis plus atteſtatur puer, quia humidior. Vel aliter aereitas.i. humiditas naturalis, & aqueitas.i.accidentalis & madefactiua plus eſt in pueris quam in iuuenibus. in ſenibus vero terreſtreitas, quia frigidi & ſicci ſunt. Secundo nota. calor naturalis appellatur igneitas, quia in eo vincit ignis & proprietas eius, licet etiā in iſto calore ſint ſimul calor cœleſtis & elementaris. Vtrum autem differant abinuicem ſpecie, pro nunc omitto.

Iuuentus autē habet cōplonē magis æqualē cōplone pueri. Cōpōne tamen pueri eſt eius cōplo ſicca, & ſenis & decrepiti cōpōne eſt humida.

Cōparat has cōplexiones quo ad æqualitatem. Secundo cōparat decrepitum ad ſenem & iuuenem. ſecunda ibi[_] Decrepitus. Dicit primo quod iuuentus habet cōplonem magis æqualem.i.iuſtitialiter temperatiorem cōplexione pueri: illa tamen iuuenis cōplo cōparatione cōplonis pueri eſt ſicca, et cōparatione ſenis & decrepiti eſt humida. Nota primo quod hic colligitur temperatiorem & perfectiorē eſſe complexionem iuuenis quam pueri. & idem. 3. huius, cap. primo. & ſupra. dum voluit æqualitatē iuſtitialē reperiri ſolum in iuuētute. Secundo nota quod in iſta parte. Cōparatione tamen tetigit probabile argumentum ad probandum iſtā cōplexionē eſſe temperatiorē, quia quod reſpectu alterius habet rōnē medij videtur tēperatius. ſed ita eſt hic, quia extrema ſunt humiditas pueri, quæ eſt multum ſuperflua, & ſiccitas ſenis, inter quas mediat diſpō iuuenis trāſiens.n. ab extremo ſuperfluo ad extremum defectuoſum, tranſit per medium iēperatum, ſicut facit iuuenis. & ideo reſpectu vnius iſtorum recipit iuuenis vnā denolatione, & reſpectu alterius oppoſitā, quia medium vtriuſque extremorum cōparatū recipit denotationem vtriuſque extremi: vt colligitur. 2. &. 3. ethi. &. 5. phy. cōm. 6. &. 16. & in cōmento illius. 69. aphoriſmi quartæ particulæ. Quibus vrina groſſa &c. Gal. Ariſto.

Decrepitus uero eſt ſiccior iuuene & ſene in membris ſimplicibus, & humidior utriſque humiditate extranea madefaciente.

Patet. Primo nota. mēbra ſimplicia hic maxime intelligunt radicalia, quæ ſimplicia potiſſime dicuntur: cum nō ſint compoſita ex membris ſpecifice diſtinctis ſub hoc gñe membrorum. Secundo nota quod decrepitus maxime in his mēbris radicalibus licet oſbus etiā, eſt ſiccior iuuene et ſene, propter cauſas tactas. Quia tamen per indigōnē multa in eo multiplicatur humiditas phlegmatica accidentalis, madefaciens mēbra plus quam in ſupradictis, ideo eſt illis accidtali humiditate humidior. Hæc autē humiditas potiſſime manifeſtatur in mēbris carniformibus, in quibus imbibitur propter eorum laxitatē. Nō manifeſtatur aūt in ſpermaticis: propter cāmm oppoſitā & maxime in oſſibus. Propter quod in techni. ipſas vero Mēbrū ſimplex quid.

partes solidas &c. vel dic vt dicit Gentil. q dixit in mēbris simplicibus, quia illis principalit᷑ et primo debeť cōplexio.

Scd̄m uero diuersitatē cōplonū generū fœminæ frigidioris exn̄t cōplonis. Iōq sunt in creatura minores masculis, & sunt humidiores.

Nunc determinat de cōplonibus sexuū. Secundo regionū. Tertio artiū. secūda ibi ⌊Qui vero.⌉ tertia ibi ⌊Et q.⌉ Primo hoc. Secundo cōparat subam carnis mulieris, subæ carnis virorū. secunda ibi ⌊Et suba.⌉ Primo hoc. Secundo assignat cām. humiditatis plime, & superfluitatis mulierū. secunda ibi ⌊Ergo.⌉ Dicit primo q considerando diuersitatē cōplonū generū, fœminæ q̄tū ad hāc cōplonē sunt frigidiores viris, iō sunt i creatura miores, & ēt humidiores.

Ergo pp cōplonū earū frigiditatē multiplicāť earū superfluitates, et pp paucū ipsarū exercitiū.

Dicit secundo, q ergo pp frigiditatē & humiditatē suarū cōplexionum in ipsis, multæ superfluitates multiplicāť, & etiā pp paucum exercitium ipsarū. Nota primo q p cōplexiones generū intelligit cōplexiones sexuum. i. quæ indiuiduis debenť merito sexus. Eo. n. q aliā habet opōnē exercere masculus inḡnm hmōi & aliā fœmella. oportuit distīctas eorū esse cōplexiones. Describiť. n. masculus per posse ḡnare in alio, & fœmina in se. 12. de ḡnone aialiū. 2. c. et. A. in. 3. vel. 15. de aīalibus. 2. c. Vn̄ et masculus dr̄ ponere hoc in hoc. Fœmella vero recipere hoc ab hoc. Nota. 2. q. A. in lrā pbat duas cōclōnes. Pria mulieres sunt frigidiores viris, & hāc pbat ex puitate earū. fridi. n. est ampliationē et dilatationē phibere. Q̄o autē teneat argumentū videbitur in qōne. Secūda cōclo, q sunt hūidæ multa hūiditate accn̄tali, & hāc pbat ex friditate cōplonis, & paucitate exercitīj.

Cōplo ḡnm qd

Aristo.

Et substātia carnium ipsarum est rarior: licet uiri caro ex parte cōplexionis eius quod ei admiscetur sit rarior. Sua nanq spissit udine plus prohibetur in ipsam penetrare quod a uenis & neruorum uillis ad eam profluit.

alias cōpōnis.

Cōparat substantiam viri & mulieris. Secundo remouet dubium. ibi ⌊Licet.⌉ Dicit primo subam carnis mulieris rariorem esse substātia carnis viri. Dicit secundo q licet ita sit, pp tn̄ illud quod admisceť carni viri, ex eo q ad ipsum pfluit ex venis & neruis, vir est rarior. eius nanq penetratio phibeť ad carnem mulieri, pp spissitudinem eius. Primo nota q multipliciter aliquod corpus dr̄ alio rarius. Primo pprie, quia sub æquali extensione minus cōtinet de materia, vt aer aqua. Et colli hic modus. 2. de ḡña. et. 1. metheo. & hac raritate vir ē rarior muliere. ē. n. magis igneus, & aereus: perfectius mixtus agilior, & mobilior. Secundo: quia magis porosum, vt spongia cōparata ligno. Tertio, q̄a in suis partibus est magis & fortius contextū & cōpactū: vt musculus. Quarto, quia mollius vel magis laxū. Et ponať modus alter tangendus i qōne. Ad ppositum caro mulieris est rarior carne viri quarto mō, quia est magis laxa, aquosa fluida. Nota secundo q licet ita sit, raritate tn̄ secundo mō dcā, est vir rarior muliere. s. porositate. Primo q̄a calidior. Secundo quia plēs habet spiritus suæ carni cōmixtos, & istorū est ḡnare poros, eo q pp multitudinē superfluitatum exn̄tium in muliere, prohibeť eorū tanta penetratio, sicut io viro. Et hoc notauit in lrā dū dixit. sua nanq spissitudine. i. obstructione & clausione phibeť plus penetrare spūs io ipsam. s. carnē mulieris. Tertio nota. splicite tetigit Aui. triplicē spūm. s. naturalē, & vitalē, dū dixit a venis, q̄m naturalis a venis nō pulsantibus, & vitalis a venis pulsantibus pfluit. Tetigit aīalē dū dixit, q a neruorū villis &c.

Corpus dr̄ alio rarius q̄drupl̄r.

Aristo.

Spūs tripliciter.

Qui uero terras inhabitant septentrionales, humidiores sunt.

Cōtra. terræ septētrionales sunt frigidæ & siccæ. Dicendum q sunt humidi eo q constrictis poris phibeť vaporū & superfluitatum resolutio, et pp hoc nō sunt sapiētes: ut 4. & 5. problematum, problemate. 15.

Aristo.

Et qui artes exercent aqueas: humidiores existunt. Et qui ab istis diuersificanť, diuersi exn̄t. Signa autē cōplexionum narrabimus, ubi uniuersalia signa & particularia referemus.

Hæc pars patet. Vide Gentilem.

Doctrina quarta cuius sunt duo capitula.

Capitulum primum, quod est ad sciēdum quid & quotuplex sit humor.



Vmor est corpus humidū liquidum in quod in primis nutriens cōuertiť.

Determinat de humoribus. Secūdo de modo ḡnonis humorum. secunda ibi ⌊Nutriens masticatione.⌉ Primo ponit diffōnem humoris. Secundo diuisionem. Tertio tangit snias quorūdā. secunda ibi ⌊Eius vero.⌉ tertia ibi ⌊Inquit Galenus.⌉ Dicit primo q humor est corpus humidum liquidū, in quod in primis cōuertitur nutriens. Primo nota ordinem Aui. fuisse eleganter sumptum a natura rei, eo. n. q elementa sunt priora cōplonibus, et ex illis resultāt cōplones. Prio determinat de elētis. Secūdo de cōplonibus. Et quia ex elemētis mediātibus cōplexionibus resultant humores, ideo post de cōplonibus, cōsequent᷑ determinat de humoribus. Secundo nota hic sumi humorē, nō p quolibet corpore humido fluido, sed p quolibet corpore liquido. i. currente restricto, vt infra patebit. Tertio nota circa diffōnē. Primo ly corpus est genus: Per ly humidū differt a corporibus siccis. Actualr̄ fluidum exponitur. i. currens. Sed per ly in quod in primis cōuertiť nutriens. differt ab humiditatibus secundis: quæ nō sunt humores: vt hic sumitur humor, vt in quæstione patebit.

Humor dupl̄r.

Eius uero est humor bonus. Et est illud de cuius proprietate est, ut fiat pars substantiæ nutriti, solus uel cum alio, & assimilari ei, solus uel cum alio, & in summa materia restaurationis eius quod ex ea dissoluitur.

Alias illud qd᷑ solet fieri.

Alias solum.

Ponit diuisiones duas. secunda ibi ⌊Dicemus autē.⌉ Primo innuendo diuisionē declarat vnū mēbrū diuisionis. Secundo aliud. secunda ibi ⌊Et eius superfluitates.⌉ Dicit primo q humor bonus est de cuius pprietate est vt fiat pars nutriti solum vel cū alio, & assimileť ei solus vel cū alio. & in summa vt fiat materia restaurationis eius quod resoluiť. Primo nota bonitatē humoris argui ex cōsecutione finis ad quē est a natura humor final̄r intentus. s. vt conuertať in subam nutriti, & assileť ei &c. Tūc. n. vnūqdq in sua spē pfectū dicimus, dū pprīū finē attingit, vt. 4. methe. Ex quo patet diffōnē humoris boni datā ab Aui. sufficientē esse. & bonā, datā per cām finalē. Secundo nota, notanť dcm̄ esse in lrā, de cuius pprietate &c. inter nutriens. n. et nutritū currit occulta proprietas, siue forma specifica actiua in nutrito, & passiua in nutriente: qua. s. facil̄r est ipsum nutrimentū conuertibile in subam nutriti, sicut illud est ipsius natural̄r conuersiuū. Non. n. io nutrimento solū attendenda est conuenientia secundū qualitates manifestas, vt infra cap̄. de eo q comediť & bibiť, declarabiť. Tertio nota: virtutis nutritiuę triplex est actus. s. appositio, vnio, et assimilatio. Vnionē tetigit dū dixit, fiat pars subæ. Tetigit assimilationē, dū dixit, & assimilať ei. Tetigit appositionē dū dixit, & i summa materia restaurationis. Quod. n. est materia restaurationis, apponiť prius q̄ vniať &c. Aliter tetigit similitudinē in substantia, dum dixit pars substantiæ. in qualitatibus dū dixit

Nutritiuę virtutis actus triplex.

& assimilet. Tetigit conuenientiã io quãtitate, dũ dixit. materia restaurationis. Quarto nota notãt esse dcm̃, solus vel cũ alio, pp varietatẽ põnũ int medicos & philosophos, qm̃ philosophi posuerũt solũ sanguinẽ nutrire medici uero opposituũ. Licet ãt pter restaurationem eius qd' deperdit sit ipsius nutrimẽti, alius finis. s. augmẽtũ. Quia tñ primus ẽ color a quo nõ absoluit nutrimentũ, potius hunc explicare curauit.

Et eius supfluitas ẽ hũor malus, &: ẽ qd' istud agere nõ cõsueuit, aut raro in bonũ cõuertit humorẽ. vñ antea a corpore expelli & pijci debet.

Superfluitas duplex.

Describit humorẽ malũ qui est superfluitas. Et patet qa ex opposito describit. Primo nota superfluitatẽ esse duplicem. s. naturalẽ & pter naturã. Est aũtẽ superfluitas naturalis humor vel humiditas in corpore multiplicata ex cõuenienti & naturali actione caloris, humores aut humiditates naturaliter digerentis aut cibos: sicut est superfluitas primę & secundę digõnis. Et iã de tali non est hic sermo. Altera vero est superfluitas in corpore pternaturalr multiplicata ex incõuenienti &c. quę quolibet indicat suę gñonis impedimentũ, vt phlegma salsum, cholera eruginosa. Et de tali intelli hic. Secundo nota notant dcm̃ esse cõsueuit; qa raro conuenit humorẽ non naturalẽ nutrire. non. n. nutrit et conuertit ad benignũ nisi valde remisso gradu malitię peccauerit, vt secunda aphor. cõmen. illius. 17. aphor. Vbicũqz cibus &c. Et dixit agere. i. operari. cibus. n. p quanto operatur a materia non agit: sed patit & transmutatur: ideo exponitur agere id est operari. Vtrum autem humor malus possit nutrire videbitur in quaestione.

Dicemus ergo q humiditatũ corporis quędã sunt primae, quaedã secundae. Primae sunt quatuor humores, quos paulopost nominabimus.

Ponit secundam diuisionem. Secundo subdiuisionem secunda ibi. Secundarum vero. Prima patet.

Secundarũ uero duae sunt diuisiones, aut. n. sunt superfluitates, aut nõ superfluitates. Superfluitates uero in sequentibus nominabimus. Et quae sunt non supfluitates, sunt humores, qui a principali dispõne, conuersi, mẽbris delegati fuerunt, sed nondũ alicuius mẽbrorũ simpliciũ opõne perfecta ps effecti sunt. Quorũ sunt quatuor spẽs. Vna est humor in foraminibus extremitatum guarũ uenarũ cõtẽtus mẽbris simplicibus ppinquarũ, imbibentiũ ea uel eã. Alia ẽ humor p oĩa simplicia trãsiens uel sparsus mẽbra, sicut ros qui in nutrimentũ conuerti est aptus; cũ corpus nutrimento caret, & ut mẽbra hũectet, cum aliqua causa fortis motus aut alia ea exiccauerit. Tertia ẽ hũor qui parũ añ cõgelatus als coagulatus fuit & ẽ nutrimẽtũ qd' in substãtiã mẽbrorũ ex parte cõplonis cõuersũ ẽ, sed ex pte eẽntiae cõpletę et silitudinis: nõdũ cõuersum fuit. Quarta est humor qui ẽ intus in membris simplicibus a principio natiuitatis, & p quẽ ptiũ eorũ cõtinuitas existit, cuius principiũ est ex spermate. Spermatis uero principium est ex humoribus.

Humiditas qd' et est dupliciter.

Primo nota q secundę humiditates quae sunt superfluitates pñt intelligi oẽs humiditates nõ naturales, ex primis humoribus preter naturalit' gñatae. Et sic melancholiã nõ naturalem gñatã per adustionẽ dicemus humiditatẽ secundã, de his infra. Secundo nota per humiditates primas in pposito nõ esse intelligẽdas humiditates simplr primas: sed primas in ordine humiditatũ nñi corporis gñatarum ex chylo. Ex quo patet quid per humiditatẽ secundam, etiã intelligere debemus. Patet secundo q licet via generationis priores sint humores humiditatibus secundis, natura tñ & perfectione, priores sunt secundae humiditates humoribus. Patet vlterius humiditates secundas esse sicut medium formae & traositus inter humores & membra.

Et dicemus etiã q humores humorosi boni & superflui, uel non superflui, quatuor continẽt generibus. Genere sanguinis, qui omnibus illis melior existit. Et genere phlegmatis. Et genere cholerae rubeae. Et genere cholerae nigrae.

Determinat de humoribus primis. Et primo ponit diuisionem eorum. Secundo sigillatim de ipsis determinat: secunda ibi. Sanguis vero. Prima patet. Primo nota. Dixit humorosi, quia multum fluidi vel liquidi respectu humiditatum secundarum. istae. n. sunt solidiores, quia substantiae mẽbrorũ ppinquiores. Secundo nota hic est duplex lra. Prima: boni & superflui. Secunda boni & nõ superflui. Prima sic sonat, tã boni q̃ superflui &c. Secunda humores boni & qui non sunt superflui. Vterqz bonus. Dixit autem notanter generibus, & non spẽbus, quia sub quolibet eorũ plures continent species, vt apparebit. Nota tertio, humores esse quatuor, ex pluribus concludit pbabilibus. Primo quia humores elñtis pportionant &c. vt infra. cap. de mẽbris. & Gal. primo elñtorũ. vlti. ca. Isaac de elementis. Hipp. in lib. de humana natura. Haliab. 1. theoricae. 25. ca.

Humor quadrupliciter.
Gal.
Isaac.
Hipp.
Halia.

Secundo quia sile est de humoribus & vino. sed in factione vini quatuor cõsurgunt corpora. s. fex, spuma aquositas, q̃ euaporat, & vinum hoc argumentũ colli. 2. virtutum naturalium. & 1. de iuuamentis. 1. c. Tertio ex finibus, quia quatuor sunt fines quos natura per diuersos humores attingit. s. nutricatio oĩum mẽbrorũ pricipalit' per sanguinẽ. Totius corporis humectatio per phlegma. Appetitus excitatio per melam. Et expulsionis intestinorũ excitatio p cholam, & eorũ abstersio. Quartũ experimentũ in phlebotomijs. Sanguis est melior: quia naturae conuenientior.

Gal.

Sãguis uero natura calidus existit & hũidus.

Sanguis dupliciter.
Sanguis quid.

Primo nota sanguinẽ sumi dupliciter. s. p massa. & p humore. hic sumit. 2. mõ. Secundo nota hunc ẽẽ duplicẽ. s. uenalẽ, & arterialẽ. hic de vtroqz est sermo. Tertio nota. cõpletã sanguis descriptionẽ, collectã sparsim. 12. aĩalium. c. de humoribus. Sanguis est humor primus, quia a sua principali dispõne naturali nõ remotus est, in cõplone calidus & hu. io colore rubeus, io odore suauis, vel nõ fetidus, in sapore dulcis, per tẽperatã decoctionẽ in secunda digõne genitus. Dr humor primus ad drĩã secundarũ humiditatũ. Caetera patent. Quarto nota. sanguinẽ in cõplone ad multa possumus cõparare. s. ad aequale ad pondus; ad medium pprie spẽi, ad alios humores s d mediũ gñis. hic vltio mõ sit cõpõ. Contra, nos nutrimur frigido & sicco. vt Damasc. in aphorismis. & nõ nutrimur nisi sanguie, igr sanguis est frigidus & sic. Secundo, quia sanguis est tpatus, ut Auerr. primo cãticę. 13. cõmen. & quia gñatur a calido tpato: vt apparebit in seq. ca. Secundo querit, quis est humidior, an arterialis: an venalis. Vr q venalis, quia gñat arterialis ex eo per vlteriorem decoctionem exiccantem humidum superfluum. Similit' arterialis est calidior. & caliditas maior associat secum siccitatem maiorem. Similit' quia digõ ingrossando pcedit, igit est grossior & terrestrior. Ad primum. Illud quo nutrimur est frigidum & siccum respectu eius quo viuimus. s. spũs vitalis, cuius praesentia in membris conseruatur vita. Pro secundo sanguis est tẽperatus respectu aliorum humorum, & tñ cutis cõparatione est calidus & hu. Ad secũdũ vtraqz pars pbabilit' sustentari potest. Qui vult tenere sanguinẽ arterialẽ esse humidiorem, dicit q licet partes sanguis humidae per vlteriorẽ decoctionem dum ex venali sit arterialis exiccent, quia tñ depurat a

Damasc.
Auerro.

partibus fecalibus & terrestribus quæ sunt multæ in venali, remanet postea humidior. Et qui dicit oppositum, opposito mō haberet illud tenere. s. q plus facit alias fit exiccatio q̄ depuratio & defecatio. Et qui teneret q aliquando est hoc & aliqñ illud, hoc nō esset inconuenīens. Ad coofirmationem est calidior, & caliditas maior &c. Illud ē verum alijs paribus. De digestione vero. quomodo ingrossando procedit, videbitur post.

Cuius sunt duæ spēs, naturalis, & non naturalis. Naturalis autem est cuius color est rubeus, malo carens odore, & est ualde dulcis.

Prīo nota sanguis naturalis naturę cōueniens & ꝓportionatus est: vt per ipsum natura debitos fines attingat. Secundo nota. a priori cā rubedinis assignari non potest. Sed rubedo choleræ clarior est. Et rubedo sanguis arterialis clarior est rubedine venalis, ex odore: & sapore: quia odor malus arguit putredinem, sapor malus malā digōnē: bonus vero econtra. Primū dubiū, quia sanguis non est rubeus, qa calīm agens in humidū denigrat. Gal. Secundū. cur sanguinea fetent. 4. therapeuticæ. vlti. capī. & prima quarti, de pręparatis ad febrem. Tertiū, quia si sanguis est dulcis. per vlteriorē decoctionē fiet amarus: vt. 2. virtutū naturaliū. vltio. capī. & 4. de simplici medicina. Ad primū intelł calidū vrens. Et similiter ad secundum & tertium. Fetēt superfluitates humidæ quæ in eis putrefiunt, & non sanguis.

Nō naturalis uero sunt duę diuisiones. Alius n. est quia cōplōne bona fuit mutatus, non propterea q aliquid ei admixtū fuerit, sed quia eius cōplexio in se uitiata fuit. uerbi gratia. quia aut fuit infrigidatus, aut calefactus.

Sanguis pōt fieri nō naturalis dupliciter. Sanguis complō duplex. Nota primo sanguinem fieri posse oō naturale multipliciter. Primo ex parte q̄titatis. Secundo ex parte modi substantię. Etiam ex parte qualitatis manifestę, & qualitatis occultæ. tacuit primam tanq̄ facile cognoscibilē, & quia infra de ista mentionē faciet. Tacuit secundam & quartā, qa ad tertiam reducuntur, sunt. n. qualitatiuæ. Secundo nota. quid per bonā & quid per malā complexionem sanguis intelligere debemus. Vitiata autē dr̄ qñ extra eius naturale tēperamentū est alteratus sanguis, absq; permixtione eius cum humore non naturali. & hoc potest sanguini aduenire ab intrinseco, & ab extrinseco, sicut patet: quare &c.

Et est alius qui nō fuit mutatus nisi ꝑꝑ humorē malū qui ei admixtus fuit. Quod ē secūdum duas diuisiones. Aut. n. ad eū humor deforis uenit, & penetrauit in ipsum, & corrupit. Aut in ipsomet fuit gñatus humor. uerbi. g. aliqua eius ꝑs putruit, & eius subtile in cholam rubeā, & spissum in cholerā nigrā cōuersum ē, & remāserunt ambæ aut una earū in eo. Et huius quidē diuisionis partes & ipsius spēs secundum illud quod ei admiscet̄ de spēbus phlegmatis & spēbus cholę nigræ & spēbus cholæ rubeæ, & aquositatis diuersificat̄. Plerunq; ergo fit turbidus, et aliqñ fit subtilis, & aliqñ niger, multa infectus nigredine & qñq; albus. Silr̄ quoq; in odore sui, & sapore mutat̄, fit nāq; amarus aut salsus, aut acetosus.

Primo nota. non solum esse intelligendū humorem permisceri sanguini, sed etiā fumū, & vaporē alterius humoris. Secundo nota, per humorē sanguini cōmixtū, qñq; manifeste fieri sanguinē frigidiorē, aut calidiorē, vt si sanguini tēperato plus admiscet̄ de phlegmate. vel de cholera q̄ debet secundū naturā. qñ. ꝯ autē per hanc admixtionē ad eius graduale tēperamentū reducit̄, vt si sanguini infrigidato & humectato permisceat̄ cholera amplior &c. Nota tñ q licet in isto casu sanguis a suo tēperamento non labatur gradualiter, est tñ distēperatus, ꝓpter non esse in eo qualitat̄ uñ gradum cum debita dependentia &c. Alij dixerunt q hoc sanguine non infecto occulta malitia, & per simplicē alterationem a cholera ad graduale eius tēperamētū reducto, sanguis hic sumptus pro quarto humore est tēperatus. licet hoc aggregatū. s. massa sanguinea sit distēperata, eo q ex quatuor humoribus secundum indebitam ꝓportionem sit cōmixta. Residuum lr̄æ vr̄ notū vsq; ibi ⌊Phlegmatis autē.⌉

Phlegmatis autem, aliud est naturale, et aliud non naturale.

Determinat de phlegmate. Primo ponit diuisionem. Secundo declarat. ibi ⌊Naturale.⌉ Dicit primo phlegmatis aliud esse naturale, & aliud non naturale. Notandum est primo q non posuit phlegmatis diffinitionem sicut sanguis aut quia tanq̄ notam relinquit, aut quia colligi potest ex his quę post dicet. Et alij q ꝓpter multiplicem varietatē phlegmatum, difficile erat valde phlegma sub aliquo termino cōmuni vniuoce comprehendere. Secundo nota, phlegma dici naturale quo natura naturalem finem potest attingere, & sit naturæ illius in quo est conueniens. Ecoōtra vero non naturale. Ex quo soluitur argumentum puerile ad probandum omne phlegma esse naturale, quia oē ꝑphlegma a natura fit, saltē aliqñ. Patet non sequi. Phl̄a duplex.

Naturale est quod est aptum, ut in aliquo tp̄e fiat sanguis, qm̄ est sanguis nō plene coctus

Primo de naturali. Secundo de non naturali. secunda ibi ⌊Non naturale.⌉ Primo notificat naturale aliquo mō diffiniendo, Secūdo ex cōplōne. Tertio ex loco. Quarto ex fine. secunda ibi ⌊Et ē quidā modus.⌉ tertia ibi ⌊Dulcis vero.⌉ quarta ibi ⌊Dicimus autē.⌉ Prima patet. Primo nota cōpletā diffōnem phlegmatis naturalis. s. phlegma naturale est humor primus: qui in sua natural pricipali dispōne existens, est in cōplōne frigidus & humidus, & in colore albus in sapore dulcis vel insipidus per diminutā decoctionē ex secunda digōne genitus, per vlteriorē decoctionē in sanguinē trāsmutādus, vel aptus trāsmutari. Dr̄ autē notant̄ in sua naturali dispōne principalit primo quia conuersum ab ista: vt trāsmutet̄ in sanguinē, aut ut nutriant̄ mēbra, nō est necessario frigidū, imo pōt esse calīm, vt declaraui in ca. de cōplōnibus mēbrorū. Reliquæ partes patēt ex dictis. Secūdo nota hāc ꝓpōnem esse de virtute sermonis falsam. phlegma est sanguis diminute decoctus. Sed sic est intelligēda. phlegma per diminutā decoctionē genitū est, per cōpletam decoctionē in sanguinē cōuertibile. Est igr̄ in potentia non multū remota sanguis: ad bonū intellm̄. Dubiō primum quare ita nō dixit ipsum esse cholerā diminute decoctā, cū ita per vlteriorē decoctionē possit in cholam sicut in sanguinē conuerti? Secundū dubiū, si phlegma est sanguis &c. tunc semper prius q̄ chylus trāsmutaret̄ in sanguinē, cōuerteret̄ in phlegma, quia añ oēm cōpletā et perfectā decoctionē, pręcedit diminuta decoctio. Tertiū dubiū dū phl̄a ꝑ vlteriorē decoctionē trāsmutat̄, cōuertit̄: ne ī solū sanguinē, aut in quatuor humores. Et vr̄ q in q̄tuor, qa nō minus pōt calor supra phlegma q̄ supra chylū, sed potest gñare q̄tuor hūores ex chylo, igr̄ &c. Ad oppositū, qa tūc ꝑ corruptionē vnius indiuidui gñaret̄ vnū aliud eiusdē spēi, & ita ī corruptione nō variaret̄ nomē & diffō. cōsequētia tenet qa si phl̄a in. 4. hūores cōuertit̄, ꝑ ꝫ q phl̄a trāsmutat̄ ī phl̄a. Quartū dubiū, si sanguis ex chylo & sanguis ex phl̄ate genitus sunt eiusdē spēi. Qd̄ ñ, qa diuersitas mǣrię arguit diuersitatē formarū, vt Auer. 4. phy. Ad oppositū quia cōueniunt ī colore, odore, sapore: & cōplōne. Ad primū dr̄ q nō ita facilr̄ trāsmutat̄ ī cholam. & q nō ita pricipalr̄ ad illū finē ordinat̄.

Gal. — Phl̄a naturale quid. — Dubia. — Auer.

Ad ſecundum negaẽ conſequentia. quia præter menſurã decoctionis vt inducaẽ forma phlegmatis, alia requiruntur ſed de hoc in ſequenti ca. Ad tertium dr̃ q̧ ſecundũ pſm cõuert ẽ in ſanguinẽ, & cõtingens eſt q̧ in tres. Nõ vero in quatuor, propter argumentum adductum, & negaẽ ſimilitudo de chylo, quia chylus eſt in potentia vt trãſmutetur in phlegma, & non ipm phlegma adhuc eſt in potẽtia. Ad quartũ dr̃ q̧ non ſp̧ diuerſitas materieꝝ arguit diuerſitatẽ formaꝝ, vt panis & caro in chylũ ſiſem in ſpẽ conuertunẽ.

Et eſt quidã modus dulcis phlegmatis, quod non ualde exiſtit frigidũ, immo corporis cõpõne frigiditatis paucæ exiſtit, ſanguinis uero cõparatione, et choleræ rubeæ: eſt frigidum.

Notificat ex cõpſone. Secundo ponit drĩam inter hoc & quãdã ſpẽm nõ naturalis phlegmatis. ſcḋa ibi ⌊Et ẽ phlegma.⌉ Dicit primo hoc phlegma naturale eſſe quendã modũ phlegmatis dulcis, quod non eſt valde frigidũ cõpõne corporis, imo reſpectu eius eſt frigiditatis paucę, licet reſpectu ſanguis & choleræ ſit frigidũ. Primũ dubiũ. Non vr̃ hoc phlegma eſſe dulce, quia eſt inſipidũ vt Ioannitius & Auic. & Auer. 1. canticę. Secundũ dubiũ. Nõ vr̃ eſſe frigiditatis paucę: quia frigidius eſt quod ſit in corpore, vt ſupra cap̃. de cõpſonibus mẽbrorũ. vbi graduabanẽ partes nr̃i corporis naturaľr ſe hñtes, vt ibi notabanẽ. Ad primũ dicunt quidã phlegma naturale eſſe inſipidũ, quia valde remiſſe participans ſapore. ipſum m̃ eſt dulce. dulcis. n. ſapor perfectus requirit multũ perfectã & bonã decoctionẽ. Ex quo tolliẽ cõtradictio. Aľr Mundinus. dupľr dr̃ aliquid dulce. Primo ꝓprie. Secundo improprie, vt oẽm rem horrido ſapore priuatã ſicut aquã auctores dulcẽ vocant, & ſic hoc phlegma dulce dicitur: licet ſit inſipidum. Ad ſecundũ dixerunt quidã, q̧ phlegma illud quod eſt frigidior res quæ ſit in corpore eſt phlegma vitreum. Non conſonat ſupradictis. Alij q̧ loquitur de phlegmate dulci per admixtionem ſanguis, quod ſtatim notificabiẽ. Et hoc nõ cõſonat litteræ. Tertia melior. Gent. cõcedit iſtas concluſiones. Prima. Phlegma eſt frigidior res &c. inter partes naturaliter ſe hñtes nr̃i corporis, quia aquę ꝓportionaẽ. Secunda. Phlegma reſpectu ſanguis & ſpũs eſt res valde frigida, quia ſunt extrema. Tertia. Phlegma ſui frigiditate nõ multum recedit a calore cutis ad hunc ſenſum q̧ receſſus eius a cute eſt paruus reſpectu receſſus gradualis ſanguis et ſpũs ab eadẽ in caľitate: quia caliditas eſt vitę conformior.

Ioan.
Auer.
Mundi.
Dulce dr̃ dupliciẽ.

Ex quibus tolliẽ contradictio, quia licet phlegma ſit res frigidior &c. exceſſus tñ eius in frigiditate eſt paucus reſpcũ receſſus ſpũs & ſanguis i caliditate a medio. ſ. cuti. Et hoc voluit Auic. Aľr phlegma naturale licet inter partes naturaľr ſe hñtes ſit frigidior pars reſpectu tñ alicuius phlegmatis non naturalis: vt vitrei: eſt paucæ frigiditatis. Aľr frigiditatis paucæ reſpectu corporis. i. reſpectu eius quod eſt in corpore, videlicet in cõpõne ſanguis choleræ & ſpũs.

Cõtradictio tollitur de phľate.

Aliter phlegma alteratum verſus naturam ſanguinis, & iam factum aliquo modo dulce, eſt frigiditatis paucę reſpectu corporis, imo põt eſſe calidum, licet nõ alteratũ, nec cõuerſum a principali d. ſpõne naturali ſit pars frigidior.

Et eſt etiã phlegma dulce quod non eſt naturale, quod eſt phlegma ſaporem nõ habens, qḋ nominabimus, quod fit cum accidit: ut cum eo ſanguis miſceatur naturalis, & quod multotiẽs in reumatiſmis, & in ſaliua ſentitur.

Primo nota, hoc phlegma cõuenit cũ naturali, q̃a vtrũq̧ dulce, licet hoc naturali dulcedine dulcius, ſtãte ipſo ſub diſpõne naturali. Drĩa autẽ, q̃a hoc eſt naturale gñatũ ex cõmixtione ſanguis cũ phlegmate crudo inſipido, ſꝫ et fieri ex cõmixtione ſanguis nõ naturalis cũ phlegmate dulci naturali. immo vtriſ. p naturalibus, ſed incidenẽ cõmixtis. Secundo nota. humores nr̃i corporis alij a ſanguine, in venis exiſtẽs, naturaľr debẽt eſſe ſangui cõmixti ut a ſanguine temperenẽ. Niſi. n. chola ſanguine refrenareẽ, a leui cã fureret. Phlegma ſiľr icrudareẽ. Et hoc expſſit Aui. 4. primi. 11. ca. Iſta tñ cõmixtio requirit debitã cõmixtoꝝ ꝓportionẽ adinuicẽ. tãta. n. poſſet eẽ ꝓportio ſanguis ſupra alios humores, q̧ redderet totũ illud aggregatũ nõ naturale, & ſiľr ita pua.

Ex qbus tãq̃ fundamẽtis ſoluunẽ dubia q̃dã moueri ſolita. Primũ. Nõ vr̃ hoc phlegma fieri innaturale p ſãguis admixtionẽ, q̃a ſanguis naturalis rectificat phľa & meľiã. Dubia.

Secundũ dubiũ. Nõ vr̃ q̧ ex ſanguine & ex phlegmate ſiľr naturalibus poſſet fieri phlegma nõ naturale, quia ex naturalibus nõ fit nõ naturale. Tertiũ dubiũ. Qũo eſt dulce, ſi eſt ſaporẽ non hñs? Quartũ dubiũ. Quare maxie ſentiẽ in reumatiſmis? Ad primũ patet q̧ nõ ſecundũ oẽm modũ mixtionis ſanguis rectificaẽ phlegma, vt dcm̃ eſt. Ad ſecundũ dr̃ q̧ ex pľibus naturalibus & cõuenietibus & indebite cõmixtionis, fit res idebita: vt patet in cibis potibus & medicis. Ad tertiũ quidã dñt ſaporẽ nõ hñs. ſ. talẽ qualẽ primũ phlegma naturale. Alij ſaporẽ nõ hñs. ſ. multũ notabilẽ, quia licet aliqua participet dulcedĩe, põt tñ iſipidũ appellari. Aľi ſaporẽ nõ hñs. ſ. per partẽ phlegmaticã, quia illa ẽ pure iſipida, licet per partẽ ſanguineã ſecũ cõmixtã habeat. Ad quartũ dr̃ q̧ nõ alibi eſt ſenſus guſtus, et primi catarrhi a capite per colatoriũ deſcẽdunt ad guttur et liguã, quibus frequenẽ cõtingit ſanguinẽ admiſceri: vt patet.

Dulcis uero naturalis receptaculum. Dixit Gaľ. naturam non feciſſe membrum proprium quemadmodũ duabus fecit choleris, hoc nanq̧ phlegma ſanguini propinquam habet ſimilitudinem, & egent eo membra omnia, ideoq̧ fecit natura ut cum ſanguine uadat.

Notificat eã ex receptaculo. Scḋo decľat eã ibi ⌊Dicimus.⌉ Dicit Ga. 2. virtutũ naturaliũ. vlt. ca. dixiſſe naturã nõ feciſſe receptaculũ phlegmati dulci, ſicut duabus fecit choľis. cũ. n. hẽat naturã ſanguini ꝓpinquã oĩa mẽbra egẽt eo. ideo oportet ipſum trãſire ſanguini cõmixtũ. Primo nota q̧ tripľr dr̃ aliqḋ mẽbrũ receptaculũ alicuius ſuperfluitatis vel humoris. Primo, quia in tali mẽbro maxie ẽ aptus talis humor mľiplicari reſpcũ alioꝝ, ſicut ſtõs phlegmatis, vt. 11. tertij. pľies. Secũdo, quia ad illud maxie talis ſupfluitas defluit, vt pulmo. Tertio ꝓprie dr̃ receptaculũ, vt ꝓpoſito ptinet, mẽbrũ a natura finaľr ordinatũ ad ſuperfluitatẽ aliq̃ vel humorẽ ſugẽdũ. pp̄ vtilitatẽ & fines a nã intẽtos ſeruãdũ, ſicut chiſtis ẽ receptaculũ choľę, & ſplẽ meľię. Et ſic intelexit Aui. phľati nãq̧ receptaculũ nõ fecit, vt. Ga. loco alle.

Gal.
Mẽbrũ dr̃ receptaculũ tripľr.

Ex q̃ patet ſolo ad qõnẽ magr̃i Antoni de Birreto. ſ. vtrũ phlegma hẽat receptaculũ. Secũdo nota. huius cãm tãgit lr̃a. phlegma. n. habet vtilitates toti cões, q̃s non hẽt choľa. Primo quia humectat mẽbra. Secundo quia tẽpore neceſſitatis cõuertiẽ in ſanguinẽ. Ex quo cõcludunt quidã alibi q̃ in hepate poſſe ſanguinẽ generari, quia alibi põt phlegma in ſanguinẽ cõuerti, licet hoc ſit per virtutẽ datã ab hepate.

Dicimus autẽ q̧ hic indigentia eſt pp̄ duas res una eſt neceſſaria, & altera iuuatiua. Neceſſaria uero eſt pp̄ duas res. Vna ẽ ut ſit iuxta mẽbra, ad hoc, ut cũ mẽbra nutrimentũ qḋ ad ipſa conſueuit uenire amiſerint, quod ẽ ſanguis bonus, pp̄ retentionem materiei eius quę a ſtomacho fit et hepate, pp̄ aliquas cauſas quæ acciderunt, operentur in eo uirtutes naturales eorum, & coquãt, & digerãt, & nutrianẽ, ex eo. Et ſicut calor innatus digerit ipſum, & rectificãdo facit ipſum ſanguinẽ, ſiľr calor extraneus ipſum plerũq̧ putrefacit & corrumpit. Hãc uero neceſſitatis partem non hñt duæ choleræ. Duæ nãq̧ cholerę phlegmati in hoc non cõicant, q̧ calor naturalis ipſum rectificat & facit ex eo ſanguinem,

licet

licet in hoc cõicẽt ei, ꝙ calor accñtalis ipsum mutat, & facit ex eo rem putridã & corruptam.

Phlegmatis trãsitus per totũ dupl̃r.

Declarat illud quod dixit. Et sine diuisione, dicit hanc indigentiam trãsitus phlegmatis per totũ esse duplicẽ, necessariam. s. & iuuatiuam. Necessaria vero est duplex. Vna est vt phlegma sit iuxta mẽbra, vt cum sibi aliquando nutrimentum defecerit, quod debet ad ea transire a stomacho et hepate propter aliquas causas impedientes, virtutes naturales operenẽ in phlegmate & ipsum conuertent in sanguinẽ, vt nutriat mẽbra. Subdit tñ ꝙ calor naturalis sicut ipsum rectificãdo cõuertit in sanguinẽ, ita preternaturalis aliquando in putridum humorem. Et subdit ꝙ hæc necessitas nutriendi non reperitur in cholericis, ideo in hoc cũ phlegmate non cõicant, quia non cõuertuntur in sanguinem, sed bñ cõicant phlegmati in hoc ꝙ putrescunt in calore extraneo.

Aristo. Necessarium dupliciter.

Nota primo super ista parte ꝙ necessarium, vt colligiẽ. 5. metaphysicæ sumitur multipliciter. Vt autẽ ꝓposito pertinet, sumitur dupl̃r. Primo pro illo sine quo res esse & permanere non potest, qualiter cibum, sanguinem, & spiritum homini necessarium dicimus: Secundo pro illo sine quo res bene esse non potest & permanere, vt vestes necessarias homini dicimus, quãuis sine illis absolute esse & absolute permanere homo possit. Ad propositum per cãm necessariam intellexit hic necessarium primo mõ. Sine transitu. n. phlegmatis cum sanguine, & conuersione eius in sanguinem, & nutricationẽ phlegmaticorũ ex eo mixto sanguini, non põt homo esse & permanere, saltem secundum viã quã tenent medici. Secundo nota ex dictis. A. satis expresse colligiẽ sanguinem extra hepar, quia in venis posse generari. Et pro isto adducitur probabile argumentum, quia in venis reperiuntur omnes causæ concurrere potentes ad sanguinis generationem est phlegmate. igiẽ &c. Argumentum patet, quia ibi est anima, virtus naturalis. instr̃m. s. calor, & materia. s. phlegma hoc tamen argumentum q̃s sit euidens considera, quia per satis sile ꝓbareẽ ꝙ extra venas. Tertio nota ꝙ

Cã ipediens nutrimẽtũ ab hepate vel stõcho duplex. Dubia.

ditiones illius choleræ vitellinæ. nam dicit eam generari, ex hoc ꝙ aliqua eius pars aduritur in se. & hæc est assatio choleræ, cuius cinereum non separatur a subtili. unde redditur color eius opacior, & per consequēs habens rubedinē igneā, quod fuit attributum iam dictę choleræ. 2. quia credendū est Aui. hanc speciem cholerę cognouisse, & alicubi de ipsa mētionem fecisse, & non apparet alibi ꝗ̄ hic, igitur &c. Contra. quia ibi Gal. illam speciem ponit famosam, sed hanc nō ponit Aui. esse famosam in litera. igitur ista non est illa. Item quare posuit Aui. hic hanc speciem cholerę, cum debeat describere choleram generatam per rei extraneæ admixtionē, & non per alterationem in sua substantia, vt patet intuenti seriem litere. Ad primum dicit ꝙ fuit famosa apud Gal. nō vero apud Aui. Aliter dicitur ꝙ est famosa respectu aliarum specierum cholerę non naturalis, licet respectu choleræ generatę per phlegmatis admixtionem ipsa non sit famosa, quia frequentius cōtingit ipsam generari per phlegmatis admixtionem ꝗ̄ aliter fieri. Vel dic ꝙ Gal. dixit ipsam famosā in malitia, quia valde mala licet non sit famosa, quia multū frequenter eueniens. Pro secundo dicitur ꝙ cinerulentum potest considerari quodammodo sicut extraneum substantiæ cui cōmiscetur, ideo vt sic ad istaa reduci potest.

Et alius est ut cholera nigra extrinsecus ad eā ueniat, etiam cum ea misceatur, & hęc quidem est melior huius autem speciei choleræ color est rubeus, sed non est clarus, neq; floridus, immo ē magis similis sāguini sed est tenuis, et plerunq; a suo colore propter aliquas mutatur causas.

Cholera nigra duplex.

Declarat aliud membrum. Et patet. Primo nota. duplicem choleram nigram imaginari possumus cōmisceri choleræ rubeæ. Primo non naturalem, & tunc generatur cholera multum praua. uel saltem generari contingit, quia vehementis malitię conuenit esse choleram nigram aduenientē. De hac igitur non est in proposito sermo cum Aui. dicat hāc meliorem esse pręcedente. contingeret. n. ipsam esse deteriorem. Secundo imaginari possumus permisceri choleram nigram naturalem, ex qua licet fiat cholera mala propter cōmixtionem esse indebitā, non tamen est ita mala sicut pręcedens; vt patet intuenti. Aliter alias fuit imaginatua quod semper cęteris paribus deterior est pręcedens ꝗ̄ ista. Dico & notanē cęteris paribus, quia si generetur cholera nō naturalis per aduentum melię venenosę ab extra. ipsa posset esse deterior ꝗ̄ generata per adustionem substantię proprie. sed alijs paribus non quia semper plus malitiatur subtilis pars in prima ꝗ̄ in secūda. & in parte adusta sunt pares. ideo etc. Sed diceres tenendo primā rn̄sionem. Q ūo est ista secunda cholera denomināda adusta, quia nec ab intra nec ab extra aduritur. Dicitur primo ꝙ similis est adustę in colore modo substantię &c. secundo quia per admixtionem melię adhuc terrestrificatur & exiccatur. Nota secūdo hanc similari sanguini in colore, quia ex re rubea & clara cū re opaca cōmixta resultat color rubeua aliquo modo obscurus, sicut est color sanguinis. Differunt tamen a sanguine, odore, & sapore, & quia magis tenuia & acuta propter choleram dn̄antem in mixtione. Tertio nota hic color frequenter mutatur propter alias causaa. s. propter variaa proportiones partium melancholię & cholerę inter se, & variam opacitatem melancholiæ & claritatem cholerę. propter etiam frigus extrinsecum congelans. & sic de alijs quibus varij resultant colores, aut secundum veritatem. aut secundum apparētiā.

Quæ uero in sui substantia extra naturam est, alia est cuius generatio sæpius ē in hepate, alia est cuius generatio magis est in stomacho.

Nota primo per choleram extra naturam in sui substantia intelligitur cholera pręter naturam, non propter rem extraneam secum commixtam vel ad eam ab extrinseco venientem, sed solum propter alterationem vel mutationē suæ substantię contingentē, vt species statim nominandę. Secundo nota ex illo verbo sępius, & ex illo verbo magis, nullam illarum esse solum in stomacho vel in hepate gn̄abilē, licet aliq̄ sæpius & facilius ī hepate & aliq̄ in stōcho generet.

Et illa quidem cuius gn̄o magis est ab hepate ē una species. Quę ē cū quod in sāguine est subtile aduritur, cuius spissitudo cholera est nigra.

Vstio duplex.

Primo nota per vstionem hic indifferenter intelligi pōt vstio proprie dicta aut putrefactio. Per vtranq; n. cōtingit subtile in choleram conuerti & inflāmari, & grossum in melancholiā. Secundo nota. quare maxime in hepate gn̄etur est multiplex ratio. Prima quia ibi sanguis est copiosior. secūda quia ibi calor est fortior, quare ibi sanguis faciliter inflāmatur. tertia quia sanguine ibi frequenter conculcato faciliter euenit prohibita trāspiratio, & consequēter inflāmatio & putrefactio, & eodem modo in venis magis prope hepar, in alijs autem locis non est ita. Contra quia prope cor. Dicitur ꝙ non propter fortitudinem virtutis plurimū materias malas a se repellentis.

Et quæ in stomacho magis gn̄atur duas hēt partes: prassinam. s. & uiridem, ut erugo eris.

Cholera prassina quid. Cholera çinaria.

Determinat de illa cuius gn̄o est magis in stomacho. Et primo ponit diuisionem eius in species suas. secundo illaa declarat ibi, Et mihi quidem. Prima patet. Primo nota per prassinam intelligendā esse illam, cuius color est similis colori prassij siue marubij, & est color viridis obscurus, unde & coloris porralis aliquando appellari consueuit pp cām eandē. Per çinariam uero choleram in colore similem çiniar. i. viridi eria qui est color viridis clarus ad albedinem. s. decliuis, propter quod & cholera eruginosa etiam aliquando appellari consueuit. Contra. Ista cholera gn̄at in hepate. ergo &c. consequentia tenet. & assumptum probatur auctoritate Auer. tertio colliger. tertio cap̄. & argumēto suo. Idem est locus generatiōis humoris naturalis & superflui. sed in hepate gn̄antur naturales. igitur &c. Item gn̄atur a calo forti. sed tale non est in stomacho, sed potius in hepate. ergo &c. Item prassinam generatur ex vitellina. sed vitellina maxime generatur in hepate. ergo. &c. Pro istis dicitur ꝙ maxime in stomacho generatur, quia licet in hepate generetur vitellina, quę est sicut vtriusq; materia, plurimum tamē residet & retinetur in stomacho. ideo &c. Dicendum secundo ꝙ in stomacho potest esse calor sufficiens ad istaa gn̄andum, vt in stomacho multum igneo, aut etiam ex præparatione materierum ut cholera vitellina ex cibis maxime inflāmabilibus generata. non repugnat tamen ipsam choleram çinariā gn̄ari in hepate, sed raro euenibile ē, quia prius hepar expellit vitellinam cholerā ꝗ̄ in eo longā moram contrahat. Ad primum dicitur ꝙ ista non fuit intentio Auer. sed voluit ꝙ non essent verę cholerę, quia tunc in hepate generarentur. quia idē est locus &c. Et sic ad argumentum primum. Idem est locus gn̄onis humoris naturalis & non naturalis. Dicitur enim distinguendo ꝙ tripliciter dicitur humor non naturalia. Primo quia superfluitas residens ex digestione naturalis, qualiter choleram phlegma &c. dicimus esse humores non naturales respectu sanguis, principaliter. n. natura intendit generationem sanguinia, dum in materiam seu massam chylosam agit digerendo, & sanguis gn̄onem pręparando, tamen sic agendo alios gn̄at humores. Secundo vero dicitur nō naturalis. quia formam seruās naturalis humoris. licet sit a naturali sua dispositione remotus. Tertio quia mutatus tam a forma ꝗ̄ a naturali dispositione humoris. De primis duobus pręcedit auctoritas Auer. ꝙ idem est locus generationis &c. Et ideo concludit ex isto ꝙ nec prassina nec çinaria est cholera naturalia illis modis. De humore aūt non naturali tertiomō illud non oportet. Ad secundū patet per dicta. Ad tertium similiter, ꝙ vitellina li-

Auer.

Humor non naturalis triplex.

cet in hepate generetur non longa ibi secundum plurimum trahit moram, sed expellitur ad stomachum & intestina. Contra. igitur magis in intestis quã in stomacho generabitur prassina. quia magis ad illa expellit vitellina. Negatur cõsequẽtia, qa ibi nõ est calor fortis, & quia secũdum plurimũ cũ alijs hũiditatibus & humoribus exterius pellitur.

Et mihi quidem uidetur ꝙ prassina ex uitellina generetur cum aduritur. cum enim aduritur, adustio in ea efficit nigredinem, ex qua cum citrinitate mixta generatur uiriditas.

Ostendit modũ gñonis & materiã earum. 2. ponit quoddam principium ex quo habetur veritas eius dicti. secunda ibi[Calor nanq;.] Primo determinat modum generationis primę. Secundo secundæ ibi[Et çinaria.] Dicit primo ꝙ prassina generatur ex vitellina superius dicta quando aduritur, quia calor agens in ea efficit nigredinem ex qua cum citrinitate mixta resultat viriditas. Nota primo per vitellinam hic intelligendam esse superius ab Aui. descriptã gñatam. s. ex grossi phlegmatis admixtione cum cholera. calidum igitur vrẽs agẽs in partes istas phlegmaticas denigrat eas quibus commixtis cum citrinis existentibus faciunt choleram secundum apparentiam viridem, sicut pictores permiscent vitellum oui cum nigro, & ex illo exultat secundum apparentiam color viridis. cuius causa quęrenda est in libro

Aristo. de sensu & de coloribus. & in libro metheororũ in tertio. Et experimentum ostendit ꝙ si per vitrum citrinum aspicias res nigras ipsę videntur virides. Secundo nota hanc choleram istomodo generari non solum propter distẽperantiã calidam vehementem stomachi. sed etiam propter dispõnẽ materiæ in quã operatur calor stomachi. licet. n. stomachus non habeat calorem multum adustiuum. contingit tamen ad stõm pelli choleram vitellinam generatam ex cibis vehementer inflãmabilibus, vt sunt cepe pori & alia huiusmodi. quare calor non multum tamen vstiuus istã materiam uehementer adurit. Ex quo patet non solum corrumpi actionem membri vel virtutis propter complexionis uel alterius naturæ distemperiem, sed etiam propter dispositionem obiecti circa quod virtus operatur. Ex quo infertur non semper operationis corruptionem arguere membrum ægrũ vel lapsum, vt patet de calore iuuenis agente in mel: ac etiam de calore stomachi cholerici agente in lac. Si tamen operaretur circa proportionatum obiectum ex corruptione argueretur lapsus, vt patet. Et secundum hunc modum patet quare quandoq; in homine intra latitudinem suæ sanitatis exñte subito apparet vomitus choleræ prassinæ vel vitellinæ. Hoc enim contingit quia non merito distemperãtiæ membrorum gñata est &c. & potuit per tempus latitare post generationem absq; hoc ꝙ sensibile faceret nocumẽtũ. Tertio nota licet Aui. non explicet nisi vnum modũ generationis cholerę prassinæ. ex dictis tamen auctorum possunt plꝛes colligi. Primus hic ab Aui. positus. Secundus ex cibis in stomacho corruptis ad viriditates declinantibus, vt

Gal. porri blites. 2. pronosticorum. commẽto. 39. & 2. complexionum, vltimo cap̃. Tertius ex adustione cholerę vitellinæ secundum Gal. per q̃ potest fieri viridis obscura. Quartus ex admixtione choleræ vitellinæ Gal. cum melia fieret enim versisr & viridis & obscura. Et ita ex admixtione melancholiæ nigræ cum cholera naturali citrina, sed illud non esset per solam alterationem in propria substãtia. Quarto nota ex dictis auctorum hic multas alias posse colligi species choleræ ab enumeratis. Hæc conclusio est Gal. in libro inte-

Haly. riorũ. cap̃. de passionibus stomachi. Vbi ponitur indica. quę

Auerro. potest comprehendi per viridem obscurã. Et idem Haly. 3. techni. cap. de discrasijs hepatis. Fumosa uero posita ab Aue. primo cantice. cap̃. de humoribus. cantico. 9. reducit ad has. quia omnis mulum a stomacho effumans potest dici fumosa. Itẽ oẽs spẽs melīæ possunt cũ qualibet specie choleræ cõmisceri. notũ ẽ ãt oĩa sub iã dictis comprehendi posse &c.

Zinaria uero uidetur mihi ꝙ generet̃ ex prassina: cum tantum aduritur donec eius humorositas siccatur, & ad albedinem redire incipit propter sui siccitatem.

Hic textus clarus est.

Calor nanq; in humido corpore in primis nigredinem efficit, deinde denudat ipsum nigredine, quando eius omnino finit humiditatem, & quando superfluit in eo ipsum albificat. Et hoc quidem in lignis attende quæ prius in carbonẽ uertuntur, deinde in cinerem. Calor. n. in humido efficit nigredinem, & in eius contrario albedinem. Et frigiditas in humido albedinem operatur, & nigredinem in eius contrario. Hæc tamen duo iudicia quæ in prassina & zinaria iudicaui æstimatiua sunt iudicia. hæc autem species quæ dicitur zinaria, omnibus choleræ rubeæ speciebus calidior existit, & peior, & magis perniciosa & dicitur ꝙ est de substantia uenenorum.

Super hoc passu nihil noto, quia plene in quæstionem totum declarabitur.

Choleræ autem nigræ, alia est naturalis, alia non naturalis superfluitas.

Determinat de melancholia. Et primo ponit diuisionẽ. 2. membra pertractat. 2. ibi[Naturalis.] Primo nota. hic terminus melancholia sumitur ab auctoribus æquiuoce. Quãdoq; pro aliqua passiõe cerebri. prima tertij. tractatu. 4. cap̃. de malancholia sic descripta. Melancholia est mutatio cogitationum aut estimationum a cursu naturali ad corruptionem et timorem et malitiam propter complexionem melicã facientem spiritum cerebri siluestrem interius &c. Secundo sumitur pro humore vno ex quatuor naturaliter frigido & sicco vel ad ipsum reducibili. quod dico propter melancholiam non naturalem. & taliter sumitur hic, & dicitur naturalis & non naturalis ea ratione qua humores alij. Dicitur autem melancholia a melan græce quod latine sonat nigrum. & cholon fel uel cholera. inde melancholia quasi fel nigrum vel cholera nigra. Melia duplex.

Naturalis est boni sanguinis fex & turbulentia & superfluitas in comparatione ad sanguinẽ, quia omnes humores dicuntur superfluitates ad comparationem sanguinis, cuius sapor inter dulcedinem & ponticitatem existit.

Determinat primo de naturali. 2. de non naturali. ibi[Melia vero.] Primo describit eam ex parte suorũ accñtiũ secundo vtilitatum. secunda ibi[Quæcun.q;.] Dicit primo ꝙ naturalis &c. Primo nota Aui. ex quatuor notificat melancholiam. Primo ex parte substantiæ, quia fex. n. in tota hũorali massa pars grossior & grauior et descẽdere aptior, licet maneat naturaliter sanguini secundum decentem proportionem commixta regulante virtutem. Et dicitur metaphorice fex sicut cholera spuma. Secundo ipsam notificat ex qualitate visibili quia turbulenta ẽ. ẽ. n. alijs humoribus opacior & sanguini commixta ipsum magis turbulentum reddit. Tertio notificat ex habitudine eius ad bonũ sanguinẽ, quia superfluitas eius est. Et hoc fecit Aui. ꝓpter duo. Primo quia minus de melancholia forte alicui videretur q̃ de phlegmate vel de cholera. quia infra dicturus est ipsam fieri a calido temperato. secundo ad differentiam partis grosse sanguinis puri, quia licet sit feculentior & turbulentior, nõ tamen est melancholia, quia nõ est sanguinis boni superflui-

tas. Quarto notificat ex sapore, quia habet saporem medium inter dulcedinem & ponticitatē. Nō notificat āt eam ex colore, quia iam ipsam nigram nomīat. Nec ex qualitate tangibili. quia posito ꝙ ipsa est sicut lex ēt facile scitur ipsam eē frigidæ & siccę complōnis, & sic non explicat ipsam ex parte cōplexionis. Secundo nota ipsam esse saporis medij etc. duplieiter intelligi potest. primo medij ster dulce & ponticū per participationem. secūdo per abnegationem. Primus dupliciter. Primo imaginando illam dulcedinem in quadā parte sanguis vnctuosa esse fundatam a qua non potest penitus melā absolui. secundo imaginando non omnes melancholię partes esse a natura sanguis ęqualiter elongatas, & ꝙ aliq̄ partes eius naturæ sanguinis multum propinquæ aliqua dulcedine participant. Secundo intelligi potest medius per abnegationem quia accetosus, cuius causa non est frigiditas tāta sicut pontici, nec tanta calitas sicut dulcis. Sed contra hoc sunt dubia. Primum, quia sicut cū melā miscetur sāguis vnctuosus, ita cum cholā, igitur sicut melā dr̄ pp hoc saporis medij, ita cholera saporis medij inter dulce & amarū, & est contra primū ītellectū. Item contra secundā imaginationem, quia sapor dulcis fundatur in subiecto calo & hūido bn̄ digesto, vt. 4. de simpl. medicina. & 2. cañ. cap. 3. sed. nulla pars melæ est hmōi. igitur &c. Item arguitur ꝙ non sit saporis acetosi, quia acetositas fundatur in humido aqueo subtili frigido qđ nō compecit melæ. Ad primum dr̄ ꝙ amaritudo cholerae occultat dulce vnctuosi sanguis sibi mixti, qđ nō ē in melā. Ad secūdū dr̄ ꝙ dulcedo multū remissa fūdari pōt in subiecto frido, ut patet de cucurbita citrullis &c. Ad tertium dr̄ ꝙ sapor acetosus fundaē in humido subtili aqueo. i. actualr̄ fluido, cum quo tñ stat ipsū eē grossum & terrestre respcū humidi alioꝝ humoꝝ. Vel dic ꝙ ī melā sunt partes subtiles aqueæ in q̄bus fundari pōt acetositas. Vel dē ꝙ ista acetositas est remissa ponticitas media inter perfectam ponticitatem & acetositatem perfectam.

Sapor medius dupl'r.

Quæ cum in hepate generatur in duas separatur partes. quarū una in sanguinem penetrat & alia ad splenem transmittitur.

Notificat ipsā ex pte suaꝝ utilitatū. Prīo distinguit secūdo declarat ibi ⌊Pars autē.⌉ Sed queres, est amplioe q̄titas. Itē q̄ ē grossior. Conciliator dicit maiorē esse illam quæ vadit cum sanguine q̄ illam quę vadit ad splenē, qđ patet. Considerata mole mēbroꝝ melicoꝝ quę sunt melā nutriēda. vel saltē quoꝝ nutrimētū debet p melam pparari. Et patet ꝙ vadēs cū sangnine est ēt minus feculēta, eo ꝙ eius q̄litas per qualitates sanguinis & aliorum multum refrangitur.

Pars aūt quæ cum sanguine penetrat uadit cū eo cā necessitatis & utilitatis. Necessitas uero est ut sanguini admisceatur eo modo quo debet in nutrimēto cuiusq; mēbrorū in quoꝝ cōplōnibus magnam melię partem esse oportet, sicut sūt ossa.

Hic primo explicat vtilitatem trāseuntis cū sanguine. Secundo trāseuntis ad splenē. secunda ibi. ⌊Et pars.⌉ Prīo iterum p̄missa diuisione in necessariā & utilē declarat necessitatē. secundo utilitatē ibi ⌊Vtilitas &c.⌉ Nota primo hāc merito dici necessitatem tā secūdū viam philosofoꝝ q̄ secundū viam medicorū. Et tu declara sicut supra de cholera. Ex quibus sequitur primo maiorē q̄titatem melæ transire cū sanguine q̄ cholerae. quia multo amplior est moles mēbrorum nutriendoꝝ melancholia q̄ cholera, & hoc secundū medicos. aut quorum nutrimentum est per melancholiā disponendum q̄p choleram, & hoc secundū philosophos. & plus etiam proportinaliter respectu totalis q̄titatis melancholiæ & choleræ quæ in corpore gñatur. Sequitur secundo plꝰ absolute & proportionaliter trāsmitti de cholera ad chistim q̄ de melancholia ad splenem, quia minus trāsit de ipsa proportionaliter cum sanguine & plꝰ fines attingere habet. s.

abstergere coniungere seu purgare intestina & fundum stomachi calefacere, melancholia vero solum appetitum excitare. Ex quibus etiam potest probabiliter concedi multo maiorem q̄titatē melię in hepate naturaliter disposito gñari q̄ cholerę, licet hoc sit mere insensibile. Primū dubiū. Quid sit de superfluo melæ eunte cum sanguine post opōnem sanguinis qua superfluit. Secundū. Videē ꝙ q̄to mēbrum est magis melicum tanto magis ad ipsum nutriendū debet cum sanguie de cholera penetrare, quia tanto habet uenas & poros & meatus angustiores, ergo tanto oportet sanguinem magis subtiliari. Et econtra q̄to magis cholicū tanto minus īdiget ea. Tertium dubium tactū est quæ est grossior. Ad primum dubium dr̄ ꝙ ipsa expellit & resoluitur in superfluitatē q̄dā lutosam superficiei corporis extrīsecæ adherentem, vt patet. Ad secundū dr̄ ꝙ prius a cholera subtiliaē nutrimentum subtiliatione sufficiēte ad penetrandum, deinde euolat & soluitur cholera, & perficitur opō melancholiæ. Contra, quia saltem vsq; ad membrū trāsibit nutrimentum cum ampliori cholerica mixtum. Dicendum negando consequētiā. Et cum arguiē, quia pori sunt angustiores &c. Negatur consequentia. quia sicut membra sunt magis melica, ita in eis tardius, fit resolutio, ideo tardior indigēt nutrimenti attractione & per consequēs nō oportet ipsum subtiliari sic sicut nutrimentū cholericū. Pro tertio dictū est superius. & est sñia Gal. secundo virtutū naturaliū.

Dubia

Vtilitas uero est ut sanguinem restringat & cōfortet & inspisset ipsum.

Declarat vtilitatem. Et patet. Primo nota. triplicit pōt aduenire nocumētum in debita nutricatione mēbrorum ex sanguine. primo propter subtilitatem eius, quia nimis cito resoluitur, & hoc tollit melā ipsum ingrossando. secundo pp labilitatem eius, quia substantiæ membri non decenter adheret. & huic etiam obijcitur melā ipsum figendo sua terrestreitate. tertio quia ex humiditate sanguis posset membris nutriendis quidam laxitas induci, ideo huic obijcitur melā substantiam membrorum confortando. Ex quo patet rhetoricum esse sermonē exponētiū. Et confortet membra ne sanguis dulcedine sua membris abominabl' fiat. Sic igitur melā tripl'r confert nutricationi. s. īspissando sanguinē, & prohibendo ne euaporet, figendo ne labatur laxitatem mēbrorū impediendo. Secundo nota ꝙ ista dr̄ vtilitas & non necessitas sicut de alijs. Contra. igitur non deberet misceri cholā, quia facit sanguinē euaporabilē. Negaē consequētia, quia affert alias vtilitates, & illud emendatur per melancholiam.

Nocumētum aduenire nutricationi mēbrorū ex sāguie tripliciter.
Melā confert nutricationi tripliciter.

Et pars eius q̄ ad splenē trāsmittiē ē illud quo sanguis nō indiguit quæ ad ipsum uadit cā necessitatis & utilitatis. Necessitas uero aut est secundum corpus totum. s. ut a superfluitate mundeē: aut secundū unū mēbrū qđ ē ut splenem nutriat.

Ponit vtilitatē eius quæ vadit ad splenē. Et patet. Prīo nota duplicem ire ad splenem melancholiam, sicut supra de cholera dicebatur ad chistim, Et hæc est causa necessaria, quia sine ista non posset homo diu viuere, sicut etiam de cholera supra dicebatur.

Melā vadens ad splenem est duplex.

Vtilitas uero ideo accidit, quia in os stomachi quasi mulgendo profluit. Et hæc quidem utilitas duobus ē modis. Vno quia os stomachi stringit & confortat & inspissat. Alio ut in ore stomachi cōmotionem faciat propter acredinem, & excitet ad famem & faciat desiderium.

Primo nota melancholia vadens ad splenem ad os stomachi pfluit a splene quasi emulgendo, quia stypticitate & ponticitate sua os stomachi constrigendo, sicut manus capiēdo vber emulget ipsū. Secundo nota melācholię huic. A.

plures

plures vtilitates attribuit. Prima est, quia cõstringit & vnit & consiſt & confortat os stomachi, quare melius in stomacho retinetur cibus. & idem. 5. de vtilitate particularum. cap. 3. & 6. de iuuamentis. cap. 3. Secunda, quia cõmotionẽ facit ad q̃ sequitur appetitus. ad hanc. n. cõsequit̃ motus partium oris stomachi, & quędã ipsarum confricatio tediosa, q̃ virtus sensitiua percipiens ꝑmouetur ad appetendum cibum vt tediosa talis tollatur confricatio. Ex quo patet primo quare pontica & acetosa excitant appetitum. Primo q̃ faciunt istam cõmotionem. Secundo quia causant in ore stomachi asperitatem quãdam quæ maxime est cibo remouibilis. Ex quo vlterius patet, quare frigidi augmentũ auget appetitum cibi, econtra calm potens vt. 13. tertij. tractatu primo. cap. de signis dispõnum stomachi, de quo. 2. techni.

Dubia. Dubium primum circa dicta, quia hęc non vr̃ cã solum vtilis: sed etiã necessaria. necesse est. n. alias ꝑmoueri ad appetendũ cibum si debet viuere. cum igit̃ hoc nõ posset fieri sine concursu meľiæ, cuius signum est quia ꝓhibito aduentu eius destruit̃ appetitus. vt. 14. tertij. cap. de causis destructionis appetitus. sequit̃ &c. Secundum dubium. Non vr̃ meľiæ euntis ad splenẽ esse aliquã necessitatẽ.

Aristo. Primo, quia splen non est mẽbrum aĩali necessarium. 2. de hystorijs. cap. 2. & 3. de partibus. 4. ca. qõ ergo in aĩalibus nõ hñtibus splenẽ mundificat̃ sanguis & exiccat̃ appetitus, cũ non reperiatur receptaculũ ipsius. Ad primam põt dici ꝙ sine concursu &c. adhuc cãretur appetitus, licet non æque faciliter & æque bene, oporteret. n. tanto vehementiorẽ esse suctionem venarum ab ore stomachi. Aliter dixerunt alij, ꝙ etsi non appeteret hõ cibum posset per suas ætates decurrere, sicut plures videmus: licet non æque bñ. adhuc. n. esset cibus tẽpore indigentiæ sibi delectabilis, sicut videmus experimento multos non famescentes, dum tñ cibos gustant eo multum delectari immo promoueri ad appetendũ. Ad secundum colligi põt solutio ex dictis Arist. 3. de partibus.

Alber. cap. allegato. & Alberti. 2. de aĩalibus. tractatu. 2. cap. 1. ꝙ non omnibus animalibus est splen necessarius, cum sit a natura inuentus, vt sit receptaculum fecis sanguinis. Non oĩa autem animalia indigent tali receptaculo, immo indigent vt illud superfluum transmutet̃ in squamas aut plumas etc. ideo in piscibus multis splen non est, & in aue quadam dicta asinus quæ habet caput asino simile. Et Auicẽ. 2. animalium ad principium inquit. Illud autem animal volatile qđ

Aristo. habet caput ad modum capræ, non habet splenẽ. Et Ari. 2. de hystorijs. cap. 3. noctua autem totaliter non habet. Ex his potest colligi probabile argumentum ꝙ splen non necessario concurrat ad appetitum causandum, quia talia animalia cibum appetunt quãuis splene careant. Sed credendum in talibus aliunde q̃ a splene fluere melancholiam ad excitandum appetitum. In animalibus autem multi sanguinis sicut est hõ non est ita, quia ibi cum multum de sanguine generetur, multum etiam creatur de sanguinis fece a qua oportet sanguinem depurari. Et propter hoc dixit Arist. splenẽ reperiri in animalibus accidentaliter & non essentialiter sicut vesica &c. non. n. requiritur nisi vt sit receptaculũ etc. quod non est necessarium omni animali, ideo dicitur accidentale animali. licet sit necessarium homini. Tertiũ dubium. quare non ordinauit natura ad os stomachi transire choleram ad sitim excitandam sicut melancholiam ad famem. Respondetur ꝙ os stomachi habet causam cõiunctam faciliter sitis causatiuam. s. calm, humidum roridum consumens & exiccans. non sic autem de fame.

Debes autem scire ꝙ cholera rubea quæ ad chistim transmittitur fellis est illud quo sanguis non indiget, & illud quod a felle egredit̃ est illud quo fel nõ indiget. Et silr̃ cholera nigra quæ ad splenẽ transmittit̃ est illud quo sanguis non indiget, & illud quod a splene egredit̃ est illud quo non indiget splen. Et quẽadmodũ illa cholera rubea postrema euigilat uirtutẽ expulsiuã inferius, sic cholera ista nigra postrema uirtutẽ appetitiuã euigilat superius. Vnde sit Deo omnibus meliori factoribus laus.

Patet quid velit hic &c.

Melancholia uero non naturalis non est ad modum hypostasis & fecis, immo est ad modũ adustionis & cinereitatis.

Determinat de melancholia non naturali. Et primo oñdit differentiam inter ipsam & melancholiam naturalẽ. Secundo ipsam in suas species diuidit. secunda ibi ⌊Res nãꝙ humidæ.⌉ Dicit primo ꝙ melancholia non naturalis nõ est ad modum hypostasis & fecis, sed est ad modum adustionis & cinereitatis, quia non est vt fex, sed tãquam cinis derelictus a re humida adusta. Res. n. quę est sicut fex sequestratur a calido digerente perficiente humidũ et superfluum terreum sequestrante. Res vero quæ est sicut cinis derelinquitur ex adustione vel putrefactione &c.

Res nanꝙ humidæ cũ rebus terrestribus admiscentur, separat̃ terrestritas ab eis aliquo duorum modorum, aut ad modum hypostasis, et tale quale illud de sanguine melancholia naturalis, aut ad modum adustionis quod est cum resoluitur subtile & spissum remanet, & tale quale illud de humoribus est melancholia superfluens & ista quidem uocatur cholera nigra.

Primo declarat. Secundo remouet dubium ibi ⌊Et neꝙ habuit.⌉ Dicit primo ꝙ dupliciter a re humida cõtingit separari terreum. Primo ad modum hypostasis & fecis, sicut cum calor digerens perficit humidum, sequestrat enim superfluum terreum sicut in vino accidit. & similiter dum a calido digerente ex chylo generatur sanguis perficitur & depuratur humidum chylosum in sanguinem transmutandum, vnde sequestrat̃ ab eo pars minus terrea quæ est sicut fex & hypostasis & illud est melancholia naturalis. Secũdo contingit separari terreum ab humido propter vstionẽ aut putrefactionem, & tale terreum est meľia non naturalis.

Et neꝙ habuit hypostasim nisi sanguis. Ex phlegmate enim propter sui uiscositatem nihil descendit sicut ex oleo.

Remouet dubium. Posset. n. aduersarius dicere ꝙ meľia naturalis est ad modum hypostasis sanguinis. sed melãcholia non naturalis ad modum hypostasis alterius a sanguine. Hoc igitur remouet. Primo ostendendo phlegma nõ habere hypostasim. Secundo idem de cholera ibi ⌊Et ex cholera.⌉ Primo arguit sic. phlegma non videtur minus viscosum q̃ oleum. sed ex oleo propter viscositatem nihil descendit: igitur nec ex phlegmate. Contra. quia ex oleo descendit amurca. Dicendũ ꝙ ex oleo putrefacto. Vel dicit̃ ꝙ ex eo nihil descendit nisi per corruptionẽ. & talr̃ etiã ex phlegmate cum putrefit vel adurit̃ põt aliquid descendere. Vult ergo Aui. vt mihi vr̃ ꝙ phlegma est superfluũ viscosum quod remanet in gñone sanguis & ab isto non sequestrat̃ meľia sed a sanguine. Silr̃ quia phlegma naturale videtur vniformiter viscosum sicut oleum tale. aut non habet in se superfluitatem hypostasiuam potentem descendere dum stat sub dispositione illa, quod notanter addo propter phlegma dum conuertitur in sanguinẽ, quia forte aliqua eius pars transit in melancholiam.

Et ex choľa rubea ꝑꝑ sui subtilitatẽ & sue terrestritatis paucitatẽ & sui motus assiduitatem.

Probat idem de cholera generaliter. Secundo ſpẽaliter de cholera eunte ad chiſtim. ibi[Et propterea illud.] Arguit primo ſic, ex re multum ſubtili & homogenea modicum de terreſtri hñte & multum mobili nihil debet hypoſtaſiuum ſeparari poſſe, ſed hmõi eſt cholera. igiẽ &c. Sed diceres. Non videtur alia aſſiduitas motus choleræ q̃ ſanguis cum ſit ſecum. Dicendum q per aſſiduitatem intelligit mobilitatem. quod. n. ſecundũ ſe totum eſt multũ mobile non vẽ hñre hypoſtaſiuum: quia illud eſt terreum fixum. Poſſemus etiam concedere choleram in ſanguine habere motum velociorem & frequentiorem ſanguine, licet nos lateat.

Et propterea q illud quod de ea a ſanguine ſeparatur in corpore eſt parum nõ deſcendit res de qua ſit curandum, neq; etiã cũ ſeparaẽ moraẽ niſi parum, ſed putreſit aut a corpore expelliẽ. Et cum putreſcit eius ſubtile reſoluitur, & ſpiſſum remanet & fit cholera nigra aduſta & non hypoſtaſiua.

Declarat illud de cholera quę vadit ad chiſtim. Poſſet. n. aliquis credere, q quia cholera quæ vadit ad chiſtim quieſcit in vaſe ſuo, ideo ex ea aliquid deſcendit. Hoc igitur remouens dicit q illud de cholera quod ſeparatur a ſanguine in corpore. i. eunte per corpus. ſ. per venas &c. Dixit autem notanter in corpore, quia vadens ad chiſtim nõ omnino ſeparatur a ſanguine, immo tranſit cum aliquo ſanguine vnctuoſo: vt dictũ eſt ſupra. Illud inquã quod ſeparaẽ de cholera & tranſit ad chiſtim eſt parua res, ideo ab eo nihil ſenſibile, aut a medico conſiderabile deſcendit. & ſi quid modicum deſcendit, illud vel ſtatim de corpore ejcitur vel putreſcit, & illud qđ eſt ſubtile euaporat, & cinis eſt cholẽa nigra non naturalis & non gñata per modum hypoſtaſis.

Melancholia autem quæ eſt ſuperfluens, alia eſt quæ eſt cinis choleræ, & quod de ea aduritur quæ eſt amara, inter quam tñ et choleram rubeã quã aduſtã uocamus exiſtit differentia, quia illa eſt cholera rubea, cui cinis hic fuit admixtus. hęc uero non eſt niſi cinis per ſe cognitus cuius ſubtile fuit reſolutum.

Nunc determinat de ſpẽbus melẽæ non naturalis. Secundo ſummatim colliẽ. ſecunda ibi[Male igiẽ.] Prima in quatuor vt patet. Dicit primo q vna ſpẽs melẽæ eſt quę eſt cinis cholẽæ & illud quod de cholera aduriẽ, & hæc eſt ſaporis amari. Dicit ſecundo q inter hanc & cholerã rubeã aduſtã ſuperius nolatam eſt dñia, quia illa eſt cholera cui cinis ex aduſtione remanens eſt admixtus. ſed hæc melẽa eſt

Cinis dupl̃r. ſolus cinis per ſe remanens ex aduſtione. Notandum eſt primo non eſſe per cinerem intelligendum cinerem ꝓprie dictũ, a quo totũ humidũ eſt reſolutũ ſicut cinis lignorũ. ſed illud cuius humidum ita reſolutum fuit. & ita terreſtrificatum vt non ſit amplius vehiculum illius caloris merito talis cãæ imprimentis, ſicut frequenẽ apparet in lignis quæ comburuntur. Sciendũ ſecundo hic per aduſtionẽ putre-

Aduſtio quid. factionẽ eſſe intelligendũ, ut ſupra. Sciendum tertio q choleræ rubeæ dupl̃r poteſt accidere aduſtio. Primo ſic, q cinereum ſepareẽ & exhalet humidũ, & ſic gñatur prima ſpẽs melẽæ non naturalis. Secundo ſic. q tñ mõ pars incinereẽ, ſed illud cinereũ non omnino ſeparetur ſed aliquo mõ miſceatur cum parte non aduſta, ita q pars non aduſta cum illo terreo ex coquatur & bulliat, tunc generatur cholera nõ naturalis vitellina dicta apud Gal. quã appellauit Auic. minoris famæ. Diuerſitas autem huius aduſtionis. cõſequiẽ varietatem agentis & paſſi & conſequenter variã ꝓportionem agentis ad paſſum. Iſta inquirenda ſunt. 4. metheo.

Aduſtio accidit cholẽru. dupl̃r.

Quarto ſciendum hãc eſſe amaram propter ſiccum aduſtum multum & humidum paucum.

Alia ẽ quæ eſt cinis phlegmatis; & qđ de eo aduſtũ fuit. & ſi phlegma ualde ſubtile & aquoſum fuerit eius cinis erit ſalſus. Et ſi non, trahitur ad acredinem aut ponticitatem.

Nota q ſi phlegma quod aduritur eſt ſubtile aquoſum, reſultat ſapor ſalſus permixto terreo aduſto amaro cũ ſubtili aquoſo, vt ſupra de phlegmate ſalſo. Nota ſecundo per acredinem intelligere poſſumus acuitatem ex aduſtione relictam, vel intelligere poſſumus acetoſitatem. Et ſecũdum hoc imaginari oportet, q ſi phlegma quod aduriẽ ſit nõ valde ſubtile & aquoſum: ſit tamẽ ſubtile & dulce, & calor fuerit putrefaciens qui conuertat hoc phlegma in melẽam, reſultabit in illo ſapor acetoſus, ſicut in alijs ſuccis bulliẽtibus dũ aceſcunt, qa remanebit ſubẽa friẽa ſatis ſubtilis in qua fundatur acetoſitas. Q. ſi illud phlegma fuerit multũ groſſum reſultabit ſapor põticus, quia ex putredine relinquitur ſubẽa terrea groſſa frigida, in qua fundaẽ ponticitas: vt ſup.

Alia eſt quæ eſt cinis ſanguinis & quod de eo aduſtum, & hæc quidem eſt ſalſa ad paucam trahens dulcedinem.

Nota de hac ſupra incidenter fecit mentionem cum dixit. Cuius ſpiſſitudo eſt cholera nigra. In hac propter dulcedinem ſanguinis remanet aliquid dulcedinis. Propter vero aquoſitatem a qua non abſoluitur ſanguis eſt ibi ſalſedo: vt ſupra in ſecunda ſpecie.

Alia eſt quæ eſt cinis melẽæ naturalis, quæ ſi ſubtilis fuerit erit eius cinis & qđ de ea aduſtum eſt ualde acre, ſicut acetũ quod cum ſuper terræ faciem cadit ebullit, & eius odor eſt acris a quo muſcæ fugiunt & alia. Et ſi groſſa fuerit minoris erit acredinis cum ponticitate pauca.

Notificat factam ex naturali melancholia. Alia igiẽ ſpẽs melancholiæ non naturalis eſt cinis derelictus ex putredine & aduſtione melancholię naturalis. Et hic eſt duplex, qa quædam eſt genita ex melancholia naturali ſubtili: quædã ex groſſa. Prima eſt ſaporis acris ſiue acetoſi & ebullit cum cadit ſuper terram, & eius odor eſt horridus a quo fugiunt muſcæ. Alia autem eſt minoris acredinis, cũ pauca tñ ponticitate. Primum dubium. Cum quilibet humor ex quo gñatur melancholia ſit diuiſibilis in ſubtile & groſſum quare hanc dñiam non ſic tetigit in ſanguine & cholera ſicut in phlegmate & melancholia. Huic dicitur q hoc nõ ita manifeſte apparet in ſanguine & cholera. Si. n. cholera ſubtilis fuerit, tota aut fere tota euaneſcit. Et ſi ſanguis fuerit ſubtilis totum eius ſubtile in choleram tranſit. Secundũ dubium. Quia ex intentione Auic. vẽ omnem melancholiam nõ naturalem aliquo modo participare acetoſitate, quia oĩs genita ex melancholia quãtũlibet groſſa participat acetoſitatem vt patet ĩ litera. igitur a fortiori qualibet alia, cum ſit ſubẽæ ſubtilioris. Item genita ex aduſtione choleræ de acetoſitate participat. Haliabas primo theoricæ. igitur a fortiori quælibet alia. conſequentia tenet, quia genita ex cholera eſt calidior, igitur indiſpoſitior ad retinendũ acetoſitatem. Credo q in omni melẽa non naturali ſit acetoſitas, in qualibet etiam reperiuntur aliquæ partes ſubtiles per calidi euaporationem in frigiditate, ſicut in vino dum aceſcit. Secundo q in qualibet etiam tali reperitur acuitas; quia in qualibet putrefactione vel aduſtione relinquiẽ ueſtigium caloris adurentis vel putrefacientis. Tertio q in aliqua plus de acetoſo & minus de pontico. Et in aliqua econtra. Et tu conſidera. Similiter in aliqua minus de acuto & plus de acetoſo. Et in aliqua econtra, ſecundum q calor eſt magis adurens q̃ putrefaciens, vel econtra. Hoc autem contingit ex varia diſpoſitione materiæ & agentis. Siẽ et per cõſequẽs ex va-

Dubia.

ria

ria habitudine seu ꝓportione agentis ad materiā. Tertiū dubium. An magis melīæ genitę ex naturali competat bullire super terram q̄ alijs. Dicendum ꝙ non. hoc. n. competit sibi ratione acuitatis & subtilitatis substantiæ in qua fundaẗ acuitas & acetositas, sed hæc nō insunt magis huic melīę sed magis cholˀæ. tū magis ex subtili melīa genitæ illud cōuenit. tū primo. qa acetosum fundaẗ in sulā subtili q̄ de facili ꝑ poros terræ penetrās aerē, aut vapores ibi īclusos exterius excludit cuius exitus cāt ampullas & bullitionē, & hęc cā est cōmunis cuilibet acetoso. In acetoso autem acuto ad hoc coadiuuat acuitas & caliditas partium acutarū quæ fumos & exhalationes ex humido cui occurrit eleuat, & ꝓpter hoc scindit acetū forte lapidem & cōminuit ferrū &c. Quartum dubium. Cur cholˀa çinaria non appellatur melancholia cum sit multum terrestrificata. Dicendū ꝙ nō inmantum exhalauit humidum cum calido ꝙ eius substātia remanserit frigida, immo est adhuc calida &c.

Malæ igiẗ choleræ nigræ spēs sunt tres. cholera rubea cum aduriẗ & eius subtile resoluiẗ & duæ aliæ diuisiones quas post eam diximus.

Colligit ex dictis numerum specierum prauæ choleræ nigræ. Secundo comparat dictas species inter se. secūda ibi ⌊ Melancholia vero phlegmatica. ⌉ Dicit primo ꝙ malæ choleræ nigrę sunt tres species. Prima genita ex cholera rubea dū aduriẗ. Alię duæ genitę ex melīa nāli subtili & grossa dū aduruntẗ. Cōtra. qa quinq; numerauit. Dicendū ꝙ genitas ex phlegmate & sanguine nō appellat malas in cōpōne ad istas tres, immo quia plus hñt de humido sunt istis multum benigniores: est igitur sensus litteræ. malæ igitur choleræ. i. choleræ deterioris & multę prauitatis tres sunt species.

Melancholia uero phlegmatica est tardioris impedimenti & malitiæ.

Comparat illas. Primo phlegmaticam cholericæ. Secūdo cholericam phlegmaticæ & melancholicę. Tertio melācholicas inter se. Partes patebunt. Dicit primo ꝙ melancholia phlegmatica est tardioris impedimenti & minoris malitiæ q̄ cholerica, quia minorem adustionē recipit phlegma q̄ cholera. Nota illud idem esse intelligēdum de sanguinea, probabile tamen est deteriorem esse sanguineam phlegmatica. tum quia sanguinis corruptio videtur deterior corruptione phlegmatis, tum quia sanguis cæteris paribus magis est adustibilis q̄ phlegma, & quia calidior, & quia vnctuolior, & consequenter inflammabilior.

Et melīa cholerica est quę est fortioris malitię & uelocioris corruptionis. uerūtamen est susceptibilior curationis q̄ illa de alijs uero duabus diuisionibus quæ magis acris est deterior existit. Si tamen in eius principio auxilium præsto fuerit, citius medicationem recipiet. Tertia uero quæ minus super terram ebullit & minus in mēbra penetrat tardius perimit, sed ad resoluendū & ad maturandū & medicationē recipiendū magis est effrenis. Hæ ergo sunt species humorum non naturalium & superfluentium.

Cōparat cholericā. Et vult ꝙ ipsa est maioris malitiæ quia magis aduritur. & velocioris corruptionis, quia velocius imprimit in mēbra & corrūpit illa, sed est citius susceptibilis curæ q̄ aliæ. s. phlegmatica & sanguinea. & ambę ex nāli melīa genitæ, quia subtilior. passibilior, & resolubilior, sicut ægritudo acuta cōparata chronicę. Cōsiḋr oīa dicit de melīa nō naturali genita ex subtili in cōpōne ad genitā ex grossa, vt p3 intuēti. Dixit autē notāẗ in principio. si eius auxiliū pˀsto &c. quia neutra postq̄ multū impresserit est curæ susceptibilis. vide tertia quarti cap. de lepra.

Inquit Galenus qui dixit ꝙ humor naturalis solummodo est sanguis & alij humores sunt superfluitates quibus non egeẗ. non dixit uerum. Si. n. solus sanguis esset humor qui membra nutrit omnia in suis complexionibus et essentijs similia forent. Os nanq; carne durius non existit, nisi quia sanguis cui substātia dura melīa fuit admixta ipsum nutriuit. neq; cerebrum mollius est carne, nisi quia sanguini qui ipsum nutriuit. substantia mollis phlegmatica fuit admixta.

Recitat quasdam opiniones. secunda ibi ⌊ Sunt autē quidam. ⌉ tertia ibi ⌊ Et sunt quidā. ⌉ Primam opinionem auctoritate Galˀ. duobus motiuis improbat. Secundo remouet dubium. secunda ibi ⌊ Aquositas nan. q;. ⌉ Primum argumentum. si solus sanguis nutriret omnia membra essent similia. nec posset assignari causa diuersitatis in complexione & substantia membrorum, cum tamen videamus os durius carne ꝙ non est nisi quia in suo nutrimento est plus de melancholia & in carne minus. Nota ꝙ fundamentum Galˀ. est, quia suum nutrimentum debet esse simile nutrito, saltem virtualiter. Cuiuslibet enim nutriti naturalis complexio &c. igitur omnia membra erunt sanguini similia, & per consequens inter se. Sed de hoc in quæstione.

Ipsum quoq; sanguinem alijs inuenimus admixtum humoribus. qui ab eo separātur. Cum enim extrahitur & ordinatim ponitur in catino uisu discernitur quod separatur in partē quæ est sicut spuma & est cholera rubea, & partē quę est sicut fex & res turbida & est melīa, & partem quæ est sicut albumē ouorum & est phlegma, & partem aquosam quæ est aquositas, cuius superfluitas in urina euacuatur.

Scđa rō fundaẗ super experiētia. Et p3 de qua ē in qōne.

Aquositas nanq; non est ex humoribus solidis uel secundis, neq; est nisi ex eo quod bibitur & non nutrit, neq; est necessaria nisi in nutrimēti attenuatione & penetratione, humor nanq; ē quod ex eo quod bibitur & comeditur est nutriens. Quod autem dico nutriens uolo intelligi quod est in potentia simile corpori. Quod autem in potentia corporis. s. humani similitudinē habet est corpus commixtum non simplex. Et aqua quidem est simplex.

Remouet dubium. Argueret enim aduersarius sic. Choleram & melīam concedis nutrire membra, quia simul cū sanguine inuenitur cholera & melīa in venis. igiẗ pariẗ debes concedere aquositatē nutrire corpus, quia simul reperiẗ cū sanguine in venis. Remouet hoc negando sīitudinem, quia cholera melancholia & phlegma sunt corpora mixta. aqua vero est simplex ex qua nō potest fieri nutricatio. De isto mouebo difficultates in sequenti caꝑ. Nota hic quatuor humores appellat secundos. s. respectu chyli. supra vero appellauit primos. s. respectu humiditatum secūdarum. Hūores quatuor duplˀr.

Sunt autem quidam hominum qui opinanẗ corporis uirtutē sanguinis sequi multitudinē, et ipsius debilitatē sequi eius paucitatem, sed non est ita. Quod uero attenditur est dispositio eius quantitatis quæ de eo corpus ingreditur.

Remouet scđam. Nota ad corporis robur nō oportet attēdere q̄titatē sanguīs absolute, sed q̄titatē cū ꝓportione ad corporis vasa & calorē debentē regulare sanguinem.

Et ſunt quidā qui opinanť ꝙ cū humores aucti fuerint aut diminuti, poſtquā corpora humana ſecundū cōpōnem fuerint qua dn̄t in quantitate unius ad alterū ſanitas erit conſeruata. Sed non eſt ita, humores nanq; præter iſtud menſuram in quātitate conſeruatam habere debēt nō in comparatione alterius humoris, immo in ſe cum cuſtodia mēſurationis quā habent in comparatione unius ad alterꝝ. Adhuc quidem remāſerunt de rebus humorū qōnes quæ nō medicis ſed tm̄ ptinent philoſophis. Iōq; eas prætermiſi.

Tota iſta lr̄a patet vſq; ibi ⌊Nutriēs maſticatione &c.⌉

Capitulum ſecundū doctrinæ quartæ, quod eſt de qualitate generationis humorum.



Vtriens maſticatione aliquam habet digeſtionem.

In hoc capitulo determinat de modo gn̄onis humorꝫ. Determinat. n. de digōnibus p quas gn̄antur humores, ſumpto hic humore vt ſe extendit ad chylū, humiditates ſecundas, humores ꝓprie dictos, & ſuperfluitates ipſorꝫ. oñdit. n. qualr̄ & a quibus fiant hę digōnes & gn̄ones. Ex quo patet intellectus rubricæ. Pr̄o ergo facit hoc. Secundo ponit cañ. quoſdā. ſecūda ibi ⌊Debes autem ſcire.⌉ Primo determinat de gn̄one chyli ſiue digōne prima. Secundo humorꝫ ſiue digōne ſecunda. Tertio humiditatū. Quarto ſuperfluitatū. ſecunda ibi ⌊Deinde eius ſubtile.⌉ tertia ibi ⌊Debes autem ſcire.⌉ quarta ibi ⌊Superfluitas.⌉ Primo ponit in ore aliquā fieri præparationē. Secūdo declarat. Tertio oñdit modū gn̄onis chyli. ſecunda ibi ⌊Superficies.⌉ tertia ibi ⌊Deinde poſtq̄.⌉ Primo nota decentē fuiſſe ordinē quē Aui. poſuit vel ſeruauit, licet enim prius tēpore ſit digō & gn̄o q̄ humor per digōnem productus: quia tñ notior nobis eſt humor q̄ digō modus gn̄onis eius, prius ordine doctrinæ fuit de humoribus q̄ modis generationis ipſorꝫ determinandū.

Nutriēs quid. Secundo nota per nutriēs in ꝓpoſito intelligendū eſſe cibum ſumptū ꝓ eo quod in humano corpore eſt a materia operatiuū, & diſtinctū contra potū, quia non ſine maſticatione deglutibile eſt, vt panis et caro &c. Et maxime de hoc facit Aui. mentionē, & maiorē requirit tranſmutationē. & quia ſæpius conuenit chylū ex cibo q̄ ex potu gn̄ari, cum plrimæ gentes ꝓ potu ſola aqua vtanť, etiā aīalia. Tertio nota. ly maſticatione dupliciter exponiť. Primo. i. per maſticationē, quia per ipſam conuertitur ſeu cōteriť cibus & diuidiť, quare a calore ſtomachi facilius tranſmutať. Secundo maſticatione. i. dū maſticať vel in ipſa maſticatione, tunc. n. ſecum miſceť ſaliua in qua eſt veſtigiū digerentis caloris, & pp alia inferius dicēda.

Guloſi & hoies hn̄tes raros dentes ſunt breuis vitæ. Nota quarto hāc ꝓprie nō eſſe perfectā digōnē, quia p iſtā nō acquiriť noua forma digōnis: ſed ē p̄paratio quædā ad digōnē, tā ex parte diuiſionis q̄ rei cōmixtæ, et qualitatiuę p̄parationis. Ex quo patet quare guloſe comedentes & habentes raros dentes ſunt breuis vitæ. vt colligitur. 10. problematum. 48. problemate, licet ibi tangatur.

Superficies. n. oris ſuperficiei ſtōi cōtigua exiſtit, immo ē ac ſi una eſſet ſuperficies, eſtq; in eo uirtus digeſtiua ex ipſo. cūq; maſticatum tetigerit aliqua ipſum conuerſione permutabit.

Probat per rationem. Secundo ſigno ibi. ⌊Et dixerunt.⌉ Prima in duas ſecundum ꝙ duas rationes ponit. ſecūda ibi ⌊Et in hoc quidem.⌉ Prima arguit ſic. ſuperficies oris eſt contigua ſuperficiei ſtomachi, ſed illa digerit. igitur & iſta.

Oris ſuperficies quæ. Nota primo per ſuperficiem oris intelligendam oris interiorem pelliculam longam latam vſq; ad ſtomachum protenſam, & ſtomachum ipſum cooperientem. Ex quo patet ꝙ proprie magis continua q̄ contigua debet nominari. Vnde & ſexta tertij. cap̄. primo. Dicitur continua & non contigua, uerum quia tecta eſt hæc ſuperficies alijs membris, nō percipitur continuitas eius. Ex quo patet primo cauſa dicti Auic. eo enim ꝙ ſtomachus ori per hanc pelliculam cōtinuatur: os & ſtomachus in virtute & cōpl'one cōicant, cū igitur in ſtomacho ſit virtus cibi immutatiua, ſequitur etiā ꝙ in ore eſt cibi virtus immutatiua. Patet etiam ſecundo quare tremor labij inferioris eſt ſignum futuri vomitus. agitať. n. ſtomachus, & per conſequens pellicula oris &c.

Et in hoc quidem auxiliatur ſaliua acquiſita per digeſtionem qua cadit calor innatus.

Adducit ſecundam cauſam. Et diuiditur in duo. Primo adducit rationem. Secundo declarat. ſecūda ibi. ⌊Ideoq;.⌉

Saliua qd et vñ. Primo nota per ſaliuam intelligendam eſſe humiditatem quandam in modo ſubſtantiæ ad phlegmatis naturam & complexionem declinātem in partibus glandoſis. ſ. in duobus foraminibus prope linguam repertam & digeſtam ad fines a natura intentos plures ordinatam. ſexta tertij. cap̄. 1. in fine. Dicta eſt autem ſaliua quia ab ore ſalit. Vel dicta eſt ſic. quia ſalſa vel ſapida. ſibi enim quodam humore cholerico cōmixto verſus quandam ſalſedinem declinat. Et ex hoc patet non omnem humiditatem phlegmaticam ab ore per ſputum eiectam debere ſaliuam nominari, vt ſunt humiditates catarrhales & huiuſmodi.

Saliuæ neceſſitas triplex. Fuit autē ordinata circa radicem linguæ hæc ſaliua. Primo vt linguam irroret & madefaciat ne motu nimio exiccetur. Secundo vt cōmiſceatur cibo & iuuet ad digeſtionem eius. Tertio vt res ſiccę organo guſtus occurrentes guſtum moueant. non enim poteſt ſapor actu guſtum mouere, niſi organum fuerit per humidum actualiter diſpoſitum, vt colligitur in libro de ſenſu. Et colligitur hæc tertia cauſa ſecundo colliget. cap̄. de iuuamento inſtrumenti guſtus.

Ariſto. Auer. Secundo nota ſaliuam hoc caloris naturalis veſtigium acquirere ibi in radice linguæ virtutibus principalium ad locum iſtum pertinētibus. Primo enim notabiliter ibi apparet virtus cordis per arterias magnas ad linguam perueniens: & propter propinquitatē eius, & ſimiliter cerebri. conſimiliter & hepatis & aliorum mediante ſtomacho & venis magnis ſub lingua contentis & ramificatis, ita vt in ipſa ſit veſtigium trium principaliū. Non igitur mirandum ſi in ea apparet veſtigium caloris digerentis. deciditur enim a digeſtione facta circa partes gulæ, ad quas fortis peruenit influxus trium principalium mēbrorum. Ex quo patet primo probabiliter ipſam a natura phlegmatis ſua virtute multum elongari. Patet ſecundo quare animalia venenoſa ſecundum plurimum nocent ſua ſaliua. Nocēt enim potiſſime per humiditatem illam in qua ſuorum principalium membrorum manifeſtatur virtus, & iſta eſt ſaliua, licet etiam in hoc finalis cauſa concurrat. Patet vlterius quare auctores docētes præparare carnes ſerpentum vel ad curam lepræ vel ad faciendum trociſcos viperæ, maxime abijciunt caput & collū per duos digitos.

Saliuæ hoīs operatio. Gal. Seraþ. Patet vlterius quare ſaliua hoīs maxime ieiuni interficit ſerpētes & ſcorpiones. 2. cañ. c. de ſaliua. &. 3. de ſimp. medicina. cap̄. eodem. &. 3. naturalium. 7. cap̄. & vſr omnia aīalia ſuo ueneno contraria ſunt hoī: ut Serapio in ſuo de ſimplicibus. cap̄. de ſputo. Ex quibus patet ulterius quare digerit maturata & abſtergit impetiginem & mūdificat maculas faciei, ut colſr locis prædlegatis. Patet ulterius quare qñq; ſaliua unius multū alteri nocet ſi bibat reſiduū vini ſui. Contra, quia eſt pura ſuperfluitas, igitur non iuuat ad digeſtionem. Dicitur primo ꝙ non eſt pura ſuperfluitas ut tactum eſt. Vel dicať negādo aſſumptū. ſicut ſtercus & vrina multa pn̄t facere iuuamenta digerendo reſoluendo &c. Ex quibus patet ulterius quare panis in aqua uel uino infuſus non æque bene digeritur ſicut ſimplex maſticatus debite. Et plura alia quæ omitto &c.

Ideoq;

Ideoq; triticū masticatū in maturatione furū culorū et exiturarū opatur, qd' nō opatur triticū cū aqua tritū, neq; illud qd' cum aqua coquitur.

Serap. Frumēti cōpsio et ppries ad maturādum.

Declarat hoc exemplariter quia triticum masticatū etc. Et idem tertia quarti. cap. de cura endemenul. & propter idem suppositum morsui canis rabidi ualet sic masticatū. Et tacta est causa supra. ut coll. 2. cañ. & a Serap. cap. de frumento. Nota primo. frumētum ponitur ab auctoribus in cōplexione esse hoi simile & ualde conueniens & temperamento attinens, quia ponitur calm primo & in humiditate fere temperatum: ut. 2. cañ. allegato. cap. ideo secundum se est medicina maturatiua. unde emplm factum ex frumēti farina oleo & aqua est bonum maturatiuum. maiorē tñ habet efficaciam in maturando masticatum q̃ aqua mixtum uel cum ea coctum uel dissolutum propter uestigium caloris nr̄i naturalis in eo derelictū qui est optimus ad maturandum. unde quanto medicina est calori naturali cōformior est magis directe & per se maturatiua. ut tertia quarti. cap. de medicinis maturatiuis. Et Serap. cap. de medicina maturatiua dixit q̄ si posset manus continue applicari parti in qua maturationem aut saniei generationem quærimus esset optima maturatiua. per se. n. medicinæ maturatiuæ sunt cōpsoni mēbri in quo quærit̄ maturatio ppinque: ut locis præallegatis: &. 5. colliget. cap. de medicinis maturatiuis, &. 1. cañ. cap. 4.

Furūculus qd'

Nota secundo per furunculos intelligunt quidam ordeolum: quidam apostemata sanguinea parua, quidam uniuersaliter apostemata parua quæ sūt de genere exiturarum dicta endemenul, per exituras apostemata magna sanie terminanda.

Et dixerunt quidā q̄ signū ōndens nobis q̄ masticatū iā par; incepit digeri ē q̄ nec primus odor nec primus sapor in eo inuenitur.

Sicut Gal. 3. uirtutum naturalium. cap. 7. ut supra. Nota cap. præcedenti sapor & odor in re dupl̄r uariantur. Primo per alterationem & mutationem in sua substantia. Secūdo per rei alterius odoris uel saporis cōmixtionem. Patet autem q̄ illa uarietas cibo masticato non euenit secundo modo: cum sola saliua sibi commisceatur: in qua nec sapor nec odor notabilis inuenitur.

Deinde postquā stōm ingredit̄ integra digeritur digōne, non pp stōi calorē tm̄, sed pp calorē mēbrorū quæ ipsum circundant. & a dextra quidē hepar & a sinistra splen. splen nanq; calefacit non pp sui substātiā, sed pp arterias & uenas multas quę in eo sunt. Et ab anteriori quidē ē çirbū adipinū, qd' cito suscipit calorē cū adipis & stōm reducit. & superius quidē cor mediante diaphragmate ab eo calefacto.

Determinat de gñone chyli. Primo oñdendo a quibus membris generetur chylus, & ex quorum iuuamento. Secūdo notificat chylum. secunda ibi ⌊ Cumq; nutriens. ⌉ Dicit primo q̄ postq̄ cibus ingressus est stōm digerit̄ integra digōne non solum per calorem stomachi &c. Nota primo. integra digōne. quia nūc primo substantialiter trāsmutatur nutrimentum. Ex quo patet præparationem in ore nō esse integram digestionem, transit autem cibus ad stomachum concurrente uirtute expulsiua oris, attractiua, œsophagi, & grauitate cibi.

Hepar iuuare stōm in digerendo multiplicit̄.

Nota secundo hepar multipliciter iuuare stomachum in digerendo. Primo per simplicem alterationem ipsum calefaciendo. amplectitur. n. ipsum: & est eo multo calidius, ut debet uideri in anatomia, pp quod cōfert ad digestionem dormire super latere dextro. ut tertia primi. cap. de regimine eius quod comeditur & bibitur. Secundo ad ipsum sanguinem & spiritum naturalem trāsmittendo, quod etiam concurrit multitudo fumorum calidorū eleuatorum ab hepate ex actione caloris in humidū sanguineum. Iuuat etiam ab eadem parte chistis fellis, tum quia caliditate sua calefacit stomachum, tum etiam quia ad fundum stomachi transmittit choleram ut calefaciat & digōnem confortet ut in præcedentibus declaratum est. Ex quibus patet esse possibile membrorum nostri corporis inter se contraoperantiā. Non facit autem Auicē. mentionem de felle, quia euidentius est iuuamentum hepatis, aut quia illud iuuamentum est sicut ab hepate procedens. Tertio nota ut supra. splen est membrum sugens melācholicum humorem, qui quia frigidus est et terrestris eguit multo calore ad subtiliandum & secundum naturæ suæ exigentiam disponēdum. unde oportuit splenem esse membrum arteriosum & uenosum, & multus uitalis & naturalis spiritus ad ipsum perfluens iuuaret ipsum in hoc. Et hic innuit Aui. q̄ nō pp sui subām &c. Nota quarto çirbum adipinum esse membrum compositum ex substantia panniculari & sepiosa faciliter calorem suscipiente & reuerberante, licet in se non sit calida. unde calefacit stōm sicut uestis. Ad hoc etiam conferunt musculi uentris. Primo calefaciendo & reuerberando. Secundo frigiditatem extrinsecam penetrare prohibendo, unde & habentes musculos illos graciles et macros sunt debilis digōnis secundū pfm, ut. 13. tertij. Vltimo nota. cor non calefacere solum mediante diaphragmate, sed etiā mediāte arteria aorti posterius iuxta dorsum trāseunte, & alijs etiam ad stomachum uenientibus. Ex quibus collige similitudinem stomachi ad alia membra circunstantia a Gal. positam. 3. uirtutū naturalium. 7. cap. fuisse conuenientem, qa dixit. Stomachus est sicut lebes: membra uero circunstantia sicut ignis. Sed dubium est. Quid operetur magis ad cibi digestionem, an caliditas stomachi, an mēbrorum circunstātium. Videtur q̄ circunstantium, quia illa est maior & potentior. Item quia stomachus est de se membrum frigidum. Item quia stomachus se habet vt lebes et circunstātia sicut ignis, sed plus operatur ignis lebete. Item quia causa primaria plus influit in effectum q̃ causa secūdaria. Solutio communis q̄ ad transmutandum absolute cibū plus facit caliditas hepatis & circunstantium q̃ stomachi: vt pbant argumenta. Ad hanc tamen transmutationem vt chylificatio est plus stomachus. Stomachus enim concurrit vt particulare determinans, & caliditas circunstātium vt vniuersale. Ad effectū autem, vt sic plus operat̄ particulare q̃ vniuersale. quare &c. Ad argumenta patet.

Cūq; nutriēs in primis digerit̄ fit sua essentia in multis animaliū auxilio eius quod ei admiscetur de eo quod bibit̄ plerunq; chylus, & est substantia liquida ptisanæ in spissitudine similis.

Chymus qd' & chylus.

Primo nota, chymus. i. massa hūoralis, chylus vero substantia hic descripta. Secundo nota in multis, quia non in omnibus: vt sunt imperfecta carentia stomacho, quæ sicut nec sanguine ita nec chylo nutriuntur, cum chylus in sanguine finaliter ordinetur. Tertio nota plerūq; cōstrui potest cū ly auxilio, quia sæpe auxilio eius quod comedit̄ &c. & non semper: quia multa sunt animalia non potantia &c. Secundo cū ly conuertit̄ & dr̄ plerūnq;, quia aliqñ stōacho accñtal̄r impedito non fit ita sed corrumpit̄: iuuat autem potus subtiliando & passibiliorem cibum faciendo.

Deinde eius subtile a stomacho & intestinis attrahitur & per uias uenarum quæ meseraicæ uocantur impellitur, quæ sunt uenæ subtiles duræ omnibus intestinis continuæ.

Determinat de gñone humorū. Prīo oñdēdo modū trāsitus chyli ad hepar. Scd'o pparōnē & receptionē eius i hepe. Tertio modū gñonis vl' ,puētus hūoꝝ ex chilo. 2. ibi ⌊ Cūq; p eas. ⌉ tertia ibi ⌊ Sāguis. ⌉ Prīa p3. Prīo nota. digō cibi in eo q̄ ex eius digōne relinquit̄ sunt duæ partes. vna subtilis. & altera grossa & fecalis. Subtiles per meseraicas ex

pelluntur. Fecales vero expelluntur inferius, & hoc notauit Auic. Secundo nota ad motum chyli ad hepar concurrere simul virtutem stomachi expulsiuã & meseraicarũ attractiuam & impulsiuam: & cum hoc hepatis attractiuam, & quia determinatum quid attrahitur fit hæc attractio a virtute. Ex quo primo in venis meseraicis esse virtutem chyli aliqualiter immutatiuam: quia non fit hæc attractio sine alteratione quadam præuia. Patet secundo non repugnare per eãdem venam simul fieri motum chyli a stomacho ad hepar, & econtra sanguinis ab hepate ad stõm. Sed de his plus infra, doctrina sexta videbitur: Nota tñ non esse intẽtionem Aui. stõm totum subtile chyli ad hepar mandare. Sed aliquam partem eius retinet qua fouetur & voluptuatẽ quã rugositatibus applicat, vt. 2. colliget. & 3. virtutum naturalium. & 13. tertij. cap̃. 1. [Auicẽ.] Tertio nota ex dictis in lr̃a colligitur in hoc motu terminus a quo stomachus & intestina, terminus ad quem hepar & via meseraicæ dicta a misenterio membro quo intestina dorso alligantur & in quo sustentantur, & sunt subtiles omnibus intestinis & stomacho continuæ & duræ vt subtilis pars chyli ab omnibus intestinis & stomacho exiccetur & ne facile rumpantur & vt chylus in eis magis ad minima diuidatur. [Meseraica quid et misenterium.]

Cumq; per eas impellitur ad uenam peruenit hepatis quæ porta uocatur & penetrat in hepar in diuisionibus & ramis portæ intrantibus, et se minorantibus & subtiliantibus ad modum capillorum occurrentibus orificijs diuisionum radicum uenæ quæ a gibbo hepatis ascendit.

Declarat modum gñonis humorum. Et primo in gñali. Secundo in speciali. ibi ⌊In omni autem.⌉ Primo hoc. Secũdo declarat quædam iuuamenta. ibi ⌊Et non facit.⌉ Primo nota. in hepate sunt duæ magnæ venæ. Vna in concauo quæ dicitur porta. Alia in gibbo quæ dr̃ uena chylis, & vtraq; ipsarum diuiditur in paruas vsq; ad capillares. Prima per concauum. Secunda per gibbum hepatis, vt imaginemur portam esse truncum magnũ in concauo hepatis, & venã chylis in gibbo, & φ vterq; truncus in ramos & etiã ramusculos diuidatur, sic φ tandẽ ramusculi vnius occurrãt ramusculis alterius. Fiet igitur delatio chyli a trunco portæ ad ramos minores, & iterũ minores vsq; ad capillares obuiantibus capillaribus chylis. & illos ingreditur de minori ad maiorem transeundo donec ad truncum magnum chylis venæ perueniat & gibbum. possumus etiam imaginari ramos istarum venarũ satis magnos adinuicem hr̃e colligantiam per ramusculos paruarum, venarũ vt sensibiliter patet etiam in folijs arborum. Ex quibus collige primo φ chylus in stomacho genitus prius peruenit ad concauũ per portã: deinde ad gibbum. Secundo φ meseraicæ sunt venæ a vena portæ ortæ, cuius rami aliqui tendunt versus stomachum & intestina, & aliqui versus gibbum. Ex quo patet quare materia collecta in concauo hepatis facile euacuatur ad stomachum vel intestina. Nota tamen φ hæc omnia per anatomiam discerni non possunt sed argumentatione conclude sic esse. [Meseraicæ.]

Et nõ facit ipsam penetrare in illas coãgustationes nisi melior cõmixtio aquæ bibitæ supra id qđ indiget corpus cũ ergo in istas uillis diuidit̃ fit quasi φ hepar totalr̃ tangat huius chyli totalitatẽ & ꝑ illud tunc eius opũ est uehementior & fortior & uelocior, & tunc coquitur.

Primo nota ipsam. s. partem chylosam penetrare in paruos ramos venæ portæ &c. Secundo nota ipsam. s. substantiam sanguineam ex chylo generatam in concauo non facit penetrare in ramos paruos venæ chylis &c. nisi aqua vel ab extra cibo cõmixtã aliud liquidũ. Tertio nota melior cõmixtio &c. quia cõmixtio debita & cibo proportionata. Et per aquam omnem potum intelligit. i. vltra illud quo indiget corpus per nutricationem. Quarto nota, supra illud qđ indiget. s. ꝑ nutricatione & præparatione cibi ad digestionem & delationem sanguinis ad membra, quia cũ minori quantitate aquæ hæc possent omnia fieri cuius signũ est, quia quãcito sanguis egredit̃ hepar magna huius aquositatis quantitas per emulgentes venas expellitur. Ex quibus patet. Primo quare hepar non habuit cõcauitatem magnam sicut stomachus. Secundo quare non ordinauit natura perfici in stomacho digestionem in venis paruis & capillaribus sicut in hepate. Dicitur. n. ad primum φ natura intendens sanguinem optime depurare a superfluis ordinauit, vt ad minima in venis minimis diuideretur, vt totũ hepar totum quasi chylum attingeret. Ad secundũ vero patet quia stomachus debet digerere rem grossam quæ loca angusta penetrare non posset. Primum dubium circa. [Dubiũ.] Vtrum chylus digeratur & in sanguinem conuertatur in cõcauo, vel in gibbo hepatis. Quod vtrobiq; est Aui. in littera qui ponit φ cum chylus fuerit taliter diuisus. vt totalitas hepati quasi totalitatem eius attingat tunc coquitur. Ad oppositum quia prius q̃ ad gibbũ chylus perueniat, aliqua pars imo forte totus mutat̃ in sanguinẽ, cuius signum quia superfluitates ab ipso sequestrant̃. s. vadens ad chistim fellis & ad splenem. Istæ cõclones sunt concedendæ. Prima sanguis ex chylo tã in gibbo q̃ in cõcauo gñari potest, quia vtrobiq; ẽ cõplo hepatis sanguificatiua. Secunda conclusio, sanguis gñatus in concauo perueniens ad gibbũ perficitur, quia ibi est calor & temperamentũ melius & perfectius. Tertia conclusio, contingit totum chylum ex cibo gñandum in concauo hepatis & non in gibbo in sanguinẽ transmutari, quia contingit chylum valde passibilem & faciliter transmutabilem esse, et virtutem hepatis digestiuam fortem & chylum paucum. Quarta conclo. contingens est chylũ secundũ totũ aut maiorẽ eius partẽ in sanguinẽ in solo gibbo cõuerti: patet vbi ponatur casus econtra. Quinta cõclo. vtrobiq; secundũ pl̃m fit digõ: licet prius in concauo q̃ in gibbo incipiat. Ad argumenta patet. Ex quibus sequitur aliqñ digõnem fieri in gibbo quando non fit in cõcauo, quia aliqñ est materia tota digerenda recepta in gibbo: & pro tunc digerit̃, vel saltẽ sic esse contingit. Sequitur secundo aliqñ esse econtrario, quia prius est in concauo & in hoc prius digerit̃. ergo &c. [Sanguinis gño ubi fiat.] Secundum dubium, vtrum gño sanguinis fiat in solo hepate. Quod non, Primo quia fit in corde, vt Aristo. 3. de partibus illo cap̃. Cor quidem. Et sexto cap̃. inquit. Nullus dignificabit hepar esse sanguinis principium. [Aristo.] Secundo quia cor est maxime sanguineum. primo complexionum. vltimo capitulo & tertio de partibus cap̃. 6. [Gal.] Tertio splen & venæ generant sanguinem, igitur &c. Assumptum pro secunda parte visum est. [Aristo.] Pro prima vero est Gal. in libro de vtilitate anhelitus; ponens φ splen attrahit succositatem cibi & exinde facit sanguinem, unde dicitur splenem esse hepar sinistrum. Item Aristo, tertio de partibus animalium. capitulo nono. dicit φ hepar & splen quia carnosa sunt, possunt decoquere cibum. [Coctio duplex.] [Auer.] Aut ergo loquitur de communi coctione, aut ꝓpria. Si primum propositum habetur. Non secundũ, quia in hoc omnia membra communicant hepati. Auer. tractatu suo de corde tenet cor esse principium sanguis. Primo quia est principium nutrimenti. Secundo quia est principium uitæ. Tertio quia est principium uenarum. Quarto quia in eo est maxime sanguinis lacuna. Quinto quia dans formam dat materiam, sed cor dat formam quia spũm & uitã. igit̃ &c. Communis responsio tenet istas cõclones. Prima in hepate & non in corde gñatur sanguis. Probatur. Primo in hepate & non alibi sequestrantur humores qui sunt superfluitates sanguinis, sed hoc nõ est nisi digesto sanguine: igr̃ &c. Secundo aliqua pars nutrit̃ eo φ nunquã uijt ad cor, ut splẽ chistis fellis stomachus &c. Tertio quia totus chylus attingitur a totalitate &c. Secunda conclusio. Licet ita

ſit, non tamen principaliter niſi virtute data a corde. hoc ſequenti capitulo declarabitur. Tertia concluſio. ſequitur ꝙ cor & non hepar eſt principale principium generationis ſanguinis. quia cauſa primaria plus influit effectum &c.

Quarta cõcluſio. ſanguis in hepate generatus in corde perfectiorem digeſtionem acquirit q̄ ab hepate acquiſiuerit vel alibi virtute influxus cordis. Ad argumenta ad primũ et ſecundum ſatis patet. Ad tertium dixit Genti. ſe habere illum librum ſuſpectum & ꝙ non fuit Gal. Vel ꝙ generat ſanguinem & attrahit chylum ſicut ſupra dictum eſt ſtomachum attrahere phlegma, & ex eo facere ſanguinem improprie dictum. Q. autem hic principatus non ſit ſpleni attribuendus videtur colligi poſſe ex dictis Ariſto. 2. de hyſtorijs. & 2. de partibus. & Gal. 2. de vtilitate particularũ, vbi vult ſplenẽ inuentũ eſſe principalit' ad ſugẽdum humorem melancholicum & propter hoc non reperitur in oĩbus aĩalibus ſplẽ adhuc perfectis & ſanguinẽ hñtibus. Argumẽta autem Auerrois ex dictis facile ſoluuntur. *Ariſto. Gal.*

In omni autem decoctione quæ eſt huiuſmodi eſt res quæ eſt ſicut ſpuma & res quę eſt ſicut hypoſtaſis, & res fortaſſe erit cum eis, aut quæ ad aduſtionem pertinet ſi decoctio ſuperflua fuerit aut res quæ non eſt bene cocta ſi decoctio fuerit minor quàm debet.

Oſtendit modum generationis humorum in ſpeciali. Secundo modum trãſitus humorum ad membra ab hepate. ſecunda pars incipit ibi [Qui quãdiu.] Primo facit hoc. Secundo declarat ibi [Spuma.] Nota primo per decoctionem in ꝓpoſito intelligendam eſſe digeſtionem quæ nõ fit niſi a proprio & naturali calido, vt. 4. metheororum, & aſſimilatur hæc digeſtio elixationi. decoquitur. n. res in humido multo & concurrit alienum humidũ ſicut aquoſitas ſanguini et humoribus commixta de qua ſupra dicebatur. Secundo nota penes quoſdã. in omni digeſtione oportet aliq̄d reſecari ſuperfluum vt videtur innuere Ariſto. 4. metheor. & Gal. 2. virtutum naturaliũ, quia in omni digerendo ſunt partes repugnantes formæ acquirendæ, quia alias non indigeret digeſtione. Hoc non placet Gen. Non. n. ſolum per ineptitudinem partium ad digeſtionem eſt reſiſtentia & repugnantia in digeſtione, ſed ex diſſimilitudine qualitatũ & modi mixtionis. Ideo non videtur vl'r verum in omni digeſtione eſſe ita. Sed bene in omni digeſtione talis rei ſicut eſt chylus, quia eſt etherogeneus valde & ex rebus valde etherogeneis generatus. Cauſa autem ꝓbabilis eſſe poteſt, quia in quolibet mixto apto nutrire, ſunt partes aereę igneę & aqueæ &c. vel eis proportionales, igitur in quolibet mixto ſunt partes aptæ ſuperfluam recipere decoctionem diminutam & mediam & per cõſequens &c. licet etiam ad hoc concurrant occultæ pręparationes in diuerſis partibus materiæ nutricationis ipſas ſic ad hanc formam ꝙ non ad aliã habilitantes ſecundum quoſdam. Tertio non notant' ꝓtulit Aui. hoc aduerbium fortaſſe. contingit. n. cibo vel chylo multum inflammabili exiſtente. & ſi hepar ſanum fuerit partem in cholerã conuertendam aduri & in choleram aut melancholiam non naturalem conuerti ſicut mel in ſtomacho vel hepate iuuenis & ſenis: vt. 2. virtutum naturalium. cap. 6. & 2. cañ. cap. de melle: quia igitur contingit ita eſſe & non frequenter euenit, ideo notãter dixit fortaſſe. Contra quia aduſtio non fit a proprio & naturali calido qualis ẽ hepatis ſani. Item quia illa operatio eſt corrupta, igit' mẽbrum ægrum vel neutrum. conſequentia tenet, quia nulla operatio ex toto genere præter naturam poteſt alicui membro vel indiuiduo naturaliter ſe habenti ineſſe. Pro primo dicitur ꝙ calor reſpectu vnius proprius & naturalis poteſt eſſe reſpectu alterius accidentalis & præter naturam vt calor ſtomachi cholericiſſimi reſpectu lactis vel lactucæ vel cibi duri. Pro ſecundo dicitur ꝙ non poteſt merito diſpoſitionis in eo exiſtentis, aut ipſa in obiectum proportionatum operante &c. Aliter exponitur ly fortaſſe ſecundum quoſdam, vt per hoc intelligatur ꝙ poteſt talis chylus hepati offerri taliter ꝙ prius generabitur phlegma aut cholera, & iterum ſanguis per aduſtionem in choleram conuertetur, ſicut in exemplo dato de melle. Prima melior eſt ſecundum quam ly fortaſſe non eſt replicandum in ſequenti particula, quare &c.

Digõ vel elixatio.

Gal.

Spuma autem eſt cholera rubea, & hypoſtaſis eſt mel'ia quę ambo ſunt naturales. Aduſti uero ſubtile ẽ mala cholera rubea, et eius groſſum eſt mel'ia mala non naturalis, & quod non bene coctũ eſt phlegma eſt. Quod autẽ de hoc toto res colata eſt quæ eſt bene cocta eſt ſanguis.

Oſtendit qualit' cholera dicat' nãlis et non nãlis, hoc autẽ ſupra ſatis eſt declaratum in præcedenti capitulo.

Qui tamen quãdiu eſt in hepate ſubtilior exiſtit q̄ debet propter aquoſam ſuperfluitatẽ quæ propter rem quam diximus eſt neceſſaria. Iſtud uero quod eſt ſanguis cum ab hepate ſeparatur, ab aquoſitate etiam ſuperflua ilico mundatur, quæ neceſſaria non eſt niſi ꝓꝑ cãm quandã quæ iam ſublata eſt. Extrahitur ergo aquoſitas a ſanguine in uena quæ ad renes deſcendit, & fert ſecum ſanguinẽ, qui ad renes nutriendos ſua quãtitate & qualitate bonus exiſtit. Nutritq; renes unctuoſitas huius aquoſitatis & ſanguinoſitatis, deinde aliud quod remanet ad ueſicam tendit & poſt ad uirgam.

Nota primo vt ſupra vt chylus poſſet per loca anguſta penetrare fuit neceſſarium ſecum miſceri multam aquoſitatem acquiſitam ex potu & vt quidam dicunt, quia in oĩ mixto ſunt a natura retente partes aquoſæ ad velocem exiccationem prohibendam, cuius ſignum quia fere omnia ad elambicum poſita aquoſitatem quandam emittunt. Secundo nota ille ſanguis pro tunc eſt ſubtilior q̄ debet. ſ. pro debita nutricatione mẽbrorum, quia nimis fluidus & aquoſus, vnde cum tanta aquoſitate non ſaluaretur in nutrimento debita adhærentia & inuiſcabilitas, igitur oportet ab illa depurari, quia cauſa quare oportuit cum eo tantam miſceri aquoſitatem iam ſublata eſt. Ex quo patet intellectus illius particulæ ſuperius poſitæ in præcedenti parte lectionis niſi melior cõmixtio aquæ bibitæ ſuper illud quo indiget corpus. ſ. vt ſanguini miſceatur pro debita nutricatione & penetratione. Tertio nota hic emulgentes oriri a vena chylis & tendere verſus renes et ſuperfluam aquoſitatem a ſanguine ſugere, vnde emulgentes dictæ ſunt. vnde aliqui poſuerunt virtutem diſcretiuam pręter alias virtutes poſitas ab Aui. de quo infra doctrina ſexta. Ex quo patet primo quomodo ſupercalefactis renibus multa attrahitur aquoſitas & frequẽs mictus fit: vt in diabete. Patet ſecundo quare materia contenta in gibbo hepatis facile per renes educit' in concauo vero per inteſtina. Et nota hic de nutricatione renum & de animalibus veſica carentibus. *Vena emlgẽs qd: et vñ oriatur.*

Sanguis autem eſſentiæ bonæ per uenã magnam ad gibboſitatem hepatis aſcendentem uadit & tendit per uenas quæ ab ea ut rami ſeparãtur, deinde gedeguil uenarum poſtea in ſedenechi gedeguil, poſt in ſugentibus ſeguechi, deinde in uenis quæ ſunt ſicut uilli capillaribus ſiſes, poſtea ſanguis ab earum orificijs ſudando labit' in membra ex parte diuina.

Nota primo, bonæ essentiæ .s. iam a superflua aquositate depuratus. remanet. n. tuc bonę & mediocris essentię. Alij bonæ essentiæ .i. bonę cōplonis & modi vel mollis substantiæ: quia nimis grossus non penetraret, nimis vero subtilis respueret a membris. Prima expō melior. Nota secundo per venam magnam ascendentē intelligendam esse venā chylis quæ diuidit in ramos paruos & minores vsq; ad capillares & a qua oriuntur emulgentes venæ. Huius autē diuisionis ad ramos vsq; ad capillares necessitas fuit vt cuilibet parti exteriori membri corrideret vena qua posset ad ipsam nutrimentū deferre, & vt quasi per totum corpus seminaret: quod non potuisset aliter euenire. Dicuntur autem illæ venæ paruæ sugentes: quædā etiā capillares. Sugentes quidem qm̄ ita paruę sunt vt non videantur hr̄e concauitatem: vñ sugendo videntur nutrimentū attrahere. Capillares vero quæ tenuitate sua similes sunt capillis. Tertio nota resudando, quia ad modū sudoris per poros insensibiles ingrediēs labitur ex parte diuina, quia a forma specifica mouetur ad membrum, quæ a quibusdā diuinum, quia occultum principium dr̄, vel a datore formarū inducta, vt sentit Auic. vel quia est a virtute cœlesti mixtis et membris attributa. Aut virtute diuina, quia mirabilis apparet effectus vt p tam angustos meatus tantum penetret nutrimentū. Vel ex parte diuina, quia hoc agit natura directa ab infallibili cognoscente expressius q̄ in alijs effectibus non mirādis &c.

Vena magna ascēdēs.

Vena sugens.

Vēa capillaris.

Sanguinis ergo causa efficiens calor est tēperatus. Et causa materialis est q de nutrientibus est temperatum & de potibus bonis. Et formalis causa ipsius est decoctio bona. Et eius causa finalis est ut nutriat corpus.

Determinat de causis gñonis humorū. Secundo subdit canones quosdā. secūda ibi Debes autē scire. Primo sanguinis. Secundo choleræ. Tertio phlegmatis. Quarto melācholiæ. Partes patebunt. Primo dicit q causa efficiens sanguinis est calor temperatus materialis cibi & potus temperati. formalis decoctio bona finalis nutrire corpus. Primo nota hic per cām efficientem instralis est intelligenda principalis. n. est ala vel virtus hepatis. Hanc autem caliditatē possumus imaginari temperatam. Primo ponderalir̄ & sic non intelligit Aui. in pposito. Secundo iustitialiter, & iterū sic non verificat dcm̄ Aui. per idem. n. calor producēs choleram in corpore sano naturalem diceret temperatus. cuius oppositum patet in sequenti parte vbi ponitur superfluus. Dicitur autē tēperatus quia humoris temperati saltem comparatione aliorū humorum pductiuus. Nota secundo hic sumi materiam non pro principio primo subiectiuo transmutationis naturalis, sed pro naturali composito ex quo tāquam ex termino contingit aliquod naturale cōpositū gñari, qualiter sanguinē dicimus materiam membrorum & cibos humorum & farinam panis. Non vult autē solū temperatum nutriens esse materiam sanguinis cum ex alijs medicinalibus nutrientibus sanguis gñetur, sed vult nutriens tēperatum esse materiam maxime sanguinis gñoni pportionatam, & si ex nutriēte distemperato gñetur sanguis ex parte tñ eius temperatiori est aptus sanguis gñari potissime. Tertio nota vt quidā dicunt decoctio temperata est forma sanguinis nō vere & proprie, sed metaphorice, hoc mō sumpta metaphora, quia sicut res per formam habet esse distinctum & determinatum, ita sanguis per decoctionē temperatam videtur ab alijs differre humoribus. Dictū leue ē, quia p idem rubedo aut dulcedo est forma eius. Alij q medicus non considerat humores secūdum suas rōnes vel formas suas substantiales, ideo has non nominat. Ideo melius est hic dicere q vtitur hic Aui. tēperata decoctione tanquā signo quo inexīte materiæ in ea est sanguinis forma. Cōtra primā cām, quia calidior res quæ sit in corpore post cor & ipm̄ est sanguis, vt supra cap. de cōplexionibus mebrorū. ergo nō debet dici gñari a calido tēperato: sed valde excessiuo. Item tunc in hepate temperato magis multiplicaretur sanguis q̄ in calido & humido, quia in se est cā efficiens efficacior sanguinis. Pro primo dicitur negando cōsequentiam. Et qualiter autem sit minus calidus & qualiter calidior chola sup̄ declaratū est. De secūdo videbit infra.

Materia dupl̄r.

Efficiēs uero choleræ rubeæ cā est igneus calor superfluus & proprie in hepate. Et eius cā materialis est q de nutrientibus est subtile calīm dulce unctuosū & acutū. Et eius cā formalis est decoctionē ad supfluitatē, pcedere. Et eius finalis cā est necessitas et utilitas quas nominauimus.

Declarat cās cholę di. q cā efficiens eius est calor igneus superfluus materialis nutriens calidum subtile. dulce acutū formalis decoctio superflua. finalis tacta est. Nota primo causa efficiens cholerę est calor igneus, quia humoris ignei superfluus. i. superflue decocti & calidi gñatiuus. Et dicitur superflue calida respectu sanguinis & aliorum humorū nō respectu finiū ad quos ipam natura ordinauit. Secūdo nota calm̄ nutriens facit̄ inflāmat. & sit̄ subtile & acutū. & sit̄ dulce pp aereū & vnctuosum multū repertū in eo: vt patet in melle quod in stōcho iuuenis & hepate facile inflāmatur & in cholerā conuertit̄. 2. virtuti naturalium. 6. cap.

Efficiens autem phlegmatis cā est caliditas attenuata. Et eius materialis causa est quod de nutrientibus est grossum humidum uiscosum & frigidum. Et eius cā formalis est decoctionis attenuatio. Et eius finalis cā est necessitas eius, et utilitas ipsius quas nominauimus.

Patet.

Melancholia autem hypostasiue quidem cā efficiens est calor tēperatus. Sed cā efficiens adustæ est caliditas quæ ab æqualitate est egressa. Et eius cā materialis est quod de nutrīetibus est uehementer grossum paucæ humiditatis & eorū calidum est fortius illo. Et causa eius formalis est fex hypostasiua secundū unū duorum modorū, unde neq; labitur, neq; resoluitur. Et eius cā finalis est necessitas eius & iuuamētum ipsius quod nominauimus.

Ponit causas melancholiæ. Secundo explicat causas multiplicationis eius ibi Melancholia autem. Primo dicit quod causa efficiens melancholiæ hypostasiue. idest naturalis est caliditas temperata sed innaturalis est caliditas quæ est grossa ab æqualitate. Materialis est de nutrientibus grossum paucam humiditatem continens, & in hoc terrestre calidum est fortius. Formalis vero cā est fex hypostasiua secūdum vnū duorum modorum & neq; labitur neq; soluitur, & eius finis est necessitas supra dicta. Nota primo hic dicitur tēperata: vt in quæstione videbitur per abnegationem. i. media inter gñantem phlegma & choleram. non naturalis uero dr̄ egressa ab æqualitate. s. a qua prouenit naturalis melancholia. Alij dixerunt q caliditas generans melancholiam naturalem est temperata quia est eadē caliditas quæ generat sanguinē. Imaginando q cum chylus receptus est in hepate diuiditur in tres partes. Quarum vna est subtilis vnctuosa, & illa conuertitur in choleram. Altera grossa viscosa, & illa conuertit̄ in phlegma, & a nulla istarum sequestratur hypostasiuum aliquid vt supra. Altera vero pars conuertitur in sanguinem secundum maiorē partem & ex illa sequestratur melancholia. & ideo fieri dr̄ a calore temperato, quia calor temperatus generans sanguinem sequestrat fecem. Et ideo superius dicebatur q nullus alius

Melā dupl̄r.

Chylus in hepe diuidit in tres partes.

alius humor habet hypostasim nisi sanguis. Secundo nota q nō notificat ipsam per decoctionem, quia per decoctionem non potest bene contra alios distingui. Si.n. diceretur temperata non distingueretur a sanguine. Si superflua vel diminuta non a cholera vel a phlegmate. Ideo dicit causā formalem esse fecem hypostasiuam quia per hoc bene ab alijs distincte comprehenditur. Et dixit q est fex hypostasiua secundū unum duorum modorum, quia.s. per modum residētiæ q̄tum ad naturalem, vel cineritatis ex adustione derelicte, quantum ad non naturalem melancholiam. Tertio nota. in generatione melancholiæ nutriens grossum cæteris est fortius. primo quia ipso calido existe facilius euaporat subtile & remanet grossum cineulentum. secundo quia ipso calido existe facilius de ipso & plus cōuertitur in chylum et plus attrahitur in hepar & minus cum fecibus per intestina expelliitur, quare magis mesia ex ipso multiplicat. Cūm autē q̄re nō labitur mesia neq resoluitur sicut alij humores de se patet.

Mesia autem fit multa, aut propter caliditatē hepatis aut splenis debilitatem, aut propter frigoris uehementiā congelantis, aut propter constrictionis perseuerantiam, aut propter ęgritudines, quę multę & prolixę fuerunt, quare propter illud humores facti sunt cineres.

Primo nota. caliditatem hepatis excessiuam causam esse multitudinis melancholiæ humores adurendo & incinerando, & consequenter in mesiam non naturalem conuertendo. Secundo nota. q debilitas attractiuæ splenis potissime est huius cā, quia tunc non sufficienter depuratur sanguis a superfluitate mesica, quæ sanguini commixta remanens ipsum infrigidat & terrestrificat. Ad quod etiam sequitur hepatis infrigidatio. Similiter debilitas caloris splenis in digerendo & expellendo superfluum humorem mesi cum est causa multiplicationis eiusdem humoris melancholici in corpore. vt patet. Tertio nota frigus congelans est eius causa fortiter cōstringendo & paries humidas subtiles calidas exprimendo cum terrestrium remanentia. Ex quo patet huius mesiæ taliter generatæ maxime fieri generationem in partibus a foco caloris multum distantibus. Quarto nota. constrictionis.i. oppilationis perseueratiua posset esse causa multiplicationis melancholię multipliciter. Primo impediendo transitum melancholiæ ad splenem, si via illa fuerit oppilata, unde remanet melancholia sanguini multum admixta. Secundo quia materia in aliquo loco per oppilationem coartata cōtingit eius subtile resolui & remanere mesicum. Tertio prohibito trāsitu spiritus ad materiam, quæ si naturaliter frigida fuerit congelatur & fit melancholia, & si calida fuerit putresit subtile & resoluitur grosso remanente, licet etiam tamen causa q̄ frigida possit prohibita transpiratione putrescere.

Cumq; melancholia multiplicatur & inter stomachū & hepar stat sāguinis & bonorū humorū generatio cū ea minorat ergo sanguis minuetur.

Primo nota. q melancholia contenta in meseraicis multa, impeditur transitus chyli ad hepar, quare impeditur gňo sanguinis vel minuitur. secundo quia melancholia hęc si fuerit propinqua hepati alterat hepar infrigidando & digestiuā debilitando, & per consequens sanguinem minorando. si vero stomacho propinqua frigidat stōm & impedit digestionem primam, & ex sequenti secundam, ad quod concurrit q chylus a melancholia alteratus indispositur, ne in sanguinē transmuteur. Itē stāte casu dicto poterit mesia cāri mirachia a dicta a meseraicis vel mesiterio uel a mirach, vt patet.

Mesia mirachia.

Debes aūt scire q generationis humorum cāæ caliditas & frigiditas cum alijs existunt causis,

Subiungit cañ. ex quibus complectur doctrina huius capli scilicet de modo generationis humorum. secunda ibi Debes autem. tertia ibi Neq; oportet. Primo ,ppōnit cañ. secundo declarat ibi Sed caliditas. Primo nota. q in ,ppōito sumitur causa prout est genus ad materiam formam efficiens & finem, sed caliditas & frigiditas sunt solum cāę in genere efficientis. Et q vtraq; sit causa patere pōt ex dictis. Secundo nota. q illa particula. cum alijs causis, multiplicē potest habere intellectum. Primus est, cum alijs causis.s. materiali formali & finali superius dictis. Secundus est, cū alijs causis.i. cum qualitatibus passiuis, quę etiam sunt causæ generationis & multiplicationis humorum simul cum actiuis concurrentibus &c. propter quod infra subdit q in hoc debes attendere virtutes passiuas cum virtutum actiuarum ęquidistātia siue proportione. Tertio, cum alijs causis scilicet principalibus vt sunt virtutes. caliditas.n. & frigiditas sunt instr͞a, sed aliæ causę vt anima & virtutes sunt principales. Alij cum alijs causis.s. rebus alijs non naturalibus, vt sunt cibus. potus, aer, exercitium &c. Primę duę expōnes dicuntur meliores & magis vēs. Contra, olum humorum causa est calor, & non frigus, quia non intrat opus naturæ, vt infra doctrina. 6. cap. de virtutibus ministrantibus. Dicunt q̄dam frigiditas.i. remissa caliditas. Vel melius frigiditas saltē secundario. Vel q hic sermo est tam de naturalibus q̄ de non naturalibus, quorum causa potest esse frigiditas non minus quàm caliditas. Qualiter autem intret frigiditas opus naturæ videbitur post.

Sed caliditas æqualis sanguinem generat. Et superfluens choleram gignit rubeam. Multūq; superflua melācholia generat propter superfluitatem adustionis. Et frigiditas quidem phlegma generat. Et multum superflua generat melancholiam propter superfluitatem congelationis.

Specificat canonem dicens q caliditas æqualis gňat sanguinem, superfluens choleram rubeam, & multum superflua gňat melancholiam propter superfluitatem adustionis. Similiter frigiditas gňat phlegma, & multum superflua gňat melancholiam propter superfluitatem congelationis. Sciēdū primo q cum dicitur caliditatem ęqualem generare sanguinem intelligi debet hoc cum alijs causis concurrentibus proportionatis gśoni sanguinis, puta humiditate conuenienti. & sic de alijs. Similiter cum dicitur caliditatem augmentatam generare melancholiam. Et similiter dicendum est de frigiditate. Secundo sciendum hic non solum intelligendū est de generatione horum humorum naturalium, immo melancholia de qua loquitur hic non est naturalis. Ex quo patet tam a superfluo calore posse melancholiam non naturalem generari q̄ a superfluo frigore, & in hoc differt ab alijs humoribus. solus.n. hic humor aptus est generari ex corruptione omnium humorum.

Debes autem attendere uirtutes passiuas cum uirtutum actiuarum æquidistantia.

Iste est canon remotiuus dubij. Posset.n. aliquis credere q ad generationem humorum iam dictorū sufficeret caliditas aut frigiditas intēsa. Hoc remouet di. q in tali generatione requiritur actiuarum qualitatum & passiuarum ęquidistantia.i. debita habitudo vel proportio &c. v.g. Licet caliditas sit temperamentum excedens, non tamen est gňatiua semper magis cholerę nisi fuerit siccitati coniuncta. Similiter quis frigiditas sit intensa vltra temperamentū non tñ multiplicat melancholiam nisi fuerit siccitati coniuncta. Similiter licet caliditas æqualis gňet sanguinem, non tamen cuilibet qualitati alteri coniuncta est maxime ipsius generatiua. si.n. coniungeretur multi siccitati, illud non contingeret, requiritur igitur æquidistantia.i. ęq distantia siue habitudo qualitatum passiuarum & actiuarum simul. Pro textus declaratione nota q secundum aliquos per virtutes actiuas & passiuas

Virtus actiua et passiua quid.

intelligit Aui. qualitates actiuas & passiuas. Et tunc habetur intellectus literæ positus. Secundum alios vero per virtutes actiuas intelligit Aui. potentiam & uirtutem digestiuā hepatis, adhuc membrorum humiditates naturales gñantiū, per virtutem autem passiuam intelligit dispositionem obiecti digerendi vel transmutandi, vt sit sensus ꝙ ad conuenientem generationem humorum requiritur debitam esse proportionem & habitudinem virtutis imutatiuę vel digestiuę ad obiectum digerendum, & econuerso. vbi saltem non fuerit hęc debita habitudo vel proportio non est debita seu conueniens talium humorum generatio &c.

. Neqꝫ oportet ut sit credulitas ꝙ omnis complexio sibi generet simile, & non sui contrarium per accidens, licet non sit per essentiam. Complexioni enim multotiens accidit ut contrarium generet. Frigida nanqꝫ complexio & sicca plerūqꝫ generat humiditatem extraneam, non propter conuenientiā, sed propter digestiuę debilitatem.

Effectus duplex.

Ponit tertium cañ. Secundo per signa declarat. secunda ibi[Et huiusmodi quidem complexionem.] Nota per effectum per accidens ab aliqua complexione productum intelligi debet effectus ab ista complexione proueniens nō secundum naturalem intentionem vel inclinationem complexionis huius. Et econtra effectus per se ab aliqua complexione proueniens dicitur esse ille, ad cuius productionem complexio ipsa est naturaliter inclinata. Quia ergo complexio sicca non est naturaliter inclinata ad producendum humiditatem sed potius ad ipsam corrūpendum, ideo dicimus siccam cōplexionem per accidens humiditatem producere, & hoc notauit. Aui. Hic modus autem quo per accidens illud contingit tactus est supra cap̄. de complexionibus. complexione. n. frigida exñte & sicca ꝓpter imbecillitatem caloris non resoluuntur superfluitates humidę phlegmaticę, sed retinentur & multiplicantur, unde humectant membra, iuuantes etiā ad sibi similium multiplicationem. Licet igitur complexio frigida & sicca sit per se multę melancholię generatiua per accidens tamen contingit oppositum. Similiter econtra imaginari possumus complexionem frigidam & humidam esse causam siccitatis vehementis. Imaginando ꝙ complexio sit ita frigida & humida ꝙ virtutes membrorum fiant impotētes nutrimentum in conuenientem q̄titatem sibi assilare, quare non facta proportionali restauratione, & membris cōtinue resolutis, membra ipsa ad siccitatem valde excessiuam perducerentur. Ad quem intellectum Auicēna primo cañ. fen. tertia. doctrina secūda. cap̄. primo versus finē dixit. Exercitium autem relinquens in hecticam frequenter incurrit. Et per idem patet, quomodo complexione existēte multum calida per accidens multiplicatur frigidus humor. s. melancholicus. Nota tamen nō in qualibet complexione melancholica illud contingere quod dictum est, sed melancholica a temperato multum distante.

Et huiusmodi quidem complexionem habēs est homo macer, cuius iuncturæ sunt laxæ, & est lenis & ipse ē timorosus & frigidus tactu & suauis, & uenæ angustæ & similatur huic quod generatur senium de phlegmate licet certa senij cōplexio frigida sit & sicca.

Nota ꝙ homo habens complexionem hanc phlegmaticā accidentalem, licet naturalis esset melancholica, est macer, priuatione carnis & pinguedinis deficiente calido et humido naturali. Iuncturę sunt laxæ propter phlegmatis abundantiam relaxantis iuncturas.

Lenis.

Lenis. i. sine pilis, propter humiditatem superfluam & frigiditatem prohibentem adustionē & fumosam eleuationem. Timorosus propter paucitatē sanguinis seu caloris. Suauis. i. mollis. tactu, propter mollitiem phlegmatis, vel suauis moribus: q̄a mitis & timidus. Quare autem est tactu frigidus satis patet, & uenæ sunt angustę, quia calidi est venas ampliare & dilatare. Licet certa complexio senij &c. exponitur a quibusdā senectus est certa. i. actualiter frigida & sicca complexio. Vel certa. i. non dubia. Aliter. licet certa complexio senij. i. senectutis vltimæ quia decrepitæ ætatis sit frigida & sicca, quæ ideo certa est, quia in ea euidenter apparent effectus senij. s. certi & manifesti defectus, & valde magnæ læsiones operationum respectu earum, quæ erant in ætatibus pręcedentibus.

Dubia.

Circa dicta cadunt dubia. Primum quia in dictis Auic. uidetur cōtradictio. cum supra dixerit ꝙ frigiditas multum superflues gñat melancholiam, infra vero dicetur ꝙ frigiditas certe senectutis quę multum superflua est gñat phlegma. Secūdum dubium. quia infra cap̄. de signis complexionum in tertio gñe signorum videtur innuere ꝙ melicus est pilosus, & idem cap̄. de signis dñij humorum, cuius oppositum hic in litera innuit. Tertium dubium. quis humor sit siccior, an cholera, an melancholia. Quartum dubium, de quo humore est in nobis maior q̄titas, an choleræ an melancholiæ. Quintum dubium quis horum humorum sit frigidior, an phlegma, an melancholia.

Phlati frigiditas uł melię est dupliciter.

Ad primum dicitur ꝙ frigiditas phlegmatis aut melancholiæ excedens temperamentum. vel est naturalis, vel accidentalis. Et vtroqꝫ mō, vel multum recedit, vel parum a temperamento. Et secundum hoc dicendum primo ꝙ si frigiditas fuerit naturalis parum recedēs a tꝑamento cum siccitate proportionabili multiplicat humorem melancholicum, quia in parte chyli sibi proportionata imprimit complexionem proportionatā humori melancholico. si tamen hic recessus fuerit multus sicut in melancholico signato per accidens multiplicat phlegma sicut etiam in decrepito. Econtrario autem est de accñtali cōplexionem. si. n. parum recedens fuerit a temperamento per indigōnem multiplicat phlegma. si vero multum per congelationem multiplicat melancholiam. Ex quo patet concordia, quia in principio loquebatur de accidentali frigiditate. In fine vero de naturali, & ita non sunt repugnantia.

Ad secundum potest dici primo ꝙ melicus parum recedēs a temperamento est pilosus. vel melicus factus ex cholerico per adustionem, multum tamen recedens est priuatus pilis, licet magis phlegmaticus alijs paribus. Ad tertium dicitur ꝙ cholera effectiue est siccior melancholia, quia terrestrior, quod saltem verum est de non naturali. Ex qualibet enim cholera q̄tūcūqꝫ non naturali potest generari melancholia per adustionem. Et notandū est q̄ in tali gñone continue ꝓcedit materiam exiccando. Ad quartum dicitur ꝙ absolute in nobis plus est de humore melancholico quicquid dicat. Conciliator, quia pluri indigent membra melancholia q̄ cholera.

Gal.

Cōtra. quia Gal. 5. de vtilitate particularū. dicit paucissimum de melācholia superfluere & plus de cholera. Dicendum ꝙ loquitur de superfluitate illius quæ vadit cum sanguine quia paucior est cholera eunte ad chistim, quamuis hēat melancholia recepraculum magis, de quo miratur ibi. Gal. sed causa est, quia illi receptaculo fuit necessaria carnositas & raritas & arteriarum multitudo, quod non fuit de chisti fellis. Ad vltimū satis dictum est supra cap̄. de complexionibus membrorum.

Debes autem scire ꝙ sanguis, & quod cum eo labitur tertiam habet in uenis digestionē. Et cū per membra diuiditur, ut unūq̄dqꝫ suum recipiat nutrimentum, habet digestionem quartam.

Determinat de digōne tertia & quarta di. ꝙ sanguis & q̄d cū eo labitur recipit tertiā digōnem in venis, & cū egreditur a venis & diuiditur per membra recipit in membris quartam digōnem. Sciēdum primo ꝙ per illud quod cū sanguine labitur debent intelligi humores alij a sanguine causa necessitatis & vtilitatis cum sanguine transeuntes, vt supra opinioni medicorum de nutricatione membrorū nos conformando. Et ex hoc collige digōnem factam in ore per

masticationem

masticationem non esse proprie digõnem, quia tunc essent quinq; digõnes. & sic digestio in venis esset quarta & non tertia, ut hic eam ponit Aui. sed esse præparationem ad digõnem primam. Sciendum secundo q venarum quædam dicuntur añ hepar, quædam in hepate, & quædam post hepar. Ad propositum maxime sermo est de venis post hepar, licet etiam includi possint venæ añ hepar seu in hepate, cum etiam in ipsis generetur prima humiditas de secũdis ex qua debet hepar nutriri. Sciendum tertio q venarum quædã dicuntur cões, & quædam propriæ. Cões sunt continentes sanguinem totis aut pluribus membris conuenientem ad nutriendum, sicut vena chylis, aut eius rami magni. Ecõtra vero propria vena est quæ continet sanguinem vni mẽbro de articulatum, vt vena digiti. Ad propositũ hic est sermo de venis proprijs & non de cõmunibus, puta q venas intelligendo capillares in quibus generatur prima humiditas de secundis. Ex quo modo patet transitum sanguinis in humiditatem primam de secundis fieri per digõnem tertiam, trãsitũ vero primæ in secundam & tertiam fieri per digestionẽ quartam, de quo toto videbitur in quæstione

Vena tripliciter.

Vena dupl'r.

Superfluitas igitur digestionis primæ, quæ est in stomacho per intestinorum egreditur uiam.

Determinat de superfluitatibus digestionum. Primo primę. secundo secundæ. tertio tertiæ. quarto quartę. secunda ibi Et secũdę. tertia ibi Duarum vero. Prima patet.

Et secundæ digestionis quæ fit in hepate superfluitatis plurimum cũ urina egreditur. Quod autem de ea remanet ad splenem & fel tendit.

Declarat di. q plurimum secundæ superfluitatis digõnis quæ. s. fit in hepate expellitur per vrinam. & quod de eo remanet expellitur ad chistim fellis & splenem. Primo nota q hæc litera superfluitatis plurimum &c. duplicem põt habere intell'm. Primus est, plm. i. maior pars superfluitatũ hepatis expellitur per vrinam, & hoc est verũ, quia maior pars superfluitatis hepatis est aquositas quæ postea ad vesicam tendit. Secundus intell's, põt esse, plm. i. maior pars. s. aquositatis expellitur per vrinam, & hoc etiam est verũ, q non remanet de aquositate ipsa cum sanguine nisi illud modicum quod requiritur ad sanguinem subtiliandum, vt melius possit per venas discurrere. Secundo nota de ea. s. superfluitate digõnis non aquositate. magis propriæ denominat superfluitas cholera vadens ad chistim & melancholia vadens ad splenem q̃ illa quæ transit cum sanguine; cum non conferat ad tot vtilitates sicut illa quæ cum sanguine remanet, licet tñ vtraq; respectu sanguinis debeat dici superfluitas.

Duarum uero digõnum remanentium superfluitates per resolutionem quæ non sentitur & per sudorem et per sorditiem extrinsecam egrediuntur. Cuius pars est quod per foramina egreditur sensibilia, sicut per nares & instrumentum auditus, aut non sensibilia sicut per poros, aut extra naturam sicut per apostemata cum aperiuntur, aut quod nascitur ex additionibus in corporibus, sicut pili & ungues.

Declarat de alijs duabus. Secundo subiungit alios cañ. cõplexionis ibi Debes autem. Dicit primo q duarum digestionum remanentium superfluitates expelluntur multipliciter. Primo per resolutionem insensibilem per poros sub forma sorditiei, aut expelluntur per foramina sensibilia, & hoc aut preternal'r sicut apostemata, aut naturaliter sicut pili vngues, cornua &c. Primo nota per duas digestiones remanentes intelligi tertiam & quartam, quia. n. in locis sunt multum propinquis, & quia superfluitates illarum non sunt a nobis bene distincte perceptibiles, ideo illas sil' nõiauit. appellat autem resolõnem quæ non sentitur per conuersionem superfluitatis in vaporem. econtra vero est sensibilis vt illa quæ fit per sudorem. Secundo nota q contingit eandem superfluitatem quandoq; sensibiliter expelli, & quandoq; insensibiliter, & hoc secundum variam hñudinem caloris ad ipsam. Nam si calor fuerit debilis, tunc superfluitas aquosa membrorum quæ transit cum sanguine ad loca in quibus gñan habet humiditas prima de secundis aut etiam ros nõ poterit tantum subtiliari q conuertatur in vaporem, & sic insensibiliter expellatur, sed expelletur sub forma sudoris. Si vero calor ipse fuerit fortis, tunc ipsa aquositas bene cõuertetur in vaporem, & sic insensibiliter expelletur. Tertio nota hunc modum eũonum nõ esse proprium his superfluitatibus. verum quia sępe taliter euacuantur, ideo uoluit Aui. ipsis attribuere hunc modum eũonis. Quarto nota q per sorditiem intelligere debemus superfluitatem terrestrem lutosam ad corporis superficiem expulsam, quam uidemus in corpore abundare maxime in manibus & pedibus, nisi fiat sæpe abstersio seu lotio. Quinto nota. q tripliciter dicitur aliqua superfluitas alicuius digõnis. Primo quia sequestrata ab eo q illa digõne perfecte digeritur. Secundo quia decisa a loco vbi fit illa digõ. Tertio quia fit per actionem virtutis & caloris in illa digestiõe digerentis. Exẽplũ primi, vt fex primæ digõnis. Exemplum secundi, ut sudor tertiæ digestiõis. fortasse. n. materia sudoris eẽt superflua seu phlegma.

Superfluitas expellit dupl'r.

Sordities qd.

Superfluitas alicuius digõnis tripl'r.

Exemplum tertij. sicut sanies apostematis. Ex quo patet solo ad quęstionem, quę consueuit quæri an materia apostematis sit tertię digõnis superfluitas. Sexto nota. q dupl'r potest dici aliqua eũo naturalis. Primo quia proueniens a non naturaliter operante circa materiam expellendam naturaliter in corpore multiplicatam, & sic eũo facta per nares aures &c. dicitur euacuatio naturalis. Secũdo eõius. quia proueniens a natura naturaliter operante circa materiam expellendam. siue ista materia sit naturaliter siue præternaturalit' in corpore multiplicata, & sic materia apostematis siue quęcũq; alia materia peccans critice expellatur dicitur expelli naturaliter. Septio nota. q dupl'r dicit' aliquod apostema generari. Aut. n. generatur per viam congestionis, & sic eius materia est superfluitas quartæ digestionis. Aut per viam defluxus, & sic non necessaria est superfluitas quartæ digõnis. sic. n. posset quilibet humor primus & uẽtositas & aquositas esse materia apostematis. vt patet intuenti, licet ut dixi ista materia sit saniata, aut transmutata virtute loci, vbi fit quarta digõ possit appellari superfluitas q̃rtę digestionis etc.

Eũo naturalis duplicit'.

Apã dr̃ gñari dupliciter.

Debes autem scire q si alicuius humores subtiles existunt, eorum euacuatio eum debilitat, cui multum nocet in sui fortitudine suorum pororum amplitudo.

Addit cañ. duos ad complementum huius doctrinę. secũda ibi Et debes scire. Primo ponit duas causas debilitatis secunda declarat. secũda ibi Propterea. Dicit primo q eũo plus debilitat hominem hñtem humores subtiles. Dicit secũdo q tali hoĩ nocet multum in sua fortitudine. i. multum debilitatur talis homo in fortudine sua. Et dicit q auget suã debilitatem latitudo suorum pororum. Primo nota. q iste canon est vtilis ad sciendum qualiter corpora sint regẽda seu custodiẽda sumpta indicatione a dispositione humorum in subtilitate & grossitie. Scito. n. q hñs humores subtiles magis debilitatur & facilius incurrit resolõnem q̃ hñs humores grossos, scil' q ipse etiam diff cilius tolerat ieiuniũ, & q d'inter ab alijs est diętandus & pharmacãdus. Ecõuerso q dicatur de habẽte humores grossos. Secundo nota. q latitudo pororum, siue fuerit naturalis, siue temporaliter acquisita præparat corpus ad hoc, vt eius humores spiritus & membra faciliter resoluãtur. & propter hoc facit corpus minus potẽs ad resistendum causis resoluentibus. Tertio nota q ad dictam resolutionem requiritur debilitas quæ nõ

Pororũ latitudo duplex.

eſt niſi quædam impotentia ſeu diminuta potentia virtutis ad operationes peragendas. Hęc autem impotentia talis nõ prouenit niſi quia virtus non habet inſtrumentum ſibi proportionale ad operandum, quod inſtrumentum dicitur eſſe complexio uel ſpiritus. Et propterea mutata complexione a naturali & mutato ſpiritu, eo. ſ. ita paucificato propter reſolutionem, ut diximus ꝙ de eo non remanet debita quãtitas in corpore, ſeu in membro, tunc debilitatur uirtus atq; impotẽs reddit, ut dictum eſt ad oꝑationes debitas peragẽdas.

Propterea ꝙ reſolutionem ſequitur debilitas.

Declarat hoc. Primo de pororum latitudine. Secundo de ſubtilitate humorum. ſecunda ibi[Et quod.] Primo inuuit tale argumentum, ad reſolutionem ſequitur debilitas, ſed ad latitudinem pororum ſequitur reſolutio. ergo ad eam ſequitur debilitas, & per conſequens &c.

Et ꝙ humores ſubtiles ad euacuandum & reſoluendum ſunt faciles, quod autem ad ſoluẽdũ & euacuandum eſt facile, ſpiritui facile aſſociari põt in ſua reſolutione cum eo, igitur reſoluitur.

Probat ſecundum dupliciter. Et primo ſic. humores ſubtiles ſunt faciles ad euacuandum reſpectu groſſorum. igitur cæteris paribus in cauſa euacuante maior eorum ſit debilitatio, & per cõſequens plus & facilius debilitationem incurrit corpus ſubtiles habens humores ꝗ̃ habens groſſos. Secũdo ſic, humori apto ad euacuandum facile aſſociatur ſpiritus in euacuatione ſua, ſed hęc eſt in homine ſubtilium humorũ, ergo in eo facile fit multi ſpiritus reſolutio, & per conſequẽs cito adueniet debilitas per uiam reſolutionis. Sciendum ꝙ quando homo eſt ſubtilium humorum eſt etiam ſubtiliũ ſpirituum. ideo cauſa reſoluens & moues humores, facile ẽt reſoluit ſpiritum. Et hęc eſt pria cauſa, quare humores hñs ſubtiles cito reſoluitur & debilitatur. Secunda uero cauſa ẽ, quia humoribus ſubtilibus exiſtentibus cauſa mouens eos mouet motu uehementi & ueloci, ad quem ſequitur uelox motus & inflãmatio ſpiritus, & per cõſequens reſolutio magna. Tertia cauſa, quia euacuatio humorum ſubtilium ſurripuit materiam generationis ſpirituum, ex ipſis. n. generatᷣ ſpiritus. Quarta cauſa, facilius commiſcetur ſpiritus multis humoribus ſubtilibus ꝗ̃ groſſis.

Et debes ſcire quòd quemadmodum humores iſti in ſuis generationibus cauſas habent, ſic & in ſuis motibus habent cauſas. motus nanque & res calidæ ſanguinem mouent & cholerã rubeam, & fortaſſe mouebunt melancholiam & fortem faciẽt eam, quies uero phlegma forte reddit, & aliquas melancholiæ ſpecies.

Ponit ſecundum cañ. quem dupliciter declarat. ſecunda ibi[Et etiam ipſe.] Dicit primo ꝙ ſicut humores iam dicti habent in ſuis generationibus cauſas. ſ. determinatas & appropriatas, ita etiam in ſuis motibus cauſas habent proprias. Nam motus & res calidæ mouent ſanguinem & choleram, & fortaſſe mouent melancholiam & ipſam faciunt fortem. Et ecõtrario, quies & res frigidę reddũt phlegma forte & aliquas ſpecies melancholię. Sciendum primũ ꝙ ꝑ motus humorum intelligi poteſt primo motus localis eorũ per corpus ſicut motus ſanguinis ad exteriora apud pręſentiam rerum rubearum. Poteſt etiam intelligi motus alterationis quo fortificatur et debilitatur in ſuis qualitatibus. Põt etiam intelligi motus animalis, quo ſecundum varias humorum diſpoſitiones iraſcimur aut manſueſcimus, triſtamur, gaudemus, ſollicitamur, negociamur, perſpicacis ingenij reddimur. Secundo ſciendum ꝙ motus localis. ſ. exercitiũ mouet ſanguinem ipſum aliquando ſeu aliquando calefaciẽdo ſubtiliando. Et ſimiliter res calidæ nobis occurrentes ut uinum &c. et per idẽ mouent choleram rubeam ipſam inflammando & fortificando in ſuis qualitatibus & fortaſſe melancholiam naturalem fortem facient imprimendo per qualitates ſuas, & adhuc genitam per congelationem liquefaciendo. Econtra vero quies infrigidando & humectando phlegma forte reddit, & ſimiliter aliquam ſpeciem melancholiæ ſaltem per congelationem genitam & etiam naturalem. Sciendum tertio ꝙ per fortem facere intelligitur in ſuis qualitatibus vigorare.

Hũorũ motus quid.

Et etiam ipſemet eſtimationes mouent humores. uerbi gratia ſanguinem enim mouet res intueri rubeas, quapropter prohibemus illum, ex cuius naribus ſanguis fluit, res ſplendorem habentes rubeum aſpicere.

Primo nota. ꝙ per eſtimationem non ſolum intelligere debemus eſtimationem proprie dictam quæ eſt actus virtutis interioris ſenſitiuæ exiſtentis in medio ventriculo cerebri, ſed etiam omnes appræhenſiones & animæ accidentia. Et cauſa eſt quia ex varijs animæ accidentibus fiunt varij motus ſpirituum ab extra ad intus & econtra. ad quorum ſpirituum motum ſequitur varius motus humorum & alteratio, vt videbitur in quæſtione. Secundo nota. ꝙ inſpiciente homine res rubeas vel ſplendorem habentes multi mouentur ſpiritus ad extra, quos etiam ſequitur ſanguis, & per conſequens poteſt eſſe cauſa fluxus ſanguinis narium. Et ideo cum intendimus motum materierum ad exteriora, vt in variolis & morbillis, & ſimiliter quandoq; in icteritia panno rubeo inuolui facimus ægrotantem. Cauſa autẽ quare res ſplendorem habentes ſunt cauſa motus ſpirituum ad extra eſt ſecundum medicos naturalis conuenientia ſpũs cum ſplendore cum. ſ. ipſe etiam ſpiritus ſit naturaliter. ſplẽdidus. Poteſt etiam aſſignari cauſa quia pñtato ſenſui obiecto proportionali & delectabili anima ad organum ſenſus tranſmittit ſpiritum, vt obiectum delectabile bene recipiat ſeu percipiat. cum ergo lucidum ſit obiectum delectabile viſui vt patet, hinc ẽ ꝙ eo viſui pñtato ſpiritus ad extra mittitur. Ex quo facile ſolui poteſt problema iſtud. ſ. propter qđ eſt ꝙ alba vt nix & lucida viſum diſgregant, quæ vero ſunt nigra ſeu opaca ipſum congregant.

Eſtimatio multiplex.

Variolarum et morbillorũ cauſa non practicus.

Et hæc quidem dicimus de humoribus, & eorũ generationibus. Loqui uero contra proteruos & deuiãtes debẽt ſapiẽtiarũ opifices et nõ medici.

Nota ꝙ vt colligitur a Gal. ſecundo virtutum naturalium quidam negauerunt humorum generationem, dicentes formas humorum latitare in materijs ciborum, contra quos et omnes alios huiuſmodi dicit Aui. ꝙ nõ pertinet ad medicos procedere, ſed ad philoſophos,

Doctrina quinta. Fen primæ, cuius eſt unum capitulum & quinque ſummæ.

Capitulum doctrinæ quintæ, quod eſt ad ſciẽdũ quid ſit membrum & ſuæ partes.

MEmbra ſunt corpora quę ex prima humorum generantur cõmixtione, quẽadmodum humores ſunt corpora, quę ex prima ciborum generãtur commixtione ſicut cibi ſunt ex prima commixtione generati elementorum.

Poſt determinationem de humoribus ſequitur determinatio de membris. Et primo in generali determinat de eis. Secundo magis ſpecialiter ponendo ipſorum anatomiã. ſecunda ibi[Dicemus ꝙ oſſium.] Primo ponit generalẽ diffinitionem

finitionem. Secundo diuisionem mēbrorū ibi ⌊Mēbrorū⌉. Dicis primo ꝙ membra sunt corpora, quæ generantur ex prima commixtione humorum sicut humores ex prima cōmixtione ciborum & cibi ex prima commixtione elementorum. Sciendum primo ꝙ eorum quæ sunt in corpore nostro, quædam sunt superfluitates, quędam vero non sunt superfluitates, sed res naturales ad integritatem vel cōseruationem corporis ordinatæ. Et illorum quædam sunt animata, & quædam sunt inaīata. Et īaīatorum quædam materialiter, quædam effectiue potius ad corporis cōstōnem vel cōseruationem faciunt sicut spiritus. solæ autem partes aīatæ nostri corporis appellantur membra. Ex quo patet in diffōne membri supplendam esse istam clausulam, quę sunt ptes animatę nostri corporis.

Comixtio qd & est duplex.

Secundo sciendum per commixtionem in proposito intelligere possumus veram commixtionem, quæ est miscibilium alteratorum & postea corruptorum vnio, ad quam sequitur vnius tertij a quolibet miscibilium distincti specie gñō siue illud accidat ex mutua refractione qualitatum humorum siue a calido membrorum, vel a virtute ipsos commiscente & refrangente, siue ab utroque siſ. Imaginando ꝙ sicut ex elētis refractis resultat temperies pro forma mixti, ita refractis qualitatibus humorum resultat temperies pro forma membri. Et hoc tam in gñone coniuncta q̄ſ seiuncta. verum est secundum sñiam medicorũ ponentium non solum sanguinem esse materiam gñonis vł nutricationis, quam in proposito sequitur Aui. Tenendo aūt solum sanguinem esse materiam generationis & nutricationis. Dicēdum ꝙ ex commixtione partium sanguis quatuor humoribus & elementis proportionatarum fiunt membra.

Tertio nota hanc commixtionem intelligi prima multipł. primo tempore, & hoc non. secundo perfectione, & hoc est verum. sed non intelligit hoc Aui. s. prima immediate quia īmediate ex humorum cōmixtione fit membrorum gñō. Et sumitur hic humor vt se extendit ad humorem primum & humiditatem secundam. Vel exponitur. ex prima cōmixtione humorum. i. ex re imediate ex humoribus cōmixtis gñata, & ista est humiditas secūda vt in nutricatione aut sibi ꝓportionalis vt in generatione fetus in mr̄ice. Ex quibus patet intellectus diffōnis. Nam ly corpora est genus. Per hoc differt a complexione virtute &c. Quæ sunt partes. ad drīā superfluitatum. Animatę. ad differentiā humorum spmatis spirituum, quæ non sunt membra, quę non sunt partes aīatę. Ex prima &c. ad differentiam humorum & spirituum, & ꝑ hoc circūloquitur materiam appropriatā generationi membrorum. Quarto nota humores generantur ex prima cōmixtione ciborum. i. ex re quę ex prima commixtione ciborum est producta. s. chylo, qui potest dici prima cōmixtio, i. prima res per commixtionem genita. Vel sumitur humor ut se extendit etiam ad chylum. Quinto nota, cibi generanť ex prima commixtione elētorum. quia nō apparet aliud sensibile a nobis perceptum & hoc secundum plurimum. Sed de hoc in dubijs literalibus plus videbitur.

Dubia.

Primum dubium. vtrum diffō membrorum sit bona? Arguitur ꝙ non. Primo quia humiditates secundæ non sunt membra. & tñ sunt corpora, quæ ex prima humorum commixtione generantur. Secundo. totum humanum corpus ex prima humorum commixtione generatur, non tamen est membrū, igitur &c. probať maior. quia ex prima commixtione humorum nutritur. Igitur generatur. patet consequentia, quia eadem est materia nutricationis & generationis. Tertio mēbra organica non immediate componuntur ex prima commixtione humorum. igitur &c. assumptum patet, quia immediate componuntur ex consilibus mēbris primo de accidenti. ergo &c. idem de spmate. Secundum dubium. Videtur ꝙ membra non generentur ex humoribus per commixtionem sicut humores ex elētis. Primo. quia taliter fiunt membra ex humoribus sicut humores ex cibo uel chylo, sed ex chylo fiunt humores tanq̄ ex materia & non ex elemētis se refrangentibus, Igitur &c. Secundo, quia humores non se refrangunt in suis qualitatibus, quod requiritur ad hoc ut ali qua fiant ex aliquibus ut ex elētis, igitur &c. assumptū patet quia humores in nutricatione patiuntur a membro, & in generatione patiuntur a virtute generatiua, patet etiam quia humores stant simul in venis non refracti. Tertio membra non resoluuntur in humores, igitur non componuntur ex humoribus. tenet consequentia, quia vnūquodq; resoluiť in ea ex quibus componitur. Et sunt argumenta Auerroix secundo colliget. Tertium dubium, quia videtur ꝙ humores non fiant ex prima ciborum commixtione. Primo quia fiunt īmediate ex chylo. Secundo quia possunt fieri ex sanguine carnibus &c. Quartum dubium qūo cibi fiūt ex prima commixtione elētorum cum sanguis caro &c. sint cibi, non tamen fiunt ex prima commixtione elementorum, vt patet. Ad primum dubium dicitur ꝙ diffō illa bene intellecta bona est, vt in litera. Ad primum argumentum dixit Dynus humiditates secundas posse contineri sub gñe membrorum. Non placet.

Hūor duplex.

Aliter ꝙ per humores non solum intelliguntur humores primi, sed etiam humiditates secundę. & tunc ex prima commixtione eorum, quia perdunt formam humorum generantur membra. Vel dixit, ex pria commixtione. i. re prima ex humiditatibus cōmixta, quæ ē humiditas secunda gñantur membra. Aliter per generationem intelligit seiunctam distinctā contra nutricationem. Ista fit in matrice immediate saltē ad apparentiam nostram ex humoribus, quia non est nota nobis alia forma ad quam prius transmutetur, licet rationale sit materiam generationis recipere in matrice mutationes proportionales illis, quas recipit in nutricatione. Vel dicitur ꝙ ille humiditates non sunt partes animatæ. & ita de spermate. Ad secundum deficit clausula ponenda in diffinitione. s. & sunt partes &c. Ad tertium neganda est illa consequētia. īmediate componunť ex consilibus. igitur non ex humoribus īmediate. componūť enim īmediate ex consilibus tanq̄ ex partibus integrātibus, & non ita ex humoribus fiunt, sicut non sequit aqua immediate componitur ex aquis. igitur non īmediate ut suis principijs intrinsecis. Ad secundum dubium Auer. credit solū sanguinem esse materiam generationis & nutricationis mēbrorum. Aui. vero hic sequitur viam oppositam. Ideo ad argumenta rñdetur. Ad primū dicitur ꝙ ex partibus chyli tanq̄ ex elētis refractis & cōmixtis fiunt humores, & ita ēt chylus ex cibis. Et siľr ad secundum conceditur ꝙ humores in venis etiam se alterant, licet eorum transmutationem ad finem necessarium natura regulet, vt patet. Ad tertiū dic ꝙ non omne cōpositum ex aliquibus necessario resoluiť in illa immediate. Vel dic argumentum probare non ulno sitem eē compositionem membrorum ex humoribus & mixtorum elementis quia elementa remanent in mixtis formaliter, non autem humores in membris. Ad tertium dubium. humores fiunt ex prima commixtione ciborum. i. ex chylo. qui ꝓprie dicitur prima ciborum commixtio pro quanto est primum, in quod cibi per digōnē transmutantur. Aliter dicitur ꝙ hic sumitur humor, vt se ad chylum extendit. Ad secundum patet, ꝙ si fiat ex carnibus & sanguine illa non sunt nisi cibi. Ad vltimum quidam se expedientes dixerunt illam non esse literam Aui. Alij. illud est verum de pluribus & simplicioribus cibis. Alij. non est nobis nota forma media rei, quæ non est cibus medians inter primā cōmixtionem elementorum & cibum ex illa genitum.

Membrorum autem alia sunt quæ sunt simplicia, alia sunt quæ composita.

Primo ponit diuisionem. Secundo declarat membra diuisionis. Tertio particulariter alterum membrorum diuisionis ptractat. secūda ibi ⌊Et simplicia.⌉ tertia ibi ⌊Primum membrorum.⌉ Dicit primo, ꝙ membrorum quædam sunt simplicia, quædam composita.

Et simplicia quidem sunt, quorum quācunq; sensibilem assumpseris partem in nomine & dif

finitione erit toti cõmunicans, sicut caro in suis partibus, & os in suis partibus, & nerui in suis partibus, & his similia, ideoque similium uocãtur partium. Composita uero sunt illa quorum quãcunque acceperis partem in nomine & diffinitione toti communicans non erit, sicut manus & facies, pars enim faciei non est facies, neque pars manus est manus. & uocãtur membra instrumentalia, eo q sunt animæ instrumenta ad complendum motus & operationes.

Natura mẽbrorum tripliciter.

Dicit secundo q simplicia sunt illa quorum quãcunq sensibilem partem acceperis, erit toti communicans in nomine & diffõne, vt neruus caro &c. composita vero ecõtra, vt manus facies &c. non n. quælibet pars manus aut faciei est manus aut facies &c. Sciendum primo triplicem esse naturã membris attributam. s. complexio, cõpõ, & vnitas. Prima consilibus principaliter. Secunda organicis. Tertia vtriq. In tali igitur diuisione sensus est q mẽbrorum quædam sunt quibus principaliter attributa est complõ, quædã quibus cõpõ. Causa autem diuersitatis membrorum principaliter sumitur ex fine. tanta. n. diuersitas operationum nõ potuisset ab humano corpore prouenire sine tanta organicorum & simplicium membrorum diuersitate. cap. de complexionibus membrorum. Secundo sciendum q idem importanthæc nomina, mẽbrum simplex, membrum consimile, homogeneum, vnigeneum, & omiomeron. at silr idẽ importanthæc nomina. s. membrum compositum. organicum, instrãle, officiale. anomiomerum, etherogeneum, & si qua alia sunt huiusmodi. Primo. n. dñr mẽbra simplicia seu consimilia. vt caro, os, & huiusmodi, quia non sunt composita ex partibus quantitatiuis dissilibus seu differentibus secũdum de nominationem specificam, & diffõnem. Quare autem dicatur membrum officiale satis patet. Verũ quæ dicantur membra homogenea seu vnigenea & omiomera. ac silr quid denotet anomiomerum atq etherogeneũ, in naturalibus requiratur. Dicuntur autem organica instrumẽtalia præcipue, quia sunt instrumenta animæ inquantum est anima, quia cum cognitione operatiua, & istæ sunt operationes sensus & motus, vt potest sumi primo virtutum naturalium. cap. primo. Propter quod plãtæ non sunt organica mẽbra, ꝑprie attributa & hoc de vere organicis loquẽdo. Quare vero dicantur membra officialia satis patet. Circa hæc dicta sunt dubia. Primũ contra descriptionẽ consilis. quia tunc musculus non esset membrum consile contra Aui. infra qui determinat de eis tanq̃ silibus. & patet cõsequentia, quia nõ quælibet pars musculi est musculus, quia nec villus neruũ nec chorda. Similiter patet idem de chorda quæ est cõposita ex neruo & ligamento, vt infra videbitur. Silr de arteria, cuius non quælibet pars sensibilis, puta tunica vna est arteria. Secundum dubium. Quid intelligi debet per partem sensibilem. Tertium dubium, quia non minus pro operationibus naturalibus. videtur necessarium membrum esse organiçatum q̃ pro operationibus cognitiuis & voluntarie motiuis, vt patet de corde & hepate. quare igitur dicũtur membra organica magis in ordine ad operationes animales, vt dictum est, q̃ in ordine ad naturales. Item cuiuslibet organici operatio principalis fit per partes eius consiles. non igitur magis instrumenta operationum animæ sunt organica q̃ consilia. assumptũ colligitur prio de accñti. Ad primum dicitur. q membrorum tam organicorum q̃ silium nostri corporis, quædam sunt vere & manifeste talia. vt caput, & caro gingiuarum, vel glandosa, vel pinguedo. Quædam aũt sunt veræ organica & apparenter consilia, quia sensu suarum partium dissilitudo non multum discernitur, sicut musculus, chorda &c. Quædam autem licet sint in substantia consilia & cõpõne, pro quanto tamen importantur nomine connotante organiçationem determinatam denolantur

Mẽbrũ cõsile et eius synonyma.

Mẽbrũ cõpositũ & eius synonyma.

Mẽbrũ qls duplex.

organica. verbi gratia. licet tunica vuea sit in se membrum consile, quia tamen non dicitur tunica vuea, nisi pro quanto est talis figuræ, vt sic nominatur organicum membrum, & sic non recipit quælibet eius pars denominationẽ totius. Non enim quælibet pars tunicæ vueæ est tunica vuea, quia non rotunda interius perforata. Conceditur igitur q musculus est verum membrum organicum, licet sensu consile, & de eo et de chorda determinat Aui. Similiter dici potest de arteria. Vel dicitur q si hoc nomen arteria non cõnotaret organiçationem sic esset mẽbrum consile. & quælibet eius pars q̃titatiua est arteria, si autem cõnotet est organicum, & nõ quælibet eius pars q̃titatiua est arteria. Ad secundum, quidã per partẽ sensibilem intellexerunt partẽ formalem vt distinguitur contra materialem, putantes non quãlibet partẽ materialem carnis esse denominandã carnem, quia non potest in operationes debitas carnis. hoc habet difficultatem cõtra se, quia signo. a. partẽ formalem carnis, cuius nulla pars est formalis si dabilis est talis vt concedunt. & sequitur. a. non esse membrũ organicũ, nec consimile, ut patet intuenti. Alij per partem sensibilem intelligunt partem sensu comprehensibilem. hoc etiam recipit instantiam. sic. n. in animali valde paruo vel insensibili nõ essent membra organica, nec cõsimilia. Aliter & puto melius per partem sensibilem intelligendã esse partem quantitatiuam. ut distinguit contra ptem essentialem, illa. n. vt patet nõ est quantitatiua nec de se apta sensu cõprehendi. Ad tertium ista organiçatio nõ est attributa illi membro pro operatiõibus naturalibus, nisi ꝑ quãto istæ subseruiant talibus animalibus. Similiter dicitur de consili, de quo magis fen secunda.

Pars sensibilis.

Primum membrorum similium est, os qđ durum est creatum, quoniam ipsum est corporis fũdamentum & sustentaculum motuum.

Exequitur notificando membra consimilia gñali quadã notificatione. primo os. secundo chartilaginem. Dicit primo q primum membrum consimiliũ est os, quod creatum est durum, quia est corporis sustentaculum & fundamentũ. Primo nota. os est primũ. s. narratione. & si placuisset ab alio potuisset incipere. vel forte primum, quia inter mẽbra silia vel simplicia est i corpore dñantius. Cõtra. quia musculi magis in toto q̃titatiue dñantur. Dicendum vt supra musculos non esse membra vere simplicia. Aut forte dicitur primum, quia iter alia radicalia prius ipe a natura formatur. Secundo nota. Aui. nobis notificat os ex duobus. Primum est vt sit sustentaculum corporis, sustentans. s. corporis molem, & resistens extrinsecis occurrentibus vt percussionibus &c. Secundũ est vt sit fundamentum motuum. oportuit. n. musculos in sua contractione & extensione inniti ossibus. quia quilibet localis motus requirit aliquod fixum cui innitatur mobile, vt in libro de progressu & causis motuum animalium. Contra. tunc in progressiuo motu non oporteret spatium esse fixum, ex quo instrumentum est fixum cui mobile innititur. Negetur cõsequentia. oã sicut mobile particulare interius vt musculus habet superficiale fixum cui innititur, ita totum mobile debet habere vnum extrinsecum cui innitatur.

Post ipsum uero est chartilago quæ osse existit mollior. Ideoq flecti potest, sed est omnibus alijs membris durior.

Primo notificat chartilaginem quo ad suam substantiã. secundo quo ad ipsius iuuamenta. ibi. Cuius iuuamentũ. Dicit primo post os esse chartilaginem quæ est mollior osse, sed omnibus membris alijs est durior. & quia mollior est osse flecti potest sine fractura. Nota vt quidam chartilago dicitur, quia cartæ vel membranæ similis, quia alba & dura. Videtur autem ab osse quasi secundum magis & minus solũ differre i duritie cõplexione &c. vt. 3. de hystorijs. cap. 8.

Cartilago quid.

Cuius

Cuius iuuamentum in creatione fuit,ut ossiū cum corporibus mollibus per ipsam melior fieret continuatio,& ut durum cum molli non absque medio componeretur.duro.n.molle læderetur,& præcipue in hora percussionis & constrictionis si non esset compositio ordinata, sicut est in osse spatulę & hypocundriorum & in ossibus costarum,& sicut est epyglottalis chartilago,& illud quod est sub thorace. Et ut per ipsam etiā foret melior iuncturarum se adinuicem fricantium uicinitas,ne sua duritie rumperentur. Et etiam ut cum aliquis musculus se extendendo ad aliquod peruenerit membrorum,in quo os nō existat,cui innitatur & a quo confortetur sicut palpebrarū musculi,ut sit ibi sustentaculum cordis eorum & defensio. Et plerunq; etiam in multis locis est necesse rem aliquam rei alicui inniti quæ nō sit dura in ultimo sicut in epyglotti.

Ossis spatulæ forma.

Notificat enim per quatuor iuuamenta. Primum est ut per ipsam fieret continuatio melior ossium cum corporibus mollibus,& ne durum cum molli cōponeret absq; medio, quia tunc molle læderetur a duro præcipue in ore constrictionis aut pcussionis, nisi cōpō esset ordinata & graduata. v.g.in osse spatulę,quod os est triāgulatus cuius conus ē ad exteriora,& basis econtra ne acuties coni læderet carnē exterius,supra ipm est chartilago,vt patebit infra summa prima.ca 17.quod erit de anatomia spatulę.Similiter patet hoc in ossibus hypocūdriorū.ipsa.n.nō tāgūt imediate ptes molles,sed mediāte chartilaginē,silr costæ mēdosę. & pp hanc cām inuēta est chartilago epyglottis, ne musculi epyglottis cōtactu ossis læderent, & chartilago quæ est sub thorace seu trachea in directo stōi sinata inuēta est,ne ossis contactu hora concussiōis vel extensionis stōi stōs læderetur. Secūdū iuuamētū est,ne iūcturę in earum confricatione læderentur. contactus.n.multū duri cū multū duro est cā maximi nocumenti & rupturæ. Tertium iuuamētum est,quia lacertus plerūq; indiget fixo cui innitatur,& non habet os ,ideo loco illius habet chartilaginē sicut in palpebra. Quartum iuuamentum est,quia plerūq; necesse est rem alicui inniti, quæ non sit in vltimo dura sicut est os, ideo oportet q loco ossis sit chartilago sicut i musculis epyglottis videtur. Nota primo q illa particula textus.s.melior fieret continuatio,potest dupl̄r exponi.Primo meliori.i.vtilior,proptee.s.vtilitatem sequētes.vt ne molle lædatur a duro &c.vt dictum est.Potest exponi secundo melior &c.i.vt melius membrū molle duro posset alligari. mēbrū enim valde molle male posset alligari membro valde duro propter duritiē nimiā īpedientē:quia inter illa quæ alligātur debet esse conuenientia, vt in exēplo cū musculus debeat alligari ossi,non potuit hoc imediate conuenienter fieri propter nullam esse quo ad hoc conuenientiā.oportuit ergo mediare chartilaginē & adhuc chordam,& adhuc credendū est chordā secundum ptē terminatā ad extremitatē musculi mlto molliorē esse q̄ in pte alia. Secundo nota, q quia in iunctura necessaria est plerunq; confricatio ptium iuncturæ adinuicē, necessariū fuit partes illas non fore multum duras,ne a se inuicē frāgerētur & lęderētur, ossa autem ipsarum dnt multum dura,oportuit ergo inter ossa ipsarum iuncturarū chartilagines mediare. Pro cuius vlteriori manifestatione nota tertio q vt apparere potest in anatomia,in iunctura genuum,& anchę,& spatulæ sunt duo ossa,quorum vnum est rotundū, & dicitur vertebrum.aliud vero illi corrńdens est concauū,quod appellatur pixis. & in conuexo qdem vertebri est quædam pellis ad modum cartæ mollior osse,licet sit durior alijs partibus.silrq; in concauo pixidis est alia silis pellicula,& hæ dicuntur chartilagines. Hinc quoq; est q canes libenter corrodūt ossa,hoc enim faciunt vt ab eis euellent huiusmodi pelliculas gustui eorum valde gratas.

Vertebrū qd: & pixis. Canes pp quid corodūt ossa.

Postea sunt nerui,qui sunt corpora a cerebro orta aut a nucha,alba,ab flectendum mollia, & ad separandum dura,ad hoc creati ut per eos mēbra sensum habeant & motum.

Declarat nunc Aui.tertiū mēbrū consilr.s.neruos,dicens q ipsi sunt corpora orta a cerebro vel nucha,alba,mollia ad flectēdū,dura ad sepandū,& subdit q ipsi nerui sunt creati ad hoc q mēbra per eos hēant sensum & motum. Sciēdum primo q ly postea non dicit ordinem membrorum in gradu suæ duritiei,quia post os & cartilaginem in duritie nō imediate dnr esse nerui sed potius ligamēta,cū ipsa neruis duriora esse dicantur.dicit ergo solum ordinē in numero membrorū quorū fit narratio. Secundo nota q Aui.ex quatuor declarat neruos.Primo quidem ex parte originis suæ, quia dicit ipse eos oriri a cerebro et nucha. Secūdo notificat eos ex colore,quia dicit eos esse albos,sicut sunt cerebrum & nucha a quibus ortū hńt.& etiam quia sunt gńati a calido agēte in siccū,cuius tūc est dealbare.Tertio notificat eos ex mō substantiæ.dum dicit eos esse molles ad flectendum. Sic.n. oportet esse flexibile instr̄m motus localis. & etiam quia sūt substantię viscose,& durę ad sepandū.hoc aūt puenit ex viscositate & siccitate ipsorum,& quia debent fortibus subijci motibus.Quarto & vltimo declarat eos ex fine, dum dicit eos creatos esse ad hoc,vt hēant mēbra mediātibus ipsis neruis sensū & motū:quia fit ex transitu spūum, tā quidem sensitiuorum q̄ motiuorū per ipsos neruos tanq̄ per quosdā riuos defluētium ad mēbra,& in hoc dr̄nt nerui ipsi a ligamētis,hinc est etiam q ex ipsorū oppilatione cāne stupor & paralysis. Tertio nota q sermo Aui.in litera dū dicit oriri a cerebro vel nucha,& dum dictum est eos esse albos ad silitudinē mēbrorū a quibus ortū hńt,est potissime verus secūdū opinionē Gal.& aliorū medicorū. Verū philosophi aliter dicerēt,ex quo volunt arterias venas & neruos a corde ortū habere. Et tunc dicerent neruos non proprie oriri a cerebro vel nucha,sed solū secundum q̄dā metaphoricā similitudinem,quia.s.sicut riuus dr̄ oriri a fonte.& dicunt q licet sensibil̄r appeat & videatur eos a cerebro oriri, non tū sic est, sed a corde oriuntur.Causa autem apparentię est, quia ibi uidentur grossiores.in toto autem residuo seminantur & diuidunt in paruos ramusculos, vt appet in anatomia. Quarto nota, q ab auctoribus tripliciter solet sumi neruus.Primo quidem valde cōiter,& sic se extendit etiam ad chordam & ligamētū, cum dicantur esse substantiæ flexibiles tenaces motui deseruientes.taliter autem hic non sumitur neruus. Secundo vero sumitur pro substantia flexibili tenaci,quæ cum hoc est quodāmō instr̄m sensus & motus. & sic dicitur excludere ligamētum.extēdit autem se ad neruum & chordā. et adhuc istomodo nō sumitur nunc ab Aui. Tertio autē mō accipitur neruus proprie satis qualiter fit in proposito, vt.s.ē substantia alba mollis facile flexibilis,difficulter sepabilis,a cerebro vel a nucha orta,& sic a se excludit tam quidē chordā q̄ ligamentum.nam vt ait Aui.in ista prima fen. doctrina quinta cap.primo.ligamentum non oritur a cerebro neq; nucha,sed quia ossa sunt dura & nerui sunt subtiles, ppterea misericorditer egit deus bńdictus & sublimis cuius nomen sit bńdictum.& ex ossibus rem neruo silem extraxit,quę cōnexio & ligamentum vocatur.Et versus finem capl̄i dicit. Et hoc quidem membrum est musculus,& ipse est qui cum colligitur trahit chordam, quæ ex ligamento & neruo componitur.Sic ergo ex eis verbis patet,q neq; chorda neq; ligamentum oritur a cerebro vel nucha,sed solus neruus tertio modo sumptus. Quinto nota. q dum Aui. nominat hic cerebrum per ipsum intelligit partem anteriorem cerebri,p nucham autem intelligit partem posteriorem. Potest ergo dici omnes neruos oriri a cerebro,prout ex prædictis duabus partibus ipsum est constitutum,pars tamē anterior mollior

Stuporis & paralysis cā.

Neruus triplex.

est, posterior vero est magis spissa, vt dixit Aui. doc. quinta summa tertia cap. 1. i fine. Sexto nota. ꝙ vt colligitur cap. eodem. & in sequenti ad illud nerui orientes a parte anteriori cerebri sunt valde pauciores ꝙ dicantur esse orientes a posteriori parte eiusdem. nam a parte anteriori solum septem neruorum paria oriuntur quæ in sentiēdo & mouendo solūmō iuuant mēbra capitis faciei & viscerū īterioꝝ. a parte āt posteriori dicuntur omnes alij nostri corporis nerui ortum habere, qui sunt. 30. & vnum paria. Vltimo nota. ꝙ vt ait Aui. eodem primo cap. plurimi eorum neruorum, qui tribuunt sensum oriuntur ab āncessione cerebri, a parte anteriori cerebri & plurimi eorum neruorum qui præbēt motum oriuntur a postremo. i. a parte posteriori cerebri quæ est nucha, vt dictum est.

Neruorum nrī corporis pia sunt triplicia.

Post neruos sunt chordæ, quæ quidem sunt corpora quę ab extremitatibus musculorū oriūtur & neruis similantur, & ad membra tendentes mobilia plerunq; sua retractione retrahunt membra propter musculi contractionem & cōgregationem, et propter retrorsum reductionem uel reditionem, & quandoq; relaxant laxamēto sui, propterea ꝙ musculus dilatatur cum ad suū redit situm, aut supra mensuram, quam eius habet longitudo, & supra dispositionē quam habet cum in suo naturali existit situ addit, sicut in quibusdam uidemus musculis.

Declarat nunc Aui. chordam quæ est quartum membrū consile in ordine. Et hoc facit dupliciter. Primo quidem ipsum declarat ex sua origine & operatione vel fine. secundo vero ex sua compositione secunda. ibi[Quæ quidem secūdum plurimum &c.] Dicit prim ꝙ post neruos sunt chordæ, quæ sunt corpora ab. i. in extremitatibus musculorum orta & neruis similia, & ipsæ chordę tendentes ad membra mobilia plerunq; retractione sua retrahunt membra ꝓpter contractionem & congregationem & propter retrorsum reductionem musculi. quandoq; etiam ipsæ chordæ relaxant membra relaxamento musculi, quia cum musculus redit ad suum situm dilatatur aut addit supra mensuram quā habet eius longitudo, & supra dispositionem quam habet cū est in suo situ naturali, sicut apparet in quibusdam musculis.

Musculus integraᵗ ex triplicibus.

Primo nota. ꝙ vt supra aliqualiter dictum est, & melius in sequenti textu apparebit, musculus integratur ex triplici substantia. s. ex vilis carnis, nerui, et ligamenti. villis ligamēti egredientibus a ligamento postq̄ ipsum ab osse egreditur & tendit versus locum vbi generari debet musculus. villis vero neruorum egredientibus a neruis postq̄ ipsi nerui a cerebro vel nucha ꝓcedunt, & ex opposito tendentibus ad eūdem locum vbi generari habet musculus qui villi nerui & ligamenti cum villis carnis vacuitates replētibus adinuicem spargūtur & seminantur per modum cuiusdam retis, ex quibus tribus neruis constituitur musculus ipse. Secundo nota. ꝙ postq̄ musculus a iunctura aliqualiter remotus generatus est, tunc duo tantum villorum gn̄a. s. nerui & ligamenti a musculo elongantur, & magis versus iuncturam veniunt, ibiq; adinuicem contorquentur & miscentur, sicq; mēbrum illud constituunt, quod a medicis chorda vocatur. Tertio nota. ꝙ in huiusmodi corde gn̄one plurimum abundant uilli neruorum super villos ligamentorum, quod arguitur ex multa sensibilitate ipsius chordę nam nerui quidem sentiūt, ligamenta vero non. arguitur etiam hoc ex multa si̅titudine inter neruos & chordas. ꝙ autem neruis abundantibus chorda sit multi sensus declarauit Gal. 3. techni. textu secundum Haly. 121. secundum vero expōnē Trusciani textu. 53. dicēs. nerui vero & tenāros punctura &c. cuius dicti expositionem in commentis corrīdentibus require. hoc tamen sibi voluit Gal. in summa. s. ꝙ ex punctura tenantos. i. chordæ cātur spasmus fere sicut ex punctura nerui. hoc autem nō ꝓuenit nisi ex plurima sensatione &c. Quarto nota. ꝙ chorda non tendit nisi ad membra mobilia, nam ipsa finaľr ordinata est ad motum, & ipsius iuuamentū est membra mouere motu voluntario. Quinto nota. ꝙ Aui. in ista particula, & ad membra tendentes mobilia plerunq; &c. notanter addidit ly plerunq;. nam aliqui sunt musculi non habentes chordam in sua extremitate saltem manifeste, cuiusmodi sūt musculi longitudinales ventris, & musculi frontis, vt patet in anatomia. Sexto nota. ꝙ ex pn̄ti textu potest trahi modus & ordo quo membra voluntario motu moueri dr̄, & etiam quo musculus mediante chorda seruit ipsi motui voluntario. Nam virtute voluntarie motiua imperante flexionem brachij. exempli gratia. ad partem domesticam musculus contrahitur & sic abbreuiatur. quare contrahitur chorda quę est in extremitate musculi, & sic trahitur iunctura, & sic flectitur brachium ad partem domesticam seu interiorem. Cum vero fit econtra extenditur musculus, & chorda, & iūctura, & sic mouetur braechium ad partem syluestrem seu extrinsecam. Septimo nota. ꝙ in prædictis motibus. s. ad partem domesticam & ad partem syluestrem multum se iuuant musculi circa idem membrum contrarie situati. nam contractis interioribus musculis extenduntur exteriores. & econtra, contractis interioribus extenduntur interiores musculi. Octauo nota. ꝙ in tali motu propter retractionem chordę accidit qn̄q; fieri musculi contractionem, congregatiōem, & retrorsum reductionem, vt dicitur in textu. Quod dictum pl̄es habet expōnes. Prima est cuiusdam Antonij de Parma, qui per contractionem intelligit leuem constrictionem. per congregationem mediam constrictionem. & per retrorsum reductionem intelligit constrictionem vehementem & valde fortem. Secunda expō est Mundini fere in omnibus cum prædicto Antonio concordantis, nisi ꝙ ad tertium terminum. s. ad retrorsum reductionem addidit dicens, per ipsam intelligendum esse motum valde fortem ad syluestrem partem, sicut cū aliquis ita fortiter extendat manum ad syluestrem partem vt flectatur retro, tunc illa secundum ipsum appellatur retrorsum reductio. Tertia expō est Gentiľ qui per contractionem intelligit motum mēbri versus originem suam, vt brachij per directum versus spatulā. p congregationē intelligit motū eius constrictiuum in se. s. versus eius mediū. & p retrorsū reductionē intelligit reditū eius ad sitū & magnitudinē naturalē, sicut cum quis brachium aut manū violēter extēderit aut liguā violēter extraxerit, deide ad sitū naturalē eā reduxerit, illa vocaᵗ retrorsū reductio. Nono ē notādū, ꝙ sicut cōtīgit musculū multipľr cōtrahi. s. usq; ad sitū & q̄titatē eius naturalē, & ēt ultra ea, ita ēt cōtingit ip̄m multipľr extendi & elōgari. s. donec ꝑueniat ad sitū & q̄titatē eius naturalē, & donec trāscēdat ea. sicut cū qs linguā valde uiolēter extrahit, aut brachiū ualde violenᵗ extēdit. Et hoc tāgit Aui. i pn̄ti lr̄a dum dicit, et qn̄ chordę supple chordę relaxant mēbra laxamēto sui. i. chordę q̄ sua relaxatio ē ꝓpterea ꝙ musculus dilataᵗ seu elōgaᵗ qn̄ post contractionē redit ad suū sitū naturalē. aut supple a sua q̄titate & situ naturali elōgaᵗ, ꝓpterea ꝙ addit supra mēsurā eius quā hēt lōgitudo. s. naturalis, & supra dispōnē, q̄ hēt cum existit in suo situ naturali, sicut uidemus in quibusdam musculis, quia in prædictis.

Contractio qd & cōgregatio.

Anto.

Mundinus.

Gentiľ.

Reductio retrorsum quid.

Quę quidē secūdū pl̄m cōpositæ sūt ex neruis qui ad musculū tēdūt, & ab altera pte egrediunᵗ & ex corpībus, de quibus post chordarū relationē tractabimus. Et hæc quidem sunt quæ ligamēta uocanᵗ, quæ ēt secūdū usū & tactū neruosa existūt, & ab ossibus uenientia ad musculum uadūt, & fiunt fila ipsa & nerui in eo. Quod ergo est supra partē musculi uocatur caro. Et quod ab eo separatur & ad iūcturam uadit & membrum motum colligitur in seipso, & permutatur.

In hac

In hac parte Auic.notificat ipsam chordam ex parte suæ compositionis:& vult ꝙ ipse chordę secundum plurimum sunt compositę ex neruis.quia enim plus ingreditur de neruo in compōnem chordę q̃ de ligamento, ideo subiunxit Aui.in lr̃a ly secundū plm̄.Non ergo voluit dicere ꝙ chorda q̃n͂q; composita sit ex neruis,& hoc frequentius,et q̃n͂q; non,& hoc rarius.sed vt expositum est,qui.s.nerui tendunt ad musculum.& ab altera parte egrediuntur, supple ab ipso musculo.& vadunt ad obuiandum ligamentis, cum quibus postea se contorquendo vt supra dictum est constituūt chordā.Ideo subdit Aui.& supple compositæ sunt etiā chordæ ex corporibus de quibus tractabimus post relationem chordarum.s.in textu sequenti.Et hæc quidem corpora sūt illa quæ vocantur ligamenta, quæ etiam corpora dicta ligamenta,secundum visum & tactū existunt neruosa.i.neruis similia,et ipsa eadem veniētia ab ossibus a quibus oriūt vt dcm̄ est,vadunt ad musculum.i.versus musculum, supple ad obuiandum neruis,qui vt diximus cōstituto musculo exeunt ab ista parte ad obuiandum ligamentis vt nerui cum ligamentis,& ligamenta cum neruis se inuicem cōtorquendo constituunt chordam.Ideo subiungens modum huius constitutionis dixit Aui.& ipsa.s.ligamenta et nerui fiūt fila.i.scinduntur in partes subtiles sicut sunt fila: vt melius adinuicem contorqueri possint in eo.s.corpore,quod vocatur chorda constituendo.Et postea breuiter ostendit ex quibus constituatur musculus dicens,quod ergo est supra partem.s.aliam musculi.i.illud quod dominatur in musculo uocatur caro.& illud quod separatur ab eo.s.musculo & vadit ad iuncturam.& supple per quod membrum motū colligitur.i.contrahitur & permutatur:sup.a cōtractione.i.extenditur uocatur chorda.Totum hoc supra declaratum est.

Primo nota ꝙ aliqui volunt hunc textum quem de chordæ compōne exposuimus debere de musculi compositione exponi,quod ex pluribus declarāt.Primo quidem quia plures textus habent sic:qui quidem secundum plurimum cōpositi sunt &c.& tunc exponunt,qui.s.musculi sunt compositi &c.Secundo quia in textu dicitur.et fiunt fila ipsa & nerui in eo,quod exponunt sic.& ipsa.s.ligamēta & nerui fiūt, sup sicut fila in eo.s.musculo.Tertio cōcludunt idem, quia quod sequitur in tex.de musculo apertissime loquitur. Secundo nota.ꝙ ex prædictis potest haberi venas & arterias per substantiam musculi transeuntes nō esse partes musculi.nam licet musculus non possit conseruari absq; eis , non
Muscu lus qd? tamen sunt ipsæ dicendæ partes substantiam musculi integrantes,quod ex hoc satis probabiliter persuadetur. nā musculus dicitur instrumentum ordinatum ad sensum & motum vt supra patuit,modo venæ & arterię ad huiuscemodi non ordinantur ut clarum est. Tertio nota . ꝙ hæc sn̄ia capitur etiam a Gal.3.techni textu secundum expositionē Haly.9.tractatu de testiculis.secūdum vero expositionem Trusciani tex.57.& volo ponere textum traductionis secūdæ quia clarior est,vbi sic dicit Gal.Etiam musculus quidem est caro composita ex carne simplici prima & ex villis qui inuoluuntur.s.adinuicem sicut rete:& super quos cōponitur caro.s.replendo vacuitates. Et substantia quidem musculi propria non est nisi istæ duæ res.s.villi dicti et caro.Deinde addit.venę autem quæ continuantur cum eis.s.musculis non sunt eis nisi sicut rami & riui aquarum.s. deferentes nutrimentū.& ipsæ non sunt cōplentes subam eorū musculorꝫ:sed adiuuant ad hoc ut remaneat.s.suba dictorū musculorꝫ eis deferendo nutrimentū vt dcm̄ est.Hoc idē etiam colligitur ab eodem.Gal.primo interiorum.

Post eas autem sunt ligamenta quæ prædiximus,quæ etiam sunt corpora neruo sil'a. quorū quædam sunt quæ absolute ligamenta uocātur, & quędam sunt quæ nomine alahacab uel alcahab approprian̄t.id uero quod ad musculū extēditur non uocat̄ nisi ligamentū, & illud quidē

ad musculū nō extendit̄,sed tm̄ quod inter duo extrema ossiū iuncturæ continuat,aut inter alia mēbra & unā rē aliꝗ firmit̄ annectit̄, præter hoc ꝙ ligamentum uocatur.etiam q̃n͂q; nomine alahacab uel alcahab appropriantur.ligamentorū uero nullum sensum habuit ne propter motum multum et fricationem doleret,iuuamentū autē ligamenti ex eo quod pręmissum est perpendit̄.

In parte ista Auic.notificat ligamenta, dicens ipsa ligamenta esse corpora neruo similia.& ista dicuntur esse dupli- Ligamē tū qd,et ē duplx.
cia.Quædam.n.ab osse egredientia tendunt ad compositionē musculi, & hæc vocantur absolute ligamenta & nō vocantur alio nomine.Quędam vero dicuntur esse ligamēta non tendentia ad compositionem musculi,sed tantū modo coniungentia os cū osse,ipsaq; firmiter adinuicem cōnectentia.& hæc præter hoc quod appellant̄ ligamenta , appellantur etiā arabice alahacab vel alcahab,quod latine sonat membrorꝫ connexio.Et subdit Aui.ꝙ nullum ligamentorum habuit sensum,ne ꝑꝑ multū motum & fricationem accidentem sibi in motu iuncturarum doleret. Potest addi & alia ratio probabilis.nam cum ligamentum oriatur ab osse vt prædictum est,ossa autem terrestria sunt & præter dentes non sentientia,ideo consonum est ligamenta nō sentire.Iuuamentum autem ligamenti dicit Aui.ex prædictis patere. Sciendum quosdam credidisse non omne ligamētum carere sensu,sed solum ligamentum cōiunctionale.Ligamentum vero ingrediens compositionem musculi putāt sensum habere.Propterea ꝙ.4.cañ.fen quarta.trac.4.cap. primo in fine dicit Aui.& in vulneribus & in disruptionibus quæ adueniunt ligamētis nascentibus ex osse ad os nō est malum,& sufferunt vehementiorem curam.Ex quo dicto capiunt illi ꝙ in vulneribus & disruptionibus quę accidunt ligamentis tendentibus ad compositionem musculi est malum,& etiam ipsi minus curam recipiunt. Quod dicunt ipsi non accidere nisi propter sensum horum secundorum & propter carentiam sensus illorum,de quibus loquit̄ Auic.loco prætallegato.s.neruorum coniunctionalium.Idē etiam videtur innuere Gal.7.de ingenio sanitatis. Ad q̃s potest responderi ꝙ siue Aui.siue Gal.dicat ligamenta cōponentia musculum habere sensum,non intelligunt ꝙ ligamenta de se habeant sensum , sed ꝙ vt sunt coniuncta neruis in musculi compositione per quandam communicationem,& improprie dicunt̄ habere sensum. Ex quibus col- Ligamē torꝫ ne cessitas triplex.
ligi potest triplex cā necessitatis ingressus ligamenti in compositione musculi.Prima est vt chordam iuncturæ iungeret.Secunda est vt sensum chordę a neruo datum aliqualit̄ obtūderet.Tertia vero est vt illis carneis nimis valde mollibus soliditatem & sustentationem daret.

Et post ligamenta sunt arteriæ,quæ sunt corpora quæ a corde nascuntur,concaua , in longitudinem extensa,neruosa & in sui substantia ligamentalia, habentia motiones dilatando se & constringendo quæ ex quietibus discernuntur.

Notificat arterias.Primo ex ortu,forma cōpōne,et opōne.Secundo ex fine.secunda ibi[Quæ quidē.] Dicit.Primo ꝙ post ligamēta sunt arteriæ,q̃ sunt corpora &c. Sciē- Arteriæ notitia multi pliciter.
dum primo ꝙ Aui.notificat arterias multiplicit̄. Primo ex origine quia oriunt̄ a corde.Secūdo ex forma q̃a cōcauę in lōgitudinē ꝓtensæ. Tertio ex cōpōne,q̃a ex villis ligamētalibus & neruis vt earꝫ suba sit solidior & spissior ad spūs debite cōtinēdō & resistēdū motibus.Quarto ex opōne.dilatāt̄.n.& cōstrigūt̄,& isti motus ex q̃etibus discernūt̄. eo.n. ꝙ arteria aliq̃n ꝑcutit ꝯdigitū & aliq̃n desistit a percussione deide iterato redit ad ꝑcutiēdū cōphēdit̄ ꝙ mouet̄ dilatādo et cōstrigēdo.Prīo motu dilatatiōis siue diastolis. Scd̄o motu cōstrictiōis siue systolis,iō ex q̃etibus.i.cessatiōibus,a ꝑ-

cuſſione compræhēditur quod moueť dilatando & cōſtringendo. Sciendum ſecundo ꝙ tam in uenis pulſatilibus quæ dicuntur arteriæ: ꝗ̄ etiam in uenis nō pulſatilibus quę abſolute uenæ dicuntur ſunt poroſitates quædam. Veruntamen poroſitates arteriarum ſunt anguſtiores ꝗ̄ poroſitates venarum. hoc autem eſt propter plurimos ſpiritus, qui in ipſis arterijs continentur. Ideoq; dicuntur ipſæ arterię ſecundum quoſdam quaſi arctę viæ. Hoc autem intelligi habet quo ad prædictas tunicarum poroſitates. nam in eis ut patet in anatomia eſt notabilis concauitas. Sciendū tertio ꝙ ex pręſenti textu cum Aui. dicat in eo arterias eſſe corpora neruoſa. aliq accipere uoluerūt ipſas eſſe ſenſitiuas. Pro cuius dicti intelligentia aduerte ꝙ ſi uellemus ponere in eis eſſe ſenſum, oporteret ponere ipſum eē ualde obtuſum, qď arguitur ex plurima ligamentalis ſubſtantię permixtione, ut patet in textu. Veruntamen ſi quis uellet tenere ipſas arterias nullum habere ſenſum, facile poſſet ſoluere rationem tenentium oppoſitum. Nam poſſet dicere illum textum in quo Aui. dicit arterias eſſe corpora neruoſa eſſe exponēdū, i. corpora neruis ſimilia ex quo tex. poſtea non ſequeretur ipſas eſſe ſenſitiuas. Nam ut ſupra uiſum eſt etiam ligamenta dicta ſunt eſſe corpora neruis ſimilia, quę tamen ut patuit ſenſu carent. Poſſet etiam hoc idem ex eo quod ſequitur in textu. ſ. ipſas arterias eſſe corpora in ſui ſubſtantia ligamentalia, quod ſatis euidenter arguit eas carere ſenſu cum ligamenta ut dictum eſt, ſenſu careant.

Quæ quidē ad hoc fuerunt creatæ ut cor euentetur, & fumoſus uapor ab eo expellatur, & ſpiritus membris corporis diſtribuatur.

Notificat ipſas arterias ex fine. Sciendum autē ꝙ cor, ut infra uidebitur eſt membrum principaliſſimum, a quo uita & calor in toto dependet. Ideoq; quemadmodum dixit. Auer. 2. colliget. ipſum cor ſtat in corpore ad ſimilitudinem unius clibani ignis in domo, in quo corde ex ſanguine generatur ſpiritus uitalis, et ex ſanguine uenali fit ſanguis arterialis. Ex quo inſurgit cordi triplex neceſſitas. Prima eſt neceſſitas euentationis, ne ſuperincendatur & reſoluat ſpiritum. Secunda eſt neceſſitas mundificationis fumorum capinoſorum, qui per actionem caloris in humidum ſanguineum & adhuc membrale continue eleuantur: retenti autē calorem extinguerent. Tertia eſt neceſſitas tranſmiſſionis ſanguinis arterialis & ſpiritus uitalis ſuper toto, ut eis membra conſeruentur. Primę neceſſitati ſatisfaciunt arterię per diaſtolem & ſyſtolem, recipiendo per diaſtolem aerem frigidum a pulmone & ab extra. & per conſtrictionem dum dilatatur cor ipſum in cor pellendo. Et ſecundæ ſimiliter. Dum enim conſtringitur cor dilatantur arterię & recipiunt aerem calidum a corde, & fumum quem pellunt ad pulmonem. Similiter tertiæ. Dum enim dilatantur recipiunt a corde ſanguinem, & ſpiritum quem poſtea per cōſtrictionem ad membra diſtribuunt.

Cordis neceſſitas triplex.

Poſt ſunt uenę quę arterijs ſiľes exñt, ſed ſunt ab hepate & ſunt quiete, quæ quidem fuerunt creatæ ad hoc ut ſanguis membris quæ ſunt in corpore partiatur.

Sciendum quod hic uenas notificat. Primo ex forma quia ſimiles ſunt arterijs. Secundo ex ortu quia ab hepate oriūť. Tertio ex operatione quia quietæ ſunt & propter hoc differunt ab arterijs: quia arterię mouentur. Quarto ex fine ut ſanguinem partiantur. i. diſtribuant membris. Ideo uenā deſcripſit Conciliator dĩa. 47. ꝙ uena eſt corpus panniculare licet magis ꝓprie ligamentale, longum concauum, unica tunica conſtitutum, ſanguis & ſpiritus naturalis pro nutricatione contentiuum. Ex quibus comprehenditur multiplex differentia inter uenā & arteriā. Primo quia uena ſecundum plurimum unica contineť tunica: arteria uero duabus. Dico ſecundum plurimum propter arteriam uenalem & uenam arterialem. Secundo quia uena quieta & arteria mobilis exiſtit. Tertio quia uena plus continet de ſanguine & minus de ſpū, arteria ecōtra. Quarto quia ſecundū medicos arterię oriuntur a corde, & uenę ab hepate. Pōt addi & quinta dĩa quæ ſupra dicta eſt. ſ. quia arterię hñt poroſitates tunicarum ſuarum anguſtiores uenæ: autem latiores.

Venæ multiplex notificatio.

Deinde ſunt pāniculi qui ſunt corꝑa de filis neruoſis non ſenſu ꝑceptis texta, quoꝝ ſpiſſitudo tenuis exiſtit, dilatata aliorum corporū ſuꝑficies cooperientia & cōtinētia ea ꝑꝑ iuuamenta.

Notificat panniculos. Primo ea parte formæ & eorū cōpoſitionis. Secūdo ex fine ibi Ex quibus. ⁋Prima pars patet. Dicunt autem quidā panniculum eſſe duplicem. quidam tantum a natura ordinatus ad tegendum membrum & ipſum defenſandum. quidam uero habet non ſolum hoc facere, ſed etiam ſenſum dare. Primus eſt ligamentalis. Secundus uero nerueus, & de hoc eſt ſermo hic.

Pāniculus duplex.

Ex quibus eſt ut ſummā coꝝ in ſua figura & factura cuſtodiant. Et ex eis eſt, ut ea ab alijs corporibus ſuſpendāt & eis annectāt mediantibus neruo & ligamento qua fila facta fuerūt ex quibus texti fuerunt ſicut renes dorſo. Et ex eis eſt ut membra ſecundum ſui ſubſtantiā ſenſum nō habentia ꝑ ipſos habeāt ſuperficiem ſui eſſentia ſentientem, quæ illud qđ ei occurrit ſentit, & accidētalř ſentit qđ in corpore accidit quod in eis inuolutum eſt. Et hæc quidem mēbra ſunt ſicut pulmo, hepar, ſplen, & renes. hæc. n. ſua ſubſtantia nullo mō ſentiunt, ſed neq; ſentit illud quod in eis percuſſionem facit, niſi quod de panniculis ſuper ea exiſtit. Cūq; in eis acciditu entus aut apoſtema ſentitur. Sed uentum ſentit panniculus accidentaliter propter extenſionem quæ cōtingit in ipſo. Apoſtema uero ſentit principium panniculi ex eius appenſione accidentalř, ideo quòd membrū apoſtematis grauitate laxatur.

Notificat nunc conſequenter Aui. ipſos panniculos ex triplici fine uel iuuamento. Primum eſt ut ſummam. i. molē ſubſtantiæ membrorum pręcipue mollium, ſicut eſt caro hepatis et ſplenis conſeruet in ſua figura, niſi enim talia mēbra panniculo inuoluerentur fluxibilitate ſua in debita figura non permanerent. Secundum eſt ut mediantibus neruo & ligamento quæ fuerint facta fila, ex quibus poſtea fuit ſubtiliſſime contexta ſubſtantia panniculi, ſuſpendāt & annectant membrum unum alteri membro ut eo ſuſtentetur ſicut ren annectitur dorſo per hunc panniculum ſuſpendentem. Tertium eſt ut membra quæ ſecundum ſuam ſubſtātiam ſenſum nō habene cooperiantur ſuperficie ſenſum habente, ut poſſit nocitiua iuuatiua percipere. & per hunc panniculum ſentiunt mēbra aliqua per ſe & aliqua per accñs; ut ſtatim declarabiť. Sciendū primo ꝙ mēbrū ſentiens per ſubſtantiā ſuā eſt mēbrū hñs in ſe cōplonē qui eſt conueniens inſtrm̄ ſenſus. Ecōtra uero ſecundū ſubam ſenſum nō ſentiēs eſt ꝙ nō habet cōplonē talē. Exēplū primi: ſicut pāniculus tangens aut ſuſpendēs hepar aut ſplenē &c. Exēplū ſecūdi, ut caro hepatis ſplenis &c. Scđo nota. ꝙ illud qđ imediate occurrit pāniculo, gřa exēpli, tegenti hepar ſi fuerit ſubiue & mãř ipreſſiuū ſentiť ab eo per ſe, quia per impreſſionē factā in organo ſenſus. Illud uero qđ eſt in carnoſitate hepatis ſentitur ab illo panniculo per accidēs. v. g.

ventroſitas

ventoſitas aut apa. Ventoſitas.n.in carnoſitate hepatis exiſtens extendendo totam carnoſitatem extendit pãniculum. ad extenſionem vero ſequitur dolor extenſiuus, cuius doloris cauſa per accñs obiectiua eſt veotoſitas. Primo qa mediata. Secundo quia non per ꝓpriam impreſſionem q̃ per ſe efficit in panniculũ. Similiter apa exñs in carnoſitate hepatis ſentitur per accñs a pãniculo. non.n.ſentitur per impreſſionem ꝓpriam, ſed quia grauitate ꝓpriam trahendo inferius trahit & extendit panniculum ſuſpendentem hepar vñ cãtur dolor aggrauatiuus. Paũt ergo pulmo: hepar, & hmõi membra dolorem extenſiuũ per pãniculum inuoluentẽ, & dolorem aggrauatiuum per panniculum ſuſpendentem.

Poſtea eſt caro quæ eſt locorũ uacuorũ impletio, quę in horũ membrorum ſitu in corpore exiſtunt, & ipſorum fortitudo qua ſuſtentantur.

Notificat carnem ſimul ex ſitu & iuuamento. Eſt.n.caro locoꝝ vacuoꝝ repletio, quia replet ſpaciũ cadens inter ſpermatica membra. Propter quod bñ dixit Ariſt. 2. de gñone animalium. 4. cap. ꝙ natura operaĩ ſicut bonus pictor primo lineando &c. Et per carnem intelligere poſſumus lacertoſam & glandoſam, & forte etiam pinguedinẽ dedit intelligere, q̃ dñt tñ quidã inter mẽbra et veras partes aĩatas cõputãdã nõ eſſe. Nõ ſolũ autẽ iuuamentũ facit caro replẽdo, ſed etiã ſuſtẽtat mẽbra iſta & aliq̃ mõ cõſtare facit. Et hoc intellexit dũ dixit, & ipſoꝝ fortitudo qua ſuſtentantur.

Ariſto.

Caro qd, & ẽ duplex.

In uno quoq; uero mẽbro eſt uirtus naturalis qua ei res nutrimenti cõpletur. Et hoc quidẽ eſt nutrimentum attrahere & retinere, & aſſimilare & unire & ſuperfluitatem expellere.

Ponit diuerſitatẽ mẽbroꝝ ſumptã ex parte virtutũ eoꝝ. Præmittendo primo uirtutẽ in qua mẽbra oĩa cõicant. Secundo ponit in quibus diuerſificantᷓ. ſecunda ibi ⌊ Et poſt hæc quidem. ⌉ Dicit primo oĩa mẽbra in hoc conuenire ꝙ in unoquoq; ipſorum reperitur uirtus naturalis qua ſibi cõpletur res nutrimenti mẽbroꝝ per attrahere retinere & aſſimilare unire, & ſuperfluitatem expellere. Sciendũ primo ꝙ hęc uirtus cuilibet mẽbro naturalis eſt. Primo quia conueniens, per uirtutem intelligamus uirtutem principaliter dictã quę eſt aĩa, ſiue tẽperamentũ ſuũ, aut qualitatẽ aĩæ cum tẽperamẽto quo opaĩ aĩa ſupradicta, ut iã nõnulli crediderunt. ponentes uirtutes eſſe potentias uel ꝓprietates in anima fundatas quę per inſtrã diuerſa nobis manifeſtãtur dũ in operationes exeunt. Secundo naturalis quia operatiua ſine cognitione ut patet diſcurrendo per oẽs actus enumeratos. Ex quo notato ſolui pñt duę qõnes. Prima eſt, utrũ virtutes ab inuicem diſtinguanᷓ. Secunda eſt, vtrum virtutes diſtinguantur ab aĩa. Poteſt etiam oriri diſtinctio cõiter poſita de appetitu. ſ. ꝙ quidam eſt appetitus naturalis: & quidã aĩalis. Naturalis dĩ ſine pręcedente cognitione, factus. Animalis vero econtra, vt patet. Sciendum ſecũdo virtutem naturalem eſſe duplicẽ: Quædã cõis quæ pro toto operaĩ & circa oĩm cõe, vt digeſtiua chyli in hepate ſanguinis in corde &c. Quædã ꝓpria, quia pro determinato membro & circa appropriatum oĩm operatiue vt digeſtiua & retentiua oſſis &c. In ꝓpoſito vero eſt ſermo de ꝓpria. notũ eſt.n.non eſſe in vnoquoq; mẽbro quatuor virtutes cões quibus ꝓ toto res nutrimenti cõpleĩ. Et hoc notauit Aui. qñ dixit. qua ei &c. quia ipſimet membro res nutrimenti cõpletur iſtis. Sciendũ tertio vt dñt quidã. A. tãgit hic triplicẽ actũ virtutis nutritiuæ. ſ. appõnem quæ perficiĩ ſimul per operationem virtutis attractiuæ & retentiuæ. attractio. n. nutrimenti diſtantis a poroſitatibus cõibus ad ꝓprias mẽbri, & retentio perficit appõnem vnio vero per digeſtionem perficitur. aſſimilatio vero fit poſtea per virtutẽ nutritiuã agentẽ in humidũ iã aĩatum & mẽbro aſſimilãdo in accñtibus &c. Et quia in tali digõne remanet aliquod ſuperfluum quod neceſſarium eſt expelli: ideo neceſſariũ eſt eſſe in membro virtutem expulſiuam. Alij per aſſimilare intelligunt digerere. virtus.n.digeſtiua aſſimilatiua vocari poteſt, ꝓ quanto ducit nutrimentum verſus ſimilitudinem membri. Et tunc explicat actum virtutis nutritiuæ cui quatuor operationes virtutũ miniſtrantiũ ſubſeruiunt, attractiua retentiua: aſſimilatiua. i. digeſtiua operatio, et expulſiua. Alij dicunt ꝙ per rem nutrimenti intelligi debet actus nutricationis qui integratur ex tribus actibus. appõne, quæ attractione & retentione perficitur vt dictum eſt, aſſimilatione & vnione cui ſubſeruit expulſio ſuperfluitatum remanentium. Contra quia tunc eadem virtus eſſet miniſtrãs et miniſtrata contra Auic. infra arguitur conſequentia, quia iſti tres actus miniſtrant nutricationi, vel ſaltem aliquis eorum qui eſt digeſtio & quilibet talis eſt miniſtrans ꝓ quãto eſt actus nutritiuæ. igitur &c. Pro iſto poteſt dici primo ꝙ non omnis digeſtiua eſt miniſtrans, ſed ſolum communis. Aliter ꝙ non repugnat eandem operationem totalem; & virtutem ſecundum diuerſos actus miniſtrantem & miniſtratam eſſe. eadem.n.nutritiua virtus ſecundum actũ appoſitionis ſibi miniſtrat quantum ad actum vnionis & aſſimilationis. Sed de hoc plus infra.

Appetitus duplex.

Virtus nãlis duplex.

Virtutis nutritiuę actus triplex.

Aſſilare quid.

Et poſt hæc quidẽ mẽbra diuerſificanᷓ. Sunt n. eorũ quædã quæ pręter, hãc uirtutẽ inſup aliã uirtutẽ hñt quę ab eis ad aliud ꝓcedit. Et quędã ſunt eorũ quæ hoc nõ hñt. Alr quædã eorũ ſunt quæ pręter hanc uirtutẽ inſuper uirtutẽ hñt quę eis ab alio influit & ſunt eorũ quædã quæ non.

Diuidit membra ſecũdum diuiſionem ſumptam ex parte virtutum communium. Et primo præmittit diuiſionem quandam confuſam. Ex qua ſecundo infert diſtinctionem euidentiorem. Tertio diſcurrit per membra iſtius diuiſionis. ſecunda ibi ⌊ Cum igiĩ compoſitio. ⌉ tertia ibi ⌊ De mẽbri autem. ⌉ Dicit primo ꝙ membrorum noſtri corporis quatuor diuerſitates reperiuntur. quædam ſunt quæ pręter hãc virtutem in præcedenti particula tactam habent virtutem quę ab eis procedit ad aliud, quia. ſ. influunt virtutem alijs. quædam vero non habent talem virtutem. Et iterum quædam ſunt quæ recipiunt uirtutem uel influxum ab alijs membris. quædam vero non.

Mẽbrorũ hoĩs diuerſitas quadruplex

Cũ ergo cõpõ fiet ſequetur ꝙ eſt mẽbrũ ſuſcipiens & tribuens, & mẽbrum tribuens & nõ ſuſcipiens, & mẽbrum ſuſcipiens & non tribuens & membrum neq; ſuſcipiens neq; tribuens.

Dicit quòd ex his membris adinuicem combinatis ſequitur hæc membrorum diuiſio, ſcilicet quoddam eſt mẽbrum ſuſcipiens & tribuens, quoddam ſuſcipiens & nõ tribuens, & quoddam tribuens & non ſuſcipiens, quoddam non ſuſcipiens nec tribuens.

De membri autem tribuentis & ſuſcipientis inuentione non dubitamus. In cerebro nanq; et hepate omnes conuenerunt medici, ꝙ unũqdq; eorum uirtutem uitæ ſuſcepit & calorẽ naturalẽ & ſpm̃ a corde, & unũquodq; eoꝝ principium habet uirtutis quã alijs tribuit. Sed cerebrũ quidem præbet ſenſum ſecundum quoſdã abſolute, & ſecundũ quoſdã non abſolute. Et hepar eſt principium nutrimenti ſecundũ quoſdã abſolute, & ſecundum quoſdam non abſolute.

Declarat membra diuiſionis. Et primo prima duo I quibus non eſt ambiguitas. Secũdo reliqua in quibus apparet maior diſcordia. ſecũda ibi ⌊ De alijs vero. ⌉ Primo primũ. Secundo ſecundum. ſecunda ibi ⌊ De mẽbri autẽ. ⌉ Dicit primo ꝙ non eſt dubium inuenıri mẽbrũ tribuens & ſuſci-

piens.oēs.n.medici conueniunt ꝙ cerebrum & hepar à corde recipiunt uirtutē uitæ & spm̄ & calorem naturalem, & tamen unūquodq; illoꝝ est principiū uirtutis q̄ꝫ alteri mēbro tribuit.s.cerebrum animalis, & hepar naturalis, licet quosdam.s.Gal.& Pla.cerebrum sit principium præbens sensum absolute, et secundum quosdā nō absolute, quia nō principale subm.& hepar est principium nutrimenti secundum Gal.absolute, secundum Aristo. non absolute. Primo nota ꝙ isti tres termini in lr̄a positi ab Aui. s.uirtus uitę calor naturalis, & spūs idem fere important, licet secūdum uarias denoiationes sic noientur. Dicit̄.n.uirtus uitæ ꝓ q̄to ipso tanq̄ instr̄o opōnes uitæ perficiuntur. Dr̄ calor naturalis pro quanto ipso uel eius pn̄tia in membris, membra in suo esse naturali conseruant̄. Dr̄ autem spūs pro quanto est corpus quoddam uaporosum. Secundo nota ꝙ duplicit̄ imaginari possumus cerebrum & hepar uirtutem uitæ calorem naturalem & spm̄ suscipere a corde. Primo quidem quia cor prius generatur q̄ hepar aut cerebrum, dicente. A. tertio huius fen. 11.tract.1.cap̄.8.sic & ueritas quidem est ꝙ primum membrum qđ creatur est cor.exponitur aut̄ creatur.i.gn̄atur.cum ergo ipsum cor primo generet̄ influit deinde spm̄ uitalem cerebro & hepati quo spiritu uitam suscipiunt.Secundo uero possumus imaginari ꝙ ipse spiritus gignitiuus seu uirtus gignitiua mediāte spiritu gignitiuo ex materia proportionali generationis cerebri generat spiritū uitalem in cerebro, & similiter ex materia proportionali generationis hepatis generat spiritum uitalem in hepate. Qualitercūq; tamen sit imaginandum est ꝙ si per pose cōtinue maneret talis spiritus ita intersecaretur ꝙ non foret necessarius cordis influxus, ut colligitur primo interiorum. Ex quo patet ꝙ quocunq; prædictorum modoꝝ adueniat primo spiritus uitalis in cerebro siue in hepate influxus continuus spirituum a corde ad prædicta membra est maxime necessarius propter restaurationem eius quod continue deperditur. Ex quo etiam notato tanquam optimo fundamēto solui possunt difficultates q̄ꝫplurimæ circa hanc materiam cōtingentes. Tertio propter illa uerba Auic. posita in pn̄ti textu.s.secundum quosdam absolute, & secundū quosdam non absolute &c. Nota inter philosophos & medicos est discrepantia de principatu cerebri & hepatis. Volunt.n.philosophi ꝙ licet cerebrum dicatur esse principiū sensus & motus.non tamen dr̄ esse primū principiū taliū opōnum. ponunt.n.cerebrū operari uelut quidam cordis uicarius, et in uirtute cordis. Sil'rq; dicunt de hepate tenendum esse respectu operationum quas exercet. Medici autem ponunt econtra. Volunt.n.cerebrum esse primum principium sensus & motus, non autem operare in uirtute cordis, neq; ut cordis uicarius. Similiterq; de hepate suo modo dicūt.de his tn̄ infra etiam dicetur. Quarto, quia Aui.dicit in lr̄a hepar esse principium nutrimēti. Nota ꝙ dupliciter possumus hoc imaginari secundum ꝙ dupliciter sumitur in nutrimentū. Primo.n.per nutrimētum possumus intelligere materiam mediatam nutricationis, cuiusmodi est solus sanguis secundum tenentes solum sanguinē nutrire, aut alij humores permixti sanguini, secundum tenentes nutrienda membra secūdum uarias eorum cōplexiones uaria requirere nutrimēta. Verum qualitercunq; sumatur satis est pro nūc ꝙ illius sanguinis siue illo humorum hepar est principium effectiuum. Secundo uero per nutrimentum possumus intelligere nutricationem uel actum nutriendi membroꝝ oium transmutando.s.sanguinem in humiditates secundas, & conuertendo tn̄ in subām membri quæ opō etiā fit uirtute hepatis transmittentis spm̄ nālē ad singula mēbra. Sic ergo patet ꝙ quocūq; dictoꝝ modoꝝ sumat̄ nutrimentū, dictū Auic. est uerū. Magis tn̄ ꝓprie est itelligēdū sumēdo secūdo mō.

Virtus uitę q̄d: et calor naturalis & spūs.

Cerebꝝ an pricipalius hepate.

Nutrimtum duplex.

De mēbri autem suscipiētis & non tribuentis inuentione non dubitamus, sicut caro est quæ sentiendi uirtutem & uitæ suscipit, & non est alicuius uirtutis principiū quā alij mō tribuat.

Declarat secundum dicens non esse dubiū inueniri mēbrum recipiens & non tribuens, sicut est caro quæ a corde & cerebro suscipit uirtutē vite sensus, & tn̄ ipsa non est principium uirtutis alicuius q̄ꝫ influat alteri. Nota ꝙ licet caro alterando os & neruum sit cā ꝙ os & neruus habeant temperamentum tale quale non hn̄ent non contra operante carne. quia tn̄ caro non transmittit ossi uel neruo spm̄ aliquem cuius ipsa sit principium, non dicimus carnem tribuere ossi vel neruo virtutem aliquam.

De alijs uero duabus diuisionis partibus in una earum medici a magno philosophorum diuersificati sunt. Philosophorum nanq; magnus dixit ꝙ membrum tribuens et non recipiens est cor. ipsum enim est omnium uirtutum prima radix, & omnibus alijs membris suas tribuit uirtutes quibus nutriuntur & uiuunt, & quibus cōpræhendunt & quibus mouentur.

Pertractat duo vltima membra diuisionis positæ. Et primo primum. Secundo secundum. secunda ibi ⌊Postea in aliis.⌉ Primo declarat pōnem philosophi in hoc. Secundo medicorum. Tertio comparat istas pōnes adinuicem. secūda ibi⌊ Medici autem.⌉ tertia ibi⌊ Et philosophi.⌉ Dicit primo ꝙ in vna de vltimis diuisionibus.i. vltimis mēbris diuisionis medici sunt diuersificati a magno philosophorū. s.ab Arist. Dixit.n.magnus philosophorum ꝙ in nobis reperitur mēbrum tribuens & non suscipiens & illud est cor: quoniam cor omnium uirtutum est prima radix, & omnibus alijs membris influit siue tribuit virtutes suas quibus nutriuntur.i. naturales. & viuunt.i. vitales quibus appręhendunt.i.animales cognoscitiuas & motiuas. Sciendum ꝙ secundum sententiam Arist.2.de generatione animaliū & alibi vbicunq; de corde loquitur. Cor est principale omnium uirtutū principiū. Et ad hoc adduxit plura probabilia motiua. Primum, quia in oī multitudine bn̄ ordinata oportet reperiri vnū principium, & tale non est nisi cor. Secūdo signis, quia primo ꝙ viuit & vltimo morit̄ est cor. Tertio: quia oēs operationes nr̄æ perficiuntur per spm̄ & calorē cuius cor est principium & fons. igitur &c. Et si contra arguit̄, quia cor ab hepate recipit sanguinē, & a cerebro spm̄ aialem. Dicerent ꝙ nec hepar: nec cerebrū mandat cordi nisi illud quod facit virtute cordis, nec remandat virtute ꝓpria. Sciendum secundo ꝙ idē philosophus voluit tm̄ vnam in nobis esse aīam cuius principalissimū organū est cor, a quo dependent oīa alia mēbra in suis operationibus. Et ꝙ spiritus vitalis quem cor in omnibus membris distribuit est generale instr̄m oīum operationum, licet cū eo cōcurrāt alij spiritus membrorum complexiones. Cor igitur est tribuens & nullius alterius virtutem suscipiens.

Aristo.ē magnus philosophorū.

Cor cur pricipiū mēbrorum.

Medici autē & quidā primorū philosophoꝝ has uirtutes in mēbris partiti sunt & non dixerunt ꝙ sit mēbrum tribuens & non suscipiens,

Declat pōnē medicoꝝ dicens ꝙ medici, vt Ga. & eū sequentes, & quidā primoꝝ philosophoꝝ.s. Pla. partiti sunt istas virtutes ī mēbris dicētes nullū eē mēbꝝ tribuēs & nō suscipiens. Sciendū ꝙ Pla. & Gal. sequens eū ex intētione posuerunt in nobis tres alias nālē.s. vitalē, siue cōcupiscibilē & intellectiuā. Primā dixerūt eē ī hepē. Scđam in corde. Tertiā ī cerebro. Qđ aūt ad hoc eos mouere potuit vr̄ eē, q̄a disticta gn̄a opōnū reqrūt dsticłas virtutes secundū spēm vel genus, sed nos distictas opōnes gn̄e ī nobis percipimus. ergo opꝫ vt virtutes & ꝓamēta sint disticta, & cōseq̄nter qđ in nobis alia gn̄e vel spē erit aīa cordis alia hepatis, & alia cerebri, & sic in nobis erunt tria membra principalia quę sunt istarum trium aīarū organa. Et cōsequēter dicebāt ꝙ licet cor sit primū principiū in virtute & opōne vitali, non tn̄ in oībus alijs, sed in aīali cerebrū & in naturali hepar. Et ꝙ sicut q̄ ad operationes vitales pēdet cerebrū a corde,

a corde sita cor a cerebro quo ad animales. Et ita de hepate respectu cordis & cerebri. Et pro isto adducebat Gal. experimentum in libello de virtutibus dispensantibus nrm corpus quia experimento cōpertum est læso cerebro lædi virtutes animales: læso corde vitales, & læso hepate naturales. Partitæ ergo sunt virtutes & pricipatus in tria membra & sic non posuerunt esse membrum tribuens & non suscipiens. Ad hanc autem positionem sequitur nullum aīal esse vere vnum per vnam formam. Sed qualiter suasiones suæ & aliæ positæ a Gal. concludant, videbitur in quæstione.

Virtutū corporis hūani ptitio.

Et philosophi quidē sermo cum subtilit certificat est ueracior, sed medicorum sermo in primis cum attenditur est magis manifestus.

Comparat dicens ꝙ sermo philosophi cum subtilit certificat est veracior, quia super vera ratione metaphysica et physica fundatur, quia. s. in oi multitudine &c. & ꝙ animal quodlibet perfectū est vere vnū cōpositū naturale &c. cuius oppositum sequit ad pōnem Platonis et Gal. Sed sermo medicorum prima fronte est manifestior, quia rei manifestiori. s. sensui & experimento innititur, vt tactum est.

Postea in alia diuisionis parte diuersificati sunt medici inter se & philosophi inter se. Vna n. secta dixit ꝙ ossa & caro non sentientia et eorum similia non perdurant nisi per uirtutes proprias quæ sunt in eis quæ non ab aliis principiis eis influxerunt, sed per illas uirtutes cum nutrimentum eis transmittitur sibi sufficiunt, & neq ipsa alij rei uirtutem tribuunt, neq etiam aliud mēbrum eis aliā tribuit uirtutē. Alia uero secta dixit ꝙ uirtutes istæ nō sunt eis propriæ, sed ab hepate et corde in gñonis principio eis influxerunt & in eis quiete permanserunt.

Pertractat illud membrum diuisionis dicens, ꝙ in alia diuisionis parte. s. de membro non influente nec suscipiēte, medici & philosophi inter se diuersificati sunt. Quidā. n. posuerunt carnem & ossa nō sentientia, quod additur propter dentes qui sentiunt. hñt. n. virtutes eis innatas quas a gñonis principio receperunt, & illæ a nullo membro eis influxerunt, per quas illa membra perficiunt operationem circa nutrimentum quando eis apponitur. Alij uero posuerunt ꝙ illæ virtutes ab hepate et corde a principio generationis eis influxerunt, & in eis quiete permanserunt. Sciendum ꝙ ista secunda positio & prima differunt. Prima ponit ꝙ os sine aliquo influxu & dependentia ab aliquo principali pōt in operationem, suā ita ꝙ ad hoc ꝙ assimilet & digerat nutrimentum non requiritur aliquis influxus, sed sibi sufficit complexio innata contracta a principio generationis & sibi data a generante, scilicet spermate. Secunda vero vult ꝙ recipit influxum & pendet ab hepate. Dixit autē. & quiete permanserunt. ad drīam virtutis animalis quæ nō sicut naturalis manet in membro quieta, vt videbit in qōne. Itē differunt, quia prima pō ponit ꝙ virtus ossis & carnositatis data est sibi a principio generationis non ab aliquo principali membro sed a generante, secunda vero econtra.

Medico tñ non attinet ut in sequendo demōstratiua procedat argumentatione, unde de his duabus diuersitatibus ad ueritatem exitus proueniat, neq patet ei semita ad hoc inquantū est medicus: neq hoc ipsum aliqua suarum perscrutationum & suarum actionum impedit.

Oñdit qualiter medicus debet se hre in hac discordia. Et primo quid in istis duabus discordijs nō debet medicus perscrutari. Secundo quid circa vnāquāq sit tenendū. secunda ib. [Debet autem credere.] Dicit primo quod ad medicum non pertinet vt procedat demonstratiua argumentatione in sequendo. idest inquirendo vnum proueniat exitus ad veritatem de istis duabus diuersitatibus. quod patet primo quia ei inquantum est medicus nō patet semita ad hoc. secundo. quia hoc non impedit medicum in aliqua suarum perscrutationum &c. Sciendū primo ꝙ in prima discordia medicus non habet semitam ad veritatem inuestigandam. In illa. n. oportet tenendo opinionem Arist. assumere ꝓpositiones metaphylicas & etiam physicas, vt supra ostēsum est. Tenendo etiam positionem Platonis & Gal. ipse fūdat se super ꝓpositionibus non medicinalibus, vt ꝙ distincta genera operationum arguant distincta genera tēperamētorum virtutum &c. quę ꝓpōnes ꝓculdubio ad superiorē pertinet artificem. Si igit Aui. 21. tertij. aut Ga. in suis libris inuestigauerunt ueritatē huius, hoc nō fecerunt inqtum medici. In secunda etiam diuersitate patet non esse considerationem medicinalem, in qua inquirit utrum caro et ossa nō sentientia sunt ꝓducta a gñante cum complexione, quæ se in esse conseruare pñt, aut istā complexionem habuerint ab hepate. Hæc. n. inuestigatio pertinet ad philosophum naturalem. Contra primum. Primo est snia Auer. 2. colliget. ponentis hanc perscrutationem esse multum necessariā medico. Secundo quia non comprehensa veritate in prima discordia ignoratur locus ubi sit ægritudo, & sic nescitur an cordi uel cerebro sint applicanda remedia, & tangitur hoc. 3. interiorum. ultimo cap. Pro isto dicitur ꝙ quæcunq istarum oppinionum teneatur eidem & eodem modo sunt applicanda remedia. Si. n. ponatur opinio Arist. licet cor ponatur primum & radicale principium sensus & motus, nō tamē est eius nisi principium uniuersale, nec per ipsum eius membrum posset in operationes sensus & motus, nisi determinaretur ad has per cerebrum & spiritum cerebri. Ideo cerebrum cum spiritu eius & temperamento concurrit ad illas propositiones, ut particulare agens limitans uniuersale limitata ergo & distincta læsio operationum aialiū ostendit læsionem in eo quod est non sicut uniuersalis, sed sicut particularis & distincta causa, & per consequens eidē est succurendum & non cordi. & ita in ægritudinibus proprijs lædentibus sensum & motum. proprie cerebro & nō cordi sunt applicanda remedia. Contra. quia secundum opi. Aristo. confert immo debitum est etiam remedia applicare cordi. quia confortato principali uigoratur etiam secūdarum, sed secundum opi. Gal. non exquo cerebrum est primum principium in operatione sensus & motus. ergo non eodem modo &c. Dicendum ꝙ quantūcunq poneretur cerebrū secundū Gal. in sensu & motu primum principiū & hepar in opōne naturali, qdlibet tñ istorum a corde aliquo mō habet dependentiā. cuius signum quia nullū ab illo absolui pōt. præsupponit igit uirtus & aīa cerebri aīam & uirtutem uitalem & naturalē, & ita illis & earum organis melius dispositis, melius disponit cerebrū, & cōsequent sensus & motus & si sic cōfert in ægritudine sensus & motus lesi, ua cor bñ disponere. Ad argumētū p3 solo. Pro auctoritate Auer. dic ꝙ in hoc fuit aduersarius Aui. & nō bñ dixit. Vel dic ꝙ ista inquisitio est necessaria, facit. n. te cognoscere an hepar sit solū pricipiū sanguis, eo mō quo stōs chyli: an etiā ultra hoc habeat principiū in uirtute nāli. Nota tñ. A. fuisse in hoc fere ab oībus alijs philosophis diuersum; eo ꝙ uoluit ipse cholcodeā esse cām imediatā in ꝓductione uirtutū mēbrorum, ut in naturalibus magis habet uideri.

Auer.

Gal.

Debet autē scire & credere in diuersitate prima ꝙ non est ei curandum, utrum cor sit principium sentiēdi & motionis cerebro & uirtus nutrientis hepati aut non sit. Cerebrum nanq siue per se siue post cor habeat principium animalium actionum existit comparatione aliorum mēbrorum. Et hepar silr actionū naturaliū nutrientiū principiū existit aliorū mēbro. cōpōne.

Ostēdit quid circa utrūq; sit tenendū. Et primo circa primam. Secundo circa secundam. secunda ibi ⌊Et de alia.⌉ Prima patet. Pro cuius tñ ampliori declaratione primo nota φ non fuit intentio Aui. medicū nullo mō debere scire cor esse primū principium. nā hoc debet scire medicus: qm̄ ignorantia huius impedire posset in certo casu rectā curam. Debet ergo medicus hoc scire, pręsupponendo. s. non autē uia demonstratiua ,pbando neq; hoc inuestigando, eo quia huiusmodi inuestigatio pertinet ad superiorem artificē quia ad philosophum. Secundo nota φ ideo dixit Aui. in lr̄a, φ non debet curare medicus multū diligent' inuestigare, an cerebrum habeat a corde an seipso φ sit principium aīalium actionū. similiterq; naturalium nutrimentū. Nam qūocunq; sit non debet diuersificari opīo medici in cognoscēda et curāda ęgritudīe. siue. n. cerebrū a se, siue a corde habeat pricipatū in sensu & motu, satis est medico φ nocumētum in cerebro est cā læsionis hmōi opōnum. Sed posset aliquis obijcere, quoniam nocumentum in corde est etiā cā læsionis huiuscemodi opōnum. s. sensus & motus, ut patet in syncopi. Ad quod pōt dici quod istud uerū est. hęc tñ est dr̄ia. Nā ex nocumento cordis lædunur oēs operationes tā naturales q̄ aīales &c. Verum ex nocumento cerebri non necessario accidit hoc, sed solum ut dictum est. Et ideo cōpręhendi potest cerebrum fore tāq̄ particulare principiū cor autem tanquā vl'e. Tertio nota φ ubi Auicē. dicit in lr̄a cerebrum esse principium aīalium actionum comparatione alioꝝ mēbroꝝ, ly alioꝝ mēbroꝝ pōt exponi duplicit'. Primo quidem aliorum membroꝝ. s. a corde et cerebro. Et hæc expositio uidetur satis consona lr̄ę. nā immediate ante locutus est Auic. de corde et de cerebro. Idem nunc uidetur excludere membra alia ab eis de quibus fecit mentionem. Et hāc expositionem etiam magis acceptarent philosophi. Secundo uero potest exponi cerebrū esse principium actionum aīalium comparatione. s. oīum membrorum aliorum a cerebro. Et hæc expō magis placeret medicis. nā ipsi nō haberent ,p inconuenienti cor dependentiam quandam habere a cerebro in operationibus aīalibus. Et per oīa applices mō debito hanc duplicem expōnem ad ly aliorum mēbrorum cōparatione dum parum infra Auic. dicit φ hepar est principium actionum naturalium nutrientium cōparatione aliorum membrorum. Quarto nota φ notant' dixit Aui. in lr̄a: hepar esse principium actionum naturalium nutrientium. Nam ut infra uidebitur doctrina sexta huius primę sen cap̄. 1. Virtus naturalis ponitur esse duplex. Vna est ministrans in re nutrimenti. & huius sedes & opōnum ipsius processus est hepar, & hæc est illa quæ uocatur naturalis nutriens, de qua etiam in præsenti lectione loquitur. A. Altera uero uirtus naturalis est ministrās in re gn̄onis & huius habitatio & ipsius operationum prouentus sunt testiculi. & de hac naturali non loquitur hic Auicē.

Virtus natural' duplex.

Et de alia quidem diuersitate debet scire & credere φ non esset ei curandum utrum uirtus naturalis in tali quale est os in principio generationis ab hepate uenerit, aut eam pro suamet cōplexione mereat', aut nihil sit eorum. Sed debet credere φ hæc uirtus ad ipsum non ,pfluit nisi ab hepate. Nā si inter ea uia clauderetur & os nutrimentum aptū haberet, eius actio destrueret' quē admodum fit in sensu & motu, cum neruus qui prouenit a cerebro stringitur.

Ondit quid in secunda diuersitate debet tenere medicus. Secundo remouet dubiū. ibi secunda ⌊Virtus uero.⌉ Dicit primo φ de alia diuersitate medicus debet scire & credere φ nō debet medicus curare utrū uirtus naturalis in tali quale est os uenerit ab hepate a principio gn̄onis, aut os mereat' illam uirtute per suam cōplōnē, sicut dixit alia secta quę posuit φ a gn̄ante oīa mēbra fuit data hæc uirtus ossi aut nihil sit hoꝝ: q̄a. s. nec ab hepate nec a gn̄ante oīa mēbra habuerit. s. particulari. sed supple fuerit aliquod agens vl'e dās istā uirtutē, puta cholcodea. Sed tandē credere debet φ hæc uirtus nō ,pfluit ad os nisi ab hepate. Nā si inter hepar & os uia clauderet': & os hr̄et nutrimentum aptum, eius actio in nutrimentum destrueret', sicut in mēbris sensibilibus et mobilibus destruit' sensus & motus, cū neruus qui a cerebro prouenit ad ista mēbra destruit'. Nota primo φ per mēbrum tale quale est os intelligit Aui. oē mēbrum quod dr̄ hr̄e uirtutē innatā tm̄. Secundo nota φ secundū medicos nullū est mēbrū qd' imediate toti distribuat spm̄ nālem et sanguinem nisi hepar: ideo hmōi principiū attribuit medicus hepari. Tertio nota φ si per pos'e spūs nālis ab hepate ad mēbra transmissus cōtinue conseruaret' in membris, & non resolueretur non esset necessaria uia hepatis ad membra pro nutricatione. Et iō dixit Gal'. φ huiusmodi mēbra non indiguissent poro uel uena, si eorum substātia fuisset indeficiēs. De hoc etiam partim tactum est supra.

Virtus uero illa ossi naturalis facta est dum eius permanserit complexio.

Remouet dubium. Dicebat'. n. ex pręcedenti particula sequi φ oīno similiter pendet uirtus naturalis in osse ab hepate, & animalis membris sensibilibus & mobilibus a cerebro: cuius oppositum dictat experimentum, sic. n. illa uirtus esset innata sicut naturalis. Hanc obiectionem remouet di. φ licet aliquo modo sit simile non tamen oīno, quia uirtus naturalis est facta mansiua & fixa in osse dum eius cōpl'o manserit, sed non est ita de animali. accedit. n. & recedit a membro uiuo & sano manente. Sciendum primo ut uidebitur in quæstione. licet tā operatio ossis q̄ operatio mēbri sensibilis & motiui perficiatur aliquo modo per influxū a principali & per complexionem innatam, differunt tamē quoniam operatio animalis uidetur magis per influxum alterius q̄ per innatam complexionem perfici, econtra uero naturalis. uel saltem plus operatur influxus principalis ad animalem q̄ influxus naturalis ad naturalem operationem cuius causa in quæstione tangetur. Ex quo patet multo plus uariari operationes naturales ex uariatione propriæ complexionis membri q̄ animales mutentur ex simili mutatione. Secundo & clarius sciendum φ dependentia uirtutis natura ossis ab hepate in aliquo conuenit cum dependentia uirtutis animalis membri sensibilis & motiui a cerebro & in aliquibus differt ab eadem. Conuenit enim quia sicut retracto hepatis influxu destrueretur operatio naturalis nutriens, ita cerebri influxu retracto destrueretur operatio animalis, sensibilis. s. & motiua. Differunt autem primo, quia spiritus naturalis qui ab hepate trāsmittitur ad membrum ita sibi intrinsecatur φ a mēbro non reuocatur. spiritus autem animalis non sic, sed magis stat deriuans & sub ,ppria forma influētis. Differunt secundo quia magis necessarius est ad esse membri influxus spiritus naturalis q̄ animalis, cum eius operatio sit magis necessaria. in somno. n. quantūcunq; retrahatur spiritus aīalis. viget tñ ,p tunc operatio naturalis & mēbrum bene perdurat in esse, quod non contingeret si cōsil'r retraheret' spiritus naturalis. Tertio dr̄nt, q̄a non sensibili tempore posset produci actio aīalis sine actuali influxu cerebri. Propter quod Gal'. primo interiorum assimilauit influxum cerebri splendori a cerebro prouenienti. Econtra uero esset de actione naturali. tanto enim tempore permaneret quanto membri per spiritum sibi intrinsecatū conseruaretur complexio. Et hoc intellexit Aui. in textu pręsenti, dum dixit uirtus uero illa est facta naturalis ossi dum eius complexio permanserit &c. Tertio sciendum φ dupliciter imaginari possumus clausa uia inter os & hepar nutrimento præsenti destrui opōnem ossis in nutrimentū. Primo quia tunc deficit ossi propter hæc qualitas influxa a principali per q̄ os agit quæ stat suæ complōni sicut perfectio actuans ipsam. & hoc forte dixisset secunda secta. Scd̄o q̄a q̄tūcunq; est uirtus in osse sana & integra de se sufficiēs ad

Virtutis natural' cōueniētia ac dr̄ia cū aīali.

operationem ossis non tñ clausa via erit materia in q̃ debet agere os sufficiẽter operationis ossis receptiua ꝓpter ipsam non hr̃e debitã dispõnem a principio quod est hepar. Secũdam q̃ imaginationem saluari posset. ꝙ etsi hepar nullum influeret membris spm̃. saluaꝛ tñ principatus respectu aliorum membrorum. quia ab eo dependet vt a principio dispositio debita nutrimentalis materię sicut dem̃ est. Vtrum autem præter spiritum & præparationem materiæ iam dictam hepar aliã virtutẽ vel qualitatem influat, tangetur in quæstione. Ex hoc soluitur dubium. Posset. n. videri a me dico aliter esse operandum circa curã ossis, cuius actio circa nutrimentum deficeret penes prima, & aliter penes secũdam sectã, quia apud secundã sectã necesse est attendere hepati, non autem apud primã iuxta. n. secundã patiꝛ os hepate patiente, sed non iuxta primã. Potest dici quo quasi cauillando, ꝙ siue ab hepate siue non ab hepate proueniat mala complexio in osse eodem mõ curaꝛ. s. per contraria, vt. s. calida frigidis & econuerso. Aliter et melius ꝙ secũdum vtrãq; sectã patiꝛ os patiente hepate. secundũ primã ex defectu vel indispõne materiæ. secundũ vero secundã ex defectu vel indisconuenientia instrĩ. Alij dixerunt, ꝙ licet illę duæ sectæ in hoc diuersificarentur ꝙ vna ponebat virtutẽ ossis datã esse a gñante. s. a spermate. reliqua vero a corde & ab hepate. credendum tñ est illos voluisse illã virtutẽ conseruari per calorem cordis & hepatis. quod forte notauit Auicẽ. dum dixit, & debes credere ꝙ hæc virtus ad ipsum non profluit nisi ab hepate &c.

Et tunc quod explanabitur ei diuisionis habitudo, & uidebit membra principalia quæ sunt, & membra principalibus deseruientia, & membra non principalia absq; seruitio.

Mẽbrũ triplex.

Ex quibus concludit aliam diuisionem. Secundo declarat membra. Secunda ibi ⌊Membra vero.⌉ Dicit primo ꝙ intellecta diuisione superius posita medico explanabitur habitudo diuisionis istius q̃ nunc ponit. s. mẽbroꝝ q̃dã sunt principalia, quędã seruientia principalibus. & quędam sunt non principalia absq; seruitio. Nota primo. apparebit habitudo diuisionis. i. habita diuisio. vel habitudo quia ꝓportio & cõparatio mẽbroꝝ istius diuisionis quæ nunc ponitur quoꝝ duo se hñt relatiue, vt principale & seruiens principali. Tertium vero negat vtrunq;. Patet autem hæc diuisio ex illa, quia ex ipsa sequitur ex hoc. n. ꝙ scio aliqua esse mẽbra tribuentia scio aliqua esse principalia siue absolute siue non absolute dicantur talia. ex hoc etiam scio aliqua esse principalibus seruientia, quia non possunt principalia sine seruientibus principatum suum ad actum ducere. ex hoc etiã scio aliqua esse non principalia absq; seruitio, q̃a scio aliqua esse quę solum recipiunt et pręparant aut deferunt alijs. Secundo nota tripliciter intelligi posse aliquod membrum esse sine seruitio, sicut tripliciter sumitur seruitium. Primo q̃a sine aliqua operatione cõi vel propria, & sic non intelligit hic, quia frustra essent ista membra. Secũdo sine seruitio. i. sine vtilitate aliqua, & iterum patet hoc esse falsum. ossa. n. faciunt vtilitatem sustentando. caro & pinguedo replendo vacuitates. Tertio sine seruitio. s. appropriato alicui principalium pro operatione principalis ordinato. scilicet latorio vel pręparatorio & sic intelligiꝛ hic. multa enim sic sunt non principalia sine seruitio.

Seruitiũ triplex.

Membra uero principalia sunt membra quæ primarum uirtutum quæ in corpore existunt quæ ad hoc sunt necessarię ut singulare aut species perdurent principia habent.

Mẽbrũ pricipale quid.

Primo declarat primũ mẽbrũ. Secundo omisso. Tertio tanq̃ per se noto declarat secundum. secunda ibi ⌊Mẽbrorum vero sentientium.⌉ Primo ponit gñalem descriptionẽ membri principalis. Secundo declarat q̃dã posita in illa. secunda ibi ⌊Scd̃m vero singularis.⌉ Dicit primo ꝙ mẽbra principalia sunt ista quæ hñt principia primaꝝ virtutũ quæ sunt in corpore, quæ virtutes sunt ad hoc necessarię, vt indiuiduũ aut spẽs conseruet. Nota primo ꝙ multipliciꝛ dr̃ aliqua virtus prima. Tẽpore vel gñone, vt vegetatiua. 2. de aĩa. & 2. de gñone aĩalium. 6. cap̃. Perfectione vt virtus aĩalis vel cognitiua. Cõitate etiã. & sic sunt tria gña prima. Secundo nota ꝙ licet Aui. contra se inuicem diuidat mẽbra ordinata ad conseruationẽ indiuidui & ordinata ad cõseruationẽ spẽi, illa tñ q̃ faciũt ad conseruationẽ indiuidui faciunt etiã ad conseruationẽ spẽi ꝓ quãto nõ cõseruaꝛ spẽs sine ipso indiuiduo q̃ autẽ hoꝝ sint nobiliora nõ pertinet ad pñs. Tertio nota ꝙ mẽbra pricipalia ab Aui. in lr̃a numerata sic dñr cõseruare indiuiduũ seu spẽm. per sua. n. tẽperamẽta ꝓducũt instrĩa aliqua q̃ trãsmissa super totũ cõseruãt cuilibet mẽbri tẽperamentum, aut transmissa ad locũ gñonis faciunt ad indiuidui nouã ꝓductionem, & consequẽter ad speciei conseruationẽ. Vt cor mediantibus arterijs influẽdo toti vitalem spm̃, conseruat vitã in toto. Et cerebrũ mediantibus neruis influendo toti spm̃ aĩalem conseruat in toto sensum & motum. sensus. n. & motus siue in loco siue secundum locum est necessarius ad vitam aĩalis, vt colliꝛ primo de sensu & sensato. & 2. de anima. Hepar vero mediantibus venis non pulsantibus influendo toti spm̃ naturalẽ cõseruat in toto nutricationem. Similiter ꝙ testiculi per suum temperamentum gñatiuũ spũs gignitiui, qui transmissus ad locum gñonis generat, vt dictum est. Ex quibus patet ꝓpter quid aliquod membrum dr̃ principale. Dicitur. n. tale ex hoc quod per eius temperamentum, vt dictũ est, est productiuum alicuius virtutis vel instrumenti, puta spiritus ꝑ se effectiue concurrentis tanquam principale instrumentũ ad indiuidui vel speciei conseruationem. Patet secundo ꝙ quantũcunq; stomachus sit gñatiuus alicuius necessario requisiti ad gñonem vel conseruationẽ indiuidui, puta chyli non tñ debet dici principale mẽbrum, licet. n. chylus necessario concurrat ad gñonem vel conseruationem indiuidui. hoc tamen non est effectiue, sed solum materialiter.

Virtus prima multipliciter. Aristo.

Scd̃m uero singularis durabilitatẽ sũt tria principia. Cor quidẽ ẽ principiũ uirtutis uitæ. Et cerebrũ quidẽ ẽ principiũ uirtutis sentiẽdi & mouẽdi. Et hepar quidẽ est principium nutriendi.

Primo declarat primum. Secundo secundum. secunda ibi ⌊Sed secundum speciei.⌉ Dicit primo quod ad singularis durabilitatem faciunt tria prima principalia dicta. scilicet cor, cerebrum, & hepar.

Sed secundum spẽm speciei durabilitatẽ sunt principalia hęc tria. Et etiã aliud quartum quod speciei existit proprium, & sunt testiculi, qui uni rei sunt necij, & ad rem aliã iuuatiui. Necessitas ergo est ad sperma gñandum quod genealogiã conseruat. Iuuamentum uero est ad hoc ut cõplementum formæ detur, & cõplõ masculina & fœminina cõseruet, quæ spẽbus aĩalis accñtia sũt inseparabilia. Et nec sunt ex rebus in animalitatis essentiam ingredientibus.

Dicit secundo ꝙ ad cõseruationem speciei faciunt iã dcã tria principalia mẽbra, & quartum quod est speciei ꝓpriũ. s. testiculi qui ad vnã rem sunt necessarij et ad aliam iuuãt. necessarij. n. sunt ad generandum sperma quod conseruat genealogiã: vtiles vero sunt vt detur cõplementum formæ & conseruetur cõplõ masculina & fœminina quæ sunt accidentia inseparabilia aĩalis, quia non sunt ex rebus ingrediẽtibus essentiam animalitatis &c. Sciendum primo ꝙ licet testiculi secundum sententiam medicorum per eo-

runt temperamentum immediate tribuant formam spermati præsupponit tamen in hoc influxum cordis hepatis, et cerebri influentium vitalē nālem, et aīalem spiritum, ex quibus integratur spiritus genitiuus. Oportet enim vt sit ei ex omni membro principali fons, & ex alijs membris resudatio etiam vsq; ad primas radices. Secunda. 13. trac. primo capitulo. 3. quod est de causis spermatis. Ex quo patet hæc tria membra præter testiculos non solum ad conseruationē speciei esse necessaria, ꝓ quanto cōseruant indiuiduum, sed etiam pro quanto vt essentialiter ordinata concurrunt ad spermatis prolifici generationem. bene igitur dixit Auicē. secundum speciei durabilitatem sunt principalia hæc tria.

Testiculi duplices.

Secundo nota secundum sententiam medicorum, non solum hic esse sermonem de testiculis virorum, sed etiam mulierum. Et hoc infra declarat Aui. quod etiam patet ex iuuamentis quæ vtrisq; testiculis attribuit. Primū vt detur complementum formę. i. figuræ & compositioni, quia per eos habetur distinctio maris & fœminæ. Secundo per eos datē complementum formæ, quia vnūquodq; est in sua specie perfectum & completum cum potest in operationem sibi debitam, ideo tunc vir & mulier habet complemētum suæ formæ quando potest in opōnem &c. s. sibi similem generare, quod est per testiculos. Recipit tamen hæc expositio instantiam, quia magis videtur hæc necessitas q̄ iuuamentū.

Castratio facit effœminatū et malorū morum.

Secundum iuuamentum est quia per eos reuerberatur calor super toto per quem integratur & habilitatur indiuiduū ad suas actiones, cuius signum est, quia per castrationem efficitur vt effœminatus & malorum morum. Dicuntur autē masculina & fœminina complexio accidētia inseparabilia speciebus aīalis: non tñ omnibus, quia non orbatis & perfectis ex putrefactione genitis sed perfectis, & ideo non sunt essentiam animalis ingredientia, vir. n. & mulier sunt essentialiter eiusdem spēi, licet differant sexu.

Membrorum uero deseruientium alia sunt quæ seruitute deseruiunt præparatoria, alia quę seruiunt seruitute latoria.

Declarat secūdum membrum diuisionis. Et primo subdiuidit. Secundo declarat membra. secunda ibi ⌊Et præparatoria.⌉ Prima patet.

Seruitus multiplex.

Nota hoc nomē seruitus est æquocum. Sumitur. n. qñq; pro quacunq; vtilitate vel conferentia membri ad membrum, & sic multiplex est. s. sustentatoria vt ossium. defensoria vt cutis, expurgatoria vt narium: intestinorum &c. & sic non sumitur hic. Secundo sumitur pro conferentia mēbri ad principale pro sua principali operatione. Et sic reperitur duplex. Eo. n. ꝙ omne membrum principale habet alijs influere, necessarium est membrum hunc influxum deferens alijs membris, & sic necessarium est membrum seruiens seruitute latoria. Et quia spūm per influxum alijs transmittendum non potest principale gñare, nisi ex præparata mā, ideo vltra hoc necessarium est mēbrum sibi seruiens seruitute præparatoria.

Et pręparatoria quidem seruitus uocatur utilitas, latoria uero seruitus absolute uocatur. Seruitus autem præparatoria est antequam principale operetur. Et latoria seruitus est postquam principale operatur.

Declarat mēbra diuisionis. Secundo exēplificat de quolibet seruitio principalium. secunda ibi ⌊Cordis vero.⌉ Dicit primo ꝙ seruitus præparatoria vocatē vtilitas, sed seruitus latoria ꝓpria dr̄ seruitus absolute. Dicit secundo ꝙ seruitus pręparatoria est añquā principale operetē, sed latoria est postq̄ principale operatū fuerit. Nota primo seruitus p̄paratoria ꝓprie vr̄ importare conferentiam ad principalē opōnē principalis, ideo per anthonomasiam vocatē vtilitas. vr̄. n. ex seruitute p̄paratoria principale aliquid lucrari. per latoriam vero tribuit in quo vtiē dr̄ otibus vt seruis, & ꝑꝑ hoc seruitus absolute dr̄. Contra idē mēbrum simul seruit seruitute p̄paratoria & delatoria, vt arteria venalis cordi aerem pręparat & recipit ab eodem spm̄ & sanguinem arterialem. ergo diuisio non bona. Neganda est consequentia, nec ponitur hæc diuisio tanq̄ membrorum necessario est natura rei distinctorum, vt ꝓbat argumētū.

Secundo nota ꝙ secundum Aui. in littera seruitus præparatoria dr̄ quasi añ paratoria, quia. s. añ opōnem membri principalis parat aliquid conferens ipsi principali in operādo. Sicut pulmo præparat aerem cordi maginādo pulmonem remittere & refrangere aeris qualitates, & aliquā forte sibi dare occultam proprietatem qua postea in corde secūdum se vel aliquam eius partem in spm̄ conuertatur. si. n. aer nimis frigidus subito occurreret cordi impediretur spūs gño, ideo &c. Et similiter stomachus pręparat chylum hepati. Sed seruitus latoria est seruitus qua membrum seruiēs defert alijs membris illud quod productum est a principali membro cui taliter seruit. Sicut arterię deferunt ad alia membra spiritum et sanguinem arterialem a corde gñatū. Et venę non pulsatiles deferunt ad alia membra spiritum naturalem et sanguinem uenalem in hepate gñatum. Quia ergo non pñt deferre nisi quod gñatū est, ideo qñ dr̄ in lr̄a hanc seruitutem latoriā esse postq̄ principale operatū sit.

Cordis uero seruiens præparator est sicut pulmo & eius seruiens, lator est sicut arteriæ.

Exemplificat nunc Aui. ostendens vt dictum est, quę nā dicātur esse membra respectu principalium membrorum seruientia. Et primo cordis. Secundo cerebri. Tertio hepatis. Quarto testiculorum. Partes patent. Dicit primo, seruiens cordi pręparatorie est pulmo, delatorie uero arteriæ.

Sciēdum pulmonem seruire cordi seruitute præparatoria. Primo secundum Gal. opinionem. 7. de utilitate particularum. cap̄. de pulmone, et. 8. de iuuamentis membrorum. 1. cap̄. & in libro de utilitate anhelitus: ubi ponit pulmonem prędigerere & prędisponere aerem attractum per anhelitū. qui ad cor proueniens conuertitur in spiritum. Quia igitur sic materiam spiritus pręparat pulmo cordi seruire dicitur seruitute pręparatoria. Secundo secundum solam ueriorem seruit pulmo præparatorie cordi, quia pręparat aerē debentem temperare calorem cordis, & spiritus ꝑꝑ q̄ temperantiam generat spiritum uitalem, sine qua non generaret, ut etiam in textu immediate pręcedenti dictum est. Et possemus dicere ꝙ uapori sanguinis in corde in spiritum. transmutando corporaliter se cōmiscet ipsum subtiliādo & pręparando, ut transmutationē a corde debite recipiat. Nota tñ ꝙ licet de pulmone solum explicet Auic. tanq̄ de manifestiori, non tñ negasset alia mēbra cordi seruire seruitute pręparatoria, ut hepar: uenę: & multum mediate stomachus. Nam pulmo finaliter deputatus est ad seruitium cordis & ad illud limitatus: nō sic autem alia membra dicta, ideo de ipso potius q̄ de alijs membris exemplificauit Auic. Ex quo sequitur idem esse membrum principale & seruiens principali, secundum distinctas tñ rōnes, & per consequēs diuisio superius posita non fuit diuisio membrorum ex parte rei necessario distinctorum. Secundo sciendum nō esse intentionem Aui. solum arterias seruire cordi seruite latoria, immo & uenę et arteria uenalis, sed de his ut notioribus exemplificat. Sed diceres uidetē etiā ꝙ cor seruitute præparatoria seruiat pulmoni, cum sibi pręparet sanguinē quo nutritur. ut. 7. de iuuamentis. 2. cap̄. Dicendum ꝙ ista nō est seruitus, quia nō est conferentia pro principali operatione, sed est uelut retributio quædam pro seruitio.

Gal. Gal.

Cerebri uero seruiens pręparator est sicut hepar & alia nutrimenti membra & custodiæ spiritus, & lator est sicut nerui.

Exēplificat de cerebro dicēs ꝙ cerebri seruiēs p̄parator ē sicut hepar & alia nutrimēti mēbra & custodiēs spūs, et lator seruiēs ē sicut nerui. Sciēdū prīo hepar seruire cerebro

seruitute

Ge. seruitute preparatoria. Primo secūdum Gen. quia preparat materiam nutrimentalem, ex qua tandem spūs animalis in cerebro generatur, licet primo vitalis i corde. Et modus iste est valde immediatus quē nonnulli rudiores reprobare conantur. Sed illud quod additur in litera, & aliqua nutrimentē membra videntur confirmare sniam Gen. Alij aliter dñt hepar seruire &c. pro q̄to in cerebro ex spū vitali io rete mirabili fit animalis per veram digestionem quæ est opō naturalis, & per consequens perficitur mediante spū naturali dato ab hepate. Hepar ergo seruit cerebro dando & preparando sibi spm naturalem quo producit spūm animalem registrum ad conseruationem &c. Contra quia tunc idē simul esset preparatio siue iuuamentum & opō, quia hæc g̃no spūs naturalis est operatio vt patet, & illamet est præparatio siue iuuamentum. igitur &c. Pro isto concedit conclusio, nec illud repugnat respectu diuersorum. Contra. per prius tūc concurret hepar ad generationem spiritus animalis q̄ cerebrum. Potest dici q̄ hepar concurrit quo ad transmutationem absolute prius, quod autem limitate producit spm̄ tum animalis spiritus est cerebrum. Vel dic q̄ hepar dat instrumentū. s. spūm naturalem, quo postea vt instrō vtit uirtus & spm̄entum cerebri. Nota secundo q̄ per alia nutrimenti membra intelligere possumus stomachū venas. Et q̄dam etiam intelligunt cor. Per custodias autem spiritus intelligunt quidam cor. Alij arterias & præcipue subetidas in quibus spūs vitalis tēdens a rete mirabile aliq̄ recipit p̄paratione. Aliqui vero per eas intelligunt rete mirabile in quo fit spūs animalis ex vitali g̃no. hæc omnia pbabilia sunt quare &c.

Nutrimēti mē bra qd Custodia spiritus.

Hepatis uero preparator seruiens est sicut stomachus, & lator est sicut uenæ.

Vena duplex.

Exemplificat de hepate, & patet. Nota primo uenę duplices sunt. Quędam ante hepar, ut meseraicæ deferētes chylū a stomacho ad hepar in quibus etiam chylus q̄dam preparationem recipit & rubesit & ideo illæ seruiunt hepati seruitute preparatoria, licet etiam concedi possit q̄ seruiunt seruitute latoria portando sanguinem ab hepate ad stomachū & intestina. Aliæ sunt venæ post hepar per quas ab hepate super toto defertur sanguis, & illæ seruiunt seruitute latoria, & de illis præcipue intellexit Aui. Secundo nota non solum stomachum hepati seruire seruitute preparatoria, sed et potest idem cōcedi de corde & arterijs, pro q̄to cor sibi spiritum preparat ex quo debet fieri naturalis, & istum uitalem per arterias maxime transmittit qui parati or est vt transmutetur in naturalem.

Et testiculorū quidem seruiens preparator, sūt sicut membra quæ anteq̄ ipsi generant sperma. Sed eorum seruiens lator est uirga in uiris et uenæ quæ sunt inter eos & ipsam. Et in mulieribus similiter sunt uenæ, quæ sperma ad locum conceptionis impellunt. Et mulieres insuper habent matricem per quàm spermatis cōpletur utilitas.

Exemplificat de testiculis dicens, q̄ seruiens preparator eorum sunt membra quę g̃nant sperma anteq̄ ipsi testiculi, & seruiens lator i uiris est uirga, & uenę quę sunt mediātes inter testiculos & uirgā, & subdit etiam q̄ in mulieribus sunt venę quæ impellunt sperma ad locum cōceptionis, & per cōsequens quę seruiunt seruitute latoria testiculis mulierum, & vltra hæc habent matricem per quam completur vtilitas spermatis. Sciendum primo q̄ per membra generantia sperma ante testiculos intelligere possumus tria principalia membra alia, a quibus deciditur pro parte corpulenta pars spermatis & pars etiam spumosa. Dñr autē generare spma ante testiculos, quia priora sunt natura testiculis in generatione spmatis. testiculi aūt hoc faciunt uirtute triū principaliū cōcurrentiū, & pcipue cordis & hepatis uel dicunt g̃nare aū, q̄a ante p̄parant materiā q̄ i testiculis conuertatur i sperma. Secundo per membra q̄ g̃nant sperma anteq̄ testiculi possumus intelligere uasa inuoluta aū testiculos materiā in spma transmutādā multum p̄parātia, ita ut io eis hēat similitudinē spmatis, licet solum in testiculis secūdū sniam. Gal. acquirat ista materia uerā formam & tēperamentum spermatis, nō tñ per hoc excludit seruitium p̄paratorium cordis, hepatis, & cerebri. sicut dēm est, natura cor p̄paratorie seruit dādo spm̄ uitalē, & hepar dādo sāguinē & spm̄ naturalē, cerebrū āt spm̄ animalē exhibendo. Secundo nota q̄ p uenas q̄ sunt inter testiculos & uirgā dēmus intelligere uasa q̄dā seminaria mediātia inter testiculos & uirgā per quę a testiculis ad uirgā deferatur spma in actu coitus & abbreuiatē tūc ut sperma citius trāseat. hæc āt nō sunt venę pprie dicte. sed sīāntur venis aut dñr uenæ, quia ortæ ab emulgentibus venis. Sciendum tertio in mulieribus reperiri duplicia uasa seminaria. Quædā. n. terīantur ad os mricis & effundunt hora coitus saliuale sperma hora delectationis. Alia uero sūt magis īra terīatā ad concauum mricis eadem hora impellētia sperma ad locum conceptionis. Vtraq̄ igit̄ seruiunt testiculis mulierum seruitute latoria. Matrix uero uidet̄ seruire preparatorie uirtuti formatiuæ, quia constringitur super spma & ipm̄ cōseruat, et iō dixit q̄ p ipa ꝗ utilitas spmatis cōplet̄.

Mēbꝛ g̃nans sperma aū testiculus est triplex.

Vena inter testiculos & uirgā q̄d

Vas seminariū mulieris duplex.

Gal. autem dixit q̄ membrorum alia sunt quę operationē tm̄ efficere habent. Alia quæ iuuamē tum tantum. Et alia sunt quæ operationem & iuuamētum habēt. Primum est sicut cor. Secundū est sicut pulmo. Tertium sicut hepar.

Ponit diuisionem sumptam a fine ad quē finaīr a natura deputata sunt mēbra. Et patet distinctio q̄ sumpta est a Gal. primo interiorū. Nota q̄ hæc diuisio nō sufficienē cōphēdit omnia membra, p̄ma. n. nō principalia sine seruitio oēe operationem faciunt nec iuuamentum. Intelligenda ē igit̄ diuisio sic. membrorum de quibus in præcedenti particula dictum est. s. principalium & seruiētium principali, alia efficiūt opatione tm̄ &c. Et si uis ut diuisio sufficient cōphēdat, addat̄ illud membrum, q̄dā nec hñt iuuamētū nec oponem.

Dico autem q̄ per operationem oportet intelligi illud quod cū re solūmō opōnum in uitā singularis ingredientium completur aut in speciei permanentia sicut cor in generatione spiritus.

Declarat membra diuisionis. Et primo primum. Secundo secundum. Tertio tertium. secūda ibi Et per iuuāmētū. Tertia ibi Ipsum uero hepar. Dicit primo per operationē intelligendū esse illud quod solūmō completur cum re opōnum ingredientium uitam singularis aut permanentiam speciei, sicut cor i g̃none spūs uitalis dicitur facere operationē.

Nota q̄ operatio sumitur tripliciter. primo p qualibet passione uel actione membri quæcunq̄ fuerit, & taliter non sumitur hic. Secundo pro principali operatione ad q̄ membrū finaīr ordinatur qualiter uisione oculi dicimus operationē. Alias uero operatiōes in oculo uisioni subseruientes nō opōnes sed potius iuuamenta appellamus, & nllo istorum modorum sumitur hic. Tertio pro operatione solummō per se ordinata ad conseruationem speciei uel indiuidui, & sic sumitur hic. Et ex hac distinctione sequitur rñsio ad quæstionē qua queritur utrum quodlibet membrum habeat operationem. Dicēdū est. n. q̄ sic accipiendo operationem primo & secundomō, sed accipiendo operationem tertio modo solum principale membrum habet operationem. Sciēdum secundo q̄ ista litera potest hēre plēs intellectus. Primus est intelligēdo per rem effectum, & per compleri finem attingere. Est igitur sensus q̄ per operationem intellligi debet illud quod solūmodo completur. i. finem attingit cum re. i. cū effectu operationum uitam singularis aut speciei permanentiam ingredientium. v. g. cor in factione spiritus uitalis dicit̄ facere operationem, quia illa g̃no spiritus uitalis non attingit

Opō triplicter.

finem qui est vitam dare nisi cum spiritu vitali qui est effectus operationum ingredientium vitam singularis. Spiritus enim vitalis manēs huiõi solus p eius pñtiā secundū sniam Gal. dat vitā quia formā & rpamētū mēbrorū cōseruantiū. Sed sic nō est de hepate. non. n. solū attingit finem cū re etc. sed vltra hoc oportet sanguinē trāsmutari in hūiditates secūdas. iō non solū cum sanguine & spū suo attingit finem &c. Et secūdum hoc opōnem possumus appellare in isto casu ipsā spiritus gñonē in corde quæ hunc finem qui est dare vitā attingit solūmō cum re &c. vel etiam ipsam vitæ dationem quę est finis qui solūmō tali re attingit. Aliter dico opōnē illud qd solūmō cōplet cum re. i. pducendo rē opōnū etc.

Aliter dico opōnem. i. mēbrū habens operationē tm̄, cuius finis completur. i. attingitur cum re operationum solūmodo vitam singularis aut speciei pmanentiam ingrediētium, sic q nō alteri principali fini per se subordineo, sicut cor i gñone spūs facit opōnem dando toti vitam &c. Aliter alij dicunt q actionum dictorū membrorum qdā est opo tm̄, vt uitam dare per spm̄ cordis vitalem. qdam est iuuamentum tm̄, vt opō pulmonis, quædam vero est simul iuuamentum & operatio, ut opō hepatis ē operatio & iuuamentū respectu nutricationis totius. Et tunc sic exponitur lr̄a, q per operationem intelligi oportet illud. i. illa operatio quæ solūmō cōpletur &c. absq; hoc. s. q ad illam operationem ordinet per se, vel absq; hoc q illa operatio alteri operationi per se conferentiam faciat. Et hoc secundum sniam Gal. erit verū, q uult q finis spiritus vitalis per se est solum dare vitam. Et penes hoc posset cōcedi q licet cor faciat operationē tantum. i. aliq; actionem quę sic est operatio, quod non est iuuamētum potest tm̄ concedi q etiam faciat iuuamētum. Aliter imaginari possumus q vitam dare & viuere est prius natura q̄ dare nutrimentum aut sensum & motū, cōpletur igitur uiuere per spm̄ vitalem solū, sed nec nutriri per naturalē solū, nec sentire per aīalē solum sed oportet etiam spm̄ vitalē & alios spiritus modificationem facere siue recipere, & sic spiritus vitalis habet sufficiētē actum in dando vitam, alij uero non. Prima tamen expositio tenenda est.

Vitā dare & viuere qd.

Et per iuuamentū oportet intelligi illud qd præparat alterius membri operationem suscipiēdam, & tunc erit operatio completa ad dandam singulari uitam aut speciei permanentiam quēadmodum pulmo aerem præparat.

Declarat secundum dicens q per iuuamentum intelligit illud quod præparat ad suscipiendum operationem alterius membri sic q cum illam operationem susceperit erit completa operatio ad dandum vitam singulari aut permanentiā speciei sicut pulmo pręparat aerem &c. Sciendum primo istā literam dupliciter intelligi posse. Primo ut uerba sonant, Et sic facit membrum iuuamentum quando p̄parat materiā ut suscipiat operationem alterius mēbri qua permaneat Indiuiduum &c. Et tunc secūdū exemplum datum oporteret ponere aerem p̄paratum in pulmone in corde in spūm transmutari, ut supra. Secundo potest intelligi illud p̄parari, nō ut illam operationem in se recipiat sed ut ipso taliter p̄parato eunte ad principale illud fiat potēs perficere operationē suam principalem sicut in exemplo posito. Et tunc exponit litera. illud quod pręparatur ad alterius membri operationē suscipiendam. i. perficiendam. Secundo sciendum iuuamentū tripliciter sumi. primo pro qualibet vtilitate vel conferētia ut supra. secundo pro secundaria uel nō principali operatione membri ad principalem tamen eiusdem finaliter ordinata ut receptio specierum uisibilium uisioni. Tertio vere capitur pro seruitio preparatorio pro principali operatione cui illa pręparatio est per se & principaliter subordinata, sicut in exemplo dato. Ex quo patet q iuuamentum posse seruitutem appellari, sed non econuerso. Ex quo patet ulterius eadem rationem sił esse posse iuuamentū & operationem, ut supra. Contra. tunc cor non haberet operationē tm̄. contra Aul. in lr̄a. quia præparat spm̄ vitalem cerebro & hepati. Pro isto potest dici primo q hepar non habet iuuamentum, quia ad hoc vt membrum dicatur iuuamētum facere requiritur illam actionem q̄ dr̄ iuuamētū esse ad illam q̄ dr̄ opō tāq̄ ad finem principalr̄ ordinatā, qualr̄ nō est de corde. sua. n. opō est ad dandū vitam solū principalr̄ ordiata, & non ad spūm aīalem. Et est sile sicut si rex oībus abundanter elargiatur opes. & istis opibus aliqui vtant̄ ad mercānas, aliqui ad sciam acquirēdam, non tm̄ dr̄ in hoc regē facere nisi grām, nō vero seruitium aut iuuamētū. Et penes hoc & sust. neri posset cor respectu nullius alterius membri facere seruitium. Et i summa vr̄ q ista actio pprie respectu alterius dr̄ opō q̄ hēt rōnē finis. Dr̄ vero iuuamentum quod habet rōnem vtilis & ordinati ad finem. Et quia opō quæ est vitam dare habet respectu aliaꝝ rōnem finis, solūmodo dicitur iuuamentum. Aliter dici potest concedēdo cor efficere iuuamentum, quia tm̄ finis ad quē principalr̄ ordinatur cor & alia membra facientia ad conseruationē spēi est et ipsius indiuidui conseruatio, & respectu illius habet cor opōnem solum, quia vita p actu primo Imediate pendet a calore cordis, reliqua vero respectu huius faciunt iuuamētū, ideo cor dicit habere solum operationem, quia eius inquātū virtutis vitalis organum est finis. finis vero est operatio & non iuuamentum ad operationem ordinatum,

Iuuamē tum triplex.

Iuuamē tum est seruitus non ecōtra.

Ipsum uero hepar suam secundam perficit primo digestionem & digestioni tertiæ & quartæ apparatum præstat, ergo inquantum digestionē secundam adeo perfectam efficit quo ad sanguis ad ipsummet nutriendum sit bonus actionē operatum est. Et inquantū operationē efficit quæ in alia expectata opatiōe auxiliat̄ iuuamētū efficit.

Declarat tertium. Et si consideres ońdit eadem operatio ē simul operatio & iuuamētum, dicens q ipsum hepar secūdā digōnem suam efficit & digestioni tertiæ & quartæ præstat apparatum. Ideo inquantum digestionem secūdam perficit intantum q sanguis inde generatus sit bonus ad ipsummet nutriendum efficit operationem. Inquantum vero per hanc digestionem auxiliatur in alia digestione. s. tertiam et quarta dicitur facere iuuamentum. Nota circa hoc q ē per iquantum facit sanguinem bonum ad ipsummet nutriendum facit operationem, non nisi quia sanguine exñte bono pro hepare bonus est pro toto, sed inquantum ille sanguis non potest totum nutrire nisi digōnem tertiam & quartam recipiat ad q̄s per digōnem secundam præparatur, dicitur facere iuuamētum. Et penes hoc patet, q silr̄ cerebrum inquantū facit spūm animalem pro toto facit operationem, sed pro quanto ista operatio præparat istum spm̄ vt vario modo dearticuletur in toto facit iuuamentum. Similiter testiculus inq̄tū facit pręparamentum ad integrandum spm̄ gignitiuum facit operationem. inquantum vero disponit partem materialē spermatis ad tales vel tales transmutationes a virtute informatiua recipiendas facit iuuamentum & tu considera. Nota etiam q forte penes hoc etiam concedi posset q cor etiam facit iuuamentum. s. ad operationem alterius generis, quia p̄parat spūm vitalem & materiā generationis in spmate, quia tm̄ finem in genere operationum vitaliū per spm̄ solum in eo generatum attingit, dicitur facere operationem tantum.

Et etiam denuo dicemus q membrorum alia sunt quæ generantur ex spermate quæ sunt siliū partium membra præter carnem & adipem. Et alia sunt quæ ex sanguine generantur, sicut adeps & caro. Quod enim est præter hæc duo ex duobus generatur spermatibus, musculorū spermate & spermate mulierum.

Ponit diuisionē sumptam a materia & efficiente. secundo declarat

declarat materiam nutricationis eorum addendo aliam. secunda ibi. Postea sanguis. Primo ponit diuisionem. Secundo declarat & secundum quosdam tacite remouet dubium. secunda ibi. Sed secundum sermonem. Dicit primo q membrorum quędam generantur ex spermate, & ista sunt omnia mēbra consimilia pręter carnem & pinguedinem. quędam uero generantur ex sanguine, ut caro et adeps oīa. n. alia ab istis generantur ex duobus spermatibus. s. uiri & mulieris. Sciendum primo

Sperma dupl̄r.

q hoc nomen sperma apud auctores est ęquiuocum. Qnq enim sumitur proprie, & sic describitur ab Arist. q est superfluitas utilis &c. Quandoq autem extenditur ad oēm superfluitatem q̄ p coitū expellitur naturaliter, & sic dicitur de superfluitate tenui dicta alguadi in uiris quandoq expulsa solo mulieris aspectu, q̄ ēt expellit in pueris anteq̄ polluantur. dicitur ēt de superfluitate saliuali ad os matricis expl'sa in mrīe re hora coitus, q̄ non est per se utilis ad gnōnem, sed solum grā delectationis a natura in muliere inuenta. Cum. n. sperma mulieris grossum utile gnōni oporteat pelli in concauū matricis non percepisset multam delectationē in coitu nisi alia superfluitas fuisset per collum mrīcis expulsa, quod est membrum multæ sensibilitatis. Q; āt pręter saliuale spma pro delectatione expulsum uersus exteriora a muliere repiat̄ sperma expulsum ad concauum satis innuit Aui. supra dum dixit mulieres habere uenas per quas sperma ad locum conceptionis expellitur. notum. n. est q non loquitur de saliuali, quia tale expellitur ad exteriora, & non ad locum cōceptionis. Hic igitur dum Aui. loquitur de spermate uiri & mulieris loquitur de duobus spermatibus quorum unū est appropriatum agens, scilicet uiri, & reliquum appropriata materia gnōnis. Sciendum secundo hoc nomen mēstruum sumi qnq pro sanguine periodice, & secundum plurimum de mense in mensē per uenas mrīcis expulso qui secundū quosdam menstruis dicitur a mense, quia de mense in mensem piodice expellitur. Secundum uero Isidorum dicitur menstruus a mente quod est luna, quia accidit secundum mutationem lunæ in quadris aut oppōne uel cōiunctione. Qnq se extendit ad materiā generationis embrionis a muliere decisam, & sic extenditur nomē menstrui ad sanguinem attractum ad locum gnōnis & ad sperma muliebre quod non uidetur nisi sanguis ulteriori digōne digestus et dealbatus. Dū igitur de menstruo auctores loquuntur, qn̄ accipiunt p uno qnq p alio. Et ex hoc tali pn̄t multæ apparere contrarietates. Sciendum tertio adipem gnāri ex sanguine, quia ex sāguis unctuoso a frigido congelato, sed de hoc supra. Q; etiā caro ex sanguie generetur satis supra declaratum est, sed alia membra generantur a spermate, quia eius substantia ē grossior & magis proportionata membris uocatis spermaticis.

Dubiū autē est de cerebro an debeat poni inter membra spermatica uel carniformia. De quo uidebitur infra.

Sed secundum sermonem eius qui de sapientibus uerificauit, de spermate masculi generatur sicut generatur caseus, de coagulo, & de spermate mulieris generatur sicut caseus generatur de lacte. Et sicut principium coagulationis est in coagulo, ita principium coagulationis formæ est in spermate uiri. Et sicut principium coagulationis est in lacte, ita principium coagulationis formæ. s. uirtutis patientis est in spermate mulieris. Et quemadmodum unumquodq duorum, coaguli uidelicet & lactis est pars substantiæ casei qui fit ex eis, ita unumquodq duorum spermatum est pars substantiæ embrionis.

Declarat quod dixerat de generatione membrorum dictorum ex duobus spermatibus. Et prīo ponit in hoc snīam Aristo. Secundo Gal. secunda ibi. Hoc āt uerbum. Dicit primo q secundum sermonem eius qui uerificauit de sapientibus. i. per quem sapientes ueritatem ostenderunt, alit' generatur embrio uel membrum ex spermate uiri, & alit' ex spermate mulieris, quia de spermate uiri generatur sicut caseus de coagulo, de spermate uero mulieris sicut caseus de lacte. Ideo sicut principium. s. actiuum coagulationis est ī coagulo, ita pricipium actiuum generationis fętus aut mēbrorū est ī spermate uiri, & sicut principium coagulationis est in lacte. s. passiuum, ita principium passiuum coagulationis. i. generationis formę membri aut fętus est in spermate mulieris, & quemadmodum utrūq istorum. s. coaguli & lactis est ps casei: ita utrūq duorum spermatum. s. maris & feminæ ē ps embrionis.

Embrio gnāt ex spmate dupl̄r.

Sciendum primo q ad casei factiōem duo cōcurrunt. s. coagulum & substantia lactis, lac quidem ut materia, coagulum uero ut agens. cuius coaguli uirtus ut colr' secundo cañ. cap̄. de coagulo, est calefactiua & exiccatiua & īcisiua ideo a lacte partes subtiles resoluēdo ipsum coagulat.

Casei materia duplex.

Sciendum secundo Aristo. ex intētione posuisse sperma masculi ad generationem fætus solum concurrere actiue, & nullo modo materialiter. sperma uero mulieris solum materialiter siue passiue. Ideo conuenienter posita est similitudo coaguli ad lac ex una parte, & spermatis masculi ad sperma mulieris ex alia parte. Sicut. n. coagulum solum actiue & nullo modo materialiter concurrit ad factionem casei ex lacte, & lac solummodo materialiter, nullo modo effectiue, ita spma uiri ad generationem fætus ex spermate mulieris cōcurrit solum ut agens, et sperma mulieris ut materia.

Sperma sicut est duplex. ita concurrit ad generationē dupl'r

Quod autem coagulum non concurrat materialiter ad generationē casei, patet quia nec secundum partem subtilem nec secundū grossam, non. n. secundum subtilem, quia illa est aerea non īgrossabilis per digestionem, nec secundum grossam, quia illa nō penetrat ad lac, nec in recto modo factionis casei lacti commiscetur, includitur. n. ī quadam petia linea coagulum & cū petia ponitur in lacte. Etiam flores qui dam herbarū integri positi in lacte non sensibiliter diminuti coagulant lac uirtute partis subtilis diffusæ substantiam lactis. Et nota q sicut in coagulo est pars subtilis penetratiua et uelut spirituosa, & pars grossa q̄ est illic sicut uehiculum, ita in spermate uiri reperitur pars subtilis spirituosa, in qua fundatur uirtus generatiua, & pars grossa q̄ est sicut uehiculum partis spirituosæ iam dictę. Et sicut coagulum per partem illam subtilē coagulat lac & facit caseum, ita sperma per partem hāc spirituosam coagulat sperma mulieris & facit embrionem. Et sicut nec pars subtilis nec grossa coaguli ingreditur casei compositionem, ita nec subtilis nec grossa pars spermatis uiri ingreditur substantiam embrionis, licet Conciliator alr' senserit vt uidebitur ī qōne. Quod āt pars spermatis grossa nō ingrediatur substantiam embrionis, declarat philosophus signis pluribus. Primum tactum primo de generatione aīaliū. penul. cap̄. Nam si gallina conceperit ouum non plificū, & sit ouum iam completum & testa dura circundatum & sup coeat gallus, efficitur ouum prolificum si aspergatur rore galli, & tūc tñ nō penetrat semē corpulētū in testā oui, ut vr̄. Et colligit idem expimentū. 21. tertij. trac. 4. cap̄. 1 dum lquit. vidit. n. philosophus q cū ouum gallinæ crudum rore aspersum est, & pcedit ex eo odor spermatis galli cōuertit ad cōceptionē. Et colligitur idē secūdo de gnōne aīaliū. 10. cap̄. Secundum expimentum de pisciculis quibusdam, quorum fæmella non coit cum masculis, sed concipit oua nō prolifica, & cū peperit oua masculus supaspgit spermate oua, & q̄cūq attinguntur spermate masculi, efficiuntur plifica ut pri- mo de gnōne aīalium alle. cap̄. Idem autem accidit & in generatione piscium ouificantium. cum. n. parturit oua fęmella masculus super aspergit coitu. & quæ utiq attingit prolifica hæc fiunt oua. quæ autem utiq non agona ranq̄ nō ad quātum conferente animalibus masculo, sed ad quale.

Hoc autem uerbum non parum immo multū uerbis Gal. ē contrariū. Sibi nanq uidet' q cuiq duorum spermatum inest uirtus coagulatiua, & uirtus coagulationem suscipiens. Et propter hoc

non se prohibet quin dicat ꝙ uirtus coagulatiua in masculis est fortior uirtus coagulationem suscipiens est fortior in fæminis. Qualiter autem sermo in hoc certificetur inuenitur in nostris libris qui sunt de sapientijs radicalibus.

Sapiẽa radicalis quæ.

Sperma tis ps duplex.

Sperma vtriusq̃ cõcurre re actiue & passiue signũ triplex. Gal.

Ponit in hoc sñiam Gal. quę fuit ꝙ in vtroq; duorum spermatũ ẽ virtus coagulatiua .i. virtus actiua, & virtus coagulationem recipiens .i. virtus passiua, & dicit vlterius ꝙ virtus actiua est fortior in viris, & passiua in fęminis, & qualiť hoc sit verum declaratum est ĩ libris de sapiẽtijs radicalibus, de gñone .s. animalium, a quibus sumuntur radices multarum sciẽtiarum particularum & pręcipue medicinalium. Sciẽdũ ẽ ꝙ hęc opio oĩno opposita est sñię Ari. Putauit enĩ Gal. rã in spmate mulieris q̃ viri esse duplicẽ ptẽ. Vnã spirituosam per quam spma est actiuum & transmutatiuum materiæ generationis. Reliquam corpulentam grossam p̃ quam sperma est receptiuum huius impressionis, licet in spermate viri sit pars spirituosa vigorosior & amplior, quia magis spirituosum est &c. econtra vero in spermate mulieris, & sperma viri actiue & passiue concurrit ad generationẽ embrionis sed magis actiue & minus materialiter. econtra vero sperma mulieris. Hanc sñam põnẽ inuestigauit Gal. in lib. de spermate signis & experimentis quibusdam. Primum quia videmus filium quandoq; masculum q̃nq; fœmellam generari, & hoc non esset nisi in parte generationis virtus actiua spermatis mulieris aliq̃n vinceret sperma viri in producendo sexum quem intendit. Secundum quia aliq̃n fœtum ĩ cõplone & colore similare totaliter matri videmus ẽt vsq; ad stygmata, sed hoc non esset nisi sperma mulieris effectiue cõcurreret. sperma autem patris non est aptum producere similitudinem mr̃is cum in eo non sit derelictum idolum maternum, sed paternum a quo decisum fuit. Et possumus addere tertium signum, quia semina plantarum nõ solum hñt ĩ se principium effectiuum plantæ, sed etiam passiuum, cuius signum est, quia nullo saltem corpulento ab extra eueniente frequenter germinant. Et alia plura addi pñt, de quibus in q̃stione videbitur.

Dubia.

Circa hęc quędã insurgunt dubia. Primum, quia hæc non videtur positio Aristo. quam Aui. in litera explicat. Patet enim ex primo de generatione animaliũ, & exemplis inductis ex intentione Aristo. non fuisse spma viri partem substantię embrionis, maxime cum dixit, nunq̃ non ad quantum conferente animalibus masculo, sed ad q̃le. Cuius tamen oppositum exp̃ssit Aui. dum dixit, ꝙ sicut lac & coagulum sunt partes substantiæ casei, ita sperma viri & mẽstrua mulierũ sũt partes substantię embrionis. Secundum dubium, quia secundum intentionem Aristo. ad generationem sufficit sperma viri & menstruum mulieris, nec oportet ad hoc concurrere sperma mulieris, multę enim mulieres impregnantur quãuis sperma non emittant nec delectentur in coitu, vt Auer. secundo colliget, & primo de generatione pluries.

Auer. Gal.

Tertium dubium, quia hęc non videť positio Gal. immo secundo virtutum naturalium. tertio cap. videtur sentire põnem Aristoteli ascriptam dum cõparat mẽstruum mulieris cerę, & sperma viri sigillo. Quartum dubium. secundum sñiam Aristo. sequi videtur ꝙ possibile est idem animal esse filium diuersorum masculorum. Item ꝙ possibile est impregnari virginẽ. Primum patet, quia possibile est diuersis gallis ouo concepto super cocuntibus idem ouum plurium gallorum spermatibus irrorari, quo posito ĩ esse non erit pullus ex ouo genitus magis vnius galli q̃ alterius filius. Et similiter imaginari possumus in alijs animalibus. Et per idem patet secundum. nam qua ratione ouum superaspersum spermate conuertitur ad conceptionem odore seu parte subtili spermatis per poros testam oui penetrantibus eadem ratione in virgine effuso spermate ab extra poterit penetrare odor spermatis viri ad concauum matricis, & sic vsq; ad locum conceptionis, & per consequens &c. Et tunc ex illo facile concluderur esse possibile aliquem esse filium duorum patrum, quod a multis iurisconsultis est auditum. Quintum dubium. an cerebrum debeat vocari spermaticum. Videtur ꝙ sic ex tex. Aui. qui præter pinguedinẽ, carnem, & adipem, omnia alia dicit esse spermatica. Similiť quia ab eo oriũtur nerui. Videtur autem genitum ex sanguine. Primo propter mollitiem. Secundo quia. 21. tertij. 2. cap̃. innuitur ꝙ añ formationem cerebri impletur vesica cooperiens cerebro sanguine ad albedinem decliui. & sic videť generari ex sanguine. Sextum dubium est propter exemplum positum de coagulo. Quid per coagulum intelligere debeamus & in quibus animalibus proprie reperitur coagulum, & quæ est virtus coaguli. Ad primum dicitur ꝙ p̃ partem substantiæ embrionis non intellexit Aui. in litera partem quæ est proprie sumpta .s. integralem aut essentialẽ, sed per partem intellexit omne essentialiter concurrẽns ad alterius productionem, vel omnem causam ordinatam essentialiter ad productionem alterius, sicut ẽ sperma viri et mulieris ad productionem embrionis. Ad secundum iam patet ea dictis Aristo. ꝙ sub nomine menstrui comprehendit verum sperma mulieris. tale .n. non est nisi sanguis in vasis spermaticis vlteriori quadã digõne digestus. Licet etiam teneri posset ꝙ esset superfluitas quartæ digõnis sicut in urina. Et conceditur ꝙ sperma saliuale illud tenue & aquosum nõ necessario concurrit ad generationem, nec tale necessario expellitur dum mulier impręgnatur. Ad tertium dicitur ꝙ licet Gal. in li. de spermate senserit contra Arist. in lib. tñ virtutum naturalium alle. ca. fuit alterius sñiæ nec puto illas auctoritates inter se posse bene conciliari. Potest tamẽ dici probabiliter ꝙ ibi comparauit partem spirituosam ad corpulentam, quæ habet se vt forma & sigillum. pars vero corpulenta vt cera.

Cõtradictio inter Arist. & Gale. & Auicẽ. de spmate nõ p̃t cõciliari

Ad quartum conceduntur istæ cõclusiones tãq̃ possibiles, quicquid dicerent iurisconsulti. Ad quintum vtraq; pars posset probabiliter teneri. Mihi tamen videtur probabilius ꝙ sit genitum ex spermate. Quod autem dicitur. 21. tertij. alle. ca. impletur &c. per sanguinem intellexit sperma muliebre, quod quandoq; nomine sanguis menstrui vocatur. Vel dicitur ꝙ ad illam transmittitur sanguis q̃ post formationem nutrit cerebrum.

Coagulum.

Ad vltimum dicitur ꝙ per coagulum proprie intelligere debemus lac aut substantiam ex lacte in ventre lactantis animalis generatam per decoctionem diuturnam inspissatam, propter quam ĩ suis partibus igneitatem & acuitatem consecuta est ex quibus hẽt virtutem subtiliandi dissoluendi & incidendi. remanserunt tamen in eo partes terreæ per quas virtutem habet constrictiuam, & quidam dicunt eam esse stypticam. Cõtra, q̃a tunc in quolibet lactante posset inueniri coagulum. cõsequẽs ẽ falsum, non .n. inuenitur nisi in bidẽtatis & lepusculo, ut. 3. de partibus vlti. ca. & Aui. 3. animalium. vltimo cap. & Albertus in. 3. animalium.

Aristo. Alber. Coagulũ ubi reperiať. Gal.

Dicendum ꝙ in animalibus cornutis grossis & bidentatis maxime reperitur coagulum, quia talium nutrimentum est grossum, & lac terrestrius est facilius coagulabile. Dicendum secundo ꝙ reperitur in alijs animalibus multis marinis lepore & vrso, vt Aui. 13. aĩaliũ cap̃. vltimo. Item in equo. 10. de simp. medicina. cap̃. de coagulo. Item in mure, vt sexta quarti cap̃. de morsu canis rabidi. Dicendum tertio ꝙ non repugnat reperiri in multis alijs animalibus. secundum tamen cõem cursum magis reperitur in animalibus iam dictis & præcipue in bidentatis. Causa autem quare in paucis alijs animalibus exceptis bidẽtatis & cornutis reperitur, tangitur. 3. de partibus animaliũ. cap̃. vltimo. quia non cornutorum lac est subtile & non coagulabile. cornutorum autem grossum facile coagulabile. vñ talia animalia vt pl'm habent coagulum, reliqua vero secundum plurimum non. Sed dices. Si hæc est virtus & cõplo coaguli. quare igitur coagulum lac coagulatum dissoluit, & silr sanguinem coagulatum, dissolutum tamen coagulat. videtur .n. ꝙ solũ debet dissoluere et nõ coagulare &c. Auerrois quito colliget concedit coagulum hoc facere per p̃prietatem cuius occultæ sunt causæ. Alij dicunt ꝙ illud operatur per diuersitatem suarum partium igneum .n. uirtutem habet

dissoluendi, terreum uero coagulandi, q̄uis etiam ꝑ accidēs igneum per uiā resolutionis coagulare & īdurare possit. Alīj dicunt ꝙ igneum coaguli secundum uarietatem partium patientium potest unum coagulare & aliud eliquare, & sic occurrens coagulato a frigido liquefacit & subtiliat, ipsum occurrēs autem coagulato a calido ipsum fortius indurat. Istā materiam de coagulo, uide a Francisco de pedemontiū cap. de exiccatione lactis & casearione. Ista quia non sunt de principali proposito sufficiant de coagulo.

Frācis. de pede mon.

Postea uero sanguis qui in tempore mēstruorum a muliere separabatur fit nutrimentum.

Notificat materiam ex qua generātur ꝑcipue spermatica & nutriuntur notificando etiam materiam ex qua generatur & nutritur caro & adeps. Secundo comparat membra spermatica & carniformia inter se. secunda ibi. ⌊ Membra autē quæ ex spermate. ⌉ Primo notificat hanc materiā nutricationis generaliter. secundo specialiter magis. tertio notificat appropriatum agens & propriam materiam carnis & pinguedinis. secūda ibi ⌊ Sed alia. ⌉ Tertia ibi ⌊ Et caro quidem. ⌉

Primo dicit postea. i. formato fœtu & membris formatis, quę ex spermate generantur, sanguis qui separatur a muliere tpe mēstruoꝝ fit nutrimētū foetus & membrorum. Sciendum primo ꝙ per sanguinem mēstruū intelligit ut supra sāguinem aptum a muliere periodice de mense in mensem expelli, Multiplicatur autem iste sanguis ī corpore, mulieris ad finem gn̄ationis & nutricationis embrionis, ꝑꝑ quod nō in oī ętate oībus mulieribus accidit menstruatio, sed solum in ætate qua sunt fecundabiless. Similiter nec est idem terminus inceptionis & defectus menstruationis in oībus. in quibusdam. n. citius, & in quibusdam tardius incipit, & similiť desinit secundum uarias complexiones naturales & regimina ex quibus accidit mulierem unā altera esse fecūdabiliorē, & similiter diutius. Sciendum secūdo ꝙ q̄ntūcū q; sanguis menstruus uideatur putridus & corruptus, in eo tamen sunt partes aliq̄ non putridæ nec corruptæ sed puræ & laudabiles ab hepate & natura pueri rectificabiles, ex quibus aliquę transeunt in materiam nutricationis. aliquæ uero opportuno tpe transmutantur in lac. partes autem penitus īpuræ aut non rectificabiles reseruantur ad horam partus & simul cū foetu expelluntur ut īfra uidebitur. Tertio nota. Ex litera uidetur colligi ꝙ ante impregnationem pręcedit menstruatio. De quo in dubījs literalibus. Quarto nota. ꝙ probabiliter concedi potest aliquam mulierem per totū cursū suarum ętatum naturaliter se habentem nunq̄ menstruari. Ponendo mulierem fore cholericam, utentem regimine ualde sicco & exiccatiuo multum superfluitates consumente, tunc. n. satis probabile ē nullam ab ea superfluitatem expelli sub forma menstrui, sed solum insensibiliter aut sub forma sudoris. Et similiter probabile est aliq̄ aliam mulierem continuo menstruari ponendo conditiones omnino prædictis oppositas, & si quæ aliæ addendæ uidentur.

Mēstruus sanguis qd.

Sed alia pars eius est quæ in similitudinē conuertitur substantiæ spermatis & membrorū quæ ex eo gn̄anť, & erit nutrimētū augmētās ipsum.

Declarat magis particulariter oñdendo hunc sanguinem in quatuor partes separari. quarum aliquę fiunt nutrimētum spermaticorum. Aliquæ fiunt nutrimentum & materia generationis carnis & adipis. Et aliqua pars penitus inutilis siť cum foetu expellitur. Aliqua uero trāsmutatur in lac. secūda ibi ⌊ Alia pars. ⌉ tertia ibi ⌊ Et alia pars est superfluitas. ⌉ q̄rta ibi ⌊ Cunq; infans. ⌉ Dicit primo ꝙ alia. i. una pars sāguinis illius est. quę cōuertitur in similitudinē substantię spermatis & membrorum spermaticorum, & est nutrimentum augmentans ipsum. s. foetū uel ipsa. s. spermatica. Sciendū ꝙ conuersio huius sanguinis ad similitudinem spermatis si accidat ante animationem membrorum fit a uirtute spermatis masculi. Si uero post eorum formationem & animationem fit a uirtute digestiua illorum membrorum præparante sibi materiam pro nutricatione.

Alia pars eius est quæ non nutrimentum fit adhuc, sed est cōueniens ut coaguleť adimplēda loca mēbrorū primorū uacua & fit caro et adeps.

Declarat quo ad secundam partem, in quam diuidiť sanguis. Et dicit ꝙ illa alia pars sanguinis quæ adhuc non fit nutrimentum alicuius membri est conueniens ad hoc vt fiat materia generationis carnis adipis, & pinguedinis, quæ debent replere loca vacua primorum membrorm. i. vacuitates cadentes inter prima membra. i. spermatica. Sciendū primo ꝙ in hoc simul notificat materiam generationis carnis & pinguedinis & etiam nutricationis. ista enim pars primo subījcitur pro generatione horum membrorum, deinde pro nutricatione. Sciendum secundo ꝙ vt colligitur secūdo de partibus animalium. natura in formatione embrionis operatur vt pictor bonus qui primo lineat. Secundo vacuitates cadentes inter lineationem coloribus replet. Ita natura in principio lineat formando spermatica. Et quia inter spermatica formara cadunt vacuitates, illas postea pinguedine & carne replet, taliter vt ex hac repletione resultet decēs mēbrorum figura & compositio.

Et alia pars eius est superfluitas, quæ nulli harum duarum rerum est bona, & remanet usq; ad horā partus quā utpote natura sup̄fluā expellit.

Declarat q̄ntum ad tertiā p̄tem sanguis dicens, ꝙ alia est pars sanguis, quæ nulli harum duarum rerum ē bona. s. nec generationi carnis nec nutricationi, vel augmento spermaticorum, et ista est superfluitas impura q̄ remanet vsq; ad horam p̄tus & hanc natura tāq̄ superfluā expellit. Sciēdum ꝙ licet hęc pars sit superflua, in eius tamen expulsione cōsequitur natura aliquam vtilitatē, ꝓ quanto lubricat foetū & vias p̄ quas debet fieri exitus foetus, & sic facilitat p̄tū. Et iō mltū difficultať p̄tus si illę sup̄fluitates, q̄ ad horā p̄tus reseruari debēt añ horam partus per notabile tempus expellanť.

Cumque infans parturitur sanguis quem ipsius hepar generat, huius sanguinis uices supplet & generať ex eo qd̄ ab illo sanguine generabať.

Declarat quantum ad quartam partem sanguinis iam dicti & in summa vult, ꝙ postq̄ infans parturitur, mēbra infantis nutriuntur ex sanguie, quē gn̄at hepar pueri, & sic sanguis quem generat hepar pueri supplet locū huius sāguis. i. sanguinis menstrui: quo ad partes illas, ex quibus membra pueri in vtero nutriebantur. Sed iste sanguis quem generat hepar pueri, generatur ex eo. s. nutrimento quod generabatur ab illo. s. ex illo sangule, quasi dicat ille sāguis quem generat hepar pueri generatur ex lacte matris, & lac matris generať ex illo sanguine. s. menstruo. Et in hoc explicat quartā p̄tem sanguis menstrui, quæ tendit ad mamillas & conuertitur in lac, ex quo postea generatur sanguis in puero.

Et caro quidē ex sanguine generatur spisso quem caliditas et siccitas coagulāt, adeps uero ex eius aquositate & unctuositate generatur quā frigiditas coagulat, ideoq; ipsam caliditas resoluit.

Notificat nobis appropriatum agens & materiam tā carnis q̄ pinguedinis, dicens ꝙ caro generatur ex sanguine spisso, quē coagulauit caliditas & siccitas & pinguedo siue adeps generatur ex vnctuositate & aquositate sanguinis quē coagulat frigiditas, cuius signū ē quia adipem caliditas resoluit. Quicquid autem a calido resoluitur a frigido coagulatum ē quarto metheo. Circa hanc lectionem plura cadunt dubia

Dubia.

literalia. Primum. vtrum añ impregnationem sit necessarium mẽstruationem præcedere? Videtur enim ꝙ sic ex mõ loquendi Aui. in illa parte. Postea sanguis, qui tempore mẽstruorum a muliere separatur &c. Item non fit conceptio nisi concurrente spermate mulieris, ut supra, sed gño spermatis præsupponit menstruum tanq̃ materiam eius, igit̃ &c.

Impregnatiõis tempus.
Aristo.
Mar.

Oppositum videtur docere experimentum. Impregnantur enim mulieres aliquando in vndecio aut in. 12. anno. Incipiunt tamen menstruari circa secundum septẽnium. i. circa 14. annum. quinto de hystorijs. primo cap. Item dixit mihi quidam fide dignus. s. Marsilius de sancta sophia se vidisse Papiæ puellam prægnantem, quæ erat precise annorum octo. Et Marsilius seu gentilis fatet̃ se vidisse mulierem quæ nũq̃ emisit menstrua, pluries tamen impregnata fuit et prius suos ad lucem eduxit. Secundum dubium. Videtur ꝙ embrio non tantum nutriri possit sanguine mẽstruo, nec etiã adeps & caro ex illo sanguine solum nutriri & generari. Nam possibile est impregnari mulierem tempore, quo ipsa est a menstruis perfecte mundificata, sed hoc posito non nutriretur embrio per totum illud tp̃s ex sanguine menstruali, imo nutri retur ex sanguine optimo mulieris. igitur &c. Tertium dubium. Per quem modum nutriatur fœtus in vtero ex sanguine iam dicto, et quare non ordinauit natura ad stomachũ pueri transire cibum masticatum a matre, ex quo fieret ibi chylus & sanguis in hepate eiusdẽ. Item quare ordinauit natura sanguinem mulierum in hepate earum genitum in venis vlterius transire ad hepar pueri, & postea in venas eius, cum sufficiant sanguini tres digestiones. Quartum dubiũ. Videtur ꝙ melius fuisset naturæ illam tertiam partem sanguis, quæ est superfluitas omnino inutilis paulatim expellere q̃ ipsam vsq; ad horam partus reseruare, ne qualitate praua læderet embrionem. Item hæc superfluitas in venis retẽta nõ prohibetur a natura quin faciat magna nocumenta & īficiat membra. igitur multo magis ipsa aggregata in vno loco in quo non ita potest a virtute regulari. Quintum dubium. Nõ videtur ꝙ materia appropriata carni & agens appropriatum sint conuenienter assignata. Primo quia sanguis spissus est sanguis melancholicus, qui non est proportionatus generationi nec nutrimento carnis sed membri melancholici. Itẽ hoc agens appropriatum est inconueniens. s. caliditas cũ siccitate caro. n. coagulatur a frigido. Secundo de generatione

Aristo.

animalium. 12. cap. cuius signum quia ab igne dissoluit̃ vt in febribus liquefactiuis. Item dñium carnis, vt habetur secundo complexionum. 2. cap. sigñat dñium caliditatis et hu

Gal.

miditatis, & per consequens non fit a calido & sicco. Sextum dubium est de agente appropriato adipis, quia gñans carnẽ & adipem est sperma, quõ igitur potest sperma vnã partem digerere sanguis, quæ conuertitur in carnem & calefacere, & partem aquosam & vnctuosam infrigidare, nõ. n. videtur hoc esse possibile. Item circa cor renes & membra calida multum generatur adeps, vbi non apparet aliquod dñium frigidi congelantis. Item non videtur ꝙ dissolui a calido sit sufficiens signum ꝙ res sit coagulata a frigido. Nec videtur omnia a frigido generata a calido dissolui, quia caro dissoluitur a calido, & tamen non coagulatur a frigido sed a calido. etiam pili aut nerui coagulati sunt a frigido, & tamen non dissoluuntur a calido. Ad primum respondetur & dicitur ꝙ licet naturalis exitus menstruorum cum alijs signis pluribus apparentibus in muliere in ætate pubertatis, puta eleuatione mamillarum, pilositate pectinis, ut habet̃ ab Ari. 9. de hystorijs. primo cap̃. & ab Aui. 9. animalium prĩo cap̃.

Aristo.

sint signa ꝙ mulier sit fecundabilis, non tamen necessario hæc signa nec aliquod ipsorum præcedit conceptionem, licet in pl̃ibus antecedant. Concedendum ẽ tamẽ ꝙ sunt hmõi signa pro quanto sunt oñdentia iam superesse materiam, nõ solum pro nutrimẽto membrorum mulieris necessaria, sed etiam pro nutrimento fœtus, propter quod natura iam materias superfluas expellit versus mamillas & partes matricis, & mamillas augmentat vt sint lactis contentiuæ & generatiuæ. Et ex hoc comprehenditur naturam pellere materiã ad vasa spermatica & testiculos superfluam conuertibilem in sperma. Non. n. magis sollicita videtur dẽre esse natura de materia nutricationis q̃ de materia generationis. Quamuis tamen naturalis exitus menstruorum non præcedat accidit conceptionem fieri. Primo quia possibile est mulierem per duos vel tres dies ante primam menstruationem concipere, et sanguinẽ qui in prima menstruatione fuisset expulsus paulatim ad locum conceptionis attrahi, quo posito patet añ conceptionem non præcessisse menstruationem. Secũdo quia secundum pl̃m mulieres quæ nunq̃ menstruantur sterilees sunt. non tamen semper nec necessario, vt. 9. de hystorijs primo cap̃. in translatione græca. Et potest hoc suaderi ratione.

Menstruatio ẽ signũ sterilitatis vł' fecunditatis.

Primo quia conuenit mulierem post completam purificationem menstruorum concipere & in ea sufficientem superesse copiam sanguis, vt inde fœtus integre formari possit & adhuc nutriri, maxime si ponatur ꝙ sit mulier quæ solum in duobus mensibus mẽstruatur semel, pono igit̃ aliquã mulierem omnino carere menstruis & habere testiculos & vasa spermatica fortia, & ꝙ in ea sit sanguinis etiam tanta copia q̃ta est in mulierem signata nouiter purificata a menstruis, & sequitur ꝙ ista mulier etiam concipere poterit, ad sunt. n. omnes causæ requisitæ ad conceptionem vel adesse possunt, & tamen suam conceptionem non antecedit menstruatio, vt patet intuenti. Accidit autem mulierem aliquã priuari menstruis perpetuo. Aut ꝑpter regimen resolutiuũ & exiccatiuum ex cibo & potu & exercitio &c. sicut credit̃ Dianam menstruis caruisse. Aut propter complexionem naturalem siccam. Aut quia licet fuerit in ea quo ad membra generationis complexio fœminina, est tamen in ea respectu pr̃cipalium & habitudinis totius complexio masculina. Ex quibus patet sine menstruatione mulierem posse sanam viuere per totum decursum suarum ætatum propter rationes suprædictas & magis infra dicendas.

Diana menstruis caruit

Secundo suadetur idẽ, quia muliere perueniẽte ad senectutem prius deficit in ea mẽstruatio q̃ potentia concipiendi, vt docet experimentũ. maior. n. requiritur q̃titas sanguis ad menstruationem manifestam q̃ ad conceptionem, cuius signum est, quia in fœmellis omnium animalium deficit menstruatio excepta muliere & equa, & tamen concipiunt, igitur prius deficit quantitas requisita ad menstruationem q̃ ad conceptionem, & per consequens muliere pubescente & ad augmentum tendente prius in ea superfluet q̃titas sanguinis sufficiens ad conceptionem q̃ ad menstruationem & sic prius erit potens concipere q̃ menstruari. Hę duę suasiones virtualiter colligi possunt ex dictis. Ari. 9. de hystorijs. alle. cap̃. dum inquit. Natura quidem igitur conceptiones fiunt post horum remotionem mulieribus. i. menstruorum mundificationem, & quibuscũq; non fiunt hæc. s. menstrua vt in pluribus steriles ꝑmanẽt. Et subdit, quinimo nõ factis his quædam cõcipiunt quibus cõgregatur humor tantus q̃tus parietibus relinquitur post purificationem, q̃uis non foras exiret, & in hoc tetigit suasionem primam. Deinde potest intelligi suasio secunda dũ subiungit. Et factis adhuc quædam concipiunt posterius. i. deficientibus menstruis adhuc quædam concipiunt, quia tamẽ vt in pluribus non concipit mulier nisi præcedente mẽstruationem, iõ dicit Aui. ꝙ sanguis qui tempore mẽstruorũ &c.

Ex quibus patet ꝙ gño spermatis non præcedit necessario menstruationem in muliere. Non. n. mirabile magnum esset in muliere aliqua in principio pubertatis reperiri quantitatẽ spermatis sufficientem ad generationem, q̃titũcunq; nõdum multiplicata sit in ea q̃titas sanguinis superflua expellenda per menstrua, quia forte per exercitium consumpta est, aut phlebotomia aut fluxu sanguinis narium eũata, aut quia habet testiculos & vasa spermatica fortia ad trahendum & digerendum materiam vtilem pro spermare, & habet sanguinem bonum nõ superfluum in quali immo forte nec l q̃to. Ponatur igitur ꝙ coeat & cõcipiat. Et patet ꝙ virtute spermatis forti exñte attrahetur ad locum generationis seu cõceptionis sperma bonum & sanguis bonus in quo casu nõ ambigendum quin producetur fœtus bonis sanguinis paucarũ superfluitatum,

superfluitatum, quia forte in tota sua ætate non variolaretur.
Et potest positas huius casus colligi. 20. tertij. cap. de vtilita-
te seu de multitudine desiderij. Et ex hoc tanq̃ ex funda-
mento patere potest rñsio ad secundum dubium. Concedit
enim ꝙ non tantum ex sanguine menstruo iam dicto nutri-
tur fœtus, nec etiam ex eo solum gñatur adeps & caro, & vi
detur probare argumentum tactum in dubio, & aliqua etiã
tacta in solone præcedentis dubij, sed etiam ex sanguine puro
& bono mulieris. Concedendum est tamen ꝙ secundũ plu
rimum nutritur fœtus & generantur membra iam dicta ex
sanguine illo menstruo, qui periodice si non esset impregna-
tio expelleretur. Causa autẽ est, quia virtus membrorũ ma-
tris q̃tum potest pro se retinet sanguinem bonum, & rela-
xat sanguinem periodice expellendum. Nota tamen ꝙ li-
cet sanguis qui periodice aptus est per menstruationem ex
pelli. & sanguis qui attrahitur ad embrionem nutriendum et
formãdum sint idem, differenter tamẽ & sub diuersis dispõ-
nibus mouetur sanguis ad embrionem, & ad extra dum pe-
riodice expellitur. Primo quia mouetur ad embrionem attra
hitur continue & paulatine. continue quidem sicut continua
est necessitas restaurationis aut generationis. paulatine uero,
quia si subito magna eius quantitas attraheretur, posset calo-
rem naturalem embrionis suffocare & extiguere, sanguis ve
ro qui menstrualiter expellitur periodice de mense in mense.
aut in duobus mensibus semel simul effunditur & in magna
quantitate subito. Secundo quia sanguis qui mouetur ad
embrionem attrahitur ꝑdigestus & rectificatus, qui vero ex-
pellitur est magis corruptus. Nõ igitur imaginandum est ꝙ
sanguis qui attrahitur ad embrionem alteretur & sit tantæ
malitiæ sicut sanguis menstruus qui expellitur tempore mẽ-
struorum, tum, quia paulatim attrahitur & rectificatur, tum

Lepræ cã ẽ ipregnatio ĩ menstruis.

etiam quia non in tanta q̃titate simul in venis aggregatur.
Si. n. ita corruptus attraheretur inficeret fœtum. Vnde & qui
tempore menstruationis concipiuntur nascuntur leprosi, vel
saltem cum infectione qua in posterũ cadunt in lepram ut ter
tia quarti. cap. de lepra. Ex quibus colligi possunt cãꝫ mul

Fœtus mũdi ac fœtidi cã.

torum apparentium nobis. Primum. Quare fœtus geniti
post completam mundificationem menstruorum sunt secũ-
dum plurimum mundi & nitidi. fœtus autem geniti añ mũ
dificationem seu purificationem sunt fœtidi, superfluitatibus
abundantissimi. vnde & primi secundum plurimum parũ
variolantur. secundi autem multum & quandoqꝫ his vario-
lantur. Et q̃to erit mulier menstruationi propinquior, tanto
erit magis infectus fœtus. Primus. n. fœtus formatur & nu-
tritur ex sanguine bono & puro. Secundus vero ex sanguine
infecto & maligno. Et propterea p̃cipitur in veteri testamẽ
to, vt vir non coeat cum muliere nisi trãsactis decem diebus
post menstruationem, in quo tempore verisimile est totam

Cur fortes parẽtes generẽt non uũq̃ imbecillẽ fœtũ & fortẽ imbecilles.

sanguinis infectionem remotam esse. Patet secundo. unde
accidit quandoqꝫ ex uiro & muliere robustis & fortibus regi
minis boni & bonæ complexionis generari fœtum valde i-
fectum & immundum. Econtra vero ex viro & muliere ma
læ complexionis generari fœtum satis mundum. Contingit.
n. primum quandoqꝫ propter conceptum fuisse fœtum tem-
pore propinquo menstruationi, quo tempore sanguis multũ
infectus. Secundum vero contingit propter fœtum cõceptũ
fuisse facta purificatione. Potest etiam illud accidere propter
variam proportionem virtutis attractiuæ embrionis ad vir
tutem retentiuam & attractiuam membrorum mřis. Con-
tingit. n. virtutem attractiuam membrorum matris multũ
superare virtutem attractiuam embrionis, & tunc q̃tũcũqꝫ
cibi mulieris sint bonæ complexionis, membra tamen sua
bonum sanguinem attrahunt pro se & retinent, infectũ vero
relaxant quare nutritur embrio sanguine infecto, & sic infi-
cit &c. Similiter contingit econtra & tunc bonum sanguinẽ
attrahit fœtus & malum relaxat quare inficitur aut aliq̃ mõ
male disponitur mater seu infirmatur. Et propter illud con-
tingit mulierem hñtem sanguinem infectum non parere fœ
tum infectum. Quia uirtus attractiuã fœtus fortior est q̃ mẽ
brorum matris, & sic sanguinem purum & bonum attrahit,
infectum vero relinquit. Ex hoc. n. ꝙ videmus prægnãtem
impinguari & fieri carnosam. non bene potest concludi bo-
na dispositio fœtus, sed potius econtra. Non mirentur igr̃
iuuenes medici nec pro omnibus occultis fugiant ad cœlestes
aspectus, si aliquando mulierem robustam viderint produ-
cere fœtus debiles etiam ex viro robusto. Frequenter etiam
econtra resistentia membrorum matris surripit nutrimentũ
fœtui, & reddit ipsum imbecillem. Econtra mulier satis de-
bilis ex viro robusto vel mediocri producet fœtum robustũ
propter causam oppositam. Contra, quia tunc semper me
lius esset alijs paribus mulierem debilem esse q̃ robustam.

Neganda est consequentia, quia contingit in muliere robu-
sta superesse bonũ sanguinem pro se & pro fœtu. Et mul-
tæ aliæ contingentiæ inueniri possunt hic. Ad tertium du-

Venę secundinę situs.

bium dicitur ꝙ venæ secundinæ sunt continuatæ cotylidõi-
bus matricis ex vna parte, & terminantur ad venam umbi-
licalem ex alia quę rẽdit ad hepar pueri, deinde diuidit̃ ꝑ ve-
nas totius & distribuitur membris pueri. Causa autem qua-
re fuit necessarium sanguinem hunc transire ad hepar pueri,
est quia sanguis ille vt plurimum est crudus & indigestus.
Item q̃uis esset bene digestus in hepate et venis matris, quia
tamen aliud est tẽperamentum membrorum pueri & aliud
matris, aliter ꝑparatus debet esse sanguis nutriturus mem-
bra eius, & aliter nutriturus membra matris, vnde oportuit
ipsum in hepate & venis matris dearticulari & perfici & sifr
in venis eius. Causa autem quare ordinauit natura nutri-
mentum pueri transire ad hepar & non ad stomachum põt
esse multiplex, primo quia calori fœtus coniungitur humidũ
multum calorem eius obtundens, vnde non fuisset calor ĩ eo
aptus transmutare, nisi obiectum facile transmutabile sicut
est sanguis. Secũdo quia ex cibo in stomacho digesto plures
& magis grossæ resecantur superfluitates q̃ ex sanguine. Ne
igitur tempore impraegnationis in vtero aggregarentur tot
& tam fœdę superfluitates ordinauit natura ad fœtum solum
sanguinem attrahi & non cibum. Tertio ne cũ perturbaret̃
aut destrueret̃ appetitus stomachi matris deficeret fœtui nu-
trimentum. Ad quartum iã patet responsio. Quare reser-
uatur ista pars ad horam partus, quia. s. partum facilitat, &
quia forte cum illa aliquid vtile quod attrahitur a uirtute mẽ
brorum fœtus commixtum est. Et dicitur vlterius ꝙ calor
naturalis fœtus cõicatus secundinæ regulat putrefactionem
prohibet in hoc sanguine, nisi fuerit ex se ualde corruptus &
ineptus rectificationi. Tunc. n. quandoqꝫ fœtum inficit nisi
eius virtus fuerit valde fortis, & recipit mirabiles modos pu
trefactionis. ex quibus etiam ex eo generantur diuersa aĩalia,
ut serpentes, bufones, & sĩa animalia. Ad quintum dicẽ

Sanguis spissus quid.

dũ ꝙ per sanguinem spissum intelligit Aui. partem sanguis
grossam respectu partis unctuosæ aquosæ ex qua generatur
adeps & pinguedo. Non tamen voluit ꝙ esset sanguis spis
sus respectu sanguinis mediocris, aut ꝙ esset sanguis melan-
cholicus. Et cum arguitur ꝙ agens appropriatum carnis nõ
esset conuenienter assignatum, quia caro coagulatur a frido.

Aristo.

vt secundo de generatione animalium. cap. 12. Dicitur ꝙ nõ
distinguit Aui. carnem sib icontra pinguedinem, aut ꝑ car-
nem intellexit illud unctuosum & pingue quod carni cõmix
tum est. tale. n. est a frigido coagulatum, & ideo dissoluitur a
calido igneo, sicut habet videri in assatione carnium. Si autẽ
febres æliquatiuę dissoluunt carnem proprie dictam, ista nõ
est dissolutio opposita coagulationi. de qua in proposito ĩtel-
ligitur. Ad aliam confirmationem, dñium carnis sigñat do-
minium humiditatis. igitur nõ coagulatur a caliditate & sic-
citate. Neganda est consequentia. licet. n. dominium carnis
significet dñium humiditatis, stat tamen carnem fieri a cali-
do & sicco respectu eius a quo fit pinguedo. Ad sextũ dici
tur ꝙ sperma sua caliditate potest coagulare carnem & sup-
fluum humidum eius exiccare. parti etiam unctuosæ dare p̃e-
modum mixtionis quo mereatur formam pinguedĩs, q̃ po-
stea a frigiditate radicalium inspissatur, & ad formã pingue-
dĩs reducitur. Agente igitur spermate in sanguinem, ex quo
generari debet caro partem spissiorem inspissat digerendo,

humidum et supnatans vnctuosum a frigiditate spermatis coruum inspissatur. Et sic videtur q non sit pinguedo de principali intentione naturæ sicut caro, vt Ari. quinta problematum. 15. problemate. Ad aliam confirmationem dicitur, q circa cor multiplicatur pinguedo a frigiditate capsulæ & aeris frequenter ad locum hunc attracti, licet videatur Aui. aliter dicere. secunda primi. cap. de signis complonum. Ad vltimum de pilis & neruis dicitur, q nerui ossa & pili & talia calido formata sunt. Genita. n. fuat hæc membra a calido assante, quod per viam resolonis ea infrigidauit. & taliter a frigido inspissata non oportet dissolui a calido.

Aristo.

Membra autem quæ ex spermate sunt creata cum solutionem continuitatis patiuntur certa continuitate, non restaurantur nisi pauca ex eis & in paucis habitudinibus, & in ętate pueritiæ; sicut ossa & rami uenarum parui. non enim magni neq; arteriarum. Cumq; enim aliqua eorum pars seiungitur nihil loco eius nascitur. & hoc quidem sunt ossa & nerui. Illa uero quæ ex sanguine sunt creata renascũtur post perditionem suam, & continuantur tali substantia qualis sunt ipsa sicut caro.

Ponit quãdam comparationem inter membra genita ex spermate & ex sanguine. Secundo tacite remouet dubium. secunda ibi. Et istud quidem. Dicit primo q membra q̃ sunt creata seu facta ex spermate cum patiuntur solonem cõtinuitatis non restaurantur certa cõtinuitate, nisi pauca ex eis & paucis habitudinibus & in ætate pueritię sicut ossa & parui rami venarum. rami. n. magni venarum & arteriarum, siue parui siue magni nõ regñantur. Cum. n. aliqua pars istorum separatur nihil loco eius nascitur, & hæc membra sunt sicut ossa & nerui. Dicit secundo de membris generatis ex sanguine sicut caro, q non deperditur aliqua pars eorum, renascitur & continuatur tali continuitate quali pars prior erat cõtinua. Sciendum primo q per certam cõtinuitatem intelligit cõtinuitatem naturalem qualis erat primo in membris ante solonem, quam appellãt continuitatem primę itentiõis, quia. s. primo intenditur a natura, aut quia sibi primo debet intentio & ratio continuitatis, continuatur tamen siue aliqñ colligatur membrum quodam humido viscoso superueniẽte circumligante vnam partem solutam cũ alia, ut non amplius separentur. & hęc substantia circumligans vocatur porus sarcoides, arabice vero orosbot. Hęc autem restauratio siue recontinuatio dicitur restauratio secundę intentionis. Primum enim quod intenditur a natura post solonẽ continuitatis mẽbri est prima continuatio, quam si consequi non potest intendit secundam, vnde membra sic continuata dicuntur continuata per viam secundæ intentionis. Sciendum secũdo q inter membra nostri corporis inueniuntur extrẽa & media i facilitate & difficultate restaurationis post eorum dissolonẽ. Quædam. n. ex natura sua sunt difficillime consolidabilia & restaurabilia vt ossa. Quędam facillime vt caro. Quædam medio modo, vt nerui, venę & cartilagines, & huiusmodi. Et istorum quędam declinant ad latus difficilius, vt chartilago. quædam ad latus facilius, vt panniculi & nerui &c. Colligitur hęc diuisio quarta quarti. primo cap. & quinto de ingenio sanitatis. & primo de spermate cap. 13. Sciendum tertio q difficultas restaurationis verę post solonem continuitatis inuenitur i membro propter multas causas. Primo merito dispõnis naturalis membri, vt duritiei, siccitatis, & caloris naturalis, & virtutis restauratiuæ debilitate sicut in osse. Secundo ratione dispõnis annexe accñtalr naturali, sicut ẽ motus in pulmone & in arteria. aut res cadens inter partes solutas sicut humor, aut sanguis sicut in vena aut arteria, aut accidens consequens solonem fortem unde prouenit mors, vt in solutione carnis seu partis cordis. aut contractio partium solutarum & elongatio ipsarum abinuicem, sicut in incisiõe musculi aut chordæ. In proposito autem. Aui. tetigit facilitatem & difficultatem continuitatis merito dispositionis naturalis membri dñs alias intelligere. Contingit. n. aliquod mẽbrum merito suę naturalis dispõnis eẽ facilius restaurabile, merito añr suę accidentalis dispõnis fieri difficilius restaurabile. Sciendum quarto q causæ ex quibus specialiter redditur os vel aliquod membrũ spermaticũ difficile restaurabile sunt sicut durities & quę mẽbri duritiem & terrestreitatem necessario consequuntur. Ex hoc enim q membrum durum est sequitur partes solutas adinuicem difficulter applicari. tato. n. fit in re dura solo sine partis deperditione. Similiter ad duritiem sequitur siccitas, & ad siccitatem difficultas restaurationis seu inuiscationis partium continuandarũ, quia talis inuiscatio fit per humidum. Item ad talem duritiem & terrestreitatem sequitur frigiditas complexionis & debilitas virtutis naturalis in restauratione. Etiam quia oẽ membrũ nutritur ex nutrimento sibi proportionabili, oportet talis mẽbri nutrimentum esse terrestre & durum & difficulter attrahibile, & difficile transmutabile. quibus omnibus coniũctis resultat difficultas maxima restaurationis. Et quia in ætate pueritię mīor ẽ durities & minor siccitas, & minor defectus, saltem quantitatiuus caloris naturalis, ideo in pueritia satis principio generationis propinqua possibilis est hmõi consolidatio, præcipue in complexione temperata aut sanguinea a temperamento modicum recedente. unde tertio techni. Molle enim & puerile &c. Sed de hoc plus in dubijs.

Cõtinuitas certa quid.

Porus sarcoides vel orosbot quid.

Mẽbrũ restaurabile tripliciter. Gal.

Restaurationis difficilis cã multiplr.

Et illud quidem quod est creatum ex sanguine, in quo adhuc uirtus existit spermatis, dum nondum inter ipsum & sperma tempus intercessit nisi paruum, illud membrum quando tollitur iterũ nasci potest, sicut dentes in ætate pueritiæ. Cum autem sanguis ad aliam conuersus fuerit complexionem non iterum renascetur.

Tacite videtur quoddam dubium remouere. Eo enim q dentes videntur membra spermatica, & perditi regñantur non videbatur dictum Aui. fuisse verum. Hoc igitur remouens dicit q dentes nõ sunt geniti ex spermate sed ex sanguine in quo erat uirtus spermatis, & ideo quando inter sperma ipsum & sanguinem interuenit puum tempus, quia in illo sãguine adhuc reseruatur uirtus spermatis, si pdantur regñantur, sicut in pueritia. Cum autem sanguis conuersus ẽ ad aliã cõplexionem, nec amplius virtutem spermatis retinet si pdãtur non regñantur. Sciendum q Aui. in superficie mẽbrorum videtur velle q materia generationis dẽtium sit media quasi per participationem inter materiam generationis spermaticorum & carniformium. Et ideo vñr dentes membra quasi media inter carniformia & spermatica. Conueniũt enĩ cum spermaticis in duritie & albedine. Conueniunt autem cum carniformibus in possibilitate regñationis post eorum deperditionem & ẽt participant sensu aliq̃, in q̃ saltẽ a natura ossis separantur. Et de hoc satis videbitur in dubijs literalibus.

Dentiũ materia.

Et dicemus etiam q membrorum sentientium mobilium plerũq; motus & sensus simul principium est unus neruus, & plerũq; separantur, & erit principium cuiusq; uirtutis neruus.

Quia supra posuerat quasdam diuisiões gñales mẽbrorum nunc ponit quasdam diuisiones speciales. Et diditur in quatuor sicut illę diuisiones sunt quatuor. Partes patent. Prio dicit q membrorum habẽtium sensum et motũ quędã sunt quæ recipiunt sensum & motum per idem principium. s. neruum. quędam vero sunt quę per diuersos neruos recipiunt sẽsum & motum. Exemplum primi. sicut musculi costarum recipiunt sensum tactus & motum voluntarium præcipue p illos neruos, ex quibus postea cum ligamenti villis constituuntur

Mẽbrũ hñs sensũ et motum dupliciter.

tuuntur chordæ, nec apparet ad eos venire alius neruus. Exemplum secundi. sicut oculus per alium neruum sentit acute sensu tactus & similiter videt & per alium voluntarie mouetur: sicut etiam digitus index per alium neruum habet tactum perfectissimum & per alium motum voluntarium, vt infra videbitur. Sciendum hic primo quod per sensum hic intelligit exteriorem, & per motū intelligit modum voluntarium, cuius principium sunt nerui. Sciendū secundo quod membrorum quibus competit sensus & motus, quædam participant sensu & non motu voluntario sicut caro gingiuarum & auris. & similiter intrinsecum auditus organum. Quædam vero participāt simul sensu & motu voluntario, vt labia lingua & vniuersaliter musculi. Nullum autem reperitur membrum solum motu voluntario participans, scilicet sine sensu; quia cum motus voluntarius sit perfectio posterior & sensus sit prior non potest motus voluntarius absolui a sensu, quia non potest posterius natura absolui a priori licet bene econtra. Ex quo patet quod cum dixit Auicen. per alium neruum esse in aliquo membro principium sensus & per alium principium motus, non intellexit aliquem neruum esse principium motus solum. hoc. n. est impossibile, quia omnis neruus motiuus est sensitiuus. Sed voluit quod aliquis neruus est principium solum sensus, et aliquis cum hoc voluntarij motus. Causa autem diuersitatis huius videbitur in dubijs litteralibus.

Mēbrū ꝑticipat sensu & motu dupl'r.

Dubia.

Circa hanc lectionem accidunt multa dubia litteralia. Primum. Videbitur quod membra ex spermate orta soluta possint vera continuitate continuari & amissa regenerari. Primo, quia vbi possibiles sunt causæ sufficientes ad aliquem effectum producendum potest ille effectus produci. sed abscisso vel soluto membro spermatico sunt possibiles in nobis cāæ sufficientes ad eius veram continuitatem aut generationem. igitur &c. probatur minor quia ibi est materia generationis sufficiens. Adest. n. materia sufficiens nutricationis, sed eadem est materia nutricationis membrorum & generationis. primo de generatione. igitur &c. Similiter adest sufficiens agens, scilicet virtus cum calore naturali ossificatiua vel neruificatiua. Sicut quia cor primo genitum genuit alia membra, cuius virtus non deficit. Adest etiam finis gratia cuius &c. igitur debet posse ille effectus produci. Item difficilius videtur os aut neruum productum pedalis quātitatis ad duplum vel triplum augeri quàm digitalem quantitatem ossis regenerari, eo quod dum augetur os pedale ad duplum pedalis quantitas ossis generatur, sed virtus spermatici membri potest facere primum: vt docet experimentum. igitur & secundum. Item non minorem debet habere natura sollicitudinem de animalibus perfectis quàm de imperfectis, sed ad salutem imperfectorum post eorum generationem ex semine relinquit natura in eorum membris virtutem generatiuam eorum post eorum deperditionem, vt in canceris, in quibus abscissis pedibus regenerantur: & in lacertis serpentibus abscissis caudis regenerantur. In pullis etiam hyrundinum excecatis renascuntur oculi, vt colligitur in lib. de proprietatibus rerum. capitulo de hyrundine. & Plinius septimo naturalis hystoriæ. & Albertus in tertio animalium. capl'o de hyrundine. Et simile argumentum potest adduci de plantis in quibus partes aliquæ abscissæ regenerantur. Item non minoris perfectionis videtur virtus naturalis in animalibus perfectis quàm in imperfectis & plantis. sed in plantis & in imperfectis animalibus potest virtus naturalis partem solutam vera continuitate restaurare & deperditam regenerare. igitur etc. Itē humor albugineus deperditus restaurat, qui est membrum spermaticum. 4. de acci. secundo capl'o.

Plinius.
Alber.

Gal'.

Oppositum sonat littera Auiceen. & sententia nisi cum conditionalibus in littera expressis &c. Secundum dubium. Quia ex quo dentes totaliter deperditi possunt regenerari, cum sit perfectius seu difficilius rem totam de nouo producere quàm diminutam restaurare: videtur quòd dentes fracti possunt restaurari, quod est contra experimentum. Item cum dentes sint terrestriores sunt etiam duriores ligamento & chartilagine, quomodo sentiunt dentes & non ligamentum nec chartilago. Item quæri potest cuius virtutis operatio sit dentes regenerare, quia si generatiuæ virtutis non minus ossa chartilagines & cerebrum debent posse regenerari. Similiter videtur quòd ligamentum tunc fractum poterit reitueg ari, & in omni ætate regenerari. Tertium dubium. Quia non videtur quod idem neruus possit esse principium sensus & motus. Primo quia tunc non debuisset natura sensitiuos neruos separare a motiuis. Nam ex quo vnus neruus sufficie ad vtrumque frustra natura plures posuisset, quorum aliquis deseruisset sensui & aliquis motui. Item nerui sensitiui sunt humidiores & molliores motiuis. infra capitulo de anatomia neruorum. & supra capitulo de complexionibus membrorum. & secunda tertij. capitulo primo. Et patet causam quia maiorem soliditatem & fixionem requirit motus quàm sensus. Item quorum virtus & complexio & substantia & finis sunt distincta, illa etiam sunt distincta. sed nerui sensitiui & motiui sunt huiusmodi. quia alia est virtus sensitiua, & alia est virtus motiua. Similiter complexio motiui est siccior substantia, solidior & terrestrior. & mouere & sentire sunt distincti fines. Item hoc potissime foret, quia motus non potest absolui a sensu. Sed oppositum patet experimento. Primo de dormiēte & exercente operationes vigilantiū. Secundo de membro stupido: in quo frequenter nullo modo impeditus est motus. Ad primum istorum. Dicit Conciliator quod membra spermatica soluta solutione magna aut mediocri, scilicet notabili corporibus prouectis ætatiue: & præcipue prauæ dispositionis non reuniuntur vnione vera præcipue ossa. deinde chartilagines & ligamenta, quæ post chartilagines sunt duriora & terrestriora: deinde chorda, post tunicæ arteriarum interiores. deinde neruus, post panniculus, deinde venæ & arteriæ tunica exterior. Et in summa Conciliator inter hæc membra videt ponere gradum in facilitate & difficultate reunionis secundum maiorem & minorem terrestreitatē eorum. Pñt tñ hęc membra soluta continuari continuatione non vera. s. per coniunctionē vel superligationem factā per porum sarcoidē, cuius cām dicit esse multiplicē. Prima est abscentia uirtutis informatiuæ quæ euanescit formato fœtu, vt dicit oñsum esse dr̄ia. 43. Secunda est defectus materiæ spermaticæ per quā stabat mēbri vnitas. Tertia cā est debilitas mēbri soluti consequens solutionem, vñ impotens fit materiam attrahere, vt ex ea aliquid loco partis deperditæ gñare valeat. Quarta cā est innata durities mēbri. Et iste quatuor cāę simul cōiunctæ constituunt unā cām integrā impossibilitatis vnionis cū cōditionibus prædictis. Et pp oppositas cās mēbra ex sanguine gñata soluta vel scissa pñt restaurari. Prio quia non deficit materia. Secūdo nec uirtus, quia illa est uirtus nutritiua carnis et carnosorum mēbrorum. Tertio nec multū debilitat caro pp solonē continuitatis, quia est pluris caloris & multi humidi. Quarto non est durities inuiscationē et continuationē ꝓhibens. Dicit secundo quod si solo cōtinuitatis sit parua in corpore infantili bonæ dispōnis & habitudinis. pos'is est vera & ꝓpria cōtinuatio & paruarum partiū, ut ramorum uenarum minutissimarum regño. Et seruabitur in hoc ordo cōtrarius posito superius in mēbris spermaticis. Primo. n. facilius fiet hoc in tunicis uenarum cōsequent' in pāniculis, deinde in neruis, deinde in tunicis arteriæ intrīsecis, post in cordis & ligamentis & chartilagibus, & demū in ossibus. In hac. n. ætate & habitudine remāsit quidā uigor uirtutis informatiuę in cordæ, & in foraminibus siue porositatibus mēbrorum spermaticorum remāsit aliqd māæ spermaticæ cōseruatę seu disseminatæ. membra etiā talia adhuc mollia sunt nec in solone taliū mēbrorum facta est debilitas de qua sit curandū mulnī. Et per hęc arbitrat' Cōcil. esse facile soluere instātias factas. Aīr dixit Thadeus quod cā pp quā pa mēbri gñati ex sanguine pōt regñari, nō aūt mēbri spma-

A

Continuatio mēbrorum duplex.

Concil.

Thade.

tici est, quia uirtus restaurativa inuenit in corpore materiã proportionatam carni ex qua potest regenerari caro. Non autem inuenit in corpore materiam ꝓportionatam ossi aut alteri spermatico. & causa est quia in carne nõ remansit de antiqua materia ex qua primo fuit genita caro, sed tota fluxit antiqua & sustentatur tantũmodo super noua materia, unde sanguis nouiter genitus est illi carni proportionatus. Expediebat.n. corpori aĩalis ad saluãdas actiones suas aliq̃s eius partes esse molles facile etiam transmutabiles, sed pro fundamẽto harum partium mollium oportuit esse in eo partes spermaticas duras, in quibus semper quãdiu viuit aĩal remanet aliquid de antiqua materia ex qua primo genita sunt, cui non est ꝓportionalis aliqua materia in corpore reperta: & ideo cum illa antiqua materia soluitur non restauratur: & similiter cum deperditur a multo fortiori. Vñ concludit ꝙ cum membrum spermaticum sustenteur duplici materia. s. antiqua & noua. sunt.n. fundamenta cordis, ideo indigent semper fundamentali materia habente duritiem super qua fluentes & refluentes partes sustententur, sic ꝙ deperdita vel abscissa eius parte notabili non potest fieri restauratio. Contra. Primo quia cerebrum est molle, immo mollius carne. igitur si aliqua eius notabilis pars deperdetur restaurabitur. Item quia eadem est materia generationis & nutricationis. 1. de anima cap̃. de tactu. et. 2. de generatione animaliũ. 16. cap̃. & 4. de generatione. 1. cap̃. sed in corpore animalis reperitur natura nutricationis spermaticis ꝓportionata. igitur & generationis. Pro primo dicitur ꝙ licet cerebrum sit multum molle, habet tamen antiquã materiam multum induratam, cui non potest reperiri pars ꝓportionalis sanguinis, et sic non põt pars deperdita perfecte regenerari. Pro secundo dicitur ꝙ eadem est vel potest esse mã gñonis & nutricationis. s. gñonis vnius & nutricationis alterius: nõ autẽ eiusdẽ. Exẽpli grã. Cambium est cõueniẽs mã nutricationis pñs, & pars ab illo inquanto superfluẽs est cõueniens materia gñonis alterius, puta filij. Quãtum autem veritatis hæc opinio contineat videbitur in. 3. tractatu techni, ad quem præsens difficultas specialiter pertinet. Alij aliter dicũt vt circa litteram tactum est ꝙ causæ præcipuæ difficultatis consolidationis & regenerationis in mẽbro aliquo pendentes ex naturali dispositione mẽbri sunt durities & siccitas mẽbri, ex quibus difficilis fit partiũ solutarũ inuiscatio debilitas innatæ virtutis & caloris naturalis & ineptitudo nutrimenti ad hoc, vt facile conuertatur in substantiam membri: & magna eius distantia & elongatio a natura membri. Cum igitur omnia simul coniungunẽ impossibilis redditur restauratio, & præcipue cum membrum spermaticum per solutionem multum fuerit debilitatum. cũ.n. ossi & cuilibet spermatico sit difficile aliquid modicum, quod per actionẽ caloris & cãrum resoluentium dissolutum est restaurare, neq; illud facere possit nisi in tempore satis longo respectu carniformium, vbi oportet per poros nutrimentum ad minima esse diuisum, ita vt qualibet quasi pars membri nutriendi quamlibet partem nutrimẽti transmutandi attingat, non videtur ꝙ multo simul nutrimento occurrente non diuiso ad minima & membro per solutionem multum, debilitato & nutrimento terrestri difficile transmutabili a natura membri multum distãte & magna transmutatione indigente possit perfecte materia illa in partes membri spermatici a mecedentibus similes trãsmutari. Ecõtra est ĩ carniformibus propter causam oppositã, vt patet. Et propter hoc patet in complexione humida et maxime cum hoc calida vel temperata in ætate infantiæ, licet sit difficile, illud tamen non est impossibile. Puto ꝙ quilibet istorum modorum bene intellectus possit sustineri. Ad argumenta igitur adducta ante oppositum.

Ad primum. penes primum modum respondendi negãda est minor. deficit.n. materia & agens vt declaratum est. Sed penes secundum deficit materia. Penes vero tertiũ deficit agens vt declaratum est. Ad secundum negatur maior, immo difficilius est digitalẽ quantitatẽ ossis deperditã regenerare q̃; os pedale ad triplum augeri. Primo quia deperdito osse debilitata est multum virtus, qua os deperditũ regenerari debet. Non sic autem est de augmento fiẽdo. Secundo, quia dum per actionem virtutis nutritiuæ et augmẽtatiuæ nutrimentum assimilatur membris, nutrimentum illud ad minima diuiditur, ita vt quasi quãlibet partem nutrimenti transmutandi virtus membri attingat. Secus autem est in generatione partis deperditæ. Ideo non est mirum si virtus illa potest membrum ad duplum augmentare, non tamen potest notabilem partem deperditam regenerare.

Qualiter autem secundum primum modum & secũdum respondendum foret satis patet intelligenti. Ad tertiũ dicitur negando illam consequentiam. Per idem enim vel simile concludi posse ꝙ partes hominis decisæ longo tempore deberent viuere, quia non minorem debuit natura habere sollicitudinem de animali perfectissimo. s. de homine q̃; de serpente vel de plantis, sed naturaliter in plantis & serpentibus vitam & calorem naturalem impressit vt decisæ uiuant. igitur ita debuit hominis partes in vita disponere. Similiter per idem argui posset hominem ad vitæ conseruationem non indigere anhelitu vel pulsu, quia non minus sollicita fuit natura &c. sed in imperfectis prouidit vitam posse conseruari sine anhelitu vel pulsu &c. igitur in homine debuit similiter prouidere. Patet enim quòd animalia quanto perfectiora sunt tanta ad partes eorum & eorum generationem & vitam plura requiruntur. vnde animalia imperfecta non requirunt ad generationem concursus agẽtis sibi similis in specie, sed generantur plura a casu per se vano: licet quædam eorum media inter perfectiora & imperfectiora vtroq; modo generari possint, vt. 10. problematũ. 56. problemate. homo autem & perfecta animalia a sibi simili in specie & generatione vniuoca generantur. Sed aĩalia imperfecta abscisso capite non statim pereunt, immo eorũ quædam post capitis abscissionem longo tempore viuunt. Homo autem & animalia perfecta statim abscisso capite moriuntur, vt. 10. problematum. ultimo problemate. Et sicut ad uitam & generationem totius plura requiruntur in perfectis animalibus q̃; in imperfectis, ita ad uitam & generationem partis deperditę aut unitatis solutæ plura requiruntur in animalibus perfectis q̃; imperfectis. Igitur nõ mirum si membra spermatica aut organica deperdita, aut notabiliter soluta in homine nõ restaurantur aut regenerãtur. In cãcro aut lacerta serpentibus & plantis restaurantur aut regenerantur. Dixit tamen Haly. 2. techni. ꝙ causa propter quam in plantis renascitur ramus abscissus est inuentio materiæ ex qua nutriuntur & generantur plantæ, quę ut dixit est ipsa elementa & maxime terra. Causa autẽ propter quam in animalibus imperfectis iam dictis renascũt caudę &c. est quia talia membra generantur ex superfluitate nutrimenti aliorum membrorum principalium, et nõ generantur ex materia generationis membrorum radicaliũ. Et est simile de istis caudis, quæ renascuntur sicut illud qđ nascitur animalibus de pilis pennis unguibus & cornibus, quia illa abscissa regenerantur. De oculis autem hyrundinũ dixerunt quidam fabulosum esse. Ego autẽ puto ꝙ euulso oculo integre a pullo hyrundinis ita ut humores & tunicæ totaliter euellantur non est possibilis regeneratio. Si tñ humor albugineus qui in quantitate excedit alios educeretur secundum magnam partem aut adhuc totaliter, unde uideretur oculus excecatus perfecte, possibile est ut iste restauretur. Et etiam in puero concessit Gal. esse possibile quarto de accidenti. secundo capitulo. In ætate tamen prouecta. Immo ut in pluribus in infantia illud est impossibile.

Conciliator uero dicit ꝙ natura in productione animalis perfecti totum suum posse facit ut perficiat a principio & non ita operatur in productione imperfecti. Natura enim considerans ꝙ perfecta possint multo tempore permanere si partes haberent perfectas a principio & completas & fortes & bene continuatas ipsas a principio tales produxit. Sed imperfecta quantũcunq; a principio producta integre non

possunt

Aristo.

Aĩalis ĩpfecti gño, ac vitę cõseruatio q̃uo a pfecto differat.

Aristo.

Haly.

Gal.

Concil.

possunt permanere diu, ideo decreuit in aialibus imperfectus in principio non expendere totum suum posse, sed aliā materiam apud se retinet, ex qua insurgentibus defectibus & occasionibus possit succurrere. Et hęc solutio licet videat rhetorica, posset tamē reduci ad sanum intellectum. Sed de his plenius tractabitur. 3. techni. Ad secundum dubium respondebitur inferius. Ad tertium dubium respōdetur.

[Neruū esse principium duplr.]

Præmittendo primo q̄ neruus qui est principium sensus et non motus, aut principiū sensus & motus intelligit neruus per quē defertur spūs sensitiuus & non motiuus ad mēbrū sensitiuū, aut per quē defert spūs sensitiuus & non motiuus ad mēbrū sensitiuū & motiuū. Secundo p̄mittendū q̄ tpamentum pro sensu est naturaliter prius temperamento pro motu voluntario, de quo est in proposito sermo. potentia. n. voluntarie motiua naturaliter præsupponit sensitiuā & nō econtra. sed sicut se habet potentia ad potentiam, ita se habet temperamentum. ad temperamentum: ideo etc. Ex quo patet q̄ temperamentum pro motu voluntario tam in spiritu q̄ in membro præsupponit temperamentum p sensu & non econtra. Ex quo patet non esse reperibile aliquod mobile voluntarie nisi illud idem sit sensitiuum, q̄uis dabilis sit particula sensitiua non mobilis voluntarie. Ex quibus sequuntur istæ conclusiones. Prima. omnis neruus motiuus est sensitiuus, sed non econtra. Secunda. ols spiritus motiuus est sensitiuus & non econtra. Tertia. sublato sensu aufertur motus: sed non econtra. Quarta. ad idē membrum contingit mediantibus distinctis neruis transmitti uirtutē sensitiuam & motiuam sic. s. q̄ per alium transmittitur virtus sensitiua & non motiua, & per alium motiua simul cum sensitiua. Hoc autem ordinauit natura in pluribus casibus. Primus casus est vbi aliquod membrum non indiget solo sensu tactus, sed etiam visus vel auditus. tunc. n. debet distinctus esse neruus motiuus & sensitiuus visu vel auditu. Secūdus est vbi mēbrum indiget perfecto sensu tactus & forti motu. necesse est. n. neruum qui debet esse principium fortis motus esse durum & fixū, & cum tali duritie non stat pfectio sensus tactus, ideo tali mēbro necessarius est neruus mollis qui sit principiū sensus &c. sicut in oculo: indice manus, & sic de alijs. Et sic patet primo q̄ per eundem neruū solum aliqua membra recipiunt sensum & motum, aliqua per diuersos recipiunt. Patet secundo qualiter in eo qui cecidit ab equo vel mulo eundo Romam remansit motus et deperditus est sensus, quia remansit sibi sensus obtusus ut quidam dicunt solummodo per neruos motiuos. vel forte vt dixit Mundinus quantum ad partes exteriores, quamuis in interioribus esset sensus. Et ex his potest patere solutio ad argumenta adducta. Quid autem de dormientibus opera vigilantium exercentibus dicēdum sit, vide. 2. techni circa litteram. cap. de signis dyscrasiarum cerebri.

[Gal. Sēsu deficiente vtrū deficiat motus vtraq; pars tenetur.]

Ex his patet responsio ad q̄onem, qua quæritur communit vtrum deficiente sensu sit necessarium deficere motum, & non econtra. Patet. n. q̄ sensu & motu per eundem neruum delatis sublato sensu auferetur motus, quia sublato priori auferē posterius. vbi autem per distinctos neruos deferantur illud non oportet. Sed de hoc vbi supra.

[Pleura pānicu lus & syphac pāniculus.]

Et etiā dicemus q̄ oīum interiorū quæ pāniculis sunt inuoluta, pāniculus ex uno panniculorum pectus aut uentrē cooperientiū nascitur.

Ponit aliam diuisionem membrorum. Secūdo declarat. secunda ibi ⌊ Sed eorum. ⌉ Dicit primo q̄ omnium mēbrorum interiorum, quæ sunt inuoluta panniculis ex altero duorū panniculorū oriuntur. Aut enim nascuntur a panniculo pectus cooperiente qui appellatur pleura. Aut oriuntur a panniculo cooperiente ventrem qui appellatur syphac.

Sed eorū quæ in pectore sunt panniculorum origo sicut diaphragmatis & uenarū & arteriarum & pulmonis est ex panniculo interiore qui costas tegit. Et mēbrorū quidē & uenarum quæ sunt in uentre panniculi oriuntur ex syphac, qui interius uentris cooperit musculos.

Dicit secundo declarans membra diuisionis q̄ origo pāniculorum pectoris puta diaphragmatis & pulmonis venarum & arteriarū, quæ sunt in pectore est ex panniculo interiori, qui tegit costas planas. sed origo panniculorum membrorum quę sunt in ventre inferiori, puta hepatis splenis venarum arteriarum, quæ sunt in ventre inferiori est ex panniculo dicto syphac: qui tegit musculos ventris.

[Ortus quid.]

Sciendum primo per ortum hic non esse intelligendum ortum talem qualis est deferentium a principalibus, sed hic potest appellari vt arbitror affinitas & colligantia membrorum adinuicem. quorum vnū videtur egredi ex altero sicut minus ex maiori, sicut dicimus q̄ panniculi minores habentes colligantiam cum maioribus ex illis oriuntur.

[Vēter siue cōcauitas triplex.]

Sciendum secundo in corpore nostro inueniri tres ventres siue concauitates. Vna est superior continens membra animata, quæ sunt organa vel instrumenta uirtutis animalis sicut cerebrū cum panniculis ipsum inuoluentibus. Secunda continet spiritualia: sicut cor pulmonem & diaphragma &c. Tertia cōtinet membra naturalia vt stomachum hepar intestina & splenem &c. Sciendum est tertio q̄ littera duplicem potest habere intellectum. Primus est vt per omnia membra indifferēter omnia intelligat membra interiora, siue sint in superiori uentre contenta, siue in alijs. Et secundū hoc oportet dicere q̄ piamater & duramater oriunt a pleura. Secundus sensus est ut solum se referat ad membra in duabus inferioribus concauitatibus contenta.

[Pāniculus ventris duplex.]

Sciendum quarto vt patet in anatomia. Panniculus ventris est duplex. Quidam annexus musculis uentris. Alter autem immediate tegens intestina. Et secundum quosdam vtrūq; nominatur syphac. Secundum quosdam vero non. Sed primus secundum quosdam proprio nomine uocatur beliteron. secūdus syphac. Secundum vero quosdam econtra, vt in superficie vr posse colligi ex littera. Dicit ergo q̄ a pāniculo musculis annexo & cooperiente musculos: quem Aui. appellat syphac: oriuntur omnes alij panniculi inferiores. Ab ipso. n. orit primo panniculus magnus dictus cōiter syphac & cooperiens immediate intestina. Et ab illo postea alij panniculi oriuntur, sicut hepatis splenis venarum & arteriarum. Sed qualiter hæc uera sint videbitur in dubijs litteralibus.

Omnia quoq; membra carnosa sunt. Aut uillosa sicut caro quæ est in musculis. Aut uillis carentia sicut hepar.

Ponit aliam diuisionem. Secundo ostendit vtilitatē mēbri cuiusdam positi in diuisione. secunda ibi ⌊ Et nullus quidem motus. ⌉ Dicit primo q̄ omnia membra carnosa, aut sunt villosa aut villis carentia. Exemplum primi. sicut carn musculorum. Exemplum secundi. sicut caro hepatis.

Sciendum primo q̄ licet hāc diuisionem solum ponat de carnosis membris, non tamē intellexit sola carnosa esse villosa, immo plura alia sunt villosa, vt neruosa ligamēta &c. Dixit autem illud vt ostenderet q̄ etiam illud competit carnosis.

[Villus triplex. Villus quid.]

Sciendum secundo q̄ per villos intelligere debemus partes membrorum ad modum filorum protēsas per membra: quæ fila quandoq; incedunt secundum diametrū longitudinis, & dicuntur villi longitudinales. quandoq; latitudinis & dicuntur latitudinales. & quandoq; transuerse capiendo de diametro longitudinis & latitudinis, & dicuntur transuersales.

Et nullus quidem motus fit nisi per uillos.

Oñdit finem gratia cuius facta sunt membra villosa. Secundo pbat ppositum. secunda ibi ⌊ Voluntarius. ⌉ Dicit primo q̄ nullus motus fit nisi per villos: ideo sup. a natura pducta sunt mēbra cum villis vt mediantibus illis suos motus perficiant, s. naturales voluntarios aut mixtos.

Voluntarius uero motus fit cū uillorū qui sūt in musculis. Et nālis sicut motus matricis & uenarū. Et cōpositus sicut motus trāsglutiendi fit uillis ꝓprijs ꝑ formā ex situ longitudinis & latitudinis transuersionis. Attractorij uero sunt uilli qui in lōgitudinē protendūt. Et expulsorij uilli qui in latitudinē tendunt constringentes. Et retentorij uilli qui ex transuerso uadunt.

Motus triplex. Dicit secundo ꝓbando ꝓpositū ꝙ motus voluntarius fit cū villoꝝ.i.per villos qui sunt in musculis. Silr & naturalis vt matricis & venaꝝ fit per villos. Eodē mō motus mixtus ex voluntario & naturali: sicut motus transglutionis fit per villos suos qui sunt extensi secundū longitudinē & latitudinē & transuersum meri. quia in motu transglutionis necīa est attractio, q̄ villis longitudinalibus perficit, & expulsio quæ latitudinalibus perficit silr necessaria est retentio, quæ transuersalibus villis perficit, vt infra doctrina sequenti declarabitur. Sciendum ꝙ Aui. hic innuit diuisionē motuū in corpore nr̄o contingentium. Quidā.n. est voluntarius q fit mediante musculo vel lacerto vt ꝓgressiuus. Quidā naturalis vt motus mīcis quæ elongat ad sperma attrahēdū. Quidā vero mixtus ex naturali & uolūtario sicut motus trāsglutionis cibi, vt in sequenti doctrina declarabitur. Patet āt ꝙ oēs isti motus fiunt mediātibus villis, vt ipse declarat in littera, & in sequenti doctrina magis declarabitur.

Mēbrorum autem quæ unā hñt tunicā, sicut uenarum & uesicæ tres uillorum species adinuicem sunt textæ. Et mēbrorū quæ sunt duas habentia tunicas uilli, qui in latitudinē tēdunt semper in extrinseca exñt eorū tunica, & alij duo in tunica eorum intrinseca. Illi tñ qui in longitudine ꝓtendūt ad superficiē magis declinant intrinsecā. Qui taliter non creati fuerunt, nisi ne trahēdi & expellendi uilli simul existant, immo melius est ut uilli attrahendi & retinendi sint simul nisi in intestinis, non enim multa indigent retentione, sed attractione & expulsione.

Mēbrū hñ. tunica duplici. Hæc est alia diuisio quā innuit implicite Auic. Et in summa vult ꝙ mēbroꝝ in quibus reperit in sub̄a tunicalis, quędā hñt vnā tunicā, & q̄dā duas tunicas. In hñtibus aūt vnā tunicā sicut vesica & venæ oēs spēs villoꝝ superius notatę adinuicē sunt contextæ. Cū.n. hęc mēbra indigeāt attractione retentione & expulsione cōibus, quæ fiunt per tres spēs villoꝝ dictas, & non pñt illas spēs habere in distinctis tunicis necesse ē eas reperire in vna tunica. Secus autē est in mēbris hñtibus duas tunicas, qm̄ in eis villi latitudinales sunt in tunica exteriori. alij uero duo. s. longitudinales & trāsuersales sunt in eoꝝ tunica intrinseca. Causa autē quare in distinctis tunicis fuerūt situati isti uilli fuit vt uilli attrahēdi et villi expellendi non essent simul, quia se aliquo mō īpedirent in suis motibus, sed necessariū est & vtile, vt villi attrahēdi & retinendi. i. longitudinales & trāsuersales sint simul. Deinde excipit dicens, qđ dcm̄ est esse veꝝ prærq̄ in intestis: q̄a intestina nō multa indigēt retentione, sed multa indigēt attractione & expulsione. Sciendū p̄mo nō eē intentionē Aui. oēm venā vnicā tunicā hr̄e. Fallit autē hic de uena arteriali. Sed vult ꝙ secundū p̄lm vena habet solū vnā tunicā.

Sciendū secūdo ꝙ in hñtibus duas tunicas villi latitudinales situant in exteriori tunica, & lōgitudinales, & trāsuersales in interiori. P̄mo q̄a trahēs melius attrahit dū īmediate attīgit attrahibile. Item q̄a attrahit sub rōne cōuenientis illud qđ attrahit. Melius est igit villos longitudinales in interiori tunica eē situatos. Et per idē p3 ꝙ melius est transuersales in eadē tunica situari. Et per oppositas cās melius est latitudinales situari in tunica exteriori: p̄cipue q̄a hęc sunt mēbra indigentia his motibus fortibus, & hmōi fortitudo īpeditur ex mixtione villorū longitudinaliū cū latitudinalibus. Et ꝓpter hoc cū a villis lōgitudinalibus latitudinalibus in tunica eadē sit cōtextis, latitudinales tñ magis declināt ad exteriora: & ecōtra lōgitudinales & trāsuersales ad interiora. Sciēdū tertio ꝙ ista exceptio. nisi in intestinis. duplicem pōt hr̄e intellm. Primus est ꝙ in mēbris hñtibus duas tunicas uilli longitudinales & trāsuersales. s. attrahētes & retinentes sint simul cōtexti in interiori tunica: quia sicut melius est attrahens simul esse cū attracto, ita retinens cū retento, prærq̄ in intestis i quibus pauca vr̄ necessitas trāsuersaliū, ꝓpea ꝙ pauca aut quasi nulla indigent retētione. Et vt quidā dicunt ad illā modicā sufficiunt exteriores latitudinales. Hæc sn̄ia multū consonat lr̄æ. Et hoc maxime videt veꝝ de intestis interioribus in quibus quasi non continet nisi fex pauca. Secundus est, ꝙ in mēbris duas tunicas hñtibus latitudinales sunt in tunica extrīseca, trāsuersales uero intrinseca, prærq̄ in intestinis in quibus est vehemens necessitas expellendi & attrahendi et pauca retinendi, iō in intrinseca tunica cum longitudinalibus maxime sunt latitudinales & non trāsuersales, ut videtur sententia Gal. 3. virtutum naturalium. Gal.

Et dicemus etiā ꝙ mēbrorum neruosorū corpora a sui substantia aliena continentium, alia sunt quæ unā hñt tunicā, & alia quę duas. Quæ autē duabus consistunt tunicis non taliter creata fuerunt nisi propter iuuamenta multa. Quorum unum est multa necessitas multæ custodiæ fortitudinis suæ corporeitatis ne scindantur cā fortitudinis motus eius quod continet in eis sicut arteriæ. Scd'm est multa necessitas multæ custodiæ in re corporis quod in eis est recōditum ne resoluatur & egrediat. Resolonis uero timor prouenit cā suę raritatis si unā haberent tunicā. Et exitus timor est ideo ꝑ hoc etiā ad scindendum essent aptę. Et hoc quidem corpus quod in eis est recōditum est sicut spiritus & sanguis qui in arterijs sunt recōditi, in quorum custodia ualde est studēdum, & de quibus timetur ne pro nihilo recedāt. Sp̄us quidem propter resolonē. Et sanguis quidē ꝑ fissurā. ex hoc nanq; maximū timet malum. Tertium est, qm̄ cum alicui membro fuerit necīum ut sit ipsius attractio et expulsio motu uehementi factum est unicuiq; earum singulariter instr̄m sine permissione, & hoc est sicut stōs & intestina. Quartū est, qm̄ cū uolūtas fuerit ut unaquæq; mēbri tunica oꝑoni quæ est ei propria sit præparata, & unaquæq; duarum oꝑonum acciderit propter cōplonē ab alterius operationis cōplone diuersam, fuit melius inter eas diuidere sicut stomachus in quo fuit uolūtas sentiendi uirtutē esse, quod quidē non fit nisi in mēbro neruoso. & digerēdi, quod sifr nō fit nisi ꝑ membrū carnosum. Vnicuiq; igitur harū duarum rerum tunicā posuerunt per se. tunicā neruosam uirtuti sentiendi & tunicam carnosam digestioni. Et natura quidem intrinsecam tunicā fecit neruosam, & extrinsecam carnosam. Potest nanq; digerentis operatio ad id quod digestum est in potentiam sine occursu peruenire. Sentiēs uero id quod sentitur non potest sentire nisi obuiando ei sensu, uidelicet tactus.

Hæc

Hæc est alia diuisio membrorum neruosorum continentium corpora aliena a sua substantia sicut est vena & arteria quę continet sanguinem & spiritum stomachus chylũ. Horum igit quędam hñt vnam tunicam solum, alia duas.

Tunica rũ pñiũ cã quadruplex

Deinde ostendit cãs quare quædam habent duas, dicẽs q habentia duas sunt talia propter multa iuuamenta. Primũ est necessitas multa custodiendi corpus membri in sua fortitudine, vt non corrumpatur & sciodat propter fortes motus quibus subijcitur illud membrum, & ꝓpter hoc habuerunt arteriæ duas tunicas. Secundum iuuamentum est custodia corporis contenti in concauitate membri, ne resoluatur propter raritatem illius corporis, aut ne egrediatur ꝑ corpis cõtinentis scissuram. & ꝓpter illud etiam habent arteriæ duas tunicas ne vnica existente resoluatur & egrediat spiritus per poros, aut ne scindatur & egrediatur ex ea sanguis arterialis in quoꝝ amissione est magnũ periculũ. Tertium est, quia qñq; vni membro fuit necessaria attractio & expulsio vehemens, ideo necessarium fuit unicuiq; operationi illarum deputare vnum instr̃m. s. unam tunicam sicut in stomacho & intestinis. Quartum iuuamentum est, quia aliquando vnum membrum a natura deputatum est ad duas operationes: quarum vna perficitur per vnam complexionem & alia per contrariam illi, ideo necessarium est aliud esse instr̃m vnius & aliud alterius operationis. sicut stomachus deputatus ad opõnem sensitiuã & appetitiuã quę perficit per cõplõnẽ mẽbri neruosi, & ad operationẽ digestiuã

Tunica duplex. Tunica rũ finis duplex.

quæ perficit per complõnẽ membri carnosi, vnde natura tunicam neruosam dedit stomacho ad finẽ primæ operationis, carnosam vero ad finem secundæ operationis, & quia quis ambigere posset quare fecit exteriorẽ carnosam, interiorẽ vero nerueã. hoc declarãs dicit qꝺ põ digerẽtis põt peruenire ad digestibile sine imediato eius occursu vel contactu eius q digerit, sed sentiẽs. s. sensu tactu tactus nõ põt perfecte & distincte sentire tãgibile nisi eidẽ imediate obuiando.

Dubia.

Circa hanc lectionẽ sunt dubia plura. Primũ. Non vr̃ q oium membroꝝ quę panniculis inuoluuntur panniculi nascantur ex altero duoꝝ. s. pleura & syphac. Primo qa panniculus cordis et hepatis non nascitur ex aliquo istoꝝ. prius enim formatum fuit cor q̃ pleura vel syphac, igitur prius formatus fuit panniculus qui est pars cordis q̃ pleura aut syphac, & per consequens non orit ab aliquo istoꝝ, etiam

Cerebri pannicu lus duplex.

sĩr arguit de pãniculo hepatis. Itẽ ex lr̃a eorũ sequitur q panniculi cerebri. s. piamater et duramater et rete mirabile oriũtur ab aliquo istorum panniculoꝝ quod a nullo auditũ est. Secundũ dubium. Non vr̃ q. venæ vel arteriæ naturaliũ oriantur a syphac, nec etiã arteriæ & venæ sp̃ualium oriãt a pleura. Prĩo quia oẽs venę oriunt a corde. ergo nullæ oriũtur a syphac vel pleura. Tertium dubium. Non videt q omnes venæ iam dictæ & similiter arteriæ sint inuolutæ panniculis, quia tunc omnis vena duas haberet tunicas, & similiter omnes arteriæ haberent tres tunicas, duas. s. arteriales & vnam panniculare, & similiter omnis vena, qd' a nullis auctoribus concessum est. Quartum dubiũ est. Qño se habent quo ad ortum isti duo panniculi. s. syphac & pleura. Oritur ne vnus ab altero, an ambo ex tertio, vel nullus ipsorum ab aliquo ortum habet. Quintum dubiũ. Non vr̃ q oĩs motus fiat mediantibus villis. Cerebrũ. n. mouet motu dilatationis & constrictionis, vt omnes testantur & experientia patet, & tamen cerebrum caret villis. Similiter pulmo mouetur motu diastolis &c. & tamen manifestum est pulmonem non esse villosum. Item si motus arteriæ fieret mediãtibus villis tunc nõ tota arteria simul dilataretur & constringeretur, sed paulatim sicut in motu meri & aliorum quæ mouentur mediantibus villis. Sextum dubium. Videtur q vesica duas habet tunicas auctoritate Aui. 19. tertij. cap̃. primo. & Gal. 3. virtutum naturalium.

Gal. Auer. Haly.

13. cap̃. & idem Auer. primo colliget, & Haly. 3. theo. Septimum dubium est. Quia principalis operatio ad quam principaliter ordinata sunt intestina est expulsio. igitur magis videtur in interiori tunica quę est vehementioris operationis debere contineri villos latitudinales q̃ longitudinales vel transuersales. Octauum dubium. Quia si causa propter quam arteria habet duas tunicas est cõtinere spiritum multum & sanguinem: videtur q arteria venalis debet habere duas tunicas. contra Auic. Nonum dubium est quia distans non agit in distans nisi per medium agendo, quantũcunq; igitur gradum caloris imprimit tunica carnosa stomachi in cibo digerendo imprimit in tunicam neruosam quæ media inter eam & cibum, & per consequens tunica neruea fiet inepta ad debitam sensationem. Decimũ dubium. Non apparet verum q sentiens non possit sentire tangibile nisi obuiando immediate, hoc enim videtur contra Aristo. secundo de anima. sensibile positum supra sensum non causat sensationem.

Ortus duplex.

Ad primum istoꝝ rñsio circa litteram tacta est. Ille non est ortus ꝓprie dictus quo ortu cõcedendum est panniculos iam dictos nec a pleura nec a syphac hr̃e ortum. ortu tamẽ improprie dicto possunt dici oriri vt dictum est.

Cordis pãnicl's duplex.

Alij dixerunt cor hr̃e duplicẽ panniculum. Vnum separatum ab eius substantia, & ista est capsula cordis. & hic panniculus oritur a pleura vt alij. Alter est panniculus substantiam cordis tegens & eius immediatus. & ille non oritur a panniculo iam dicto, sed potius alij ab illo. sĩr hepar habet panniculũ ꝓprium inuoluentẽ a principio gñonis, & iste non oritur ab aliquo illorũ. habet etiã alligantẽ aut suspẽdentẽ, & iste orit ab aliquo dictorũ.

Hepatis panniculus duplex.

De pãniculis autẽ cerebri dñt quidã q oriuntur a diaphragmate. alij autẽ dicunt sicut dcm̃ est de panniculo ꝓprio cordis & hepatis. Prima rñsio melior est. Et per hoc patet rñsio ad secundũ dubiũ. Concedit. n. secũdũ snĩam medicoꝝ venas oriri ab hepate, arterias vero a corde & hoc secundum substantiã primã eaꝝ quantũ ad subam pãniculare velantem eas oriuntur ortu dicto a panniculis iã dictis. Sed dices. vnde oriuntur illi panniculi ortu ꝓprie dicto. Dicẽdum q quantum ad partem nerueã in eis repertã oriuntur a cerebro vel nucha. quantum vero ad partem ligamentalem repertam in aliquo ipsorum oriuntur sicut alia ligamẽta. s. ab osse. Ad tertium dicitur q omnes venæ & arteriæ inuolutæ sunt panniculis cuius signum est durities, pulsus & tensio & serenitas pulsus in apostematibus pleuræ & syphac, aut etiam velaminum cerebri, nisi enim cum his haberet colligantiam dictam, non videtur quare illis extensis extẽderetur. Et cum concluditur q omnis vena haberet duas tunicas & arteria tres. Dicunt communiter q venæ quantum ad substantiam propriam venalem habet solum vnã tunicam, & arteria duas quantum ad propriam substantiã arterialem. Considerata tamen cum substantia panniculari quę est sicut defensiuũ eius vena habet duas & arteria tres. Alij dixerunt q in rei veritate vena habet duas tunicas. tamen quia panniculus non discernitur sensu non ponitur habere nisi vnam sensu perceptam. Et eodem modo de arteria. Sed tu dices. quid igitur cogit eos si non sensu discernere potuerunt ad ponendum venam & arteriam inuolui panniculis. Ita enim dici posset omne membrum aliud panniculis inuolutum esse. Dicendum quòd ad istud moti sunt signo superius posito. Primo de extensione arteriarum dum extenduntur alij panniculi. Secundo etiam quia experimentum ostendit quòd vena quantum ad exteriorem superficiem habet sensum. si enim pungitur vena discoperta exterius sentit. quantum tamen ad superficiem intrinsecam nõ habet sensum, cuius signum est quòd materiæ malæ pungitiuæ putrescentes stantes in venas nõ inferunt sensationem aliquam nec læsionem sensatam.

Ad quartum dicunt quidam q a panniculo ventris inferioris immediate tegente musculum qui ab Auicen. in littera vocatur syphac oriuntur omnes alij panniculi mediate vel immediate. Alij crediderunt q a pleura. Hic parua posset esse speculatio. Ad quintum dicunt quidam concedendo non omnes motus fieri per villos, vt probant illa argumenta. Et q auctoritas Auicen. veritatem habet, vt in pluribus. Sed de hoc videbitur in doctrina sequenti.

Ad sextum dixit Gen. & alij q̄ uesica habet duas tunicas, sed occultæ & inseparabiles sunt, & ideo dr̄ habere tunicā unā. Alij q̄ non habet nisi tunicā unā integrā totā cōcauitatem eius ambientē secundū partem tn̄ habet duas. s. secūdum illam partē ad quā pertingunt pori uritides. Si.n. esset una sola repleta uesica urina tunc posset urina regurgitare uersus renes aut etiā cōprimēdo partes pectinis deberet urina refluere. cuius oppositū docet experimentum. Concluditur igitur tunicas ibi duas esse perforatas foraminibus per quæ pori uritides emittunt urinā in uesica. foramina vero sunt directa opposita, sed ingredit̄ urina primo per unū foramē & transit per spacium inter unā tunicā & aliā, deinde penetrat per aliud foramē & cadit in concauitatem uesicæ, & propter hoc quanto fuerit uesica magis repleta urina tanto fortius una tunica applicatur alteri et sic obstruit̄ foramē: & exitum prohibetur. 19. tertij primo cap̄. Ad septimū secundū expōnem unā lr̄ę conceditur totum ad quod deducit argumentum. Secundum aliā uero expōnem patet intelligenti qualiter sit rn̄dendum. Ad octauum patet. q̄ arteria uenalis non habet continere spm̄ multum & sanguinem arterialē, sed aerem & uaporem fumosum, ideo nō oportet in ea tantam esse custodiā. vn̄ una sufficit tunica. Ad nonum dr̄ q̄ argumentum concluderet si totalis calor digerēs esset calor tunicæ carnosæ stomachi, sed nō est ita, imo agie calor etiā partis nerueę qua fortius calefacit cibū fortificata per tunicā carneā q̄ si non concurreret ad illā actionē tunica carnea. Ad decimum uidebitur doctrina sequenti.

Vesicæ tunica duplex.

Et dicemus etiā q̄ sunt quædā mēbra quorū cōplo sanguini non est ꝓpinqua. non ergo indiget sanguis in eorū nutrimento multotiens conuerti sicut carnis, quapropter in eā neq̄ foramina facta fuerunt, neq̄ uētriculi in quibus aliquāto tēpore nutrimentū quod ei digeritur immoretur, & deinde caro ex eo nutriatur, immo ilico ei nutrimentum occurrit in ipsam conuertit̄. Et sunt ex mēbris quædā quoꝝ cōplo a sanguinis cōplone ualde est remota. Ideoq̄ cū necesse fuerit sanguinē ea nutrire oportebit ut in silitudinē substantiæ eorū multis conuersionibus ordinatim conuertatur sicut os. Quapropter in creatione aut unum positum fuit foramē quod eorum nutrimentū tanto cōtineat tēpore quanto illud in eorū silitudinē conuertat̄, sicut in osse cruris & adiutorij aut foramina multa in ipsis diuisa sicut in osse mandibulæ inferioris.

Mēbrorū cōplo duplex.

Ponit aliam diuisionem membrorum qua infert duo corrolaria. Diuisio est hæc. Membrorum quædam sunt quorū complexio est sanguini propinqua sicut caro. propter quod sanguis non indiget transmutari pluribus transmutationibus vt illa nutriat. Ex quo corrolariæ patet q̄ non oportet naturam in illis membris fecisse foramina aut ventriculos in quibus nutrimentum de quo digeritur ad illa membra nutrienda moretur tempore longo vt caro nutriatur ex eo: immo statim cum sanguis occurrit cōuertitur in ipsam. Quædam vero sunt membra quorum complexio est multum remota a complexione sanguinis sicut ossa, propter qd̄ si sanguis ea nutrire debet necesse est ipsum conuerti multis conuersionibus si debet conuerti in ipsorum similitudinem. Ex quo patet corrolariæ q̄ necessarium fuit in talibus aut esse vnam concauitatem magnam in qua tanto tempore contineatur suum nutrimentum quod possit in eorum similitudinem conuerti sicut est in osse cruris aut adiutorij. Aut esse in eo foramina multa sicut in spongia in quibus cōtinetur nutrimentum quod posset in eorum substantiā conuerti ad finem dictum sicut in osse mandibulæ.

Et mēbris quidē quæ sic sunt necesse est ut nutrimēto ampliori q̄ eis tunc sit necesse repellant̄ ut paulatim & paulatim procedant illud in sui silitudinē cōuertēdo. Mēbra autē fortia sup̄fluitates suas ad mēbra debilia sibi uicina expellūt sicut cor ad ascellas & cerebrū ad loca quæ sunt post auriculas & hepar ad inguina.

Patet sententia &c. Sciendum quosdam ex ista littera concludere voluisse q̄ ad hoc vt ex sanguine nutriatur caro non oportet ipsum primo mutari in humiditates secundas inter sanguinē & formā mēbri mediantes, quod vident̄ recte verba Aui. dum dixit. immo ilico cum nutrimentū ei occurrit in ip̄m conuertit̄. Alij dicunt Auic. per hæc exēpla non aliud voluisse nisi q̄ non sic manifestæ sunt propter ꝓpinquitatem sanguinis ad carnem, licet totidem recipiat sicut sanguis in ossis substantiam transmutandus.

Et sic explicit hoc capitulum huius quintæ doctrinæ primæ Fen primi canonis Auicennæ. Nunc sequuntur quinq̄ summæ huius quintæ doctrinę, quas summas Iacobus iste Forolmiensis nō curauit exponere. Ponemus autem nos textum Auicennæ in capitulo per ordinem distincta ad pleniorem voluminis perfectionem.

Doctrina sexta, cuius ē sūma una, et unū cap.

Sūma est de uirtutibus, cuius sex sunt capl'a.

Capl'm primū Summæ quæ est doctrinæ sextæ quæ ē dictionis primę, qd' est de generibus uirtutum secundum sermonem vl'em.



Irtutū et opōnū adinuicē aliæ ex alijs cognoscunt̄. Omnis.n. uirtus opōnis existit initium, neq̄ aliqua operatio ꝓuenit nisi ex uirtute. Ideoq̄ utrasq̄ in uno posuimus capitulo.

Post doctrinam membrorum sequitur doctrina de virtutibus & operationibus. In qua primo ponit gn̄alem diuisionem virtutū in sua genera. Secundo determinat de unoquoq̄ genere. secunda ibi. Virtutum autem naturalium. Primo ostendit simul tractandum esse de virtutibus & operationibus. Secundo exequitur ponendo generalem diuisionem virtutis & operationis ibi. Virtutum autē gn̄a &c. Primo arguitur sic. Virtutes et operatiōes mutuo se manifestant & notificant, & ad inuicem cognoscuntur virtutes per operationes & econtra. igitur simul de eis in vno capitulo determinandum est. assumptum probatur, quia virtus est principium operationis, & operatio est effectus virtutis: quia non prouenit nisi a virtute. ergo virtus per operationem cognoscitur, & econuerso. Sciendum primo apud auctores virtutem multipliciter sumi. Primo sumitur pro quocunq̄ principio principali vel instrumentali actiuo vel passiuo alicuius operationis. Et sic qualitates primas & secundas & formas substantiales tam simplicium q̄ compositorum virtutes vocamus, vnde supra capitulo de complexionibus. Cum enim agunt & patiuntur suis virtutibus elementa &c. Secūdo sumitur virtus pro forma specifica, qualiter attractionē aliquam dicimus fieri a calido, aliquam a vacuo, & aliquam a virtute. idest forma specifica. Tertio sumitur virtus pro habitu rei perfectiuo quo redditur res bona, & vt sibi conuenit operatiua, sicut oculum visiuum bonum dicimus, cum bene potest in operationem debitam, & sic ab Aristote. generaliter describitur uirtus. Virtus est quæ habentem perficit & opus eius bonum reddit. Quarto sumitur virtus pro quocunque ha-

Virtus quintuplex.

bitu aīæ laudabili, & ſic diuiditur virtus in virtutes intellectiuas & morales, & nullo iſtorum modorū ſumit hic. Vltimo ſumit virtus ꝓ potentia aīæ per quā redditur aīa potēs ad ſuas actiones ꝓducendas, & ſic ſumit in ꝓpoſito. Cuius cōis deſcriptio eſt. Virtus eſt potentia aīę aīatis rebus eſſentialiter ſeu naturaliter attributa ad ꝓprias aīatorum actiones peragendas. Sciendum ſecundo ꝙ per opōnem non debemus hic intelligere operationē ꝓprie dictam diſtinctā contra iuuamētum, ſed indifferenter omnem operationem animato corpori, inquantum aīatum eſt attributum, ſicut ſunt animales naturales & vitales operationes, nulla.n.talis operatio prouenit niſi a virtute. Sciendum tertio ꝙ notitia in doctrina demonſtratiua reperitur duplex.ſ.quia & ꝓpter quid. Prima eſt qua ex effectu cām cōprahēdimus. Secunda vero econtra. Et quia cauſa eſt prior effectu: ideo notitia effectus per cauſam dicitur notitia a priori. Econtra uero a poſteriori. uirtutes igitur cognoſcuntur ꝑ opōnes notitia, quia eo ꝙ operationes ſunt effectus virtutum. Et econuerſo operationes cognoſci poſſunt per virtutes notitia ꝓpter quid. Quæ autem iſtarum notitiarum ſit perfectior, & quæ facilior conſiderare pertinet ad ſuperiorem artificē. Sciēdum vltimo ꝙ per capitulum quidā hic intelligunt ſnīam: Alij per capl̄m intelligunt præſens capitulum in quo ſimul generaliter diſtinguit operationem ſecundum diſtinctionē virtutis, et econtra. Alij tamē dixerunt, ꝙ quia virtus in ſua ratione formali includit operationem, & operatio in ſua ratione formali includit virtutem, non poſſumus diſtincte cōprahendere quid ſit virtus, niſi intelligamus operationem in ordine ad quam virtus ſuam recipit denominationem, & econtra, ideo neceſſe fuit vtriſq; poni in vna determinatione. Per idem patet alia cauſa quare virtus per operationem & operatio per virtutem cognoſcitur.

Opō duplex.

Notitia duplex.

Caplm quid.

Virtutum autem genera & operationum ex eis prouenientium apud medicos ſunt tria. Quæ ſunt, genus uirtutum uitalium, & genus uirtutum naturalium, & genus uirtutum animaliū.

Ponit gn̄alem diſtōnem uirtutū ſecundū ſnīam præcipue medicorum. Secundo in hoc oſtendit varias ſnīas quorūdā philoſophorum & medicorum ex vna parte. & Ariſt. & ſequentium ſuorum ex alia parte. ſecunda ibi ⌊ Ex multis quidem. ⌉ Dicit primo ꝙ apud medicū tria ſunt genera virtutū: & ſimiliter tria ſunt genera operationem ex virtutibus ꝓuenientium.ſ. genus virtutum & operationum vitalium, naturalium, & aīaliū. Sciendū primo ꝙ virtus de qua eſt ſermo in ꝓpoſito, & ſimiliter operatio ſufficiēter diuiditur in hæc tria genera: quia nulla eſt operatio vel virtus quin ſub aliquo iſtorum trium generum comprahendatur. Nulla enim eſt operatio vel uirtus quæ non ſit animalis naturalis vel vitalis. Sciendū ſecundo ꝙ hæc diuiſio licet uideatur alia a diuiſione poſita ab Ariſt. 2. de anima in uegetatiuum, ſenſitiuum & appetitiuum & ſecundum locum motiuum & intellectiuum, ad illam tamen aliquo modo reduci poteſt: ideo ꝙ ſub vegetatiuo comprahenditur naturalis et vitalis. infra.n. declarabitur ꝙ uirtus uitalis non conſtituit genus uirtutis per ſe diſtinctum a uegetatiuo, ſed eſt ſpecies & modus eius. Sub animali uero continetur ſenſitiua & ſecundum locum motiua & appetitiua, & aliquo modo intellectiua pro quanto ad eius operationes actus ſenſitiuos interiores eſſentialiter præſupponit, ꝗuis de rōnali ut rōnalis eſt, ad medicum non pertineat conſiderare cum non ſit organica uirtus. Sciendum tertio ꝙ ſicut diuiſio operationum proportionatur & correſpondet diſtinctioni uirtutum, ita et dem proportionatur diſtinctio ſpirituum quæ ſunt inſtrumenta uirtutum. Sicut.n. ſunt tria genera uirtutum, ita ſunt tria genera ſpirituum, uitalium.ſ. aīalium, & naturalium. Et nota ꝙ notanter dixit apud medicos. uirtutem.n. uitalem Ariſto. Auer. & plures alij non diſtinxerunt contra uirtutē naturalem, ut infra declarabitur.

Virtutis genus triplex.

Spūs genus triplex.

Et multis quidem philoſophorum & medicis omnibus & præcipue Galeno uidetur quòd unaquæq; uirtutum membrum principale habet quod eius exiſtit minera, & a quo eius procedunt operationes.

Oſtendit varias ſnīas circa membra diuiſionis poſitæ. Primo ponit ſententiam quorundam medicorum & philoſophorum. Secundo ſententiam Ariſt. & ſequentium eum. Tertio comparat iſtas ſententias inter ſe. ſecunda ibi ⌊ Omnibus autem philoſophis. ⌉ tertia ibi ⌊ Præterea cum. ⌉ Primo ponit generaliter primam ſententiam. Secundo ipſam magis ſpecialiter declarat. ſecūda ibi ⌊ Et videtur eis. ⌉ Dicit primo ꝙ multis philoſophorum & medicis quibuſdam antiquis & præcipue Gal. videtur ꝙ vnaquæq; virtutum iam dictarum habet membrum vnum pricipale, quod exiſtit eius minera, & a quo procedunt eius virtutis operationes, & ſic aliquo modo erit diſtinctio membrorum principalium ſecundum diſtinctionem virtutum. Sciendū primo ꝙ iſti philoſophi fuerunt Plato & platonici. Medici autem fuerunt Hippocrates & Gale. & alij multi. Plato.n. dicebat ꝙ virtus intelligibilis eſt in cerebro, concupiſcibilis in corde, & naturalis in hepate, vt dicit Auer. 3. de aīa commento. 7. Sciendum ſecundo ꝙ membrum principale dicitur principium virtutis. eſt.n. principium inquantum ab eo velut a fonte vel radice dependet illa virtus. Dicitur autem minera metaphorice. Nam ſicut locum aliquē dicimus alicuius metalli mineram, quia in ipſo ſicut in fonte reperit virtus illius metalli generatiua et cōſeruatiua: ita minera virtutis talis dicitur cor, quia in ipſo reperitur virtus illa ſicut in radice ſpiritus vitalis generatiua. Et quia in corde virtus illa ſuſtentatur & fundatur, ideo cor dicitur illius virtutis ſedes: Et quia per ipſum exit hæc virtus in actum & operationem, ideo quantum ad hoc dicitur eius organum. Cōſile dicitur de animali & naturali reſpectu cerebri & hepatis.

Pl̄onis opīo de uirtute.

Et uidetur eis ꝙ uirtutis animalis ſedes ſit cerebrū, & ipſius ab eo proueniant operationes.

Declarat ſpecialiter hanc antiquam ſententiam. Et primo quantum ad virtutem animalem. Secundo naturalem. Tertio vitalem. ſecunda ibi ⌊ Et ꝙ naturalis. ⌉ tertia ibi ⌊ Vitalis vero. ⌉ Dicit primo ꝙ iſtis videtur ꝙ cerebrum ſit ſedes & principiū virtutis animalis, & ꝙ ab eo tanquam a principio primo huius uirtutis in genere membrorum proueniunt operationes animales. Voluit enim Plato ꝙ ſicut cor eſt primum principium virtutis vitalis, ita cerebrū animalis: & hepar naturalis.

Et ꝙ uirtus naturalis duas habet ſpecies. Et una ſpecies eſt cuius finis ē cuſtodire indiuiduū & conſeruare ipſum quæ miniſtrat in re nutrimenti, quouſq; ad finem creſcentiæ eius nutriat corpus. Et huius quidem ſpeciei ſedes & operationum ipſius proceſſus eſt hepar.

Declarat idē quantū ad virtutē naturalē. Et primo ponit quandā diuiſionē declarando vnū mēbrū illius diuiſionis. Scđo declat ſecundū. ſecūda ibi ⌊ Altera vero. ⌉ Dicit primo ꝙ vr̄ eis ꝙ virtus naturalis habet duas ſpēs. vna eſt cuius finis eſt conſeruare indiuiduū quæ miniſtrat in re nutrimenti qđ nutrit corpus vſq; ad finē creſcentiæ eius. Et ſubdit ꝙ ſedes huius virtutis et ꝓceſſus opōnum eius eſt hepar. Sciendū primo ꝙ hæc virtus miniſtrat in re nutrimēti dupliciter. Primo quia hæc virtus generat materiā ex qua perficitur res nutrimēti.ſ. nutricatio. generat enim ſanguinem & humores. Secundo quia cum hoc miniſtrat inſtr̄m quo perficit actus nutricationis.ſ. ſpm̄ naturalē, & ſic miniſtrat mām, & efficiens nutrimenti. Sciendū ſecundo ꝙ hęc lr̄a vſq; ad finem creſcentiæ, exponitur multipliciter. Primo

quia nutrimentum nutrit corpus nutricatione ducente ad perfectionem. Alij dicunt q quia vsq ad finem crescentiæ maxime manifestatur actus uirtutis nutritiuæ restaurando .s. plus q̃ deperdatur, ideo hoc tanquam manifestius & notius expressit dans per illud alia intelligere. Alij vsq ad finem crescentiæ .s. inclusiue. Finis .n. crescentiæ est ætas declinatiua, quia nutrit vsq ad ætatem declinatiuam inclusiue: quia quãdiu viuit animal tandiu nutritur: ideo &c. Nutrit corpus usq ad finem crescentię .i. usq ad ætatem sequẽtem crescentiam. Ex quibus patere potest conuenientia & differentia inter principatum cerebri & hepatis. Cõueniũt .n. primo, quia vtrunq generat spiritum, & ipsum genitũ influit. Secundo quia vtrũq conseruat indiuiduum. Differunt autem primo quia magis communis est influxus hepatis quàm cerebri, cuicunque enim influitur animalis virtus, influitur naturalis, sed non econuerso, cum virtus animalis sit perfectio posterior naturali. Secundo differunt, quia cerebrum datur membris solum principium effectiuum operationum animalium, hepar vero principiũ effectiuum naturalium & cum hoc dat materiam. Tertio differunt, quia influxus hepatis saltem corpore naturaliter se habente est continuus, cerebri vero non, saltem quo ad omnia membra influxus cerebri receptiua.

Altera uero species est cuius finis est speciem conseruare, quæ est ministrans in re gñonis, & separat ex humoribus corporis spermatis substantiã, deinde ipsum informat sui creatoris præcepto. Et huius quidem speciei habitatio & operationum ipsius prouentus sunt testiculi.

Declarat secundum membrum dicens q altera species virtutis naturalis est cuius finis est custodire speciẽ, & ista est ministrans in re generationis, & separat substantiã spermatis ex humoribus corporis, deinde ipsum informat præcepto sui creatoris. Et subdit q huius virtutis habitatio & suarum operationum ꝓuentus & perfectio est in testiculo. Sciendum primo q finis generatiuæ virtutis est custodire speciem. eius .n. ꝓpria operatio est sperma et spm̃ gignitiuũ generare, quæ vt supra genealogiam conseruant, quamuis etiam non sit negandum quin etiam aliæ virtutes concurrant ad speciei conseruationem. Secundo sciendũ q hæc virtus reperta in testiculis ministrat in re generationis .i. in fine vel termino qui terminat gñonem qui est fœtus ꝓductio. Ministrat .n. in hac re, quia generat sperma quod secundum sñiam Gal. est materiale & effectiuum principiũ gñonis. Aliter per rem gñonis intelligi potest principium gñonis quod est sperma. ministrat .n. hæc virtus spermatis materiam attrahendo et separando ex humoribus corporis. Ex quo patet virtutem hanc simul secundũ diuersos actus eius ministrantem esse & ministratã. Qualr autẽ hæc vera sint videbitur in dubijs litteralibus. Dixit autem. Informat ipsum sui creatoris præcepto, quia actio illa videbitur mirabilis & diuina, aut ꝓpter colchodeam siue datorẽ formarũ quẽ posuit Aui. Sciendum tertio q virtus generatiua est duplex, sicut duplex est pricipalis actus virtutis gñatiuę. Vnus est ꝓductio spermatis ꝓlifici, Alter actus est ꝓductio substãtiæ fœtus. Vna igitur virtus gñatiua est quę ꝓducit sperma, & hæc subiectiue fundatur in testiculis. Altera uero est uirtus fœtus formatiua, & hæc subiectiue fundatur in spermate. Primã vr̃ tetigisse Aui. dum dixit. Separat ex humoribus substantiam spermatis. Secundã dum dixit. Deinde informat ipsum sui creatoris præcepto: dum ex parte eius corpulenta gñantur mẽbra fœtus. Hæc tñ expõ vr̃ pati instantiam tangendã in dubijs. Aliter põt exponi lr̃a ut hic solum notificet uirtutem spermatis generatiuam quæ primo per uirtutem attractiuam sibi ministrantem separat materiam spermatis &c. deinde informat ipsum &c. quia imprimit in ipso uirtutem formatiuam fœtus.

Vitalis uero uirtus est illa quæ spiritus esse cõseruat qui sensus & motus uehiculum existit, & ipsum reddit aptum ad eorum impressiones recipiendas cum ad cerebrum peruenit, & facit ipsum potentem dandi uitam ubicunq expandit & huius quidem uirtutis sedes & operationis ipsius processus est cor.

Notificat tertium genus secundum sententiam medicorum tam quo ad operationes q̃ quo ad organum. Et dicit primo q virtus vitalis est illa quæ conseruat esse spiritus quæ est vehiculum sensus & motus, & facit ipsum potentẽ ad recipiendum eorum impressiones .s. sensus et motus quãdo peruenit ad cerebrum & facit ipsum potentem ad dandum vitam vbicunq expanditur. Dicit secũdo q sedes huius & principium suæ operationis & ꝓcessus est cor. Sciẽdum primo q intentio Platonis, & Ga. fuit q tria principalia per suas virtutes influunt tres spiritus. Per quorum vnũ & virtutem in eo impressam conseruatur vita sumpta pro actu primo in membris ad quę peruenit quia per ipsum cõseruatur præsentia animæ in membris. Per aliam vero cõseruatur potentia transmutandi alimentum in substantiam alti secundum aliam & aliam naturæ exigentiam. Per aliã vero cõseruatur habilitas membrorum ad operationes sensus & motus. Prima virtus appellatur vitalis. Secunda naturalis. Tertia animalis. Dicitur igitur virtus vitalis quia cõseruat actum primum vitæ quæ est anima. Ex quo patet q sicut prius est membra viuere q̃ nutriri, & nutriri q̃ sentire, ita virtus vitalis est natura prior naturali, et naturalis animali. Sciendum secundo q vitalis virtus non solum conseruat esse spiritus vitalis, sed etiam cuiuslibet alterius. cum enim generet & conseruet vitalem & ex vitali pendeant naturalis & aĩalis, seruat etiam spũs naturales & aĩales. Et nota q spiritus naturalis & aĩalis non dependet solum ex vitali tanq̃ ex materia ex qua fiunt: sed etiã tanq̃ ex efficiente. cum .n. vita pro actu primo prior sit naturaliter virtute naturali & aĩali: si a vitali spiritu dependet effectiue vita in mẽbris: ab eodem etiam dependet naturalis & aĩalis virtus, & consequenter spiritus. Aui. quoq enim pendet prius, ab eodem pendet posterius. Sciendũ tertio q spũs vitalis põt dici vehiculum sensus & motus tripl'r. Primo quia est sicut materia spiritus aĩalis. materia aũt põt dici vehiculũ formę. & hoc tangitur in lr̃a dum dicit. Reddit eum potẽtem ad recipiẽdum impressiones eorum cum ad cerebrum peruenerit. quãuis .n. spiritus naturalis ad cerebrum perueniat non tamen recipit impressiones sensus & motus, quia hepar nõ gñat spũm præparatum ad hoc, sed cor per virtutem vitalẽ generat spiritum taliter pręparatum, quod cum ad cerebrũ peruenerit recipit impressionem per quam sit conueniens instrumentum sensus & motus. Secundo potest dici vehiculum &c. quia per ipsum membrum redditur præparatum vt sit receptiuum virtutis sensitiuæ & motiuæ: & fiat sensitiuum & mobile. Tertio quia vt infra declarabitur spiritus vitalis non concurrit ad operationes vitæ solum, sed cõcurrit tanquam principalius & generalius instrumentum etiã ad omnes alias operationes .s. tam naturales q̃ animales. Virtus igitur vitalis spiritui vitali triplicem tribuit proprietatem. Prima est dandi & conseruandi uitam ubicunq expanditur. Secunda est aptitudo ad recipiendum impressiones sensus & motus. Tertia est præparare mẽbrum in quo recipitur ad sensum & motum. Et possumus addere quartam si volumus .s. ptãs concurrendi ad omnes operationes tanquam generale instrumentum.

Omnibus autem philosophis maiori. idest Aristoteli uidetur q omnium istarum uirtutũ uel operationum principium existit cor, sed primarum operationum earũ manifestatio in his prædictis existit principijs.

Declarat

Declarat sententiam Aui.circa diuisionem dictam quæ diuersa est & opposita sententiæ platonicorum & medicorum. Secũdo exemplificat ibi [Queadmodum.] Dicit primo ꝙ maiori oium philosophorum.i.Arist.videtur ꝙ cor sit istarum trium uirtutum pincipium primum in genere membrorũ. Sed manifestatio operationum primarum istarum uirtutũ existit i istis tribus principijs enumeratis a platonicis & medicis.In corde.n.mãifestãt opões ỹtutis uitalis. In hepate naturalis.In cerebro aialis,licet originalr a corde depẽdeãt.

Queadmodum apud medicos cerebrum ẽ sentiendi principium, & post hoc quisq̃ sensus per se habet mẽbrum in quo eius apparet operatio.

Deinde hoc exemplariter declarat dicens,quia secundum sententiam medicorum cerebrum est principium operationum sensus & motus,& sic est principium primum operationis visiuę & auditiuę,& istæ operationes non manifestantur in cerebro,immo quilibet sensus habet organum in quo virtute cerebri manifestantur sue operationes,sicut in oculo visiua,& in aure auditiua. Sciendum ꝙ ex ista litera Aui. secundum sententiam Ari.patet respõsio ad quæstionẽ qua queritur, Vtrum tantum unum sit principale membrũ quod sit oium virtutum principium i genere membrorum. Quia dicendum est ꝙ principaliter omnes uirtutes fundãtur i corde uelut in minera,instrũaliter vero & manifestatiue sive secũdarie virtutis naturalis principium est hepar,& animalis cerebrum. Quãuis enim cor in se habeat omnes istas uirtutes, non potest tamen ad actum deducere nisi per instrumenta, & non sufficit omnibus idem instrumentum. Sicut artifex habens in se artes plures non potest eas ad actum ducere & opera earum manifestare nisi per diuersa instrumenta.Et ita cor ad operationes animales vtitur cerebro ad naturales vero hepate,sed quantum ad actus virtutis vitalis exequendo habet in se sufficiens instrumentum.

Præterea cum considerant sicut debent & certificant inueniunt rem sicut uidetur Aristoteli, & non quemadmodum ipsis uidetur. Et inueniunt tractatus suos extractos ex propositiõibus sufficientibus & non necessarijs, in quibus non assequũtur nisi quod ex rebus appet.

Comparat has sententias inter se.Secundo ostẽdit qualiter cõsideratio huius diuersitatis pertineat medio & qualiter nõ, secunda ibi [Medico autem.] Dicit primo ꝙ quãdo medici & platonici considerant sicut dñt,& certificant sicut dñt sicut.f.requirit exquisita veritatis inquisitio,inueniẽt rẽ sicut videtur Ari.& nõ sicut videt eis,& inuenient tractatus suos idest conclusiones extractas & conclusas ex propõnibus sufficientibus.f.medico,& non necessarijs in quibus non exequuntur nisi illud quod apparet ad sensum ex rebus, & non quod dictat ratio naturalis aut metaphysica. Nota cõclusiones illæ quas tenent medici sunt fundatę propõnibus sufficientibus.i.probabilibus Apud arabes enim ꝓbabilis ꝓpositio vocatur sufficiens.f.medico qui sensuali experientiæ innititur,ut in sequenti parte declarabitur. Propões aũt Ari. fundatæ erant super propõnibus necessarijs ut in ol multitudine bene ordinata &c.Et multa alia inducebantur quæ supra capĩo de membris declarata sunt.

Medico autem inquantum medicus non attinet ut consideret quæ sit harũ duarum sententiarum ueritas,sed illud cõsiderare philosophus aut physicus debet. Medicus autem cum conceditur ei membra hæc prænominata istarum uirtutum principia existere, non curat in eo quod de esse medicationis cõsiderat an ex alijs habeant principijs quæ sunt ipsis priora uel non,neq; illud ex eis existit quæ philosophus non ei leuia facit.

Ostẽdit quid considerare de hoc ad medicum pertinet, dicens ꝙ ad medicum inquantum medicus est nõ pertinet cõsiderare quæ sit ueritas harum duarum sententiarum,sed illud pertinet considerare ad philosophum.f.primum aut physicum.Nam cum sufficiat medico hæc prænominata membra esse principia istarum uirtutum,secundum quorum.f.lęsionem & impedimentum accidit impedimentum & læsio distincta in operationibus illarum uirtutum, non debet tamẽ curare quantum ad illud quod pertinet ad actum medicationis,an illæ uirtutes profluant ab alijs pricipijs quæ sunt priora istis uel non,neq; illud.i.illa cõsideratio est ex his q̃ philosophus nõ facit ei leuia.q.d.ista cõsideratio est leuis medico. quia non est utilis in opere nec requisita.In alia litera deficit una negatio.Et est sensus,ꝙ ista consideratio non est ex istis quæ philosophus facit medico leuia,immo ista consideratio est grauis & philosopho,ideo a medico dimittenda. Circa præsens capĩm cadunt aliqua dubia. Primum de ẽditate uirtutis.Et si hæc tria gña uirtutum sunt abinuicem essentialiter distincta. Videtur enĩ primo ꝙ uirtus non sit anima essentialiter,quia una existente anima uirtutes plurificatæ sunt,vt patet in distinctione generum virtutum posita ab Aui.in litera.Et per idem patet ꝙ ista tria genera sunt abinuicem distincta.Sed oppositum videtur rõnabiliter,quia ad producẽdum operationes viuentis sufficit principale agens quod est anima cum suis naturalibus instrumentis.f.complone, com positione,& vnitate.&c. Non igitur oportet poni virtutẽ essentialiter distinctam ab anima. Secundum dubiũ.Nõ. n.videtur ꝙ omnis operatio proueniat a virtute.In corpore enim nostro multi sunt motus & operationes; vt iectigatio, contractio in spasmo repletionali quorum causa non est uirtus,similiter infrigidatio,stupefactio,& huiusmodi non proueniunt a virtute.non ergo ols operatio prouenit a virtute. Tertium dubium est de virtute generatiua. Nõ.n. videtur ꝙ virtus generatiua separet substantiam spermatis ex hũoribus,quia separatio ista fit in membris in quibus complet quarta digestio,vt vigesima tertij.cap.de causis spermatis. ab illis vero multum distant testiculi,quõigitur põt a tam remotis locis separare.Item talis separatio est operatio virtutis attractiuæ quæ alia est a generatiua.Item non videtur ꝙ virtus generatiua sit in testiculis, quia principaliter & naturalissimus actus virtutis generatiuæ non prouenit a virtute testiculorum. virtus.n.testiculorum non concurrit ad fœtus productionem.sed solum virtus semis.Et notum est ꝙ illa nõ ẽ fundata in testiculis sed i spiritu gignitiuo &c. Quartum dubium circa descriptionem virtutis vitalis.Ita uidetur spiritus vitalis esse vehiculum operationum naturalium,sicut operationum sensus & motus,vt patet discurrendo p oẽs tres modos quibus declarabatur ꝙ spũs vitalis est vehiculum &c.ergo sicut describitur spũs vitalis per conseruare eẽ spũs qui sensus & motus vehiculum existit:etiam dici potest ꝙ operationum naturalium vehiculum existit. Quintum dubium. Videtur ꝙ virtus animalis sit vitalis,& ꝙ ita bene est potens dare uitam spiritus animalis sicut uitalis. Primo quia sensus & motus ẽ perfectio posterior.uita uero prior naturaliter ut supra , sed quicquid habet perfectionem posteriorem habet priorem naturaliter. igitur &c. Item sicut se habet uirtus principij ad uirtutem principij,ita uirtus instrũ ad uirtutem instrumenti, sed in membro quod est principiũ primum uirtutis naturalis necessario est uirtus uitalis. quia alias posterius absolueretur a suo priori,igitur in instrumẽto proprio uirtutis animalis reperitur etiam uirtus uitalis.Item quia non per aliud argumentum probatur superius ꝙ ois spiritus motiuus est sensitiuus,& non econtra.Item uirtus & spiritus animalis conseruat uitam,quia conseruat cor p motum anhelitus quod est pricipium uitæ.secunda aphorismorum,commento.42.& prima tertij.cap.de apoplexia. Item ita necessaria videtur operatio cerebri ad custodiam indiui- Dubia.

dui sicut cordis, sed custodire indiuiduum est conseruare vitam indiuidui. Et eadem vel similia argumenta adduci possent de uirtute naturali ex qua superius ponebatur posterior naturaliter vitali. Sextum dubium. Videtur q virtus naturalis sit naturaliter prior vitali. Primo quia est cõior. inest. n. plantis & viuẽtibus vita vegetatiua. vitalis vero viuentibus vita sensitiua. Secundo, quia ab ipsa absolui potest in aliqua parte nostri corporis virtus naturalis, & non econuerso quia aliqua pars nostri corporis solum viuit vt planta, & sic i ea non videtur virtus vitalis, quia illa non reperitur nisi in viuentibus vita sensitiua. Septimum dubium. Quia si datur illa virtus vitalis distincta a naturali & animali videtur q ultra gradus viuendi ab Aui. numeratorum dabilis sit alius gradus. arguitur consequentia, quia quęcũq; uirtus alteri cõparata non necessario sequitur ipsam, nec econtra constituit gradum uitę distinctum a gradu uitę alterius, sed uirtus uitalis & naturalis sunt huiusmodi. separatur enim uirtus uitalis a naturali, vel separari potest. vel saltem sic esse non repugnat, ex quo in nobis est naturaliter prior. similiter animalis a vitali in plantis, ideo &c. Item quæcũq; virtus comparata ad duas uirtutes quarum una est naturaliter altera prior, non necessario sequitur ex priori nec ex ea necessario sequitur posterior, constituit gradum uitę distinctum a quolibet illorũ, sed uirtus uitalis comparata uegetatiuę & sensitiuę est hmõi, non enim necessario sequitur ex uegetatiua ut patet in plãtis, nec ex ea necessario sequitur sensitiua, sed est ea naturaliter prior igitur &c. Ad primum communis responsio est, q uirtus prout proposito pertinet duplex est. s. principalis & istrumentalis. Prima est anima dicta uirtus uitalis inquantum est operationum uitalium productiua &c. Altera uero instr̃alis & illa est instrumentum uel temperamentum quo exit aĩa in iam dictas operationes. Sicut uitalis uirtus est temperamentum animę in corde uel spiritu quo exit in operationes uitales. Animalis uero est temperamentum quo exit in opõnes animales, & sic de alijs. Virtus uero uitalis animalis & naturalis primo modo dicta nõ differt essentialiter ab aĩa. Sed secundo modo dicta differt essentialiter ab anima, & plurificatur & diuersificatur secundũ genus anima una existente. Vna enim existens anima distincta requirit temperamenta ad producendum operationes animales naturales & uitales. Et taliter sumẽdo uirtutem distinguunt auctores in uirtutes influentes & innatas. Principalis enim uirtus omnis est innata ut patet, sed instrumentalis aliqua est influens, aliqua innata, puta temperamentum tale uel tale. Sub hoc etiam sensu dicunt cor influere uirtutem uitalem, hepar naturalẽ, & cerebrum animalem. Notum est. n. nullum istorum membris influere animam, sed temperamentum ad exeundum in tales uel tales operationes animæ. Et secundum hanc r̃sionẽ patet q præter animam complexionem & compositionem cum quibus operatur anima non sunt in nobis requisitę potentię superadditæ. Patet etiam secundum hãc r̃sionem qualiter gña tria uirtutum abinuicem distinguantur vel nõ. Quidam tamen huic inherentes viæ dicunt uirtutem q̃nq; sumi pro eo quod principaliter sigñat hoc nomen uirtus i recto, & sic uirtutes animæ non sunt nisi anima. quandoq; uero pro anima cum dispõnibus requisitis ad actiones animæ producendas, & sic uirtus non est anima, sed aggregatũ quoddam ex anima & huiusmodi dispõnibus, requisitis, & secundum hanc distinctionem respondetur ad quæsitum ut patet. Responsio autem magis antiqua tenet q præter animam & dispõnes iam dictas in anima distinguuntur uirtutes seu potentiæ fundatę in ipsa quæ sunt proprietates quędam naturales animę per quas mediante temperamento sibi proportionato anima cordis producit operationes uitales, cerebrũ uero animales &c. Et consequenter q ad producendum operationem quãcunq; animati concurrit triplex principiũ. unum principale, & illud est anima. Anima. n. est illud quo primo uiuimus & sentimus &c. Aliud uero est instrumentũ purum & operationi proximũ, sicut complexio & compositio. Aliud uero est inter hęc medium. s. principale & instr̃ale secundum quid, quia respectu animæ est instrumentale, respectu uero complexionis est principale & directiuũ, & hæc est uirtus uel potentia animæ. Forma. n. operatur per suam uirtutem. Virtus uero per complexionem. Sicut anima artificis in producendo opus artis est principale agens & instr̃m artificiale, vt securis vel malleus est istrumẽtale purũ, hitus vero artificis est instrumentale respectu animæ, principale vero respectu istrumenti. Anima. n. per artem mouet istr̃m ad opus artis producendum. Et secundum hoc concedũt potentias animæ siue organicas siue nõ organicas esse ab aĩa essentialiter distinctas, & q sunt proprietates animæ in aĩa fundatæ aut in composito. Ad hoc autem saluandum adducunt plures suasiones. Prima est. Non minus prouida debuit esse natura circa perfectionem animatorum q̃ inanimatorum, sed res inanimatas insigniuit virtutibus formas consequentibus, distinctis a formis & complexionibus earum, vt magneti virtutem dedit attrahendi ferrum, reubarbaro vero choleram, igitur etiam res animatas debuit similibus & adhuc nobilioribus virtutibus insignire, quibus aĩa exeat in actiones animæ proportionatas. Item nõ minoris potentiæ videtur natura q̃ consuetudo, sed cõsuetudo dare potest animæ virtutem per quam habilitatur ad actiones suas, vt patet de virtutibus moralibus et itellectualibus, igitur natura dare potest aliquas virtutes naturaliter insitas animæ. Item attractio quę fit virtute attrahente grossum & relinquente subtile prouenit ab anima mediante temperamento & calore naturali membri & virtute, quam formam specificam vocant, igitur ad attractionem factam a virtute concurrit triplex principium. Vnum principium. s. anima. Alterum instrumentale. s. calor naturalis. Et tertium mediũ scilicet forma specifica vel virtus, igitur hæc virtus attractiua est proprietas superaddita animæ & calori naturali. Et q̃ ratione virtus attractiua est sic distincta ab ea, eadem rõne digestiua retentiua, & sic de alijs. Item ab eodem mẽbro proueniunt mediante complexione vna & temperamento vno operationes contrariæ, vt attractio & expulsio. igr̃ oportet has operationes contrarias in aliqua contraria prĩcipia reduci sed non essentias animæ contrarias nec temperamenta contraria. igitur in virtutes contrarias. Et sic essentia animæ vna & simplex per complexionem vnam ꝓducet actus oppositos, per virtutes tamen contrarias seu contrariorum productiuas. Sicut anima artificis eodem instrumento per contrarias volutiones & affectiões contraria opera producit. Et fundatur argumentum super hæc q idem principium naturale vt naturale distinguitur contra voluntarium secundum idem non potest contrarios effectus producere. Q. Et ista tria gña virtutum sint abinuicem distincta suaderi põt. Primo, quia vna istarum operante alia quiescit, vt patet de animali in somno & naturali. Item destructa animali remanet vitalis vt in membro paralytico. Item una fortificata altera debilitatur, vt patet. Item obiecta diuersa habent principia diuersa, actus diuersos, fines diuersos, vt patet discurrendo. Si quis hæc motiua soluere voluerit facile poterit ex his quæ pluries tacta sunt in præcedenti cap̃. Ad secundum dubiũ conceditur in nobis fieri operationes aliquas, quæ cõiter sumendo operationem dicuntur operationes q̃uis non proueniãt a uirtute. Sed hoc nõ est contra Aui. qui sumpsit operationem proprie, vt supra notatum est. Vel dic q nullæ opõnes sunt debitę animato inquantum animatum est, quin illæ a virtute proueniant, vt patet intuenti, & sic intellexit Aui.

Ad tertium puto non esse verisimile q testiculi per totũ corpus diffundant uirtutem per quam separent ab omnibus mẽbris vel humoribus eorum substantiam spermatis. Sed credendum est q nutrimentum quod superfluit a digõne quarta membrorum reigreditur venas & pellitur a uirtute de porositatibus membrorum ad uenas capillares ex illis etiã ad maiores donec tandem ad uenam concauam magnam perueniat, & tandem in uasa seminaria ad testiculos transit illud commixtum cum materia nutrimentali debente nutrire testiculos vbi uirtute testiculorũ separatur materia spmatis a

materia

materia nutricationis vasorum & testiculorum & transmutatur in sperma. Et hęc voluit Aui. Ad confirmationem dicitur ꝙ virtuti generatiuę spermatis ministrat virtus attractiua, sicut.n. virtuti nutritiuæ ministrat attractiua & retentiua &c. ita & generatiuæ. Virtus igitur generatiua spermatis mediante virtute attractiua separat substantiam spermatis &c. & mediante virtute retentiua retinet illud, & sic de alijs virtutibus ministrantibus. Ad aliam confirmationem dicitur ꝙ virtus testiculorum est illa quæ principaliter est generatiua foetus, eo ꝙ virtus spermatis agit tanq̃ istr̃m & idolum eius. Et ideo licet virtus quę est in testiculis nõ cõcurrat actualiter, concurrit tamen virtualiter. Ad quartũ dubium conceditur ꝙ spiritus vitalis ita est vehiculum operationum naturalium, sicut sensus & motus. Expræssit tamẽ de sensu & motu. Primo quia sunt operationes digniores & nobiliores. Secundo quia manifestiores sunt q̃ operationes naturales. Tertio quia in hoc omnes conueniunt ꝙ spũs animalis generatur ex vitali. Non sic autem conueniunt de naturali. Immo apud multos ambiguum est an dandus sit spũs naturalis distinctus a vitali. Videtur. n. saluari multum principatus hepatis in generando sanguinem. Ad quintum dicitur ꝙ quicquid habet formaliter perfectionem posteriorẽ, habet & formaliter perfectionem priorẽ. Non tamen necessario quicquid virtualiter vel instr̃alr habet perfectionẽ posteriorem eodem modo continet priorem. Potest .n. aliquis spũs esse conueniens instrumẽtum virtutis posterioris & nõ prioris, sicut spũs oculi est conueniens instrumentum visionis, sed non est conueniens instrumentum generationis aut nutricationis aut augmẽti. Contra. sic se habet actus ad actum sicut virtus ad virtutem, sed virtus posterior nõ põt absolui a priori. ergo nec actus posterior, & si sic, ergo omnis spũs producens actum posteriorem producit priorẽ. Neganda est maior, licet enim virtus auditiua aut visiua necessario præsupponat tactiuam, nec ab ipsa aliquo modo absolui possit. hoc. n. solo sensu cum animal priuatur necesse ẽ mori. actus tamen videndi absolui potest ab actu tãgendi. Potest tamen probabilr sustineri ꝙ quilibet spũs tam naturalis q̃ animalis vitam conseruet inquantum instrumentũ vitalis. vel inquantum in eo aliquid de virtute spũs vitalis ex quo fuit genitus derelictum est. Sed hoc non concludit ꝙ sit spũs vitalis vt patet. Ad confirmationem patet negãdam esse similitudinem illam, vt dictum est. Ad aliam cum dicitur ꝙ arguitur superius ꝙ omnis spũs motiuus est sensitiuus, dicitur hoc esse verum, sed illa probatio non est efficax.

Ad alias confirmationes dicitur ꝙ vitalis spiritus differenẽ conseruat vitam, & spiritus animalis, quia spiritus uitalis per se & immediate, spiritus uero animalis mediate & per accidens, ut pluries alias declaratum est. Ad sextum dicitur ꝙ uirtus naturalis est prior cõitate uirtute uitali. perfectione tñ & causalitate prior est uitalis uirtus uirtute naturali in his in quibus utraq; uirtus est reperibilis. Sed de hoc plus uidebit̃ inferius. Pro alia uero cõfirmatione dicitur ꝙ in nulla parte nostri corporis reperibilis est naturalis, in qua non sit etiã uitalis, ut infra capl̃o de uirtute uitali. Ad septimum dicit̃ negando consequentiam. Et negatur ulterius ꝙ quæcunq; uirtus alteri comparata quæ non necessario sequitur ad ipsã nec econtra constituit gradum uitæ distinctum a gradu uitæ illius. Patet. n. ꝙ uirtus uisiua comparatur olfactiuæ, & non necessario sequitur ex ipsa nec econtra. Non tamen gradũ uitæ distinctum constituit, quia utraq; continetur sub gradu uitæ sensitiuorum. Ad aliam confirmationem uidebitur infra capl̃o de uirtute uitali. Et patet etiam faciliter. Similit̃ faciliter soluitur instantia contra minorem de uirtute tactiua comparata uegetatiuæ & olfactiuæ. Illa. n. non necessario sequitur ex negatiua. Nec ex ea necessario sequitur olfactiua, & tamen non constituit gradum uitæ distinctum, ut patet.

Capl̃m. ij. Quod est de uirtutibus naturalibus quibus ministratur.



Irtutum uero naturalium aliæ sunt quæ sunt ministrantes, aliæ sunt quæ sunt ministratæ.

Virtus Post generalem diuisionem uirtutum exequitur specialiter determinando de membris diuisionis. Et prio de uirtutibus naturalibus. Secundo de vitalibus. Tertio de animalibus. secunda ibi ⌊ Virtutes autem animales. ⌉ tertia ibi ⌊ In uirtute autem animali. ⌉ Primo ponit diuisionem quandam. Secundo subdiuisionem. secunda ibi ⌊ Et ministratarum quidẽ. ⌉

Primo dicit ꝙ uirtutum naturalium aliæ sunt ministrãtes, & alię sunt ministratę. Sciendum primo ꝙ licet multipl'r sumatur naturale. s. ut distinguitur, contra uiolentum, cõtra pręternaturalem, contra causale, contra artificiale, contra uoluntarium, & cõtra cognosciciuũ. In proposito per naturalẽ virtutem ut melius & clarius infra declarabitur intelligere debemus uirtutem in nobis circa alimentum sine cognitione operatiuam, non præparantem spũm vel instrumentum uirtuti aiali seu cum cognitione operatiuę, sicut est nutritiua, & augmentatiua. Et per hoc quod dicitur circa nutrimentum operatiuam sine cognitione differt ab animali. Et ex hoc ꝙ non pręparat instrumentum &c. differt a uitali. *Naturale multiplicit'.* Sciẽdum secũdo ꝙ necessitas ponendi quasdã uirtutes naturales ministrãtes & aliquas ministratas sumitur ex hoc ꝙ virtutum & operationum naturalium quędam habent rationem finis, q̃dam vero ordinatorum ad finem. Et quia finis melior est & perfectior ordinatis ad finem, ideo virtutes habentes rationem finis sunt perfectiores & meliores. Et quia iter ea q̃ sunt eiusdẽ ordinis, imperfectius subseruit & ministrat perfectiori, ideo virtutes & operationes imperfectiores subseruiunt & ministrant perfectioribus. Ex quo patet causa veritatis literæ. Omnis. n. uirtus naturalis, aut habet rationem finis, vel ordinati ad finẽ. Si primum, est ministrata. Si secundum ministrans. Et ex hoc patet quid per virtutem ministratam naturalem, & quid per ministrãtem debemus intelligere. Per ministrantem debemus intelligere virtutem alteri subseruiẽtem pro operatione necessaria ad custodiam vel integritatẽ indiuidui aut speciei. Econtra vero per virtutes ministratas intelligere debemus virtutes huiusmodi, seruitium seu ministerium recipientes. Verũ autem hæ virtutes ministrantes & mĩstratę sint necessario distinctę videbit̃ i dubijs sequẽtibus.

Et ministratarum quidem duo sunt genera. Vnum genus ministrat in re nutrientis ad hoc ut indiuiduum remaneat, quod in duas partitur species, nutritiuam & crescitiuam. Et alterũ genus ministrat in nutriẽte ad hoc ut remaneat species, quod etiam in duas diuiditur species, in generatiuam & formatiuam.

Post subdiuisionem determinando de mẽbris diuisionis supra positę. Et primo determinat de virtutibus ministratis. Secundo de ministrantibus. secunda ibi. ⌊ Virtutes vero naturales. ⌉ Primo ponit subdiuisionem. Secundo pertractat eius membra. secunda ibi. ⌊ Virtus vero nutritiua. ⌉ *Virtutis ministratę genus duplex.* Dicit primo. ꝙ duo sunt genera virtutum ministratarum, quia vnũ est genus quod ministrat in re nutrientis ad hoc ut conseruetur indiuiduum, & illud diuidit̃ in duas species. s. in nutritiuam & crescitiuam. Aliud vero ministrat in re nutrientis vt conseruetur species, & diuiditur in generatiuam, & in formatiuam. Sciendum primo ꝙ licet Aui. describat vtrũq; genus uirtutis ministratæ per ministrare, non tamen describit per ministrare uirtuti pręcipue naturali eiusdem generis, sed describit per ministrare fini, qui est indiuidui aut speciei permanentia, aut etiam per ministrare actui quo ille finis attingitur. *Res nutrientis, quid.* Sciendum secundo per rem nutrientis intelligere debemus materiam nutrimẽtalem, circa quã operatur tam nutritiua q̃ augmentatiua, similiter tam generatiua q̃ infor-

matiua. Ex quo patet q sicut istę duæ uirtutes sub uno genere compræhenduntur, ita & eorum obiecta. omnium. n. istarum uirtutum obiectum est nutriens siue materia nutrimentalis, licet non secundum eandem rationem ut patet.

Virtus

Virtus uero nutritiua est illa quæ nutriens in nutriti conuertit limil itudinem, ideo ut p ipsum restauratione eius recuperet, qđ dissolutum fuit.

Nunc pertractat membra subdiuisionis positæ. Et primo notificat virtutem ministrantem ad indiuidui permanentiã. Secũdo speciei secunda ibi[Generatiuę vero.] Primo notificat nutritiuam. Secundo crescitiuam. Tertio cõparat has virtutes inter se. secunda ibi[Virtus autem crescitiua.] tertia ibi[Nutritiua vero.] Dicit primo q virtus nutritiua ẽ illa quę conuertit nutriens in similitudinem nutritiui ad hunc finem, ut per nutrimentum recuperet restauratione eius quod dissolutum fuit. Sciendum primo q Aui. notificat nobis virtutem nutritiuam ex multis. Primo ex obiecto, dũ dixit; nutriens a quo & nutritiua dicta est. Secundo ex actu & opõne, dum dixit. Conuertit. talis. n. conuersio est operatio virtutis nutritiuæ. Tertio notificat ipsam ex termino sui motus; Vltimo ex fine dum dixit. Ideo vt ppter ipsam &c. Ad hoc n. fit ista operatio a virtute nutritiua ut restauretur &c. Secundo nota. q nutriens verum est illud quod est pprie obiectum virtutis nutritiuæ, & non futurum nutriens, vt infra.

Nutriẽs verũ qd.
Silitudo duplex.

Sciendum tertio per similitudinem non esse intelligendam similitudinem accidentalem solum, immo virtus nutritiua deducto impedimento non assimilat nutriens nutrito solum accidentaliter, sed etiam substantialiter, vt infra videbitur.

Virtus autem crescitiua est illa quæ in totius corporis diametris addit secundum proportionalitatem naturalem quatenus ipsum ad finem augmenti perducat per illud quod ipsum ex nutriente ingreditur.

Notificat crescitiuam. Et in sententia vult q crescitiua uirtus est illa quæ addit secundum proportionalitatem naturalẽ in diametris totius corporis vt ipsum etiam indiuiduum pducat ad finem augmenti per illud quod ipsum ingredit ex nutriente. Sciẽdum primo q Aui. notificat virtutem augmentatiuam ex multis. Primo ex parte cui attribuitur crescẽtia seu augmentum, dum dicitur. Totius corporis. Secundo ex parte eius operationis dum dicitur. Addit. talis. n. additio quantitatis est operatio virtutis crescitiuæ. Tertio ex pte modi dum dicitur. Secundum pportionalitatem. Quarto obiecti dum dicitur. Per illud quod ex nutriente. Quinto ex pte finis dum dicitur. Quatenus ipsum ad finem augmenti perducat. Sciendum secundo vt declaratum est secundo coeli. In corpore nostro signabiles sunt sex differentiæ positiõis sub tribus contrarietatibus contentæ. s. contrarietate quæ est inter sursum & deorsum, contrarietate quæ est inter dextrũ & sinistrum, & tertia quæ est inter añ & retro. Istę ergo sunt sex differentię positionis terminatæ per tres lineas mensurantes magnitudinem corporis nostri quia linea quæ est a sursũ in deorsum mensurat corporis longitudinem, quę vero inter dextrum & sinistrum latitudinẽ, & quæ est inter añ & retro profunditatem. Et ideo solum tres ponimus corporis dimẽsiones, quia non sunt plures lineę drãtiarum positionis iam dictarum terminatiuę, & se ad angulos rectos intersecãtes. Ad naturalem igitur crescentiã requiritur ipsam fieri secundum tres diametros signatas, ita vt inter istas diametros seruetur proportionalitas naturalis. Sciendum tertio q per proportionalitatem intelligere debemus, vt sumitur quinto Euclidis, similitudinem proportionum. Est. n. proportionalitas similitudo proportionum. nec est arithmetica proportionalitas, quia non semper seruatur ęqualis excessus membri excedentis ad excessum. Nec etiam seruatur proportionalitas geometrica, quia non semper seruatur similis proportio geometrica, sed seruatur proportionalitas naturalis, quia qualis naturalis erat proportio istarum diametrorum aut augmẽtum tal' sublato impedimento accñtali reperitur posterius. Qualiter autem intelligenda sit illa proportionalitas naturalis declarabitur infra in dubijs quæ circa litteram mo uebuntur.

Aristo,

Proportionalitas qd. Euclides.

Nutritiua uero uirtus crescitiuæ seruit, eo q nutritiua quandoq; affert nutriens ei quod dissoluitur æquale, quandoq; minus, quandoque plus. Sed crescitiua non erit nisi cum quod ingreditur plus fuerit eo quod dissoluitur.

Comparat has virtutes inter se. secundo remouet dubiũ. tertio declarat operationes & actus nutritiuæ virtutis. secũda ibi[Non tamẽ.] tertia ibi[Nutritiuæ.] Dicit primo q nutritiua seruit crescitiuæ afferendo. s. de nutrimento tantum quantum dissoluitur, quandoq; minus, & quandoq; plus q̃ sit illud quod dissoluitur. Dicit secundo q crescitiua non erit nisi quando illud quod ingreditur fuerit plus eo quod dissoluitur. Sciẽdum q nutritiua seruit crescitiuæ. primo afferendo plus &c. secundo substantificam exiccationem membrorum prohibendo, quare saluatur membrorum extensibilitas, per quam fit augmentum.

Non tamen totum quod taliter existit est crescitiua. Impinguari n. post macredinem in ætate consistentiæ est huius sectæ, non tamen est crescitiua, non est enim augmentum nisi illud quod secundum naturalem proportionalitatem in omnibus existit diametris, quatenus ipsum ad crescentiæ perducat complementum. Deinceps uero post hoc nullo modo est ibi crescentia. & si sit ibi impinguatio, quẽadmodum ante consistẽtiã nõ existit etiam ariditas, & si sit ibi macredo, licet illud longius existat & a necessario exiẽs magis.

Remouet dubium. Aliquis enim crederet q semper si restauratur plus q̃ resoluitur fit crescentia, sed hoc nõ est, quia homo desistens post macredinem impinguari potest & non augeri, quia non est crescentia, nisi seruetur proportionalitas naturalis secundum tres diametros, vt viuens debitam quãtitatem attingat, & ideo licet sit impinguatio post consistentiam: non tamen est ibi augmentum, sicut in pueritia potest esse macredo q̃uis ibi non sit ariditas. i. diminutio, licet illud. scilicet corpus augeri in consistentia sit longius a vero siue sit magis exiens a necessario, quia plus tẽdit ad ĩpossibile, quia possibile est diminui in pueritia &c. sed non est posse consistẽtem vere augeri. Circa hanc materiam cadunt dubia non pauca. Primum Videtur q tam nutritiua q̃ augmẽtatiua q̃ etiam generatiua sint virtutes ministrantes. Nutritiua enĩ seruit crescitiuæ, vt visum est in litera. Augmentatiua etiam seruit generatiuę vt infra in fine capl'i. Generatiua etiam & nutritiua seruit informatiuæ vt infra. igitur illa diuisio in ministrantes & ministratas est inconueniens. Item omnium istarum virtutum est obiectum vnum. igitur istæ non sunt distinctæ, quia potentiæ distinguuntur per actus & actus per obiecta. Item signetur in stomacho aut in hepate virtus digestiua & nutritiua, & arguitur sic, huius digestiuę siue cõmunis siue proprię, & huius nutritiuæ est idem obiectum & idem instrumentum, quia totus calor stomachi & similiter hepatis influens & innatus agit ad eius digõnem communẽ & ppriam & ille idem calor totus agit ad eius nutricationẽ. idem ergo est instrumentum digestiuæ & nutritiuæ. Et silr arguitur de alijs uirtutibus membrorum simul existentibus, quarum vna dicitur ministrans & alia ministrata, & sic obiectum & instrumentum erunt idem & per cõsequens istę virtutes non sunt distinctæ. Secundum dubium est. Quare hæc diuisio virtutum ministrantium & ministratarum po-

Dubia.

sita

sita est ab Aui. magis de uirtutibus naturalibus q̃ animalibus aut vitalibus. Ita.n. inter vitales aliquę se habent p modum finis, & aliquæ per modum ordinatorum ad finem. Et similiter in animalibus sicut in naturalibus. Tertium dubiũ. Quia virtus augmentatiua non videtur requisita ad idiuiduĩ permanẽtiam. Cessante enim actu & operatiõe virtutis augmentatiuę remanet indiuiduũ, & conseruatur, non ergo illa ẽ necessaria. Quartum dubium est contra descriptionem uirtutis nutritiuę. Illa.n. descriptio videtur competere virtuti digestiuæ. virtus.n. digestiua hepatis stomachi mamillarum, & testiculorum cõuertunt suum digestibile i similitudinem suam, & tamen non omnes sunt virtutes nutritiuæ. Item quia virtus generatiua conuertit generabile in similitudinẽ generãtis. Item quia non est possibile fieri restaurationem eius quod dissoluitur, quia tunc vita posset perpetuari. Itẽ non semper naturaliter pose est vt fiat recõpensatio p restaurationem eius quod a corpore dissoluitur, sed nulla est virtus agens vt attingat naturaliter finem impossibilem. Igitur etc. patet maior, quia in senectute illud est impossibile. Itẽ ex ista diffinitione sequitur q semper añ restaurationem quãlibet præcedit resolutio, ideo.n. conuertit virtus nutritiua nutriens in sui similitudinem vt recuperet per restaurationem id quod dissolutũ fuit, & per cõsequens ante actionem illam virtutis nutritiuæ fuit facta resolutio. Sed arguitur q non. Primo quia ita potens est calor naturalis. & potentior ad nutrimentum ꝓximum naturæ membri conuertendum in substantiam membri q̃ ad resoluendum humidum membrale. alias.n. per totam pueritiam non plus restauraret q̃ resolueret. ergo non citius faciet in membro resolutionem humidi substantifici q̃ faciat restaurationem, & per consequẽs ante restaurationem non præcedit resolutio. Item positis cãis naturalibus ad effectum producẽdum sufficientibus ꝓducitur effectus, sed quãuis nulla resolutio præcesserit post istans generationis foetus per tempus stabunt causę sufficientes restaurationis. igiẽ &c. probatur minor, quia stabit agẽs materia. s. nutrimentum finis. s. vt foetus suam perfectã qualitatem attingat. igitur &c. Item quãdiu viuit animal tandiu nutritur. Secundo de anima, sed nõ prius fit in animali resolutio q̃ viuat. igitur non prius fit resolutio q nutricatio. Et alia plura pro illo adduci possent. Quintum dubium. An virtus crescitiua & nutritiua sint vna virtus vel diuersæ. Videtur.n. q vna quia idem est obiectum, idem est instrumentum & subiectum, igitur &c. Videtur autem q sint distictę, quia destructa una altera manet. Destructa.n. augmentatiua virtute remanet nutritiua, vt patet in senectute & in consistentia. Sextum dubium. Quid per hãc proportionalitatem naturalem intelligit Aui. dum dixit, q virtus augmẽtatiua addit in tribus diametricis totius secundum proportionalitatem naturalem. Videtur.n. hoc non esse verum, cũ experimento pateat unum membrum plus alijs crescere, vt patet in naso & multis alijs membris. Septimum dubiũ qa videtur q in ætate consistendi possit fieri uerum augmentum. Primo quia sic se habet diminutio ad ætatem crescẽtiæ sicut augmentum ad ætatẽ consistendi vel decrescentiæ, sed in ætate crescentiæ potest fieri vera diminutio, quia põt secundum omnem diametrum fieri maior resolutio q̃ restauratio igitur &c. Item sanguineus potest in ætate consistentię vere augeri, igitur &c. assumptum probatur, quia uirtus restauratiua in primo instanti consistentiæ sanguineæ est multo fortior q̃ in cholerico in prĩo istanti suę cõsistentię igiẽ plus sufficit secundum omnem diametrum afferre q̃ uirtus nutritiua cholerici, & cum hoc est in sanguineo resolutio minor q̃ in cholerico. ergo si in cholerico sufficit versus restauratiua secundũ omnem diametrum tantum restaurare quãtũ resoluitur, sufficit in sanguineo plus restaurare q̃ resoluitur secundum omnem diametrum. Forte diceretur negando consequẽtiam. quia ad augmentum requiritur extensio, quæ non potest fieri i sanguineo consistente. Contra in sanguineo consistente est humidum extensibilius q̃ in melancholico in aliqua certa parte suæ adolescentiæ, & calor debens extensionem facere est fortior, cum igitur per totam adolescentiam in melico possit calor extensionem facere, sequitur q in sanguineo in aliqua parte consistentiæ poterit. probatur maior, quia in principio consistentiæ est humidum extensibilius in sanguineo q̃ in melancholico. igitur in aliqua proportiõe, sit igitur q in duplo, & sequitur q in principio consistẽtię est in sanguineo humidum extensibilius q̃ fuerit per tempus añ in melancholico, sed continue añ in melancholico erat humidum sufficiens ad extensionem. igitur &c. Item magis extẽsibile est humidum in sanguineo vel temperato in prĩo instanti consistentiæ q̃ in melancholico, & calidum potentius ad extensionem faciendam, igitur tardius desinet in sanguineo calidum posse facere extensionem q̃ i melancholico, sed tũc primo desinet in melancholico. ergo per tẽpus post poterit in sanguineo facere extensionem, & per consequens i ætate consistentię &c. Istud argumentum vltimum apparentius est sanguineo & melancholico æqualiter distantibus a primo instanti consistentię. Et similiter de sanguineo aut tẽperato comparato cholerico. Vltimum dubiũ. Quare ꝓꝑ virtutem aliquando posse addere secundum proportionalitatem naturalem in diametris totius ponitur virtus augmentatiua, & propter diminutionem fieri secundum proportionẽ eãdem non ponitur virtus diminutiua. Ad hæc dubia per ordinem respondetur. Ad primum dixerũt quidam q uirtutes ministratæ sunt solum respectu ministrantium eis ministratę, inter se tamen sunt ministrantes & ministratę, & sic nutritiua & ministrans crescitiuæ & nutritiua & crescitiua generatiuæ, & generatiua & immutatiua prima informatiuę. Sed hoc non videtur repugnare diuisioni positæ, quia istæ virtutes non sunt ministrantes & ministratę respectu eiusdẽ uirtutis. Contra, quia tunc per idem concedendum foret tam digestiuam stomachi q̃ etiam hepatis esse uirtutes ministratas, quia digestiuæ stomachi ministrant attractiua & retentiua, et digestiuę hepatis ministrat digestiua stomachi, qđ non uidetur consonare literę. Ideo dixerunt alij q aliud est seruire alteri & aliud est ministrare. Seruire.n. dicitur quicquid alteri aliquam affert vtilitatem. Ministrare uero dicitur quod affert vtilitatem maiorem q̃ sibi. Et sic concedendum est digestiuam ministrare nutritiuę, quoniam digerendo maiorem facit vtilitatem nutritiuę q̃ sibi. Contra tamẽ hanc responsionem videtur instantia de immutatiua prima & generatiua respectu formatiuę. Alij dixerunt q inter uirtutes est ordo sicut inter artes, quarũ aliquæ pręparant materiã, & ille dñr ministrantes. Aliquę vero inducunt formam, & illæ sunt ministratę. Quia igitur digestiua præparat materiam et nutritiua inducit formã, ideo digestiua nutritiuæ pręparare dicitur. Sed non sic de nutritiua respectu crescitiuę. Adhuc hęc responsio videtur recipere instantiam de generatiua & immutatiua prima respectu informatiuę. Istæ.n. præparant materiam, & in formatiua inducit formam. Aliter potest dici. Pręparatio est duplex, quædam cõmunis, & quędã propria. exemplum primi, sicut digestiuæ communi attractiua. exemplum secundi, sicut attractiua ꝓpria retentioni. Ad ꝓpositum vocat Auicẽ. virtutes ministrantes quæ ministrant siue præparant pręparatione cõmuni, sicut digestiua stomachi hepatis & venarũ. ministratas vero quæ non præparant cõi pręparatione hac, sed si ministrant, illud suum ministeriũ siue pręparatio est particulare & limitatum, & ꝓpter hoc digestiua particularis membri sicut ossis non proprie dicitẽ ministrans, licet seruiat nutritiuę, immo ipsa cõprehenditẽ sub nutritiua, vt colligitur in litera. Contra, quia, tunc etiã generatiua spermatis diceretur ministrans & esset inter virtutes ministrantes numerãda, quia uidetẽ digõ cõmunis. Dicẽdum q ista uirtus communis concernit materiam non cõmunem pro suo obiecto, sed determinatam ad limitatam formam. s. foetus, sic autem non est digestiua hepatis stomachi & venarũ. Sed quid de hoc sit dicendum habebitur in quæstione. Ad confirmationem dicitur q idem est generale obiectum istarum virtutum. s. nutriẽs, sed non appropriatũ. virtutis.n. digestiuę stomachi est obiectũ cibus hepatis, chy-

Seruire qd. et ministrare.

Pręparatio duplex.

Virtutis duplicis diffõ.

lus aut humor, sed virtutis nutritiuæ & crescitiuæ obiecta appropriata sunt duæ humiditates membrorum, generatiuę vero substantia spermatica. Ad aliam confirmationē dicit ꝙ distinctæ virtutes mediante eodem instrumento circa diuersa & vario modo disposita obiecta possunt varias operationes producere, vt virtus digestiua stomachi mediante toto suo calore ex cibo chylum gñat, & nutritiua exñs in stomacho mediante eodem calore ex sanguine humiditates secundas gñat, & ex humiditatibus secundis regñat substãtiã membri resolutam. Et ita dicerent ponentes istas virtutes eẽ potentias vel proprietates fundatas in potentia animæ. Sed tenendo ꝙ virtus non differat ab anima vel temperamẽto, quæ in ordine ad alias & alias operationes est alia & alia virtus ad sensum datum, patet ꝙ anima mediante complexiõe vel temperamento ex varijs obiectis potest varias operationes producere, vt ex cibo chylum, ex sanguine humiditates secundas, & ex illis partem membri. Et sic virtus essentialiẽ vna. s. anima esset virtus digestiua communis in tota substãtia stomachi, & nutritiua similiter, sed est attractiua in villo longitudinali, & retentiua in transuersali, & expulsiua in latitudinali est virtus nutritiua digestiua propria & cætera in ordine ad aliud obiectum, vt patet ex dictis. Et ex hoc vlterius patet, ꝙ si per virtutem intelligimus temperamentum non semper eadem esset virtus ministrans & ministrata. Et multa alia sequuntur quæ intuenti nota sunt. Ad secundum dixerunt quædam, ideo magis de naturalibus hanc diuisiõem positam esse, quia manifestior apparet seruitus & præparatio q̃ in alijs. Vel potest dici ꝙ tacui de alijs tanq̃ de facile intelligibili per hoc ꝙ de naturalibus dixit. Ad tertium. Potest dici primo ꝙ ad hoc ꝙ indiuiduum posset per suas ætates decurrere conuenienter requiritur virtus augmentatiua saltem a pricipio vsq; ad consistentiam. Nõ. n. indiuiduũ per suas ætates conueniẽter decurreret, nisi per augmentum debitam quãtitatem attingeret licet pro aliquo tempore nõ necessarius sit actus eius. Sicut etiã generatiuam diceremus necessariam ad speciei conseruationem, quãuis non sit indiuiduum in omni ætate potens ad operationes generatiuæ. Aliter dicitur ꝙ facit ad indiuidui permanentiam in esse perfecto, licet non in esse absolute. Vel dicitur vt alij ꝙ omnis virtus ministrata naturalis ministrat ad indiuidui permanentiã vel perfectionem siue integrationem. Ad quartum dicitẽ ꝙ virtus digestiua aliter conuertit digestibile in similitudinẽ & aliter nutritiua, quia digestiua dat digestibili suam similitudinem accñtalem & non substantialem, sed nutritiua dat vtrunq;. stomachus enim ex cibo per virtutem eius digestiuam nõ gñat stomachum aut partem eius, sed nutritiua mẽbri ex materia nutricationis gñat partem membro similem in substantia & accidentibus, nisi fuerit prohibens. Ad confirmationem dicitur ꝙ verũ est ꝙ non semper potest fieri per restaurationem integra reparatio eius, quod resolutum fuit sicut in senectute, quandiu tamen durat vita fit aliqua & aliquanta recuperatio per restaurationem, & hoc sufficit i ꝓposito. Ad aliam confirmationem dñt quidam ꝙ secũdũ plurimum anteq̃ fiat restauratio præcessit resolutio non tñ semper nec necessario, & ideo secundum plurimum fit nutricatio ad recompensationem eius quod fuit resolutum. Et hoc voluit Aui. hic & tertio cañ. fen. 2 1. 2. cap̃. Sed de hoc satis dictum est in quęstione generali. Ad quintum. Qualiter respondendum est patet ex dictis secundum varias positiões, licet autem idem sit obiectum nutritiuæ & augmentatiuę. nõ tamen secundum eandem rationem, quia vt transmutabile ẽ obiectum virtutis nutritiuæ, vt vero est quantum augmentatiuę. Aliter etiam operatur virtus vt nutritiua, & vt augmẽtatiua, vt. n. nutritiua æqualiter omnibus membris secundũ proportionem suæ quantitatis affert alijs paribus & mẽbro proporportionali & fortioris virtutis de se plus opponet. Sed augmentatiua secundum naturalem exigentiam & proportionem, vt ab vno membro trahat & alteri mandet sicut patet de capite quod in principio multum augetur respectu inferiorum membrorum in processu vero non, vt Aui. secũda sexti naturalium primo cap̃. Qualiter autem sit respondẽdũ apud ponentes virtutes & potentias animę non esse distictas ab anima vel suis tẽperamentis, patet ex dictis. Ad sextum dicitur a quibusdam ꝙ naturalem proportionalitatem intelligi debet proportionalitas terminata, quia omnium natura constantium &c. Non placet. Aliter dicitur ꝙ ad debitam indiuidui integritatem requiritur debita longitudo latitudo & profunditas, aliquantum tamen longitudo cũ certa latitudine & profunditate esset proportionalitas naturæ, q̃ cum alia natura non conueniret, & econtra. Proportionalitas vero naturalis seruatur in augmento quando inter has diametros seruatur in crescentia proportio diametrorum secundum ꝙ maxime naturæ proportionantur. Ista tamen habẽt magnam latitudinem. Et ideo instantia de naso non concludit, vel si illud aliquando accidit est propter causam accidentalem seu accidentaliter impedientem aut promouentẽ augmentum plus in vna parte q̃ in alia vltra naturæ conuenientiam, sicut patet de catulis paruis habentibus quandoq; crura longa multum caput valde grossum, & vtrem minimũ propter angustiam locorum in quibus seruantur. Ad septimum dubium dicitur non esse pose augmentum verę fieri in consistentia, licet alias dederi modum probabiliter sustinendo oppositum. Et negatur ꝙ similiter se habet diminutio ad ætatem crescendi &c. facile. n. in ætate crescentiæ potest prohiberi augmentum, sed non potest in ætate consistentiæ promoueri augmentum, quia non potest membris terrestrificatis de nouo dari extensibilitas. Ad confirmationem negatur assumptum. & ad probationem cum arguitur ꝙ secũdum omnem diametrum potest virtus in principio consistẽtiæ in sanguineo afferre plus q̃ in cholerico, & cum hoc minus resoluitur. negatur illa minor. Puto enim multo maiorẽ & velociorem fieri resolutionem in sanguineo q̃ in cholerico. Et si arguitur contra. quia in cholerico maior est ꝓportio calidi ad humidum. Itẽ quia difficilius tolerat ieiuniũ, prima quarti. cap̃. de cibatione febricitãtium. & prima aphorismorum, aphorismo illo. Qui crescunt &c. Pro solutione dicitur ꝙ ibi maior est proportio numeralis gradus caloris ad gradum humidi, non tamen est ibi maior proportio potentię caloris resoluentis ad resistentiam humidi resoluendi sicut in iuuene & puero temperato. Pro secundo negatur consequentia. Difficilius tolerat ieiunium, igitur velocius resoluitur. sic. n. posset concludi decrepitos velocius resolui primis sensibus. Ad alias confirmationes, omnes illę ꝓpõnes apud me sunt negandę. humidum sanguinei in principio cõsistentię est magis aereum & magis extẽsibile q̃ cholerici uẽ melancholici. Et similiter si signetur melancholicus & sanguineus ęqualiter distans a principio suæ consistentiæ puto magis terrestre esse humidũ sanguinei q̃ melãcholici. Cãm autem huius pro nunc causa breuitatis omitto. Ad vltimũ patet, quia decrescere non dicit aliquam perfectionem, sed imperfectionem & impotentiam virtutis restauratiuę, & iõ non oportet poni virtutem decrescitiuam, cum virtus in sua ratione formali perfectionem includat.

Virtus opõ duplicitet.

Hippo.

Decrescere.

Et nutritiuæ quidem operatio tribus particularibus completur operationibus.

Notificat nunc spãlius virtutem nutritiuam spãliter per actus suos. Et primo pręmittit diuisionem istorum actuum vel operationum. secundo declarat membra diuisionis. secũda ibi [Vna est.] Prima patet. Sciendum primo ꝙ uirtutis nutritiuę duplex est operatio. Vna principalis & finalis. s. indiuidui permanentia per huiusmodi restaurationem, & hęc potest dici vlis, quia aliæ omnes sunt propter istam. Alia est eius operatio minus principalis, sed ad hanc operationẽ finaliter ordinata sicut appõ vnio &c. Dum igitur dixit nutritiuę operationem tribus compleri operationibus, intellexit de principali dicta. Notum est. n. ꝙ nec appõ nec unio tribus cõpletur operationibus. Sciendum secũdo ꝙ istę tres operationes sunt secundum naturam se consequentes, quia appõ secundum naturam pręcedit unionem & unio assimilationem.

Virtutis nutritiuę opõ duplex.

Et penes hoc concedendum est eãdem virtutem seruire sibi ipsi secundum diuersas eius operationes, vt nutritiua uniendo seruit sibi pro assimilatione, & apponẽdo pro vnione. Necessitas autem ponendi has tres operationes sumitur ex hoc, quia cum substantia membrorum per actionem caloris continue dissoluatur indiget ad eius custodiam & permanẽtiam restauratione ex nutrimenen, quod cum non sit coniunctum semper membro necesse est illud moueri ad membrum & sibi iuxta poni. Et cum iuxta positum fuerit vt pars mẽbri cum membro continuetur necesse est ipsum cum membro vniri. Et quia in modo substantiæ & accidentibus erat dissimile membro necesse est ipsum membro assimilari, iõ necessario est vnio appõ & assimilatio, quibus positis completus est actus principalis & finalis nutritiuæ, vt patet. Sciendũ tertio q istæ operationes differunt ex parte obiectorum, qa obiectum appõnis est prima vel secunda humiditas de secũdis. Obiectum vnionis est tertia humiditas dicta cãbium. Obiectum vero assimilationis est quarta dicta glutẽ. Differunt etiam ex alio, quia in appõne necessarius est motus localis nutrimenti cum occulta alteratione. In secunda vero & tertia non, vel saltem non interuenit notabilis motus localis. Et secundum quosdam differt a secunda & tertia, qa in prima ẽ substantialis trãsmutatio, alijs ʒo non, sed solũ accñtalis.

Vna est permutationis substantiæ comprehẽsio quæ est sanguis, aut humor qui est in potentia propinqua in effectu similis membro, quod qñq; fallit quẽadmodũ in ægritudine contingit, quæ atrophia uocatur, quæ est nutrimẽti defectus.

Declarat primo primã. secundo secundam. Partes patent. Dicit primo q vnã operatio virtutis nutritiuæ est comprehensio substantiæ permutationis. i. substantiæ quę subijcitur permutationi. Quod. n. apponitur membro subijcitur transmutationi quam facit membrum vt patet, quæ. s. substãtia permutatiõis est sanguis aut humor qui est similis membro in effectu in potentia propinqua. Dicit tamen q ista operatio quandoq; impeditur sicut in ęgritudine dicta atrophia, cuius interpretatio est defectus nutrimenti. Sciendum primo q ista operatio appellatur comprehensio substantiæ permutationis, quia ista substantia quę debet permutari in membrũ quando apponitur comprehenditur in porositate mẽbri. Licet autem notificando hanc operationem solum explicet motum localem. s. comprehensionem, intelligenda tamen ẽ cũ hoc alteratio occulta ad quam sequitur motus localis nutrimenti ad porositatem, sicut mouetur ferrum ad magnetem. vt. 7. physicorum. commen. 10. In hac. n. attractione solũ attrahibile mouetur quod non conuenit in communi attractione. Sciendum secundo q per sanguinem possumus intelligere verum sanguinem apud ponentes primam humiditatẽ de secundis non differre a sanguine substantialiter, aut humiditatem parum distantem a natura sanguinis, sicut pria hũiditas de secundis. Et quia non solum prima humiditas de secundis potest esse obiectum appõnis, sed etiam ros tempore necessitatis, ideo subiunxit, aut humor, quia humiditas rorida manifeste apparet differens a sanguine. Alij dixerunt q dixit sanguis propter obiectum appositionis nutritiuæ carniformium quæ vel immediate ex sanguine nutriuntur, aut ex humiditate a sanguine parum differente. Dixit autem humor propter humiditates quæ sunt obiectum appõnis nutritiuæ radicalium. Si quis autem teneret q quatuor humiditates secunde habent inter se ordinem essentialem quantum ad suã generationẽ. s. q non generetur immediate ex prima nisi ros & ex rore cãbium, haberet aliter dicere, vt patet intuenti.

Atro phia qd.

Aristo.

Sciendum vltimo nutriens aliquod esse simile membro in potentia remota sicut est futurum nutriens. Aliud in potentia propinqua, vt obiectum appõnis & vnionis quod appellaẽ quasi nutriens. Aliud vero in actu sit aut factum est simile obiectũ assimilationis dictum verum nutriens. hoc igĩ obiectum appõnis est quasi nutriens. Impeditur ergo hæc operatio in ęgritudine dicta atrophia ab a quod est sine, & trophos conuersio, vel ut alij dicunt trophos idest appositio, qa deficit appositio nutrimenti ad membra, cuius causa potest eẽ multiplex, vt patet intuenti.

Et alia est adherentia quæ est ut hoc receptum nutrimentum completo effectu efficiat. s. ut mẽbri pars fiat, quod plerunq; fallit, quemadmodũ in hydropisi contingit carnosa.

Notificat aliam operationem. Et dicitur adherentia quæ ẽ operatio qua huiusmodi nutrimentum appositum & receptum in poris in effectu efficitur pars membri, impeditur tñ aliquando illa operatio, quia licet fiat appõ non tamen vniẽ nec efficitur pars membri, sicut accidit in hydropisi carnosa dicta hyposarca. Sciendum primo q hęc operatio dicitur adherentia, quia in tali operatione nutrimentum adheret mẽbro, ita vt inter ipsum & membrum non intercidat medium potens veram continuationem impedire. Dicitur vnio, quia ex nutrimento generatur pars membro substantialiter similis, quæ sibi vnitur vera continuatione. Dicitur cambiũ quia tunc videtur cambium & permutationem quandam fieri in eo partis dissolutæ succidente parte nouiter gñata. Sciẽdũ secundo ex ista litera colligi posse apparenter satis ex intentione Aui. q cambium est vere animatum & membro substãtialiter simile, & consequenter q in assimilatione sequente sit solum mutatio accñtalis. hoc enim satis expræsse sonat litera cum dixit. Completo effectu efficiat. s. ut mẽbri pars fiat. videtur. n. ex hoc cambium vera continuitate cõtinuari. Alij tamen dicunt q ibi non est continuitas vera, quia requirit continuitatem formę, sed est ibi solum continuitas materiæ, vt inuiscatio & commixtio tanta, vt sit sicut vera pars membri, sicut vulgariter dicimus virgam, cuius vna pars est viridis & alia arida vel sicca esse vnum continuum. Sciẽdũ tertio q in hydrope carnosa transmittitur ad membra sanguis aquosus non potens membris adherere. Et quia secũdũ complexionem etiam multum distat a natura membri non potest in substantiam membri transmutari, quare remanet membro iuxta positus & non vnitus. vnde omnia membra multiplicato in eis hoc sanguine crudo, & aliqualiter versus formam carnis coagulato tument & ingrossantur.

Hydropisis carnosa hyposarca dicitur.

Cãbiũ verũ sic aĩatum.

Et est tertia similitudo quæ est ut hoc receptũ quod iam factum est pars mẽbri ponat ei ab omnibus ptibus sibi usq; in essentia & colore. Quod quandoq; fallit quemadmodum contingit in albaras & morphea. Cãbium. n. & adherentia iam ibi sunt reperta, sed similitudo nõ ibi inuenitur.

Notificat tertiam eius operationẽ. secundo virtutem propriam a qua prouenit ista operatio. secunda ibi[..] Et hanc quidem operationem. ¶ Dicit primo q tertia operatio virtutis nutritiuæ est opõ faciens hoc nutrimẽtũ receptum & vnitum omnino simile membro vsq; ad essentiam & colorem, Fallit tamen hęc operatio plerunq; sicut accidit in morphea & albaras, quia ibi iam sunt cambium & adherentia, sed nõ inuenitur ibi similitudo. Sciẽdum primo q obiectũ istius virtutis est illud quod est terminus ad quem vnionis. Si igiẽ poneremus q in unione sit vera continuatio tunc obiectum istius operationis est humiditas substantialiter & non accidẽtaliter membro assimilata, & sic assimilatio erit solum accidentalis transmutatio. Si autem obiectum teneretur hæc assimilatio non solum dicit assimilationem in substantia sed etiã in accidentibus vt patet. Sciendum secundo q sicut virtus informatiua materię fœtus quandoq; perfecte dominaẽ materię generationis, & tunc perfecte assimilatur fœtus generanti in sexu, complexione, compõne &c. Quandoque vero dominatur secundum quod solum, & tunc generatur fœtus parenti similis solum secundum quid, vt secundo de genera-

tione animalium. Ita virtus nutritiua quandoq; perfecte dominatur, & tunc integre apponit vnit & assimilat, quandoque vero dominatur imperfecte, & tunc non potest istos tres actus perficere, sed aliquem non perficit. Quia tamen assimilatio est perfectio posterior vnione & appõne, ideo alij actus põt absolui ab assimilatione, & non econuerso. unde contingit q nutrimentum apponitur & vnitur sed non assimilatur. Hæc tamen impotentia assimilationis quandoq; accidit ex parte agentis, quandoq; ex parte materiæ, quandoq; vero ex parte vtriusq;, sicut de materia generationis alibi declaratum est. Morphea pendet ex materia subtiliori & supra quam magis dñatur virtus expulsiua, & ideo est infectio magis superficialis. Econtra vero albaras, & ideo est magis profunda, vt se prima quarti tractatu secũdo capl'o de morphea & albaras.

Aristo.

Morphea

Albaras

Et hãc quidem operationem efficit uirtus immutatiua quæ est una de uirtutibus nutritiuæ. Et est in homine una in genere & principio primo, sed in membris similium partium diuersificatur. In unoquoq; n. membro existit uirtus secũdum eius complexionem quæ nutrimentum in eius cõuertit similitudinem diuersa a uirtute quę nutrimentum in similitudinem alterius permutat. Immutatiua uero quæ est in hepate operationem efficit toti corpori communem.

Notificat virtutem cuius assimilatio est propria operatio. Et dicit q hanc operationem. s. assimilationem facit quædã virtus immutatiua quæ est vna de virtutibus nutritiuę, & ẽ in homine hæc virtus immutatiua in genere vna & in principio primo. Diuersificatur tamen per species in membris similibus. Nam in vnoquoq; membro reperitur virtus secundum propriam eius complexionem assimilatiua nutrimenti diuersa a virtute in assimilatiua alterius membri. sicut enim complexio ossis alia est a complexione carnis & nerui, sic immutatiua ossis alia est ab immutatiua nerui &c. sed immutatiua. s. generalis & communis quæ est in hepate tãq; in principio primo efficit operationem communem toti. Sciẽdũ primo q ista est vna de virtutibus nutritiuæ distinguendo has virtutes secundum diuisionem operationum. quia sicut alia est appõ alia vnio &c. ita alia est virtus appositiua alia vnitiua & alia assimilatiua. Saltẽ enĩ patet q aliud est temperamentum requisitum pro appõne in membro, aliud pro vnione, & aliud pro assimilatione. quia aliquando in mẽbro reperitur temperamentum sufficiens pro appositione & nõ pro vnione, & aliquando pro vnione & non pro assimilatione, vt in litera declaratum est. Vocatur autem hæc virtus pcipue immutatiua, maxime enim est aliqua virtus potens obiectum immutare cum potest ipsum in similitudinem suã conuertere. Et queadmodum virtutes proprie assimilatiuæ membrorum distinctorum sunt diuersæ, ita credendum est de virtutibus quibus apponunt & vniunt. Sciendum secundo q hæc virtus ponitur ab Aui. vna in genere & principio primo secundum multiplicem expõnem. Prima ẽ una in genere. i. est una generalis virtus nutritiua pricipalis. s. alia, quæ est primum principium nutritiuæ operationis. differt autem specie. s. virtus instrumentalis in diuersis membris secundum diuersa instrumenta quibus anima nutritiua coniuncta est, in osse enĩ ẽ ossificatiua, in carne carnificatiua etc. Secunda expõ est vna in genere, quia unum est genus comprehendens sub se omnem virtutem nutritiuam, sed per species diuersificatur secundum specificam distinctionem mẽbrorum, quia alia est secundum speciem in osse alia in carne. Tertia expositio est melior q ad cuiuscunq; membri operationem qua nutrimentum in sui similitudinem conuertitur concurrit duplex virtus. Vna generalis in qua. s. membra cõicant, & est virtus ab hepate per spiritum naturalem influxa. Alia vero propria membro insequens suam complexionem

Virtus assimilatiua duplex.

& suum modum mixtionis, & illa diuersificatur i species secundum distinctionem membrorum, quia sicut alia est cõplexio & modus mixtionis ossis & alia carnis, ita etiam virtus alia. Et secundum hoc patet intellectus literæ. virtus enĩ assimilatiua omnibus membris ab hepate per spũm naturalem influens est una in genere in principio primo quod est hepar, sed propria cuiuscunq; speciei membri est alia & alia. Et ideo subdit declarationem hanc q virtus naturalis quæ est in hepate facit operationem toti cõmunem, quia spiritus naturalis ab hepate ad alia membra influxus tãq; cõmune agens agit ad assimilationem nutrimenti ad membra, deinde propriæ virtutes membrorum hanc assimilationem determinant & specificant vt patet.

Virtus assimilatiua gd.

Generatiuæ uero uirtutis duæ sunt spẽs. Vna est quæ in masculis & fœminis sperma generat. Altera ẽ quę diuidit uirtutes quæ sunt in spermate, & permiscet eas temperando secundum q unicuiq; conuenit membro, dans neruo complexionem propriam, & ossi complexionem propriã. Hoc tamen totum prouenit de spermate similiũ partium & similis permixtionis. Et hanc quidem uirtutẽ uocãt medici uirtutẽ immutatiuã primã.

Determinat de virtutibus operantibus in re nutrimenti ad speciei conseruationem. Et primo de specie prima. s. generatiua. secundo de informatiua. secunda ibi ⌊ Virtus vero informatiua. ⌉ Dicit primo q generatiuę virtutis duę sũt species. Vna est quę generat sperma in masculis et fœminis. Alia est quæ diuidit virtutes quæ sunt in spermate & pmiscet eas temperando secundum q conuenit cuilibet mẽbro dando neruo complexionem propriam & similiter ossi & alijs, quod totum facit hęc virtus de spermate similium partium & similis permixtionis, & illam uirtutem uocant medici immutatiuã primam. Sciendum primo q apud auctores æquoce sumitur virtus generatiua. Primo pro qualibet virtute principali ordinata ad conseruationem speciei, & sic tam informatiua q̃ seminis productiua q̃ etiam immutatiua prima debet dici virtus generatiua. Secundo modo capitur virtus generatiua pro uirtute seminis productiua aut virtutum & partium in spermate existentium secundum exigẽtiam formandorum membrorum pręparatiua, & sic sumit hic ab Aui. dum diuiditur in generatiuam spermatis & immutatiuam primam. Et ex hac distinctione soluitur qõ quæ quæri consueuit an virtus informatiua sit generatiua. Similiť an uirtus productiua spermatis sit generatiua. Patet. n. respõsio ex distõne. Sciendum secũdo q quia in embrione formãdo ex spermate necesse est reperiri tria genera prima uirtutum actu, necesse est in spermate producente embrionem uirtutem esse productiuam temperamenti omnium istarum uirtutum, & per consequens necesse est in eo esse uirtutes diuersas, quarum aliqua sit pportionata uirtuti uitali & eius temperamento, & aliqua naturali, & aliqua animali producendis. Ex quo patet ulterius necessarium esse reperiri in spermate uirtutem diuidentem & permiscentem & temperãtem has uirtutes in spermate repertas secundum existẽtiam membrorum formandorum. exempli gratia. ad cordis formationem aliam oportet habere proportionem & habitudinẽ uirtutum uitalem naturalem & animalem inter se q̃ ad hepatis formationem. Oportet igitur in spermate esse uirtutem diuidentem permiscentem & temperantem istas uirtutes secundum exigentiam formationis istorum membrorum quę sic temperando permiscendo &c. imprimant materiæ generationis complexionem membri illi generando propriam, & hęc est immutatiua prima. Hanc pro parte expræssit Aui. 20. tertij. cap. de causis spermatis dum dixit. Oportet ut ei. s. spermati sit ex omni membro principali fons, spiritus. n. genitiuus generatur ex tribus spiritibus, naturali. s. animali & uitali. Et expræssius, 1 t. tertij. 1. cap. vbi assignãs causã spumositatis

Virtus gñatiua duplex.

Spermatis uirtus triplex.

mositatis

mositatis a duenientis spermati post conceptionem & corrugationem matricis super ipsum dixit. Et varietas quidē istius fumositatis est ex hoc ꝙ virtus informatiua mouet illud quod est in spermate ex spiritu animali naturali & vitali ad mineram vniuscuiusq; ipsorum. Et colligitur idem ab eodem nono animalium. secundo capitulo.

Virtus uero informatiua imprimens est illa ex qua precepto sui creatoris procedit membrorum lineatio & ipsorum figuratio, & cōcauitas, foramina, & lenitas & asperitas, & eorum situs & ipsorum cōtinuitas, & ad ultimū operationes quæ ex finibus dimensionum eorum pendent.

Virtus informatiua q̄d. — Notificat virtutem informatiuā. Secundo inter se cōparat virtutes ministrantes oēs. s. operantes ad conseruationē indiuidui & speciei. ibi [Et huic quidem.] Dicit primo ꝙ virtus informatiua imprimens aut sigillans ad indiuidui permanentiam vt habet littera exteriori, imprimit enim complexionales naturas in materiam generationis mō quo imprimit sigillum in ceram formam sigilli: & est illa quæ præcepto sui creatoris producit membrorum lineationem figurationem, concauitatem: foramina. i. porositates, asperitatem, leuitatem, & quæ dat eis operationes & posse operari, quæ operationes pendent ex finibus diuisionum. i. distinctionum membrorum. Nota tamē ꝙ alia littera habet dimensionum, & tunc exponitur vt infra. Sciendum primo ꝙ a spermate operante circa materiā gn̄onis ꝓueniunt operationes aliquę in manifesta pricipia & manifestas qualitates reducibiles sicut mēbroꝝ complexionatio, durities, mollities, spissitudo, raritas, coagulatio, dissolutio. Et istæ operationes vt patuit in præcedenti parte attribuunē virtuti immutatiuæ primæ quæ alterat & transmutat materiam generationis complexionādo per calidum naturale. Proueniunt etiā a spermate operationes aliquæ non reducibiles in hæc manifesta principia sicut membroꝝ figuratio, lineatio, colligantia, situs foramina: asperitas. Stantibus. n. com-

Aristo. plexionibus similibus dissimiles valde percipimus aliquādo figuras & cōpōnes et dissimilibus similes. Et ideo hm̄oi operationes non sequuntur tantummodo impressionem qualitatum manifestarum, sed aliquod occultum principiū quod quandoq; auctores diuinum uocant. ut. 22. complexionum. ultimo capitulo. Aristote. autem nedum alij in re huius uirtutis dubitauit ita ꝙ dixit de ea ꝙ est digna ut sit principium altioris & maioris & propinquior diuinæ, & non fit propter calidum frigidum humidum & siccum. Et colligitur idem primo complexionum. 9. capitulo. Et possibile est ut sit principium eius scilicet compositionis a re alia diuina desuper. Ex quo patet ꝙ si hęc uirtus informatiua est solum occultum principium, uirtus informatiua est alia realiter a uirtute immutatiua prima nec solum abinuicem ratione distinguuntur. Sciendum. 2. ꝙ Aui. notificando operationes huius uirtutis informatiuę aliquo modo uidetur explicare naturas omnes complexionales quarum principium est informatiua uirtus. faciendo. n. lineationem facie figurę & aliarum naturarum compositionis quędā inchoamenta, sicut pictores uolentes figurare primo lineant. deinde explicant figurationem quę est una de naturis plasmatis, deinde concauitates & foramina. Et per hęc explicat duas alias naturas plasmatis. s. receptaculum & uiam. Postea explicat superficiem dum dixit. Asperitas & lenitas. Confuse autem tangit situm & numerum cum subdit. Et eorum situs & continuitas. Non enim esse posset debita positio & debita colligantia sine debito numero partium. Postremo autem uidetur tangere quantitatem dum dixit. Deinde operationes quę ex finibus. i. ex terminis uel terminatis quantitatibus diuisionum pendent. alia litera dimensionum. Causa autem propter quam non explicat formę inductionem declarabitur in dubijs litteralibus cum illa uideatur principalissima operatio uirtutis informatiuę. Nota tamen ꝙ operationes pendent ex finibus dimensionum .i. limitatis quantitatibus membrorum in genere causę efficientis. Limitata tamen quantitas & figura membrorum pendet aliquo modo ab operationibus in genere finis, quia gratia istarum operationum, & secundum earum exigentiā proueniunt istę dimensionum figurationes &c.

Et huic quidem uirtuti ministrantes sunt quę rem nutrimenti ministrant ad speciē custodiendam, & sunt uirtus nutritiua & crescitiua.

Comparat dicens. Et huic quidem uirtuti generatiuę ministrant uirtutes quę in re nutrimenti ministrant ad speciei custodiam sicut sunt uirtutes nutritiua & crescitiua. Sciendum ꝙ crescitiua uirtus ministrat in re nutrimenti ad speciei custodiam uel conseruationem pro quanto ex nutrimento ampliori resoluto membra augmentat & ad perfectionē perducit, quę sunt instrumenta generationis. Auget. n. illa secundum omnem diametrum & secundum proportionalitatem naturalem requisitam ad generationem fiendam. Virtus uero nutritiua ministrat generatiuę pro quanto primo etiam ministrat crescitiuę. 2. pro quanto affert membris nutrimentum in quanto superans illud quod est necessarium pro restauratione, ut ex ista superfluitate quantitatis possit uirtus generatiua generare sperma. Et sic patet ꝙ ēt augmentatiua & nutritiua operantur ad conseruationem speciei ut explicat Auicen. in litera. Circa hanc materiam cadunt dubia quędam. — Crescitiua virtus et nutritiua q̄ pacto gn̄atiuæ deseruiant.

Dubia. — Primum est, quia ex dictis supra uidetur ꝙ generatiua spermatis & immutatiua prima sint distinctę uirtutes. Sed arguitur ꝙ non, quia tunc immutatiua prima esset posterior uirtute spermatis generatiua, & cum habens uirtutem posteriorem habeat etiam in se priorem. in quocunq; esset uirtus immutatiua prima, in eo etiā esset uirtus spermatis generatiua, & sic in spermate esset uirtus generatiua spermatis, quod non est concedendum. Itē ꝑfectior & nobilior est actus & operatio ꝓpria uirtutis immutatiuę primę q̄ generatiuę spermatis. ergo perfectior est uirtus immutatiua prima q̄ spermatis generatiua. cum igitur immutatiua prima sit fundata in re inanimata. s. in spermate & spiritu gignitiuo, uirtus uero productiua spermatis in re formaliter animata erit aliqua uirtus inanimati perfectior uirtute animati quod non apparet rationabile. Secundum dubium est, quia si uirtus immutatiua prima dat neruo complexionem propriam, cum idem sit agens disponens materiam & formā inducens .7. metaphysicę. hæc uirtus dabit neruo ossi & sic de alijs formam propriam, & sic erit uirtus informatiua uere. Tertium dubium, quia nō uidetur ꝙ uirtus immutatiua prima sit distincta uirtus ab īformatiua. Primo quia omnia saluari pn̄t ꝑ uirtutē unā quę per manifestas qualitates trāsmutādo materiā dat unicuiq; mēbro propriā cōplexionē, ꝑ occultas uero qualitates dat naturales cōpōnes, sicut uirtus reubarbari ꝑ caliditatē calefacit & ꝑ occultā quā habet qualitatē corrolariā attrahit, nō igitur oportet poni istas distīctas uirtutes in spermate. Item uirtus informatiua & immutatiua prima hn̄t inter se ordinē essentialē. Aut igitur uirtus īformatiua est naturaliter posterior aut prior imutatiua prima. Si primū igr̄ includit ꝑfectionē imutatiuę, & ꝑ cōsequēs pt̄ q̄cq̄d pt̄ imutatiua. Si. 2. igr̄ sublata oparione imutatiuę primę poterit uirtus īformatiua formare embrionē, & ꝑ cōsequēs unicuiq; mēbro dare cōplōnē ꝓpriā, & nō erit necessaria imutatiua pr̄a. Quartū dubiū ē. Ex q̄ pr̄a & principalissima opatio uirtutis īformatiuę ē gn̄atio formę fœtus, quare enumerādo opationes informatiuę uirtutis īter eas nō posuit formę fœtus gn̄ationē. Quintum dubiū est conforme superioribus motiuis, q̄a uidetur ꝙ in gn̄atiua spermatis & nutritiua non sint distinctę uirtutes, q̄a earū idē ē subm̄ idem obm̄ & idē instr̄m. igr̄ nō sūt distīctę uirtutes. Ad primū istorū dr̄ ꝙ uirtus gn̄atiua spmatis & uirtus imutatiua prima sūt uirtutes distinctę. ꝑ-

Virtutis gñatiuæ spmatis et imutatiuæ pri mę drña ac cõuenientia.

batur primo, quia obiecta earum sunt disticta. Obm enim primæ est materia humoralis in sperma trãsmutabilis. obiectum vero ꝓprium secundæ est sperma, licet etiam operentur circa menstruum. Item drñt subiecto, quia prima fũdatur in subã animata. Secunda vero in re solum potentialiter aoimata. subiecta igitur illarum sunt distincta. Tertio differunt per operationes, quia operationes primæ sunt sperma generare & materiam eius ex humoribus separare secũdæ vero operationes sunt virtutes quæ sunt in spermate diuidere, miscere, temperare secundũ exigentiam membrorũ formandorum, quod non solum verum est quantũ ad partes spermatis spumosus, sed etiam viscosas grossas quas hæc virtus separat miscet & temperat, & secundum exigẽtiã vt fiat conueniẽs materia generationi nerui vel ossis etc. secundum sententiam Gal. Conueniunt autem istæ virtutes in fine, licet vna sit propinquior fini & altera remotior, vt patet. Et cum arguitur ꝙ non sunt distinctę primæ, quia immutatiua prima esset posterior virtute spermatis generatiua. Dicendum ꝙ ipsa est prior tempore & posterior natura. s. perfectione. agit enim tanquã instrm̃ virtutis generatiuæ spermatis, sed non est posterior cõitate, immo illæ sunt duæ species distinctæ in quas diuiditur virtus generatiua, vt in proposito eam accipit ibi Auic. vt patuit in textu. Et sic virtus generatiua spermatis & immutatiua prima non habent adinuicem ordinem prioris & posterioris secũdum cõmunitatem. vnde nõ repugnat vnam in subiecto aliquo ab altera absolui. Aliter dicũt alij ꝙ non necessario instrumentaliter habens perfectionem posteriorem habet priorem sicut etiam in præcedenti capitulo dictum est. Ad confirmationem dici potest. Primo quòd actus proprius & operatio propria virtutis immutatiuæ primæ non est perfectior actu proprio spermatis generatiuæ, quia immutatiua prima non generat formam fœtus: sed tantummodo dat partialem complexionem, & perfectionem præparantem ad formam, membri virtus uero generatiua spermatis producit de nouo subãm multum perfectã cum uirtute seminali, & cum hac ratione posset quis transire. Quia tamen similiter adduci potest argumẽtum de uirtute informatiua fundata in spermate, quã cõmuniter concedunt formam embrionis inducere, ideo respõdetur negãdo consequentiam: quia quãcunq; actionem facit immutatiua prima facit virtute spermatis generatiuæ, ideo principalius & per prius dependet illa operatio a generatiua spermatis q̃; ab immutatiua prima. Ad secundum facilit̃ patet responsio ex dictis, quia virtus immutatiua prima non inducit complexionem terminatam & perfectam sufficienter præparantem ad animationem. Cum ergo dicitur ꝙ idem est agens &c. debet intelligi de sufficienter disponẽte. Alij dixerunt ꝙ sufficiens dispositio ad animationem non est complexio, sed cum hoc requiritur debita compositio. Anima enim est actus corporis physici organici, ideo dico ꝙ disponit imutatiua prima materiã gñonis per cõpõnes ad aiationem requisitas. Hæc tñ rñsio includit difficultates arduas quarũ discussio pertinet ad naturalẽ philosophũ.

Sextum dubium eſt, quia de caliditate innuit Aui. ꝙ eſſentialiter concurrit ad oẽs operationes virtutum naturalium, de frigiditate vero dixit ꝙ ſolum accidentaliter, de ſiccitate vero non dixit ꝙ eſſentialiter nec accidentaliter, quãuis dixerit ꝙ eſt neceſſaria dupliciter. An ſiccitas eſſentialiť vel accidentaliter conferat. Septimum & vltimum dubium. Videtur ꝙ digeſtiua non magis indigeat humiditate q̃ ſiccitate. Primo quia digeſtio ſecundum plurimum inſpiſſando procedere debet, ſed magis ad inſpiſſationem cõfert ſiccitas q̃ humiditas. ergo plus indiget digeſtiua ſiccitate q̃ humiditate. Et pro iſto videtur ſententia Aui. 13. tertij. c. de debilitate ſtomachi. vbi voluit digeſtiuã confortari ſiccitate. Et Gaľ. 6. de accidenti. Patet etiã experimento in operatione, quia ſecundum plurimum digeſtiuam & digeſtionem confortantia & adiuuãtia ſunt exiccatiua, vt piper cinnamomum abſinthium mentha. & ſimilia. Soluendo igitur hæc dubia oportet per ordinem reſpondere. Ad primum dicitur ꝙ caliditas eſſentialiter ſeruit omnibus operationibus, ideo dictum eſt in littera ꝙ eſt inſtrumentum maxime proportionatum animæ, quia maxime operatiuũ, ſicut anima inter formas maxime operatiua eſt, tñ etiã ſpũs eſt inſtr̃m cum quo aĩa operať. Et cum arguiť ꝙ nõ. Primo quia caliditas naturaliť impedit operationem virtutis retentiuæ: Imo etiã cuiuslibet virtutis. Dicendũ ꝙ licet caliditas ſub aliqua menſura & agens vt caliditas abſolute ſit hmõi operationum impeditiua, ſub menſura tamen ꝓportionata naturæ & agens vt naturalis. quia. ſ. directa a natura nõ eſt iſtarum operationũ impeditiua, imo ꝓductiua. Et dicit ulterius ꝙ multo plus operatur uirtus retentiua mediãte calore tempore quietis q̃ mediante frigore. non. n. ſit cõſeruatio villorum tranſuerſalium membri in debito ſitu & figura ad retinẽdum, niſi propter debitum modum & applicationem ſpiritus ad inſtrumentum, ſecundum exigentiam illius figurationis & conſeruationis eius. Exemplum de aue volante & tenente alas expanſas, & de homine tenente brachium eleuatum: quia notabiliter debilitatur ſi per tempus notabile teneat, quod non accidit, niſi propter multum conſluxum ſpirituum ad muſculos & lacertos in tali ſitu figendos. Niſi enim virtus ad hanc operationem ſpiritus tranſmitteret, qui reſoluerentur non accideret fatigatio. Et per idem patet ad confirmationem, quia quamuis calor abſolute ſit inclinatus ad unam differentiam poſitionis tantum, ut tamen naturalis ſuæ animæ inſtrumentum eſt motiuus & inclinatiuus ad omnem differentiam poſitionis: ſicut patet in motu voluntario animalis, qui fit mediante ſpiritu. Alij tamen dixerunt ꝙ calor elementaris inclinat ſolum ſeu motiuus eſt ad vnam differentiam poſitionis. ſed calor naturalis non eſt huiuſmodi, eſt enim compoſitus ex elementari & cœleſti. Et hæc reſponſio poteſt habere intellectum bonum. Et dicitur ꝙ eſt de intentione Ariſto. in locis pleriſq;. Et patet per idem reſpondendum eſſe ad argumentum de digeſtiua virtute. Quomodo autem virtutes iſtæ. ſ. expulſiua & attractiua ſint contrariæ. quomodo etiam eodem temperamento & inſtrumento poſſint perficere operationes ſuas: declaratum eſt ſupra capitulo de membris. Ad ſecundum qualiter eſſet reſpondendum ſecundum viam Cõciliatoris differentia. 61. videbitur infra in fine capituli. Cõceſſiſſet enim frigiditatem non eſſentialiter omnibus virtutibus eſſe contrariam. immo eſſentialiter ingredi aliquas operarationes naturæ. Sequendo tamen ſententiam Aui. vt uerba ſonant, negatur quòd quicquid eſt unius contrariorum corruptiuum eſt alteri conueniens & eius conſeruatiuum. Patet enim in moralibus ꝙ uirtus & operatio ſecundum uirtutem eſt utriuſq; extremi corruptiua. Patet etiam ꝙ omnis qualitas multum immoderata deſtruit actũ uirtutis cuiuſcũq;. Ideo non oportet ꝙ ſi aliquid contrariať uni uirtuti ut expulſiuę illud ſit conſeruatiuum aut confortatiuũ contrariæ. ſ. attractiuæ. Contra. qcqd ineſt eſſentiaľr

Concil.

vni contrario remouet ab altero, sed cõtrarlati frigiditati essentialiter competit attractiuæ. ergo remouetur ab expulsiua. Negatur maior. Ad confirmationem quando dicit q essentialiter concurrit ad esse &c. Dicunt quidam negãdo minorem. s. frigus essentialiter concurrit &c. videtur enim solum accidentaliter concurrere, quia solũ concurrit ad hoc vt calorem temperet, & ad mensuram virtuti proportionatã perducat, aut etiam instrumentũ aliquo modo disponat, quo postea virtus sic disposita mediante calore vt instrumento actiones producat & non mediante frigore. Alij dixerunt q frigiditas concurrit ad esse virtutis essentialiter materialiter non autẽ effectiue. est enim frigiditas causa dispositiua subiecti animati vt recipiat virtutes animę, sicut caliditas & aliæ qualitates. Et sic concedunt q sic dispositiue essentialiter cõcurrit ad esse cuiuscunq virtutis, ita etiam dispositiue cõcurrit ad operari. Omnis. n. operatio virtutis essentialiter præsupponit subiectum dispositum per frigiditatẽ sicut per alias qualitates primas, cum quo tamen stat q non concurrat effectiue essentialiter ad operari. Et de hoc potest poni exemplum, quia manifestum est q spũs naturalis essentialiter cõcurrit ad esse virtutis animalis, non tamen essentialiter & effectiue concurrit ad esse vel operari virtutis animalis. Sicut tamen esse spũs animalis essentialiter præsupponit spiritum animalem, ita & operationes animales essentialiter præsupponunt operationes naturales. Contra, quia si essentialiter dependet esse cuiuslibet virtutis & operationis a frigiditate, cum omnis dependentia dicat causalitatem, tunc omnis virtus & operatio causatur a frigiditate essentialiter. & nõ in alio genere q̃ in genere causæ efficiẽtis, ergo omnis operatio effectiue essentialiter causatur a frigiditate. Pro isto dic vt alij q iste modus causandi ad genus causæ materialis reducit. Alij fugientes difficultatem concedunt frigiditatem essentialiter concurrere ad operationes virtutũ, sed non tanq̃ dñans instrumentum. Sed de hoc plus videbitur infra. Ad tertium. Dicitur q non omnes operationes virtutum naturalium cõium ministrantium de quibus est sermo hic fiunt p motum localem effectiue, ita vt ly per denotet circunstãtiã causæ efficientis, quia sic in talibus motibus procederetur in infinitum, vt probat argumentum. Concedendum est tamẽ iuxta communem modum loquendi q omnes illæ operationes fiunt per motum formaliter, quia ipsæmet operationes sunt formaliter motus quidam. Sicut dicimus q albefactio fit per alterationem. s. formaliter, & generatio fit per substantialem transmutationem, quia generatio est formaliter, substantialis transmutatio. Operatio vero retentiuæ q̃tum ad quietem fit per motum antecedentem. instrumenti & spũs. effectiue. Similiter etiam operatio digestiuę quę ẽ pfectio etc. tanq̃ causam effectiuam aut dispositiuam consequitur motum localem quæ miscẽtur & partiuntur partes, et sic omnis operatio istarum fit per motum formaliter aut effectiue aut dispositiue. Alij facilius dicunt q oẽs istæ operationes fiunt per motum. i. concurrente motu, quia non fit aliqua operatio quin concurrat motus spũs instrumenti obiecti aut omnium aut plium istorum, & tunc patet argumentum non concludere. Ad confirmationem de operatione retentiuæ dicẽdum q in retentione propria fit motus spũs vel saltem retentio ipsa præsupponit motum obiecti & attrahibilis ad mẽbrum attrahens, & sic fit per motum attractiuæ effectiuę vl̃ consecutiue. Alij breuius dicũt q omnes istę operationes fiũt per motum aut formaliter aut consecutiue. Ad quartum. Dicunt quidam propabiliter prout proposito pertinet q qualitas dicitur accidentaliter seruire virtuti, quæ non est instrumentum quo virtus attingit operationem nec est præparatio qua organum est operationis formaliter productiuũ. Et quia frigiditas non est instrumentum quo attigit virtus operationem retendum, vt patet, quia non mediante frigiditate aut corpore frigido producit anima actum retinendi, sed mediante calore & spũ. Nec etiam est frigiditas formaliter præparatio organi formaliter ad retinendum, vt patet, quia illa ẽ organum spissitudo & constantia, ideo frigiditas accidentaliter seruit attractioni. Contra quia per idem siccitas seruiret retentioni accidentaliter, quia nec est instrumentum quo virtus attingit operationem retentiuam nec est formalis pparatio organi. Pro isto dicunt concedendo q siccitas qualitatiua non essentialiter seruit retentioni, sed solum accidentalit̃ sicut frigiditas, licet bene siccitas sumpta pro subiecti cõstãtia. Hæc tamen responsio non videtur omnino consona dictis Aui. dum enim loquitur de siccitatis seruitio non accipit siccitatem pro subiecti constantia, sed pro siccitate qualitatiua, nam cum supra præmiserit his virtutibus quatuor qualitates seruire prosecutus est postea declarando sigillatim p qualibet istarum qualitatum discurrendo. Ideo dicũt alij probabiliter negando consequentiam, & concedendo et siccitas est instrumentum quo virtus attingit operationem retentiuam. Imaginando q siccitas sub aliqua mensura tam in spũ q̃ in organo effectiue agat cum calore ad retentionẽ, ita q spũs ille similiter & membrum simul cum siccitate sua et calore facit operationem retentiuam, sed non frigidus vt dictum est, licet aliquo modo instrumentum pręparet & calorem ad debitam æqualitatem reducat. Alij dixerunt q iõ frigiditas per accidens iuuat retentionem & non essentialit̃, quia non est animę naturale instrumentum ad opõnẽ producendam, sed iuuat pro q̃to reddit instrumentum spissum & illud melius retinet. Sicut aptans manubrium mallei vel securis seruit manui per accidens pro q̃to aptato manubrio mellius potest manus per securim incidere. Sicut in sanguine fluente ex venis forte frigus congelando sanguinem ad extra venientem seruit retentiuæ accidentaliter, nõ quia eo mediãte efficiat virtus actum retentionis, sed quia sanguine sic ingrossato virtus cum suis naturalibus instrumentis ipsum facilius retinet. Ad argumentum igitur primum cum dicit. Talis bona figura est essentialiter causa istius retentionis, sed frigus est essentialiter causa istius bonę figuræ. Negatur. ẽ enim causa istius spissitudinis per se, sed accidit ad illam spissationem sequi illam figurationem. Et per idem negatur q pręparare instrumentum insit frigiditati essentialiter, licet enim inspissare insit frigiditati essentialiter, non tamen inest essentialiter sibi pręparare ad retentionem, vt patet. Ad confirmationem dicitur, q ideo frigiditas accidentaliter & non essentialiter seruit, quia præparat instrumentum siue organum, & cum hoc non est instrumentum vel cum eo non conueniens natura attingit actum retinendi. Sed sic non est de alijs qualitatibus. Posset tamen concedi q omnis qualitas præparãs instrumentum inq̃tum est instrumentum præparans accidentaliter seruit, licet secundum aliam rationem seruiat essentialiter. Ad aliam confirmationem negatur argumentum, & vlterius dicitur, q licet tempus quiescendi in retentione sit maius, non tamen tempus quo calor operatur ẽ minus, quia tempore quietis virtus retentiua actum istum retinendi mediante calore operatur. Ad quintum dicitur q licet ventositas sub aliqua q̃titate & dispõne iuuet expulsiuam, quia ventositas non plurima existens neq; oimię grossitiei facile recipit impulsionem, & ista recepta impellit materiam cui obuiat. Multum tamen & grossa non iuuat, sed expulsiuam impedit prohibendo debitam constrictionem villorum latitudinalium quæ in expulsione est necessaria sua etiam multitudine & grossitie virtuti resistendo sicut apparet in colica.

Et per idem patet ad confirmationem q cibaria ventosa possunt intantum multiplicare ventositatem vt non iuuet, sed impediat extensionem. Conceditur tamen q in aliquo corpore aliquando expulsionem iuuat sicut experimentum ostendit. Ad aliam confirmationem dicitur q virtuti alicui facilius est expellere duo obiecta q̃ vnum illorum tantũ cæteris paribus, & hoc non est quando vnum illorum iuuat ad expulsionem alterius, sicut in proposito iuuat ṽtositas ad expulsionem istarum materierum. Et de hoc exempla hẽbis plura. Ad aliam confirmationem potest primo negari q q̃tum veotositatem ingrossando & eius resolonem prohibendo frigus iuuat expulsiuam, etiam tantum alias materias ingrossando figit, quia materia ventosa est passibilior, etiam

Virtutis naturalis opõ.

quia ingroſſando materiam non ſemper frigus facit eam reſiſtentem expulſioni, immo per ingroſſationem quandoque ipſum facit reſolutioni paratiorem. Ad aliam confirmationem negatur ꝙ ſicut villum latitudinalem conſtringẽdo iuuat expulſionem, ita conſtringendo tranſuerſalem iuuat retentiuam. Et hoc ſi intelligitur vniuerſaliter. Contingit enim frigiditatem concurrere villo latitudinali & non tranſuerſali vel ſaltem non æqualiter vel econtra. Similiter q̃tũcunq; occurrat ſtat tamen virtutem intendere expulſionem & nõ retentionem, & tunc iuuabit frigiditas virtutem expellendo et nõ i retinendo. Conceditur tamen ꝙ ſicut frigiditas eſt apta iuuare expulſiuam ita etiã retentiuam. Et hoc non repugnat dictis. Ad ſextum dubium. Dixerunt quidam ꝙ ſiccitas non eſſentialiter ingreditur operationem ipſarum virtutum ſicut nec frigiditas ad intellectum Aui. quia ſicut frigiditas non ingreditur operationes naturæ tanq̃ dominans inſtr̃m, ſed ſolum tanq̃ ſubdominans, ita ſiccitas. Et quẽadmodum neceſſaria eſt frigiditas, vt temperet calorem & ad menſurã naturæ proportionatam perducat, ſimiliter ſiccitas. Et ſicut frigiditas operationes non attingit naturales tanquam debitum inſtrumentum, ſed ſolum inſtrumentum aliquo modo præparat vt ipſa natura per calorem actões ſuas perficiat, ita ſimiliter et ſiccitas. Et ex hoc patet quare nõ dixit. Aui. ſiccitatem ingredi eſſentialiter operationes naturæ q̃uis dixerit ipſam eſſe neceſſariam. Cauſa autem propter quã non dixit Aui. ſiccitatem ſolum accidentaliter ſeruire ſicut de frigiditate vt dictum eſt. Primo quia ſiccitas non eſt qualitas ita nociua & repugnans naturæ ſicut frigiditas, tum quia non ẽ qualitas ita actiua, tum quia non eſt per ſe & immediate extinctiua caloris qui eſt qualitas naturæ conuenientiſſima ſicut eſt frigiditas, propter quod cum maiori menſura ſiccitatis poteſt ſtare ſanitas q̃ frigiditatis, maior etiam mẽſura ſiccitatis concurrere poteſt ad actiones q̃ frigiditatis. Vnde frigiditas ſiccitati comparata dici poteſt accidentaliter ſeruire, & econtra ſiccitas eſſentialiter. Si ergo auctores aliquando uſi ſunt dicere ſiccitatem accidentaliter ſeruire intelligunt nõ ſiccitatem qualitatiuam, ſed ſubiecti conſtantiam. Quãtum autem veritatis contineat hæc reſponſio videbitur in quæſtione. Aliter & probabilius vt credo dici poteſt ꝙ ad hoc ut aliqua qualitas eſſentialiter ſit dicẽda ſeruire virtuti nõ oportet ipſam tanq̃ dominans inſtrumentum in organo illi ſeruire, ſed ſufficit animam mediante organo iſtam operationem perficere per illam qualitatem informato & ratione qua tali qualitate informatum. Verbi gratia, q̃tũcunq; in muſculo dominaretur humiditas ſupra ſiccitatem, muſculus tamen ẽ retentiuus propter ſiccitatem & non propter humiditatem, cuius ſignum eſt, quia creſcente ſiccitate fortificatur retentio & debilitatur, dum intenditur humiditas, licet ſignum nõ ſit efficax. Quia igitur villus tranſuerſalis retinet, quia tanta ſiccitate, & non quia tanta humiditate informatus, ideo uidetur ꝙ ſiccitas eſſentialiter ingrediatur operationem retentiuam. Non ſic autem dici poteſt de frigiditate. Nullum .n. organum attrahit retinet digerit vel expellit, quia ſit frigidum, ſed quia tanto calore humiditate vel ſiccitate informatum. Dum igitur dixit Aui. ſiccitatem eſſe neceſſariam, voluit eã eſſentialiter ſeruire &c. nam per organum eius mediante ſiccitate aliq̃ oppõnem naturalem attingit. Ad vltimum. Dicitur ꝙ digeſtiua idiget magis humiditate. Primo quia obiectum quod proprie digõni ſubijcitur eſt humidum. ſecundo quia operatur per calidum multum quod humido confortat. tertio quia humiditas reddit digeſtibile paſſibile alterabile æquabile & permiſcibile, quod requiritur ad digeſtionem, ſiccitas vero econtra. quarto quia humiditas iuuat ad facilẽ penetrationem per vias anguſtas, quod frequenter requirit in digõne vt i chylo digerendo i hepate & ad facilem figurationem & terminationem ad quam digõ ordinatur. Et ſic humiditas multum eſt neceſſaria ex parte obiecti & inſtrumenti. Ad argumentum igitur dicitur ꝙ ad inſpiſſationẽ quæ fit in digõne plus operatur ſiccum q̃ humidum effectiue, ſed diſpoſitiue & materialiter magis humidum. Et eſt expoſitio antiqua. Vel dic ꝙ abſolute plus dependet inſpiſſatio quæ fit in digõne ab humido q̃ a ſicco, quia totale principiũ paſſiuum in digõne eſt humidum, ſed non totale efficiens in digõne eſt ſiccum, immo in hoc plus & principalius operatur calidum. Vel abſolute negando iſtã cõſequentiã. digeſtio inſpiſſando pcedit & plus ad iſpiſſationẽ facit ſiccitas q̃ humiditas, ergo plus indiget digeſtiua ſiccitate q̃ humiditate. Per ſimile .n. probaretur ꝙ attractiua plus indiget ſiccitate q̃ humiditate, quia attractio communiter conſtringendo obiectum procedit, & ſecundum illam conſtrictionem plus operatur ſiccitas. igitur &c. Licet .n. magis conferat ſiccitas ad inſpiſſationem humidi & q̃tum ad hoc magis ſit neceſſaria, q̃tum tamen ad alia neceſſaria in digõne magis ſeruit humiditas.

Siccitas q̃ pacto opus naturæ ingrediat.

Ad auctoritatem dicunt quidam ꝙ iſta litera corrupta eſt, ſed debet dicere humiditate. Alij dicunt ꝙ iuuatur ſiccitatẽ .i. remiſſa humiditate, quia oportet in digõne humiditatẽ eſſe remiſſam aut diminutam reſpectu caloris qui debet humidum regſare. Aliter iuuatur ſiccitate .ſ. extrinſeca p accidens, quia congregat & vnit partes ſtomachi, vnde confortatur calor, ſed iuuatur humiditate intrinſeca per ſe. Et per idẽ patet ꝙ confortantia digõnem ſunt ſecundum plurimũ ſicca & calida, tum quia ſiccitate ſtypticant, tum quia ſuperfluas materias humidas quæ frequentiſſime ſunt cauſa debilitatis digeſtiuæ conſumunt.

Poſt hæc autem cum inter qualitates actiuas & paſſiuas comparaueris inquantum iſtæ uirtutes eis indigent, reperies uirtutem retentiuã plus indigere ſiccitate quàm caliditate, eo ꝙ tẽpus in quo quieſcere debet uillus retentiuæ maius eſt tẽpore in quo moueri debet uillus qui ſecundum amplitudinem tendit ad conſtringendum. Nam tempus quod eſt ad mouendum eſt illud quod caliditate indiget, & eſt breue & totum reliquũ tẽpus eius opõnis eſt ad tenẽdum, et ad quieſcẽdũ.

Oñdit comparatiue qualiter illę quatuor qualitates iſtis virtutibus ſeruiunt. Primo quæ plus retentiuę. ſecundo quę plus attractiuę. tertio quę plus ſeruiant expulſiuę. quarto quæ digeſtiuæ. Partes parẽt. Primo facit hoc. ſecundo exẽplariter declarat, & ſecundum quoſdam corrolarium infert. ibi[Et quia puerorum.] Dicit primo ꝙ poſtea quæ dicta ſunt de ſeruitio iſtarum qualitatum abſolute ſi inter ſe comparaueris iſtas qualitates q̃tum ad menſuram qua illę virtutes eis indigent inuenies virtutem retentiuam plus indigere ſiccitate q̃ caliditate, quia retentiua indiget ſiccitate pro quiete villi tranſuerſalis, caliditate vero pro motu eius indiget, ſed longiori tempore oportet quieſcere uillum tranſuerſalem q̃ moueri. ergo magis indiget ſiccitate q̃ caliditate.

Et quia puerorum cõplexio plus declinat ad humiditatẽ, ideo uirtus hæc in eis plus eſt debilis.

Dicit ſecundo ꝙ ex illo apparet cauſa quare in pueris hæc virtus eſt debilior q̃ in iuuenibus, quia complexio eorum eſt humidior complexione iuuenum, ideo fortior eſt retentiua in iuuenibus, & debilior in pueris.

Attractiua uero plus indiget caliditate quàm ſiccitate quoniam caliditas adiuuat in attractiõe in eo quod maior pars ſuæ operationis eſt mouere, & plus neceſſe eſt ei mouere partes ſui inſtrumenti q̃ quietas facere, et cum ſiccitate ſtringere. Hęc .n. uirtus non tãtum indiget multo motu ſed plerunque etiam motu indiget uehementi.

Declarat idem de attractiua. Et primo oſtendit ꝙ plus indiget caliditate q̃ ſiccitate, ſecundo ſubiungit quandam diſtinctionẽ

stinctionem ostendens conuenientiam caloris ad virtutem attractiuam. secunda ibi [Et attractiua.] Dicit primo ꝙ attractiua plus indiget caliditate q̃ sicco & declarat idem, quoniam caliditas ex natura sua iuuat in attractione, sed sup. non sic siccitas. Secundo probat id per rationem sumptam ex opposito eius quod assumebatur ad retentiuam, quia maior pars operationis attractiuæ est mouere, quia plus .i. pluri tempore necesse est ei mouere partes sui instrumenti q̃ ipsas quietas tenere & cum siccitate stringere. Subdit etiam, & potest poni tertia ratio ꝙ ista virtus etiam non tantum idiget motu multo .s. longo & diuturno, immo etiam frequenter indiget motu valde forti & frequenti. Ex quibus satis patet ꝙ plus indiget caliditate q̃ siccitate.

Et attractio quidem fit aut uirtute attractiua, quẽadmodum magnes attrahit ferrum, aut implẽdo uacuum sicut aqua attrahitur in azaracha aut calore sicut in lampade attrahitur oleum licet hoc pars tertia reducatur necessario ad implendum uacuum apud certificantes, immo est ipsemet.

Attractionis principium. Subdit distinctionem q̃dam principiorũ a quibus fit attractio. secundo infert propositum de virtute attractiua. secũda ibi [Cum ergo]. Dicit primo principium attractionis est triplex. Vnum est virtus siue forma specifica siue proprietas occulta, sicut virtus qua magnes attrahit ferrum. secundũ est vacuum vel ne detur vacuum, sicut attrahitur aqua in instrumento quod pueri vocant el schiço seu schitarolo. tertium principium attractionis est calor, sicut attrahitur oleũ in lampade ad lycinium. Dicit tamen, hęc pars .s. attractio q̃ fit a calido apud certificantes .s. philosophos. reducitur ad eã quæ fit ad replendum vacuum, immo est ipsamet, quia calidum attrahendo oleũ ad lycinium per poros lycinij aliq̃ partem olei facit ascendere & ne inter partem ascendentem & remanentem interueniat vacuum altera insequitur, & sic attractio ista facta a calido reducitur ad illam quæ fit ad implendum seu prohibendum vacuum.

Cum ergo uirtus attractiua caliditatis habuerit auxilium fortior erit attractio.

Ex quibus vlterius corrolarie concludit ꝙ cum virtus attrahens habet auxilium calor tũc attractio est fortior, tũc .n. sis concurrunt duo principia actionis .s. uirtus calor. Circa hęc insurgunt dubia. Dubia. Primum videtur ꝙ argumentum adductum ad probandum ꝙ retentiua plus indiget siccitate non sit efficax. Primo quia per idem enim probari posset ꝙ plus indiget frigiditate q̃ caliditate, quia plus indiget quete, & tempus quiescendi in operatione est maius, frigidi autẽ est quietare igitur &c. Item si indiget caliditate propter motum, tunc propter quietem debet indigere frigiditate, & sic frigiditas per se iogredietur opus naturæ. Secundum dubium. Non videtur ꝙ retentiua virtus plus indigeat siccitate q̃ caliditate. Primo quia omnis operatio prouenit a calore tanq̃ a dñante instrumento. ergo nulla virtus magis indiget siccitate q̃ caliditate. Item virtus retẽtiua ad eius operationem requirit organum in quo fundatur quod ẽ uillus transuersalis, & instrumentum quod est spiritus & obiectũ, sed in nullo istorum dominatur siccitas, & spũs enim est calidus & humidus, obiectum ẽ sanguis aut cibus quod potest esse magis calidum quam siccum, similiter organum vt patet. Item in agendo plus seruit caliditas quæ est actiua q̃ siccitas quæ est passiua. Tertium dubium est. Et cũ vnũ sit temperamentum quo virtus operatur in membro retentionem & motum, quomodo dicimus ꝙ magis indiget siccitare pro quiete q̃ calore pro motu. Quartum dubiũ. Videtur ꝙ retentiua in pueris sit fortior q̃ in iuuenibus. Primo quia tantum sufficit precise retinere virtus retentiua in iuuene q̃tum immutatiua sufficit immutare, & similiter i puero, sed plus sufficit immutatiua pueri q̃tum immutatiua iuuenis. ergo & retentiua plus sufficit retinere. Item in puero sano simpliciter est virtus retentiua proportionata debite suæ digestiuæ sicut in iuuene. ergo sicut se habet retentiua pueri ad retentiuam iuuenis, sic digestiua ad digestiuam, sed non est debilior digestiua pueri q̃ iuuenis, ergo non est debilior retentiua. Item in corpore sano simpliciter a principio generationis vsq; ad iuuentutem permanet debite proportionata retentiuę digestiuæ. ergo vna illarum fortificata oportet fortificari aliam, quia aliter non seruaretur proportio, sed accedente iuuentute fortificatur retentiua. ergo & digestiua, qđ non videtur concedendum. Quintum dubium. Non videtur verum ꝙ attractiuæ sit magis necessariũ mouere partes sui instrumenti, q̃ ipsas quietas facere. Tunc enim virtus attractiua haberet quietare organum suum, quod non est verisimile cum attractiuæ virtutis sit tantum attrahere & mouere. Et per idem videtur ꝙ non habeat cum siccitate stringere quia constrictio non fit nisi per uillos latitudinales aut trãsuersales qui non sunt instrumenta attractiuæ virtutis. Sextum dubium. Non videtur ꝙ Aui. sufficienter enumerauerit causas & principia attractionis, quia præter causas enumeratas aliæ videntur causæ. Primo .n. apparet ꝙ siccitas attractiua, quia videmus spongiam siccam & lanam attrahere aquam & humida oĩa & tamen huiusmodi attractio non prouenit a calido nec a forma specifica. Mirum .n. esset si omnia humida corpora in hac forma specifica conuenirent. Nec fit ad prohibendum vacuum. nulla .n. interueniente causa extrinseca mouente experimur ꝙ si vna extremitas spongiæ tangit aquam subito tota spongia repleatur aqua. Item cerebrũ siccum facile humiditatibus repletur. prima tertij. cap. de signis sumptis ex velocitate & tarditate alterationis cerebri. sed hoc non videtur, nisi quia a sicco fit materierũ attractio, nec in aliam causam reduci potest. igitur &c. Item præter causas dictas attractionis reperitur dolor, vt tertio techni, & non potest reduci ad aliquod istorum principiorum. Similiter attractio fit a simili, vt docet experimentum de virga p̃cipue arboris auellanæ scissa per medium secundum longitudinem, quia partes illæ adinuicem mouentur ita vt vna videatur aliam trahere, & hoc non videtur reduci nisi in formalem similitudinem. Item vnum contrariorum naturaliter fugit aliud vel expellit. ergo simile attrahit simile. Similit̃ quot modis conuenit fieri vnum oppositorum tot modis reliquum, sed pluribus q̃ tribus modis contingit fieri expulsionem. ergo & retentionem. Et per illud medium concludi posset ꝙ tribus modis illis non fit attractio, quia tunc similit̃ tribus fieret expulsio .s. qualitate, vacuo, & forma specifica, qđ non videtur esse concessum. Septimum dubium est. Videtur ꝙ a vacuo non fiat attractio. Primo quia illud nec est nec naturaliter esse potest. Secũdo quia cuiuslibet effectus positiui debet esse causa positiua. igitur attractionis quę fit a vacuo aliqua causa est positiua, & non vacuum vt patet. erit igitur principium eius aliqua qualitas manifesta. vel occultũ aliquod principium. Non primum, vt patet discurrendo. Si dicitur secundum, tunc attractio quæ fit a vacuo reducit̃ ad illam quæ fit a forma occulta & sic attractio q̃ fit a vacuo reducitur ad formam specificam vel virtutem, & cũ attractio omnis quæ fit a calido reducatur ad illam quæ fit a vacuo, sequitur ꝙ attractio quæ fit a calido reducitur ad illam quę fit a virtute vel a forma specifica. Octauum dubium. Non uidetur ꝙ attractio quæ fit a calido reducenda sit ad illam quæ fit a vacuo. Primo quia nulla videt̃ esse causa propter quã sit necessarium aliquid moueri ad prohibendum vacuũ dũ oleum in lampade attrahitur a calido, tunc enim illud oleum subtiliatur & in uaporem conuertitur, & per consequens maiorem occupat locum. nulla .n. videtur causa necessitans motum olei ad prohibendum uacuum. Item, quia qua ratiõe mouetur ad lycinium inflãmatum oleum in lampade, moueretur etiam nutrimentum ad membra quæ a calore resoluũtur ad prohibendum vacuum, & sic q̃ñcunq; esset virtus debilis in ægrotante uel conualescente nunq̃ membro deficeret nutrimentum contra sententiam. Aui. secũda q̃rti cap̃. de regimine conualescentium. Vltimum dubium. Quare

non ita dixit Aui. ꝙ vacuum iunctum cum calore fortius attrahit sicut dixit de virtute. Et similiter etiam quare virtutē iunctam cum vacuo ad bonum sensum non dixit maiorem facere attractionem sicut dixit de calore. Item si virtus iūcta cum calore facit attractionem maiorem vel fortiorē, hoc non est nisi quia plures attractionis causæ simul iunguntur. Igitur iunctis simul vacuo calore & virtute fortissima erit attractio, & sic in febricitantibus febre hectica deberent mēbra fortissime attrahere, cum omnes illę causæ sint coniunctę, quod est contra experimentum. Ad hęc dubia per ordinem respondetur. Primum istorum respondendo dicitur ꝙ argumentum Aui. bene intellectum est efficax. Nam cum retentiua indigeat quiete oportuit hanc multam quietē perfici, vel frigiditate, vel siccitate multa quæ vtrunque istorum habet figere & quietare. Non oportuit autem per frigiditatē multam: quia multa frigiditas debilitat calorem & non fuisset ita ibi calor sufficiens ad motum requisitum in retentiōe igitur vt motum & quietem mediante organo eodem posset natura perficere posuit in eo caliditatem supra medium, cui non esset compossibilis frigiditas tanta quanta requiritur ad fixionem multam. Et ideo loco frigiditatis est in organo siccitas quę fixionem facit, & calidum non extinguit. Argumentum igitur Aui. potest sic fortificari, retentiua indiget quiete cum notabili motu villorum transuersalium, sed non potest multa quies cum notabili motu perfici, a frigore. igitur multa quies indiget siccitate. Et per idem patet ꝙ non sequitur, si indiget calore propter motum. ergo frigiditate propter quietem.

Retētiuā indigere plus caliditate q̄ siccitate

Ad secundum potest dici ꝙ retentiua plus indigere siccitate q̄ caliditate potest intelligi dupliciter. Primo absolute quia ad operationem retentiuam requiritur maior mensura siccitatis q̄ caliditatis. & sic non intellexit Aui. nec ē uerum vt argutum est. Secundo respectiue siue correspondenter, quia s. inter mensuras siccitatis seruientes naturę in operationibus maior est mensura siccitatis seruiens retentiuę q̄ sit mensura caliditatis sibi seruiens inter mensura caliditatis, & sic conceditur ꝙ retentiua plus indiget siccitate, quia siccitas seruiens retentiuę est maxime inter siccitates seruiētes naturæ, sed caliditas sibi seruiens non est maxima inter caliditates virtutibus seruientes, vt patet, licet absolute maior sit caliditas seruiens retentiuæ q̄ siccitas. Aliter probabilī imaginari possumus ꝙ licet in organo quod est instrumentum retentiuę operationis sit absolute maior caliditas q̄ siccitas, tanta tamen mensura caloris non est in organo illo posita ꝓ operatione retentiua, sed pro digestiua & attractiua ꝓ primo motu, & sic de alijs. Si igitur illud organum debuisset esse instrumentum solius retentionis multo minor mensura caloris sibi sufficeisset, sed non siccitatis. ideo pro operatione retentiua minor mensura caloris suffecisset huic organo q̄ siccitatis. Et sic retentiua virtus minus indiget calore q̄ siccitate. Cuius signum est, quia multum remisso calore stat retentio non tamen multum minorata siccitate. Et tunc patet illā consequentiam non valere. Ad omnem operationem calor tanq̄ dominans instrumentum concurrit. igitur natura plus indiget calore, licet etiam possit negari añs. Et per idem patet responsio ad primam confirmationem. Similiter ad aliam confirmationem negatur consequentia, & conceditur ꝙ ad aliquam operationem plus operatur qualitas passiua, vt patet intuenti. Ad tertium dubium dixerunt quidā ꝙ licet sit idem temperamentum membri quo producit motū requisitum in operatione retentiua & quo producit quietem in operatione eadem non tamen eadem q̄titate spirituū agit virtus motionem & quietationem requisitam in operatione retentiua. Immo multo maior concurrit q̄titas spirituum tēpore motionis q̄ tempore quietis, & per consequens maior mensura caloris. Aliter dici potest, ꝙ licet eodem & vnico temperamento &c. in isto tamen temperamento tanta requiritur mensura caloris pro motione q̄ta non requiritur ꝓ quiete. licet vnica mensura caloris concurrat ad motionē & quietationem.

Retētiua pueri & iuuenis.

Ad quartum dicendum ꝙ virtus retentiua est absolute debilior in puero q̄ in iuuene & maxime retentiua communis vt stomachi intestinorum &c. Cuius signum est, quia frequentius & facilius incidunt lienteriæ & fluxus a debilitate retentiuę cōtingentes licet etiam illud videatur uerum de propria retentiua membrorum. Et cum arguitur ꝙ nō. quia tantum præcise sufficit retinere &c. Negatur assumptum. Immo in vtroque, & maxime in iuuene plus retinet & sufficit retinere retentiua q̄ immutatiua sufficiat immutare. Manifestum est etiam ꝙ aliqua q̄titas cibi grauaret virtutē retentiuam in puero quanta non grauaret virtutem retentiuā in iuuene vnde a faciliori causa incurrunt pueri vomitus & fluxus cholericos & similia accidentia. Ad confirmationē conceditur ꝙ in puero sano simpliciter virtus retentiua ē ꝓportionata optimę suę digestiuę proportione. s. illa qua ꝓportionata esse debet in tali ętate, & merito complexionis illius ętatis, sicut etiam in sano simpliciter iuuene. & negatur consequentia cum infertur. igitur qualis est proportio &c. patet enim ꝙ licet in pueritia sit proportionata optima proportione huic ætati debita multo tamen absolute debilior est digestiua q̄ erit in tempore iuuentutis. Et per idem patet responsio ad illam rationem seu confirmationem. Ad quintum dubium dicendum ꝙ operatio ad quam ordinatur primo attractiua est attractio, cum hoc tamen stat ꝙ aliquam aliā faciat operationem non primo, sed inquantum ad operationem principalem ordinatur, sicut est stringere retinere attrahere & circundare ipsum cum villis suis longitudinalibus donec alterius partis villi perueniāt ad ipsum capiendum, sicut satis explicat Auicē. in litera. Et sic conceditur ꝙ duarū distinctarum virtutum possunt operationes esse similes, sed tamē non primę & principales vt patet. Ad confirmationē cū arguitur ꝙ virtus attractiua non habet stringere. Dicunt retentionem esse duplicem. Quędam finaliter ordinata ad digestiuam, & hęc est operatio propria retentiuę communis et solum perficitur transuersalibus villis. Alia est ordinata ad attractionem, & hęc est operatio attractiuę & perficitur sola constrictione villorum longitudinalium. Alij vero imaginati sunt ꝙ retentiua cum villis transuersalibus seruiat attractioni & operetur hora attractionis. Sed de hoc forte infra videtur.

Retētiua duplr.

Ad sextum dubium. Conceditur Aui. non sufficientes numerasse omnia principia istrumentalia attractionis sicut videtur primum argumentum probare. A sicco. n. videtur fieri attractio & non solum a calido virtute vel vacuo. Sed nominauit principia maxime communia attractionum relinquens rarius contingentia. Vel potest dici ꝙ ꝑ attractionem a calido intellexit omnem attractionem a manifesta qualitate prouenientem sicut est attractio proueniens a sicco. Alij dixerunt ꝙ hæc attractio reducitur ad eā quæ fit a virtute vel forma specifica, quia corpora huiusmodi sicca taliter porosa a forma specifica vel qualitate occulta attrahunt corpora omnia currentia liquida, nec mirari debemus hęc omnia corpora in tali forma specifica conuenire, qa inter se in natura satis propinqua & conuenientia sunt. Sicut nec debemus mirari omnes serpentes & reptilia omnia in venenositate communicare &c. Alij imaginati sunt ꝙ applicata spongia aliqua pars aquæ penetrans in poros spongiæ pellit aerem in poris contētum, quia multum faciliter pellibilis ē, & sic remouetē faciliter a loco in quo prius erat. Ne igitur inter aquam pellentem & ipsum intercidat vacuum insequitur aqua ipsum continue pellendo donec tandem tota spongia aqua vel alio liquore repleatur. Quidam tamē socij testificati sunt ꝙ spongia super aquam suspensa ita vt sit superficiei aquæ multum propinqua & per longum tempus ita dimissa reperitur postea aqua plena. Q. si uerum esset difficile foret hunc modum saluare vt patet. Alij autem dicunt ꝙ unum contrarium naturaliter fugit ab alio, cum eo multū debilius & impotentius fuerit. Aqua igitur occurrente aeri contento in poro spongiæ multum debiliori fugit aer ad quē ne detur uacuum insequitur aqua. Quis autem istorum modorum sit uerior uidebitur in quęstione. Et ꝑ idem responderi potest ad secundum de cerebro sicco. Ad confirmationem aliam de dolore dicendum ꝙ a dolore prouenit attra

Attractio ꝓuenit a dolore multiplicit.

ctio multipliciter. Primo quia natura mouet sanguinem & spiritum ad partem dolentem vt amoueat causam dolorem facientem. Item quia debilitatur pars dolẽs, vnde recipit ab alijs. Item quia inflãmatur locus dolens. Sed de hoc plus in questione. Ad aliam confirmationem concesserunt quidã antiqui attractionem fieri a simili formaliter, q̃tũcunq; dicãt attractionem istam factam esse per modum apprehensiõis. Simile enim appetit naturaliter sibi simili iungi, aut sibi simile coniungere, sicut naturaliter appetit sui contrarij absentiam. Iõ si virtus i vtroq; istorũ efficax fuerit motiua aut attractiua, vnum mouetur ad alterum vel attrahitur ab altero. Sicut in exemplo dicto de virga per medium diuisa, quia experimentum dictat ꝙ pars vna mouetur ad alteram. Et si arguitur ꝙ tunc lapis ad lapidem & aurum ad aurum dẽret moueri & attrahere vnum alterum. Negant consequentiã, quia in corporibus istis siccis non est virtus tanta secundum plurimum quanta in actualiter viuentibus a quibus egrediũtur vapores cum virtute attractiua eorum. Et ideo virga sicca per medium diuisa non mouentur partes ad se inuicem sicut in viridi. Dixit autem notanter secundum plurimum ꝓpter magnetem, adamãtem, & aliquos præciosos lapides in quibus multum uiget uirtus attractiua. Quicquid sit de hoc, attractio ista reducitur ad illam quæ fit a virtute vel forma specifica, vt patet. Ad alias confirmationes patet ex dictis intelligenti. Ad septimum. Conceditur ꝙ a vacuo non fit attractio nisi ad sensum sub quo auctores hanc auctoritatẽ ꝓtulerunt quia. s. aliqua attractio fit ad prohibendum vacuũ. Et cum arguitur ꝙ non, quia illius attractionis cum sit effectus positiuus debet esse aliqua qualitas positiua. sed illa non est qualitas elemẽtaris manifesta. ergo erit pricipium occultũ vel proprietas occulta quæ debet vocari specifica forma uel virtus. Dicendum ꝙ non omne principium occultum vel proprietas occulta debet vocari specifica forma vel virtus, vt proposito pertinet, quia forma communis specifica determinatum concernit agens & determinatum concernit passum, sic autem non est de attractione quæ fit ad prohibendũ vacuum. indr̃nter enim cuilibet corpori competit, licet concurrat principium occultum a virtute cælesti cuilibet corpori naturaliter impressum quo natura inclinatur ad saluandũ continuitatem partium vniuersi in qua saluatur uniuersalis ordo corporum constituentium vniuersum, non tamen illud principium proprijssime debet dici forma specifica. Aliter dicitur ꝙ cum dixit Aui. attractionem fieri a calido vacuo, vel virtute intellexit per virtutem illam quæ humano corpore ẽ principium actu determinati obiecti, sicut est de virtute magnetis, & ista est virtus animę. Et tunc patet ꝙ attractio a uacuo non est ad illam reducibilis. Ad octauum dubium dicitur ꝙ licet flamma licinij oleum rarefaciat & maiorẽ locũ occupare faciat, hoc tamen non est nisi in circũiacẽtibus partibus a poro tamen lycinij oleum attrahendo in principio, q̃re leuificando euãt porum vel euãret nisi oleum aliud insequeretur, vnde patet hanc attractionem reduci ad illam quę fit a vacuo. Primus. n. motus olei non videtur apud quosdã proprie attractio, sed est ascensus rei leuificatæ. Sicut etiam ascendunt vapores a calore solis leuificati, sed improprie attrahi dicãtur, sed sequens motus potest dici attractio a uacuo ad intellectum datum. Ad confirmationem conceditur ꝓpter inanitionem quam facit calidum fieri attractionem a vacuo. Et cum infertur ꝙ q̃tũcunq; virtus attractiua esset debilis non deficeret nutrimentum. Negatur consequentia, quia plus requiritur de nutrimento ad restaurationem deperditi siue dissoluti q̃ ad implendum vel prohibendum vacuũ vt patet. Ad vltimum quid sit dicendum patet ex dictis.

Principium occultum quid, & forma specifica uel virtus.

Expulsiua uero minus indiget siccitate quã attractiua & retentiua.

Comparat plures istarum virtutum inter se q̃tum ad indigentiam & seruitium istarum qualitatum. Et primo comparat expulsiuam attractiuæ & retentiuæ q̃tum ad indigentiã siccitatis. Secundo comparat digestiuam alijs omnibus. secunda ibi ⌊ Quæ autem plus. ⌉ Proponit primo intentũ. Secũdo ꝓbat. secunda ibi ⌊ Non. n. ⌉ Dicit primo ꝙ uirtus expulsiua minus idiget siccitate q̃ uirtus attractiua vł retẽtiua.

Non enim indiget constrictione retentiuę, neque inseparabilitate attractiuæ & constrictione eius & circũdatiõe attracti tenẽdo ꝑtes instrumẽti, donec ad illas alterius ꝑtis attractio perueniat.

Probat propositum. Primo per ratiõem sumptam ex parte constrictionis quæ fit tam in attractione q̃ in retentione. Secundo ex parte quietis. secunda ibi ⌊ Et ad vltimũ. ⌉ Dicit primo ꝙ causa quare minus indiget expulsiua siccitate q̃ attractiua & retentiua, est quia expulsiua non indiget cõstrictione qua indiget retentiua, nec indiget inseparabilitate attractiuæ & constrictione eius & circundatione rei quæ attrahitur, quæ. s. circundatio fit a virtute attractiua partes sui instrumenti tenendo firmas donec ad illas partes quæ tenenẽ firmæ perueniat attractio alterius partis instrumenti, q̃ sup. retentio & constrictio siccitate perficitur, ideo sup. expulsiua modicum vel minus indiget siccitate q̃ duæ virtutes dictæ. Et in summa argumentum Auicẽ. videtur hoc ꝙ expulsiua virtus non indiget constrictione adherentia & circundatiõe obiecti sicut indiget attractiua sed hęc omnia præcipue per siccitatem perficiuntur. ergo minus indigent siccitatẽ q̃ aliqua illarum. Sciendum hic ꝙ ex dictis. Aui. colligitur modus quo fit communis attractio, quia ad illam requiruntur actus plures. Primus est inseparabilitas siue adherentia, q̃d enim attrahit inseparabiliter adheret, non sic autem quod expellit. Hæc vero adherentia ad attractionem requisita tribus perficitur conditionibus. Primo quia adherentia fit cum cõstrictione. Secundo quia fit cum circundatione obiecti, quia obiectum cadit aliquo modo in concauitate trahentis. Tertio ꝙ fit ibi retentio partis circundantis retinentis obiectum fixum circundatum donec alia pars istrumenti ad obiectum proueniat circundatum & attrahendum. Et manifestum est ꝙ ad quodlibet istarum requiritur fixio & constrictio tanta q̃ta non requireretur in expulsione. Si enim volueris rẽ aliquam manu trahere manifestum est ꝙ oportet manum tuã rei attrahendę fortius adherere circundando digitis q̃ si manu eam a te pellere volueris. Et hoc loco exempli.

Adherentię ad attractionẽ requisitas modi.

Et ad ultimum nullo modo indiget expulsiua quiete, sed motu & inspissatione pauca quæ ad exprimendum & ad expellendum tali adiuuet mensura quatenus per ipsam remaneat instrumẽtum figuram expressionis & constrictionis conseruans, quemadmodum in retentiua tempus lõgum, & in attractiua tempus breue est necessariũ donec partium attractio unam applicet alij, iõ q; siccitate parum indiget.

Probat hoc ex parte quietis arguendo sic. Expulsiua nullo modo indiget quiete, quẽadmodum retentiua quiete tẽpore longo & attractiua tempore breui, donec vna pars post aliã perueniat ad obiectum, sed quies maxime sicco perficitur. igitur &c. indiget tamen expulsiua motu & inspissatiõe pauca quæ instrumentum iuuet ad expellendum & exprimendum, ita ut instrumentũ per siccitatem iuuetur ad hoc ꝙ seruet figuram requisitam ad expulsionem, indiget igitur expulsiua pauca siccitate. Sciendum ꝙ in expulsione nõ requiritur quies multa vel pauca, sicut in attractione & retentiõe, quia expulsio perficitur per villos latitudinales membri qui constringuntur, quos non oportet obiectum figere & circundare donec alterius partis expulsio ad obiectum perueniat sicut in attractione, immo illa expulsio potest esse continua sicut constrictio villorum erit continua. Et hoc oportet consideranti constrictionem calciæ clysteris qua enema contentũ

in ea expellitur. Indiget tamen expulsiua sicco, vt figuratio membri ad exprimendum quam facit virtus, conseruetur, & non statim deleatur, sicut in corpore liquido carente constãtia, & etiam quia in tali motu requiritur fixio vt supra.

Quæ autem plus eis omnibus indiget caliditate est digestiua.

Comparat digestiuam alijs virtutibus. Primo quantum ad indigentiam caliditatis. Secundo ostendit eam idigere humiditate & sic non indigere siccitate. Tertio remouet dubiũ. secunda ibi. [Quæ siccitate.] tertia ibi [Neque potest.] Dicit primo q̃ illa virtus quæ plus omnibus alijs indiget caliditate est digestiua.

Quæ siccitate non indiget sed humiditate, ut nutriens efficiat liquidum & ad penetrandum in foramina & ad figuras recipiendas aptũ reddat.

Digestiuę opus. Dicit secundo q̃ ipsa indiget humiditate & non siccitate, quia opus digestiuę est nutriens liquidum efficere & aptum facere ad penetrationem in foramina nutriti & ad recipiendum figuram secundum exigentiam nutriendorum membrorum, quæ omnia humiditate pficiuntur & non siccitate.

Neq; potest aliquis dicere q̃ si humiditas in digerendo esset iuuatiua pueri possent res duras digerere. Nõ enim prouenit pueris nõ posse istud, & iuuenibus posse propter hoc, sed propter homogeneam & homogeneæ elõgationem. Quod enim ex rebus durum existit complexioni puerorũ non est homogeneum. Virtutes igitur digestiuæ coram eo non operantur neq; ipsum recipiunt retentiuæ, sed cito ipsum expellunt expulsiuæ. Iuuenum uero complexionibus est id conueniens, & ad eos nutriendos conueniens.

Remouet dubium. secũdo epilogat ibi [Et ex hoc qdẽ.] Dubium est hoc. Dictum est q̃ digestiua indiget humiditate. Cõtra, quia tunc corpora humida alijs paribus melius possent digerere res siccas q̃ corpora sicca, & sic pueri melius digererẽt res siccas q̃ iuuenes. in calore.n. sunt pares vt supra cap̃. de complexionibus etatum, & humido pueri excedunt iuuenes. Hanc dubitationem soluit Aui. dicens, q̃ pueros non posse digerere res siccas, iuuenes vero sic, non accidit propter digestiuam virtutem non iuuari humiditate, sed prouenit, quia res siccę sunt homogeneę naturæ iuuenũ, sed sunt elongatę ab homogeneitate naturæ puerorum, quia nutrimentum durorum non est homogeneum & proportionatum naturę & complexioni pueri sed bene iuuenis, & ideo virtutes digestiuæ puerorum non operantur in illud tanquã disproportionatũ obiectũ. neq; retẽtiuę virtutes illud recipiũt, sed tanq̃ discõueniẽs cito ipsum expellũt virtutes expulsiuę.

Pueri cur res siccas probe non concoquant.

Et ex hoc quidem collectum est q̃ retentiua indiget constrictione & figurarum constrictiõis fixione longo tempore & pauco motionis adiutorio. Et attractiua constrictione indiget, & fixione & constrictiõis tempore breuissimo & in motu multo indiget auxilio. Et expulsiuæ est necessarium stringere tantum sine fixione de qua non est curandum. Et indiget adiutorio ad motum faciendum. Et digestiuæ est necessarium eliquare & temperare. Ideoque uirtutes istæ qualitates illas quatuor inequaliter operari faciunt & eis inæqualiter indigent.

Epilogat, & patet ex dictis. Ex quo concludit q̃ virtutes istę faciunt istas qualitates inæqualiter operari. Digestiua.n. multum facit operari caliditatẽ & humiditatem, retẽtiua siccitatem, & sic de alijs, ergo eis inæqualiter indigent. Dubia multa insurgunt circa predicta. Primum. Videtur q̃ expulsiua plus indiget siccitate q̃ attractiua vel retentiua, quia quælibet illarum indiget constrictione quæ sicco perficitur. sed maior requiritur constrictio in expulsione q̃ in attractione vel retentione, eo q̃ plus oportet instrumentũ constringi vt expellat q̃ vt attrahat vel retineat. multo.n. plus oportet minorari concauitatem instrumenti vt obiectum a se expellat q̃ vt attrahat vel retineat, ideo &c. Secundum dubium est. Quia in parte innuitur q̃ expulsiua indiget siccitate. Oppositum huius videtur. Primo quia iuuatur lubricitate quæ humiditate & non siccitate fit. Videmus etiam experimento q̃ corpora quanto humidiora sunt, vt intestina et stomachus tanto plus expellunt. Et pro isto videtur sententia. Isaac in libro elementorum ponentis hanc iuuari hũiditate. Tertium dubiũ. Non videtur q̃ digestiua vrtus egeat pluri calore q̃ aliqua alia. Primo quia eadem membri cõplexione qua membrum nutrimentum attrahit attractum digerit & retinet, ideo non est maior calor quo indiget digestiua aut qui seruit digestiuæ q̃ alijs. Secundo quia digõ potest fieri a frigido. ergo virtus digestiua pro sua operatiõe non plus indiget calore. assumptum patet. Primo de digõne materierum calidarum subtilium acutarum quæ digerũtur potu aquæ frigidę & syrupis infrigidantibus, vt sunt syrupi violati oxiçacara & similes, materiæ etiam apatum calidorum frigidis maturantur. Secundo quia a frigido dominante potest fieri animalis generatio. in niue enim generatur aĩal. quinto de hystorijs, & in medio lapidis, vt Gal. in libro de causis pcreationis, sed non fit huiusmodi generatio nisi per digestionem. igitur &c. Item quia lac in mamillis, spũs aĩalis in cerebro, pinguedo & adeps generantur a frigido, lac.n. est frigidius sanguine ex quo generatur, & spiritus animalis uitali. & pinguedo & adeps vnctuoso sanguine ex quo generanť p digõnem. ergo necesse est materiam per digestionem infrigidari. Tertio quia attractiua et expulsiua pluri indigent calore q̃ digestiua. Primo quia maiori indigent motu qui pcipue. calore perficitur. Secundo quia virtutis digestiuæ est obiectum alterare suo calore. attractiuæ vero est alterare & localiter mouere, sed plus requiritur ad alterandum & localiter mouendum q̃ ad alterandum solum. ergo &c. Item in operatiõe digestiua non oportet localiter moueri nisi obiectum secundum partes quæ adinuicem commiscentur, in operatione vero attractiua requiritur motus obiecti & organi, sed plus de calore requiritur ad motum organi & obiecti q̃ obiecti solum. ergo &c. Quartum dubium. Non videť q̃ digestiua magis operatur humido q̃ sicco. Primo quia secundum plurimum inspissando procedit, sed huiusmodi inspissatio magis perficitur sicco q̃ humido, vt patet supra. Item quia per digestionem preparatur nutriens ita vt assimiletur nutrito, sed contingit nutritum esse siccæ complõis. igitur nutrimentum per siccum oportet præparari & digeri. Item quia omnium membrorum digestio exiccando procedit cum oẽ membrum digerens nutrimentum. s. pprium sit siccum comparatione nutrimenti proprij. Item ex hoc videtur differre digestio quæ appellatur assatio ab elixatione, quia assatio fit a calido igneo, elixatio vero fit a calido & humido. Pro isto vidrtur auctoritas Aui. decima tertia tertij tractatu secundo. cap̃ secundo. Digestiua inquit conseruatur siccitate. & Gal. sexto de accidenti. videtur etiam experimentũ. fere enim omnes medicinæ digestiuæ calidæ sunt & siccæ. Quintum dubium. Quæ virtus plus indiget calore, an digestiua, an nutritiua. Videtur.n. q̃ digestiua. Prĩo quia obiectum transmutatur multę resistentiæ & difficilioris transmutationis. secundo quia eius obiectum est distantius a natura membri transmutantis. Sed oppositum apparet, quia maior fit transmutatio virtute nutritiua vt sic q̃ digestiua, ergo fortiori, indiget instrumento. assumptum probatur, quia mlto maior est distantia inanimati ab animato q̃ animati ab animato,

Dubia.

animato, sed nutritiua transmutat nutrimentum in rem animatam, digestiua vero non. ergo &c. Item stante in membro calore sufficiente ad nutricationem stat calor sufficiens ad digõnem, eo ꝙ actus nutricationis originaliter præsupponit actum digestionis & non econtra. ergo ad nutricationem maior requiritur calor. Sextum dubium. in quibus corporibus absolute sit digestiua fortior in iuuenibus, an in pueris.

Digestiua pueri et iuuenis q̃lis.

Videtur enim ꝙ in iuuenibus. Primo quia complexio in iuuenibus est iustitialiter temperatior, vt supra cap̃. de cõplexionibus gratum, sed fortitudo virtutis insequitur temperamentum complexionis, vt Hali. 2. techni. 2. quia fortiora obiecta transmutat. 3. quia in eis est acutior & fortior calor. 4. quia in digerendis liquidis iuuenes & pueri sunt pares, & in siccis digerendis excedunt iuuenes pueros. sexto de accidẽti. Pro isto videtur sententia Gal. tertia aphorismorũ commen. 26. vbi ponit cibaria in pueris non bene digeri. Natura. n. eorum nõ bene est firma, quia neq; fortis in cibis digerendis. vnde & diarrhoea necesse est sequi. Oppositum tamen videtur colligi posse in litera. Primo quia humiditas iuuat digestionem quæ maior est i pueris, cum igitur in calore sint pares sequitur &c. Item plura potest digerere virtus digestiua puerorũ. Item tã in puero q̃ in iuuene virtus digestiua ẽ ꝓportionata nutritiuæ cui seruit, sed fortior est virtus nutritiua in pueris q̃ iuuenibus. ergo & digestiua. Item ad debite seruiendum nutritiuę & augmentatiuæ requiritur maior virtus q̃ ad seruiendum nutritiuæ solum, sed in pueris seruit digestiua nutritiuę & augmentatiuę, in iuuenibus vero nutritiuæ solum. ergo &c. Pro isto videtur auctoritas Aui. supra cap̃. de ætatibus puerorum. i stimbre est melior quę eẽ possit in pluribus horis. Et Gal. 6. de regimine sanitatis. 3 cap̃. dum inquit. Du

Gal.

plicibus. n. existentibus actibus secundum animalitatẽ corpus quidem pueri physicos habet optimos. Septimum dubium. Non videtur ꝙ propter homogeneitatem sicca melius digerantur in iuuenibus q̃ in pueris, quia tunc etiam melius digerentur sicca & dura in corporibus senum q̃ iuuenũ aut puerorum, & sic erunt senes nutriẽdi siccis & non humidis, contra Gal. 2. de regimine sanitatis. & . 3. techni. & arguitur consequentia, quia corpora senum sunt sicciora corporibus iuuenum & puerorum. cibaria igitur multum sicca maiorẽ habent homogeneitatem cum corporibus senum q̃ iuuenũ. Et per idem arguitur ꝙ cibaria sicca in eis melius digerunẽ q̃ humida. In habentibus enim symbolum facilior est transitus. Item quantam habent dissimilitudinem & disconuenientiam cibaria sicca cum naturis puerorum tantã habent disconuenientiam cibaria humida cum naturis senum, cum senum & puerorum corpora sint extremaliter opposita, sed propter dissimilitudinem puerorum naturæ ad dura non digerunt ea virtutes digestiuæ puerorum nec retinent retentiuæ, sed cito expellunt virtutes expulsiuę. ergo pariformiter in senibus non digerunt digestiuę cibaria humida nec retinent retentiuæ, sed cito expellunt eorum expulsiuæ virtutes. et sic erunt senes siccis & non humidis nutriẽdi. Ad hæc dubia per ordinem respondetur. Ad primum istorum. Negatur consequentia. Et ulterius dicitur ꝙ maiorem contingit fieri constrictionem in expulsione q̃ in attractione vel retentiõe, vt suadet argumentum Sed non tamen quęlibet constrictio coniuncta motui, licet necessario requirat siccitatem requirit tantam sicut constrictio quæ est quieti & motui coniuncta, igitur &c. constrictio. n. in expulsione coniungitur motui, retentiuæ & attractiuæ vero non solum motui, sed quieti, ideo maiorem requirit siccitatem constrictio attractiuæ & retentiuę q̃ constrictio expulsiuę propter fixionem necessariam in motu & propter fixionem necessariam in quiete quæ maior est, vt patet. Ad secundum. Patet ꝙ expulsiua aliqua indiget siccitate. Indiget enim fixione requisita in motu expulsionis qui siccitate perficitur. Et cum arguitur ꝙ non, quia iuuatur lubricitate. Negatur consequentia. Cum lubricitate enĩ iuuante expulsionem stat siccitas requisita ad expulsionem necessaria in motu expulsionis. Nota tamen ꝙ licet lubricitas sub aliqua mensura iuuet expulsiuam non tamen sub qualibet, quia omnis immoderata qualitas deijcit actum ꝓprię virtutis, tanta. n. posset esse lubricitas ꝙ licet multum debilitaret retentiuam, non tamen fortificaret expulsiuam. Et per idem patet non esse concedendum secundum. s. ꝙ q̃to intestina & stomachus & vniuersaliter membra omnia humidiora sunt tanto magis expellunt. Aliud. n. est expellere & aliud non retinere. Pro auctoritate Isaac dicendum ꝙ iuuatẽ humiditate non q̃tacunq; sed determinata. Iuuatur etiam siccitate, sed minus. Ad tertium dicitur ꝙ digestiuam indigere caliditate plus omnibus alijs virtutibus potest intelligi tripliciter.

Digestiuã idigere calita te plus alijs vietutibus itellr tri pliciter.

Primo ꝙ virtus digestiua agens digerẽdo operatur maiori mensura caloris q̃ virtus retentiua retinendo vel attractiua attrahendo, & hic sensus non necessario est verus, vt supra declaratum est. Secundo quia non tanta in mẽbro est necessaria mensura caloris pro operatione attractiua vel retentiua q̃ta pro digestiua, quia. s. cum minori mensura caloris perfici potest operatio attractiua q̃ digestiua, cũ alijs partibus. tertio potest intelligi ꝙ obiectum digerendum vt digeratur a virtute oportet magis a calore trãsmutari q̃ obiectum attrahibile ad hoc vt a virtute attractiua attrahatur. Et sub his duobus vltimis sensibus conceditur ꝙ digestiua plus alijs indiget caliditate, licet tertius sensus reduci possit ad secundum. Ad primum igitur argumentum pro hoc adductum patet ꝙ non valet consequentia. Ad secundum dicẽdum primo ꝙ digestio in nociuo potest fieri a frigido, quia frigido potest acquiri materiæ preparatio quæ iam ad hoc vt a virtute facilius expellatur, sed de tali non est sermo in ꝓposito. Dicendum secundo ꝙ a frigido per accidens põt fieri & iuuari digestio. Primo quia a frigido extrinseco põt calidum naturale concludi interius & vniri, vnde melius perficitur digestio vt in hyeme. secundo ꝙ licet calidum sit instrumentum proprium virtutis, non tamen nisi terminatum & commensuratum, ad hanc commensurationem & terminationem ducitur per frigidum ipsum temperans, vt supra declaratum est. Vtrum autem frigidum possit per se tanq̃ instrumentum ingredi operationem virtutis digestiuæ visum est in quęstione generali. De animali autem generato in niue dicitur ꝙ non generatur a frigido dominante, immo a calo in materia generationis a virtute astrorum impresso. Cõtra, quia fortior est frigus niuis q̃ calor ab astris impressus

Aĩal in niue generatũ a quo sit.

aut virtus caloris impressiua. ergo non potest virtus caloris in materiam illam imprimere calorem requisitum ad vitã. assumptum patet, quia dato opposito nix liquefieret. Negãda est consequentia, quãtũcunq; enim sit absolute fortius frigus niuis ad infrigidandum q̃ virtus calefactiua astrorũ ad calefaciendum, multo tamen præparatio, potest esse materia ad recipiendum impressionem caloris a virtute astrorum q̃ frigoris a niue. Et de hoc tractatum ẽ secũdo techni. Vtrũ aer in omni dispositione desiccet. De lacte autem pinguedine adipe spũ animali patet ꝙ generantur per digestionem a calido, licet a frigido compleri possunt, sicut multa alia mixtorum genera. vide. 4. metheororum. de hoc tamen plus in quęstione generali. Ad tertiũ negatur assumptum. Ad ꝓbationem primam negatur consequentia quia licet attractiua indigeat maiori motu locali, minori tamen indiget transmutatione sui obiecti, quod non solum accidentaliter, sed ẽt substantialiter transmutatur a virtute digestiua. Et per idẽ patet responsio ad probationem secundam. Nõ enim vniuersaliter plus requiritur de calore ad alterandum & mouendũ localiter q̃ ad alterandum solum, nisi cum alijs paribus, licet vt patet digestiua virtus etiam non solum habeat eius obiectum alterare, immo alterat & localiter mouet partiendo & miscendo, & substantialiter transmutat, ad quæ proculdubio requiritur calor fortior q̃ ad attrahendum. Et per idẽ patet responsio ad tertiam probatiõem. Ad quartum dubiũ dicitur, ꝙ digestiua magis semper operatur humido q̃ sicco, licet non sit negandum ipsam indigere siccitate, saltẽ enĩ indiget siccitate temperante humidum, ne sit superfluum & caloris suffocatiuum. Et hoc patet primo ex pte obiecti qđ oportet liquari adhesibile, & etiam inuiscabile fieri. Item ex

parte instrumenti. quia digestio fit mediante calore complexionali membri qui est coniunctus humido & in ipso saluatur. Fit etiam mediante spū qui est corpus aereum calidū .s. & humidum. Ex parte etiam finis, quia digō ordinatur ad nutricationem quæ fit per diuisionem inuiscationem & mixtionem, quæ omnia humido melius q̃ sicco fieri pñt. Ad primum igitur argumentum dicitur ꝙ inspissatio requisita pro nutricatione calido & humido dominantibus melius pficitur q̃ calido & sicco, quia tunc aresieret et euaporaret eius humidum. Et per idem respondetur ad secundum. Nō. n. apparet per siccum dominans hanc exiccationem fieri ꝓpter causam dictam, quia cum calor sit exiccatiuus iunctus cum sicco dominante fieret vstiuꝰ. oportuit igitur vt humido iungeretur cui tamen debite calidum dominetur. Et ꝑ idē patet responsio ad tertium. De assatione autem & elixatione dixerunt quidam ꝙ omnis digestio quæ fit in corpore animalis magis assimilatur elixationi absolute q̃ assationi. Vna tamen digestio alteri comparata potest dici aliquo modo assatio. licet enim omnis digō perfecta in corporibus animaliū fiat a calido & humido, vna tamen respectu alterius dici pōt fieri a calido & sicco. quare digestionem quæ fit in cholerico dicere possumus esse assationem quandam respectu eius quę fit in sanguineo vel phlegmatico, & quæ fit in iuuene respectu eius quæ fit in puero, & quæ fit in corde respectu eius quæ fit in cerebro. Et hæc materia pertinet ad quartum metheororum. Pro auctoritatibus vero dicitur ꝙ non plus voluerunt nisi ꝙ digestiua confortatur siccitate temperante & commensurante humidum vt sit calori proportionatum, vt non sit eius suffocatiuum. Causa autem quare plīmæ medicinæ digestiuæ calidæ sunt & siccæ est, quia in nobis maxime multiplicantur humiditates exiccatione indigētes. Quæ autem medicina dicatur digestiua vide secundo cañ. cap. 4. Ad quintum. Dixerunt quidam ꝙ digestiua est duplex. s. communis & propria. Et secundum hoc dicunt ꝙ digestiua communis maiori eget calore q̃ nutritiua. eius enim operatio est circa obiectum difficilius transmutabile, vnde oportet calorem transmutantem esse fortem. operatio vero nutritiuæ virtutis est circa obiectum proximum, & quasi assimilatum naturæ membri, ideo indiget forti calore. Et propter hoc ad tactum membra in quibus fit digestio cōmunis sunt apparentia multum calida. In membris autem in q̄bus fit digō tantūmodo propria non percipitur nisi calor temissus. Propter hoc etiam frequenter in membris facientibus digestionem communem notabiliter impeditur operatio cōmunis digestiua, q̃uis nutritiua operatio ipsorum & aliorum non sit notabiliter impedita. Et si arguitur contra, quia eodem calore stomachus hepar & cor nutricationem faciūt ad propriam & digestionem communem. Dicūt ꝙ i illis mēbris calore æquali indiget digestiua communis & nutritiua. in alijs autem non. Aliter & melius dicitur ꝙ licet ęquali calore in hepate & corde fiat digō communis & nutritio, ad digestionem tamen communem necessaria est maior mēsura caloris, vt supra de alijs dictum est. Dicunt secūdo ꝙ si comparatur digestiua propria membri nutritiuæ propriæ eiusdem cum ęquali calore operātur & ęquali indigēt. Cōtra. per debilitatem aduenientem calori membri prius deficit & impeditur nutricatio q̃ digestio præparans ad nutricationem, sicut prius impeditur assimilatio q̃ vnio & vnio q̃ appositio. ergo maior requiritur mensura caloris ad nutricationem. Et hoc ergo arbitror concedendum. licet igitur cū eadem mensura caloris proficiantur, minor tamen mensura & debilior calor sufficit pro digōne propria q̃ nutricatione. Etiam ea parte materiæ multo melior requiritur pręparatio materiæ, ut sit conueniens obiectum nutricationis q̃ digōnis proprię. Ad primum igitur argumentum dicitur, ꝙ licet maior sit distantia perfectionis iōaiati ab aīato q̃ inaīati ab inanimato cæteris paribus, non tamen est maior distātia gradualis dispōnum acquirendarum ad illas formas pparantium. licet igitur maior sit distantia perfectionalis hoīs a forma cadaueris q̃ a forma asini uel leonis, minor tñ est gradualis distantia dispōnum hoīs ad mortem tendētis. Patet etiam ꝙ non semper magnitudo transmutationis arguit fortitudinem agentis &c. Ad secundum patet ꝙ non semper stante in mēbro calore sufficiente ad nutricationem propriā mēbri stat in eo calor sufficiens ad digestionem cōem ut de stomacho & hepate declaratum est. Ad sextum dubium dicitur ꝙ digōnem in pueris fortiorem esse q̃ in iuuenibus, uel econtra, potest dupliciter intelligi. Primo fortior, quia uelocior. Secundo fortior quia perfectior & melior, quia. s. productum per digōnem in iuuene est perfectius et melius q̃ productum per digestionem in puero, uel econtra, cum alijs paribus. Et secundum hoc dicitur primo ꝙ fortior est digō in puero q̃ in iuuene primo modo, quia in minori tēpore cū alijs paribus digeritur in puero nutrimentum sibi proportionatum q̃ in iuuene. Et hoc suaderi potest, quia digestio puerorum debet esse quo ad tempus mensurans eam proportionata sue nutricationi, nutricatio vero resolutioni, sed multo velocior est resolutio in puero. ergo nutricatio, & per consequens digestio. Item quia iuuatur humido vt videtur innuere Aui. in litera. Dicendum secundo ꝙ digestiua alijs paribus est fortior in iuuene q̃ in puero. s. perfectior absolute. patet, quia per digestionem iuuenis perfectiorem finem attingit q̃ puer, puta sensitiuas motiuas & generatiuas operationes. pueri. n. aut non generant aut fœminas & debiles generant, vt conclusio de hystorijs animalium. Dicendum tertio ꝙ pro vitæ perdurātione perfectior est digestio in puero, sed ꝓ operationibus animalibus in iuuene & pro aliquibus naturalibus præcipue ordinatis ad spēi conseruationem. Ad primum igitur argumentum patet ꝙ absolute perfectior ē virtus digestiua in iuuene sicut absolute iuuenis est iustitialit' tēperatior. Pro argumentis vero alijs patet quid sit dicendum. Et videbitur melius in quęstione generali, vbi etiam tangetur responsio ad septimum dubium, ideo ad ipsum nihil pręsentialiter respondetur.

Digestiua duplex.

Digōnē i pueris esse fortiorē q̃ i iuuenibus dupliciter.

Cap. iiij. Quod est de uirtutibus animalibus.



Irtutes autem animales intelligi uolunt per illas uirtutem illam, quæ cū in membris recepta fuerit præparabit ea ad recipiendum uirtutem sensus & motus & operationis uitæ, quibus etiam admiscentur timoris & iræ motiones, propterea ꝙ in eis reperiunt dilatationem & cōstrictionem quę accidit spiritui qui huic cōparatus est uirtuti.

Post determinationem de virtutibus naturalibus, nūc determinat de virtute vitali quā vocant animalem. Et primo generaliter notificat virtutem. secundo declarat magis spālr hanc suam notificationem. ibi [Nos autem.] Dicit primo ꝙ medici per virtutes istas animales. i. vitales, quas tñ uocāt animales volunt intelligere illam virtutem, quæ cum fuerit recepta in membris pręparabit ea ad recipiendum virtutē sensus & motus, & virtutem etiam operationis vitæ. Dicit secundo ꝙ istis virtutibus & operationibus etiam admiscet motiones timoris & iræ. i. ad vitalem virtutem ipsas reducunt, propterea ꝙ medici reperiunt in ira & timore dilatationem & constrictionem spūs qui comparatus est. i. attributus huic virtuti. s. vitali. Mouere. n. spiritum intus vel extra in accidētibus animæ, est operatio virtutis uitalis. Sciēdum hic primo ꝙ ista tria genera virtutum. s. naturalis uitalis & animalis proprie sumpta secundum ordinem i suo ambitu sese consequuntur, quia cōmunior & maioris ambitus ē naturalis, & consequenter uitalis & consequenter animalis proprie dicta, ideo conuenientem ordinem seruat Aui. q̄ post uirtutem naturalem determinat de uitali, & postremo de animali. maior etiam est conuenientior inter naturalem & uitalem q̃ inter ipsam & animalem. est. n. uirtus uitalis operatiua sine cognitione sicut naturalis. Sciendum secundo ꝙ tripliciter potest dici aliqua uirtus animalis, Primo absolute, &

Virtus aīalis uel vitalis quid.

Virtus aīalis tripliciter.

sic

sic omnis virtus vel potentia aiǫ est aialis, & sic virtutes cõmunes de quibus Aui. in hac doctrina determinat sunt aiales. Secundo dr̃ aliqua virtus animalis, quia cum cognitione operatiua, aut quia cognoscitiua. Animos. n. græce latine sensus vel cognitio. & sic virtus sensitiua et localiter motiua proprie vocantur aiales, & nullo istorum modorũ sumit̃ hic virtus aialis. Tertio dr̃ aliqua virtus aialis, quia in solo aiali reperta, & sic hoc adiectiuum aiale format̃ ab hoc substantiuo animal. & sic virtus vitalis cadit sub gñe virtutis aialis. in solo eoim animali reperitur virtus vitalis. Et secundũ hoc distõ generum virtutum hoc modo sumit̃ ex parte subiecti, quia uirtus omnis aiǫ, aut soli animali attributa est, aut animali & viuentibus alijs, quia. s. omnibus est cõis. Si secundum, sic est virtus naturalis, vt augmentatiua nutritiua & ministrantes eis. Si primum, vel operatiua cum cognitione siue cognitiua, et sic est animalis ꝓprie sumpta uel est nõ cognoscitiua, & sic est virtus vitalis. Et ex hac distõne patet primo quare Auic. virtutem hanc hic vocat aialem, virtutem tamen naturalem non vocauit aialem. licet. o. virtus naturalis in animalibus inueniatur, non tamen in solis aialibus sicut vitalis. Propter quod ex parte rei virtus vitalis saltem in habitu non separatur ab animali ꝓprie dicta: nec econtra, licet sit ea naturalr̃ prior vt inferius oñdet̃. Patet secundo quare has virtutes primo noiauit in plurali, & tandem descendit in singularẽ. sicut. n. virtus naturalis est vna in gñe & principio primo, & multiplex secundũ spẽm, ita similiter & uitalis. Patet. 3. solo qõnis moueri solitæ. An. s. virtus uitalis sit distincta a uirtute animali cõiter sumpta ut in distinctione declaratũ est.

Virtutũ plena distinctio.

Sciendũ. 3. ꝙ hęc uirtus uitalis est duplex. s. Cõis: cuius operatio circa oĩm uersatur cõe & ad finẽ totius ordinata, & illa fundat̃ in corde, cuius est ex parte sanguis subtiliori spm̃ toti cõem gñare & ipm genitũ toti distribuere, & per ipm tãdem in toto uitã cõseruare. Altera est ꝓpria & ipsa reperit̃ in singulis mẽbris ꝓp impressionẽ quã recipiunt non solũ a spũ cõi cordis, sed etiã appropriato cuilibet mẽbro. In ꝓposito ergo loquit̃ Aui. de utraq;.

Virtus vitalis duplex.

Sciendũ. 4. ꝙ uirtus uitalis multiplr̃ præparat ad uirtutẽ aialem. Primo pbendo mãm gñonis spũs aialis qui ex uitali gñat̃. Secundo uitã in mẽbris cõseruando & actualem calorẽ, sine quorũ pñtia non est aliquod mẽbrũ susceptiuum uirtutis aialis. Tertio quia uirtus uitalis in mẽbris sensibilibus & motiuis recepta cum spũ aiali concurrit effectiue ad operationes oẽs aiales tanq̃ ad illas essentialiter ordinata. Ex quo patet spm̃ vitalem in ordine ad operationes aiales cãm esse. s. effectiuam & dispositiuam. in ꝓposito vero vr̃ sermo Auic. intelligendus solũ de præparatione secũdo mõ dicta, vt infra videbitur. Ex quibus colligitur pro parte intellectus lr̃æ. hæc. n. virtus recepta in mẽbris præparat ea ad recipiendum virtutẽ sensus & motus, quia in eis primo vitã conseruat quod essentialiter pręsupponit virtus sensitiua & motiua: & quia in eis conseruat calorẽ & eis dat tẽperamentum per cuius pñtiam sunt membra receptiua influxus cerebri & impressionis eius. Et per opõnes vitę intelligunt̃ operationes naturales oĩbus membris cõmunes: quas etiã sine spũs vitalis pñtia nullũ membrum ꝓducere posset. Quidam etiam per opõnes vitæ intelligunt opõnes oẽs alias ab aialibus, vt sit sensus lr̃æ ꝙ virtus vitalis recepta in membris præparat ea ad recipiendum virtutes sensus & motus & etiam operationes omnes alias vitæ. Hæc pars melius declarabitur in dubijs mouendis.

Vitæ opõ qd.

Sed contra hanc descriptionẽ virtutis vitalis pl'es occurrunt instantię. Prima est, quia ex diffõne sequit̃ ꝙ nõ oĩa membra nr̃i corporis recipiunt a corde virtutem vitalẽ, cuius oppositũ innuit Aui. Et arguit̃ cõsequentia, quia in quocunq; mẽbro reperit̃ virtus uitalis, in eodẽ apparent operationes vitales: quia frustra in mẽbris reperit̃ uirtus sine operatione. Omnis. n. virtus operationis existit initium, vt supra, sed non in omnibus apparent operationes virtutis uitalis ut in osse & chartilagine, ut patet discurrendo per omnes operationes uirtutis vitalis quę sunt cor & arteria motu diastolis & systolis mouere, spm̃ vitalem & sanguinis vaporem generare & genitum membris transmittere, quarum nulla in osse aut alijs membris a corde manifestatur. iõ etc.

Secunda instantia, quia si descriptio hæc esset vera sequeretur ꝙ oĩa membra essent præparata ad recipiendum virtutem sensus & motus a virtute vitali. consequens est falsum ut patet. & arguit̃ consequentia, quia virtus uitalis est illa quæ cum in membris recepta fuerit præparabit ea etc. sed in omnibus membris est virtus vitalis. omnia igit̃ pręparata sunt ad recipiendum uirtutẽ sensus & motus. Tertia instantia est, quia sicut supra dictum est uitalis uirtus est sine cognitione operatiua. ergo non sibi debent attribui operationes cognitiuę. cum igitur ira timor & huiusmodi accidentia animæ sint operationes cognitiuæ, sequitur ꝙ non sunt vitali virtuti attribuendę: cuius oppositum innuit Aui.

Quarta instantia est. Non videtur hæc virtus præparare membra ad recipiendum operationes vitæ. Non. n. præparat ad illas: sed dici potius debet ꝙ agit vel producit illas.

Forte dices ꝙ per operationes vitæ intelligunt operationes naturales. Contra. igitur pariformiter debuit dicere ꝙ præparat ad recipiendum virtutem operationem vitæ.

Ad primam istarum negatur consequentia. Ad probationem conceditur ꝙ in quocunq; membro est virtus uitalis, in eodem apparet operatio aliqua vitalis. Non tamen oportet ꝙ in eodem appareat omnis operatio virtutis vitalis. Sicut licet in aure sit virtus aialis ut auditiua, non tamen in aure manifestat̃ omnis operatio virtutis animalis, quia in ea non manifestatur operatio virtutis uoluntariæ motiuæ aut memoratiuæ. Similiter licet in osse et chartilagine sit uirtus uitalis, non tamen in eo manifestatur omnis operatio uirtutis uitalis, quia non generatio, spiritus nec motus pulsus, quales sunt operationes membri solum a quo profluit uirtus uitalis alijs membris. manifestatur autem in osse & chartilagine & alijs membris uirtutem hanc a corde recipientibus operatio maxime cõmunis & principaliter intenta per uirtutem uitalem. s. uitæ conseruatio in membro per pręsentiam spiritus dati a corde caloris ab eo recepti. & hoc sufficit. Ad secundam quidam glossant ꝙ præparabit ea. s. quæ apta sunt hanc præparationem accipere. notum est. n. ꝙ ad hoc naturaliter inepta non præparabit. Aliter alij dixerunt ꝙ illa coniunctio et. ponitur pro uel. Et erit sensus pręparabit ea ad recipiendum uirtutem sensus & motus uel operationes uitæ. & sic littera non recipit instantiam, siue per operationes uitæ intelligantur operationes naturales, siue uitales proprię dictę. Vel præparabit. i. præparatiua erit membri. uirtus enim uitalis in unoquoq; recepta est præparatiua. Si autem non præparat non deficit nisi ex parte subiecti impreparabilis. Ad tertiam dicitur ꝙ in ira et timore & huiusmodi accidentibus animæ duo cõsiderãda sunt. Vnum est appræhensio obiecti & inclinatio secundum illam appræhensionem appetitus ad prosecutionem uel fugam. Secundum est motus spiritus ad intus uel eius diffusio ad extra. Et quantum ad primum attribuitur hæc operatio uirtuti animali, ut Auer. secundo colliget. Quantum uero ad secundum attribuitur uirtuti uitali. & hoc satis expressit Auicen. propterea ꝙ in eis reperiunt dilatationem & constrictionem quæ accidit spiritui. Quæ uero sit causa immediate mouens spiritum ad intus, uel extra in huiusmodi animæ accidentibus uidebitur clarius infra. Ad quartam potest dici ꝙ per operationes uitæ intelligunt hic indifferenter operationes naturales & uitales proprie dictæ. Et quia non præparat ad uirtutem uitalem, ideo dicitur solum de operationibus. Nec sequitur si hæc uirtus producit & facit ad operationes uitæ ꝙ non pręparat ad illas. Iam enim dictum est ꝙ omnes producit, & tamen ad illas præparat ut patet. Alij dixerunt ꝙ per operationes uitæ intellexit operationes naturales circa alimentum per quas cõtinuatur uita. Non facit autem mentionem de uirtute, sed solum de operatione, relinquens hoc notum ex eo quod dixerat de uirtute sensus & motus. Vel forte quia

manifestius est per virtutẽ vitalẽ pręparari mẽbrũ ad virtutẽ sensus & motus qđ cõpręhendit̃ ex eius destructione & absentia frequenti, q̃ de virtute naturali vt patet.

Nos autem explanabimus summam hanc. Et dicemus ꝙ quemadmodum ex humorum spissitudine secũdum aliquam complexionem substantia generatur spissa quæ est membrum aut pars mẽbri, ita ex humoꝝ uaporibus et eorum subtilitate secundũ aliquam cõplexionẽ substantia gñatur subtilis quę est spũs. Et sicut apud medicos hepar primæ generationis est principium, ita cor generationis secundæ principium existit.

Declarat notificationem virtutis vitalis supra præmissam. Et supponit quædã suo ꝓposito necessaria. Secũdo exequitur declarando. ibi⌊ Et hic. ⌉ Dicit primo se hãc summam. i. suam diffõnem summatim collectam declaraturũ. Alia tñ lr̃a habet sñiam. Pręmittendo primo ꝙ sicut ex spissitudine. i. parte grossiori humoꝝ secundũ aliquã cõplonẽ gñat̃ subã spissa quędã. s. membrum aut pars mẽbri, ita ex vaporabili & subtili parte eoꝝ secundũ aliquã etiã cõplonẽ gñatur subã q̃dã subtilis aerea q̃ est spũs. Secundo ꝙ sicut hepar secundũ sñiam medicoꝝ est principiũ gñonis primę ita cor est principium gñonis secundę. s. spũs. Sciendum primo ꝙ expediens fuit Auic. hoc fundamentum præmittere, ꝓprium. o. organum virtutis vitalis est spũs vitalis, ꝓpria etiam operatio eius est huius spiritus gño. Intendẽs igr̃ notificare effectus ꝓuenientes a virtute vitali merito habuit pręmittere notitiã huius spũs qui est eius organũ & operatũ eius ꝓprium. Scitis. n. effectibus & operationibus huius spiritus, satis facile erit cognoscere effectus & opões virtutis vitalis. Sciendũ secũdo ꝙ Aui. notificans nobis hũc spm̃. Primo notificat nobis eius materiã quæ est pars humoris subtilis vaporabilis. Secundo notificat eius cãm formalem dispositiuam dum dixit. Secundũ aliquã cõplonem. Nõ. n. ex omni parte sanguinis subtili & vaporabili põt gñari spiritus, sed oportet determinatũ modum mixtionis & cõplonis p̃cedere in ea. Tertio notificat huius spũs cãm efficientẽ principalem. s. cor. Et eodẽ mõ circũloquitur cãm materialem gñonis membroꝝ & partiũ eoꝝ. s. partem spissam humorum dispositiuam dũ dixit. Secũdum aliquã cõplonẽ & efficientem dum dixit, hepar. Dixit autẽ notanter apud medicos ꝑ põnem philosophorum: ut supra. Ex quibus patet Intellectus auctoritatis. Damasceni cõiter allegatæ. s. viuimus per calm̃ & humidum, nutrimur frigido & sicco. Viuimus. n. spiritu qui calidus est et humidus. Et ex parte sanguinis gñatur humidiori & calidiori. Debet. n. materia materiato ꝓportionari. Sed nutrimur parte humoꝝ grossiori & terrestriori quæ comparatione alterius est frigida & sicca.

Sciendum tertio ꝙ Auic. simul explicat materiam ex qua nutriuntur & gñantur membra. nam ex parte humorũ spissiori gñantur. cum igitur eadem sit materia gñonis & nutricationis, ex parte grossiori nutriunt̃. Tetigit aũt gñationem dum dixit. Membrum. Et tetigit nutricationem dum dixit. Pars mẽbri. secũdũ. n. nutricationẽ partes mẽbroꝝ gñant̃.

Sciendũ quarto ꝙ gño mẽbroꝝ hic dr̃ prima narratione & etiã dignitate: quia perfectio est subã mẽbrorũ spũi: saltẽ apud tenentes ꝙ spũs non est formalr̃ animatus. Non autẽ est prima tempore. Credẽdũ. n. est ꝙ quocunq; instanti est cor formatũ, ꝓ eodem est formatus & genitus spũs qui debet esse organum virtutis cordis. Imaginando ꝙ sicut virtus formatiua agit pro gñone disponendo partes grossiores materiæ gñonis vt recipiant formam cordis, ita agit partes materiæ subtiles complexionando & præparando ad susceptionẽ formæ spiritus, ita ꝙ formato & animato corde formatus est spiritus a virtute formatiua qui debet esse organum virtutis vitalis cordis formati. Aliter videretur natura deficiens in necessarijs.

Gñonis duplicis pricipiũ duplex.

Spũs vitalis.

Dama.

Gño prima qd, & qũo.

Et huic quidem spiritus cum secundum complexionem prouenit, quam debet habere ad hãc uirtutem recipiendam præparatur, deinde omnia illa præparant membra ad recipiendum omnes alias uirtutes animales & etiam reliquas.

Exequitur declarando. Et primo gñaliter & confuse. Secundo magis distincte & spãlr. secunda ibi⌊ Virtutes ęquidẽ. ⌉ Dicit primo ꝙ hic spũs cũ ꝓuenit secundũ cõplonẽ quã hr̃e debet, quia. s. ꝓducit̃ a corde cũ debito tẽperamento præparat̃ ad recipiendũ hanc virtutẽ, deinde præparat oĩa alia mẽbra ad recipiẽdũ oẽs alias uirtutes. s. animales & reliquas. Sciendũ primo notanter dcm̃ esse cũ ꝓuenit secundũ cõplonẽ quã hr̃e debet: quia non secundũ oẽm cõplonem præparat̃ spũs ad recipiendũ hãc virtutẽ, quia tunc aĩalis & naturalis essent hmõi. Ideo dixit, forte: quia si spiritus iste non fuerit cũ debita cõplone et tẽperamento nõ erit præparatus &c. Et per cõplonem dat etiam intelligere conuenientẽ modũ subæ & alia quæ ad cõplonem sequunt̃. Ex ista lr̃a vr̃ quibusdam cõcedi posse de uirtute sermonis uirtutes vitales in spiritu non esse suum temperamẽtum. Si. n. complexio & temperamentũ spũs tẽperat & præparat spiritum ad recipiendum hanc uirtutem cũ idẽ non sit præparans ad seipsum recipiendũ hmõi virtus non est ad hoc tẽperamentum. Sciendũ secundo aĩr hanc virtutẽ recipi in spũ, & aliter in mẽbris præcipue apud tenentes spm̃ nõ esse animatum: qm̃ in spiritu recipitur tm̃ virtualiter sicut caloe in radio solis, in membris autem formaliter.

Cõplo quid.

Virtutes æquidem animales in spiritu quidem & in membris non perueniunt nisi postquam hæc uitalis prouenit uirtus.

Declarat spãliter quod dixit. Et primo oñdit virtutẽ vitalem præparare ad virtutem animalem. Secundo oñdit ꝙ virtus naturalis non præparat vitali & animali, sed ecõtra virtus vitalis naturali. secunda ibi⌊ Et præparans. ⌉ Prima in duas secundum ꝙ duplr̃ ꝓbat. secunda ibi⌊ Ideoq;. ⌉

Primo arguit sic. Virtutes animales non proueniunt in spiritu & membris nisi postq̃ prouenerit in eis hæc virtus. s. vitalis. igit̃ vitalis est præparans aĩali. Assumptum reliquit tanquam notum. Quia sicut sentire & moueri essentialiter presupponit viuere, & ita virtus sentiendi & mouendi videtur essentialiter præsupponere virtutem vitalem.

Ideoq; licet uirtutes animales alicuius membri destruantur, uiuum autem membrum adhuc existit nisi hæc uirtus in eo fuerit destructa.

Adducit secundam rationem. Et arguit sic. Sublata vel destructa virtute sensus & motus in membro remanet virtus vitæ in eo: & non econuerso. igit̃ virtus vitalis est prior animali, et per consequens præparans erit ad virtutẽ aĩalẽ, patet consequentia, quia semper perfectio prior naturaliter præparat ad perfectionem posteriorem.

Nonne uides ꝙ membrum stupidum aut paralyticum unũquodq; secundum habitudinem est non habens sensum neq; motum aut propter complexionem quæ prohibet ipsum eos recipere, aut propter oppilationem quæ accidit inter cerebrum & ipsum in neruis qui ad ipsum proueniunt, & tamen ipsum est uiuũ. Et membrum cui accidit mors est non habens sensum neq; motum, & accidit ei ut putrefiat & corrumpatur.

Nũc. A. declarans p̃dictę cõseq̃ntię. deĩde cõcludit cõclonẽ intẽtã. ibi⌊ In mẽbro igr̃ paralytico. ⌉ Dicit primo, nõne clare vides ꝙ mẽbꝝ stupidũ & etiã mẽbrũ paralyticũ est carẽs sensu, nõ solũ secundũ actũ vt dormiẽs, sed ẽt secũdum

aptitudinem

aptitudinem.i. habitum non habet potentiam propinquā sentiendi, siue hoc fuerit ꝑpter malam complexionem ꝓhibentem sensum & motum recipere, siue fuerit ꝑpter oppilationem cadentem in neruis qui mediant inter cerebrum & membrum stupidum siue paralyticum: & tamē vnūquodq; istorum est habens vitam seu virtutem vitæ, & sic destructa aīali uirtute remanet vitalis. Sed tu non potes dicere ꝙ mēbrū mortuū & carens uirtute vitali habeat sensum aut motū, imo illud putrefit & corrūpit dū caret uirtute uitæ.

In mēbro ægro paralytico est uirtus quæ eius custodit uitam donec cum remotum fuerit quod prohibet, ꝓfluat ad ipsum uirtus sensus et motus, ipsum nāq; præparatū erat ad suscipiēdum eam propter uirtutis uitalis sanitatem in eo. Prohibēs enim non prohibuit nisi ut non eam in effectu reciperet, sed membrum non sic est mortuum.

Cōcludit cōclōnem intentā dicens, ꝙ igitur ī mēbro paralytico priuato virtute sensus & motus est virtus quædā naturaliter prior.s. vitæ quę custodit vitam huius membri donec iterato profluat & redeat ad ipsum virtus sensus & motus quando remotum fuerit prohibens, puta mala complexio aut oppilatio. igitur toto illo tempore membrū illud erit pręparatum ad recipiendum sensum & motum ꝑpter sanitatem & pňriam virtutis vitę in eo. illud enim prohibēs non prohibet nisi ut recipiat eam in actu, quia.s. non prohibet pręparationem illam quæ erat in eo per uirtutem vitalem, sed membrum mortuum non est hic. Est enim membrum priuatum virtute uitali non habens hanc pręparationem. Hæc tamen littera ab alijs exponitur aliter ut uidebit.

Dubia. Spūs vitalis tēpatura.

Circa hęc dicta mouentur dubia. Primum dubium. Cuius complexionis sit hic spiritus vitalis. Videtur enim ꝙ calidus & siccus quia producitur a corde ꝑ ꝓprium eius temperamentum, & cor est calidum & siccum in genere membrorum. igitur &c. Item quia videtur ista complexio maxime proportionata motui & subtiliationi substantię quæ est necessaria spiritui. Videtur etiam humidus, quia viuimus ꝑ calidum & humidum, & uiuimus per spiritum hunc. Apparet autem ꝙ sit temperatus, quia spiritus est vapor sanguis temperatus, ut sexto de iuuamentis. Secundum dubium. A quo recipit hic spiritus virtutem hanc vitalem, quia non apparet nisi ꝙ a corde. sed cor non agit nisi mediante spiritu. hanc igitur uirtutem recipit ab alio. Et consimiliter quęram de illo alio spiritu, & sic erit processus in infinitū. Tertium dubium. Non videtur ꝙ destructa virtute animali uirtus vitalis remaneat, quia tunc virtus uitalis posset absolui ab animali sicut etiam naturalis, cuius oppositum dictū est supra. Item experimentum ostendit statim ꝙ sublata virtute animali aufertur vita sicut in forti apoplexia. igitur &c.

Quartum dubium. Nō videtur ꝙ virtus vitalis sit pręparans ad animalem, quia destructa vel deficiēte virtute pręparante destruitur aut deficit virtus pręparata, sed multum deficiente virali non : propter hoc multum deficiet animalis. frequenter enim viget multum animalis virtus vt sensitiua tam inferior ꝗ̄ exterior, & similiter localiter motiua, & tamen pulsus est debilis persæpe vt in febribus pestilentialibus. Ad primum horum dicitur ꝙ spiritus vitalis respectu medij generis calidus est & humidus, comparatione vero spiritus animalis & naturalis est calidus & siccus. respectu autem vaporis ignei terrestris siue fumosi & aquosi eleuati a sanguine per actionem caloris in ipsum est temperatus. Et sic dixit Gal. spiritum esse vaporem sanguinis temperatum. Cum autem arguitur ipsum calidum esse & siccum, quia cor est huiusmodi. patet ꝙ non valet cōsequētia. Potest enim membrum calidum & siccum ex materia calida & humida rem producere calidam & humidam.

Ad secundum dicitur ꝙ hic spiritus qui defertur ad membra recipit hanc virtutem a corde mediante spiritu suo appropriato, & etiam communi, siue per virtutem voluermus intelligere temperamentum illud, siue proprietatē illi temperamento superadditam. Et cum arguitur ꝙ non a spiritu &c. Dicendum ꝙ a virtute informatiua producēte cor producitur etiam spiritus vitalis cordis, & isto mediāte cor producit alios spiritus vitales, & sic non oportet in infinitū procedi, quia deuenitur ad primum producens spiritum & dans hanc virtutem, quia illud est producens cor, quod similiter cum corde producit spiritum qui debet esse instrumentum cordis vt patet. Ad tertium dicitur ꝙ in nullo animato totali naturaliter se habente potest absolui virtus vitalis a virtute animali. in viuente tamen innaturaliter disposito potest esse destructa virtus animalis manente vitali sicut in apoplectico forti apoplexia. Dicitur autem totali quia manifestum est ī multis partibus animati corporis absolui uirtutem vitalem ab aīali, vt in osse ligamento chartilagine &c. Et ad primū sensum dictū fuit supra hanc virtutem ab aīali absolui non posse. Alij dixerunt hanc virtutē ad hunc sensum absolui non posse ab animali, quia cuicunq; speciei vel generationi animalium inest vitalis, inest aīalis, & econtra. Alij dixerunt ꝙ vitalis non potest absolui ab animali secundum aptitudinem, quia nihil habet virtutem vitalem quin illud secundum aptitudinem habeat animalē secundum tamen actum absolui potest. Ad quartum dicitur ꝙ in quacunq; parte multum deficit vitalis in eadem parte deficit animalis. Et econtra. in quacunq; parte multū uiget animalis in eadem multum uiget uitalis. Stat tñ in aliquo membro multum deficere uitalem ab operatione sibi debita in membro, licet in alio multū uiget animalis. Exēpli grā, potest uirtus uitalis in arteria multum deficere pulsum faciendo, quāuis ꝓ tunc in neruo uel cerebro multū uigeat animalis: multum etiam uiget uitalis: quæ quācito deficiet etiam ibi deficiet aīalis. Cā autem diuersitatis prouenire potest ex bona ꝓportione vel habitudine aut colligantia membri vnius ad cor & malą alterius: aut bona præparatione unius membri ad recipiendum et retinendum impręssionem uirtutis uitalis a corde & mala alterius, ꝑpter quod deficit uita in uno membro citius ꝗ̄ in alio sicut docet experientia. Contra. tunc semper existe forti uirtute uitali & sana in cerebro uel neruo forti & sana foret in eo uirtus animalis. consequens falsum, ut patet in melācholico et phlegmatico. Neganda est cōsequentia, quia licet ex parte pręparationis quā facit uirtus uitalis sit membrum debite pręparatum ad sensum & motum, non tñ hoc sufficit ad integritatem & sanitatē aīalis, sed stare pōt fortitudo virtutis uitalis cum debilitate animalis, ut patet intuenti.

Et præparans non est uirtus nutriendi tantū, ita ut dicamus ꝙ quādiu uirtus nutriendi affuerit uiuum erit, & cum destruetur erit mortuum.

Secundū unam introductionem istius litteræ ostendit ꝙ uirtus nutritiua non est illa quæ præparat omnibus alijs uirtutibus. Et primo ostendit hoc de uitali. secundo ostendit idem de animali. secunda ibi. Et si uirtus nutritiua. ¶Prio ponit cōclōnē lrā ipsā aliq̄lr̄ declarādo. s. ꝓbat ibi. Qm̄ hoc ipsū. ¶Dicit prio ꝙ uirtus nutritiua nō ē p̄parās tm̄, ita ut dicamus ꝙ q̄diu ī mēbro fuerit nutritiua tandiu mēbrū est uiuum, & cum destruetur uirtus nutritiua ī membro mēbrum erit mortuum. Sciendum ꝙ ly tantum potest multipliciter sumi. Primo ut sit dictio exclusiua, & est sensus ꝙ uirtus nutriendi non tantum, quia non sola est præparans, q̄a scilicet ipsa nō est illa quę p̄parat oībus alijs uirtutibus. Secundo ut sit aduerbium quantitatis, & est sensus quod uirtus nutritiua non est præparans tantum quantum uirtus uitalis. Et uterque sensus est apud hanc introductionem uerus. Primo enim ueritas primi sensus apparet. secundus etiam a q̄busdā taliter ꝑsuadetur. Virtus uitalis ꝑlibus modis p̄parat alijs, ut supra declaratum ē. Primo q̄a p̄bet spm̄

vitalem ex quo alij ſpiritus generantur. Secundo quia per pñtiam ſpūs vitalis cōſeruatur membris actualis calor per quem conſeruatur in membris aīa, vnde redduntur præparata ad recipiendum alias virtutes. Tertio quia ſpiritus vitalis tanquam vſe agens effectiue concurrit ad operationes omnium aīarum virtutum. Et notum eſt ꝙ virtus naturalis non his modis poteſt præparare alijs virtutibus. Non. n. neceſſario concurrit effectiue ſpiritus naturalis &c. Nec per eius pñtiam redduntur membra præparata &c. ideo bene dictum eſt ꝙ virtus nutritiua non præparat tantum quantum uitalis. Videtur tñ concedendum aliquo modo poſſe ipſam præparare ꝓ quanto tanquam communior ab alijs præſupponitur in quocunq; viuente. Et ex hoc cōcludūt quidam neceſſitatem ponendi in viuentibus uita ſenſitiua virtutem vitalem præter virtutem animalem. Neceſſe eſt enim in viuentibus vita ſenſitiua & localiter motiua reperiri quādam generalem diſpoſitionem per quam vita ſeu anima in membris conſeruatur. Et illa eſt actualis quidam calor ſine quo nec conſeruari nec induci nec etiam operari poteſt. cuius ſignum eſt, quia per ſolam huiuſmodi caloris extinctionem moritur membrum. et quia hunc calorem oportuit eſſe fundatum in ſubſtantia ſubtili aerea, ideo hic calor facile reſoluitur. vnde oportuit in omnibus viuentibus reperiri membrum in quo erit virtus generandi hunc calorē in membris diſtribuēdum: ne illo reſoluto cito deficeret vita. Tale autem eſt cor in habentibus cor. in non habētibus autem aliquid quod eſt cordi ꝓportionatum. Vnde cor dicitur principium & radix & minera virtutis uitalis. Eſt enim principium inſtrumenti in toto conſeruantis vita, et per motum pulſus ipſius conſeruatiuum & diſtributiuum per totū & per eius temperamentum ipſius ꝓductiuum. Et ex hoc infertur ꝙ ſi per poſſibile mēbrorum noſtri corporis ſubſtantia non reſolueretur non eſſet in membris neceſſitas uirtutis nutritiuæ, nec conſequenter ſpiritus naturalis aut etiā ſanguinis nutririut membra ad eorum vitam & permanentiam, quāuis tunc eſſet neceſſitas ſpiritus vitalis cuius præſentia in membris vita conſeruaretur. Et ex hoc vlterius patet ꝙ magis per ſe & immediate ad conſeruationem vitæ eſt neceſſarius ſpiritus vitalis q̄ naturalis. Et ſimilr̄ virtus vitalis q̄ naturalis. Non. n. neceſſarius eſt ſpiritus naturalis niſi ꝓ quanto ſubſtantia membrorum eſt reſolubilis. Ex quo vlterius ſequit̄ ꝙ ſi in mēbro aliquo eſſet quantitas ſufficiens ſpiritus naturalis & ſanguinis requiſiti ad operationem nutritiuæ virtutis, tamen in membro nō eſſet ſufficiēs quantitas ſpiritus vitalis pro operationibus vitæ, pro tunc illud mēbrū nec viueret nec nutriret̄. Si tñ econtra eſſet in mēbro quantitas requiſita ſpūs vitalis ꝓ operatione vitali viueret membrū, quāuis non eſſet in mēbro ſpūs naturalis quantitas requiſita ad operationem nutritiuæ virtutis.

Cor principiū radix & minera virtutis vitalis.

Spūs naturalis neceſſitas.

Ex quibus ſecundū hanc lr̄æ introductionē ſunt iſtę concluſiones tenendæ. Prima. Prius natura eſt uita membri & uirtus uitalis & operatio uitalis q̄ uirtus uel operatio naturalis, & ſilr̄ tempore. Q̄ .n. ſit natura prius patet, quia uirtus uitalis eſt cā uirtutis naturalis, & ſilr̄ operatio uitalis operationis naturalis. Q̄ etiā ſit prior tēpore ꝓbatur ſic. Quia prius eſt membrū uiuere q̄ nutriri ut in primo inſtanti eſſe membri. Et pro iſto poteſt adduci ꝓbabile argumentū, q̄a difficilius eſt in membro uitā per ſpm̄ conſeruare & membrum nutrire ſimul q̄ alterꝫ illorꝫ facere. ergo cū aliqua diſpoſitione ſufficit ad unū iſtorꝫ cū qua nō ſufficit ad utrūq; ſed non poteſt dici ꝙ ſufficit ad nutrire & non uiuere. ergo poterit aliquando ad uitam & non ad nutricationem. Item ſi diminuatur calor in membro donec nec ad uitam nec ad nutricationem ſufficiat, uidetur ꝙ prius deficiat operatio nutritiua q̄ operatio uitæ. Item uita ſtat in membro per præſentiam ſpiritus uitalis. Nutricatio per pręſentiam naturalis et uitalis, ſed poſſibile eſt reperiri in membro debitam quātitatem ſpiritus uitalis quantūcunq; non ſit in eo ſpiritus naturalis quantitas requiſita ad nutricationē, ergo uita a nutricatione abſolui poteſt. Secunda concluſio ſequens ex prima. in aliquo uiuēte poteſt abſolui uirtus uitalis a uirtute nutritiua: & conſequenter ꝙ uirtus uitalis præparat nutritiuę, & non econtra. Ex quibus poteſt colligi argumentum ſequentis ꝓbationis dum in littera ſubiungitur.

Quoniam hoc ipſum uerbum uirtuti afferremus nutritiuæ: fortaſſe. n. plerūq; in aliquo eius operatio deſtruetur & membrum uiuum remanebit, & ſortaſſe plerūq; remanebit eius operatio & membrum tendet ad mortem.

Probat ꝓpoſitum, & dicit ꝙ hoc uerbum quod attribuimus animali in comparatione ad uitalem afferre poſſumus virtuti nutritiuæ, quia ſicut ſuperius dicebatur ꝙ deſtructa virtute animali remanet membrum viuum, & non ecōtra, ita de naturali dicere poſſumus, qm̄ fortaſſe plerūq; in aliquo membro deſtruetur operatio virtutis nutritiuæ, & tñ membrum remanebit viuum. ſilr̄ etiam manente operatione nutritiuæ ſtat membrum ad mortem tendere, virtus igr̄ nutritiua non eſt illa qua ſtante ſtat vita, & qua ſublata deficit vita. conſequentia nota eſt intuenti. et aſſumptum patet. & poteſt perſuaderi vt ſupra. Contra hanc ſniam videt̄ primo auctoritas Ari. 2. de aīa dicentis ꝙ viuentia vſq; ad finem poſſunt viuere quouſq; poſſunt recipere nutrimentū. vita enim non videtur aliud q̄ conſeruatio per alimentum ut ibidem. Secundo ex quo virtus vitalis præparat ad nutritiuam videtur ꝙ ſtante vitali nō poſſit deſtrui nutritiua.

Ariſto. de viuēte ac vita quid.

Tertio. ſi virtus vitalis præparat &c. & eſſentialiter prior eſt virtute nutritiua, quomodo eſt poſſibile manere operationem nutritiuam, & tamen membrum ad mortem tēdere. Sublata enim virtute priori aufertur poſterior, & per cōſequens operatio poſterioris. Quarto. inter vegetatiuum & ſenſitiuum daretur viuens medium puta illud in quo erit virtus vitalis & deſtructa nutritiua, non enim eſt in tali nutritiua, & conſequenter nec vegetatiua nec ſenſitiua vt pono, quia pono etiam illam deſtructam manente vitali, ſicut de naturali ponitur eſſe poſſibile. Quinto virtus nutritiua ponitur eſſe communior virtute vitali, ſed non eſt poſſibile poſterius via communitatis abſolui a priori, ergo nec vitalem a nutritiua. Item non videtur ꝙ argumenta perſuadentia hāc virtutem abſolui poſſe a virture naturali, ſint efficacia. Nam per idem ꝓbatur ꝙ virtus vitalis reperitur in plantis diſtincta a naturali. Primo quia prius contingit plantam viuere q̄ nutriri, Secundo quia difficilius eſt vieturi plantæ vitam ſiue animam in ſuis partibus conſeruare q̄ illam conſeruare & alimentum in ſubſtantiam plantæ conuertere. ergo aliquando poteſt facere vnum iſtorum quando non alterum, ſed non ſecundum ſine primo. ergo poterit facere primum ſine ſecundo. ergo poterit planta viuere & non nutriri.

Ad primum iſtorum dixerunt quidam ꝙ quamdiu viuunt animalia tandiu nutriuntur dum naturaliter ſe habuerint, per cauſam tamen aliquam præter naturalē poteſt impediri in animali nutricatio, quamuis in eo adhuc vita remaneat. Aliter alij ꝙ tandiu viuunt animalia donec poſſunt accipere nutrimentum: quia non poteſt in animali notabili tempore vita permanere abſq; actu nutriendi, licet aliquali tempore vita permanere poſſit ſine nutricatione, vt vidētur ſuadere quædam adducta. Alij dixerunt Ariſt. voluiſſe ꝙ nullam repugnantiam claudit animal viuere vel membrum & non nutriri, ſed membrum vel animal nutriri & non viuere manifeſtam claudit repugnantiam. Ad ſecūdum patet, ꝙ licet vitalis præparet ad nutritiuam pręter tñ vitalem virtutem ad eſſe uirtutis nutritiuæ in membris requiritur aliud. ergo non oportet quòd ſtante vitali ſtet nutritiua, ſicut quamuis diaphaneitas præparet ad illuminationem medij, non tñ ad medium illuminari ſufficit diaphaneitas. Ad tertium dixerunt quidā, vt ꝓbat argumentū, non eſſe poſſe membrum tēdere ad mortē manente opōne virtutis nutritiuæ. Nec hoc credunt dixiſſe Auicen. ſed oppoſitum.

positum. Vn̄ per remanere non intellexit Auic. permanere,
sed intellexit cessare. Sicut vulgariter dicimus pluuiam aut
pestem remansisse qn̄ cessat. Sensus igitur litteræ est. Et for
tasse plerūq; remanebit .i. cessabit operatio eius .s. virtutis
nutritiuæ. & ꝓ quia membrum tendit ad mortem. Sicut .n.
videtur argumētum Auic. efficax sic arguendo. Destructa
virtute naturali membrum remanet viuum: & dum mem
brum tendit ad mortem cessat operatio virtutis nutritiuæ.
igitur virtus vitalis præparat nutricationem, & non econ-
Virtus natural' considerat' du-pliciť. tra. Alij vero aliter dixerunt præmittendo ꝙ virtutem na-
turalem dupl'r cōsiderare possumus. Primo modo quantū
ad sui essentiam quā habet in membro: & quantum ad ope
rationem, cuius grā finaliter tributa est membro & viuen-
ti, & sic non est possibile ꝙ maneat operatio virtutis nutri-
tiuæ & membrum tendat ad mortem. Nec ad hunc sensum
vadit auctoritas Aui. Secundo hanc virtutem considerare
possumus vt est defluens a principali membro, vt .s. ab he-
pate defluit sicut vitalis a corde. Et sic quēadmodum nullā
includit repugnantiam operationem virtutis naturalis de-
structam esse remanente virtute vitali, ita etiam ecōuerso.
quia stat ad membrum & musculum defluere sufficientem
quantitatem spiritus naturalis, & tn̄ illud membrum tēdet
ad mortem, quia non defluet ad ipsum sufficiens quātitas
spiritus vitalis, & ꝓpter hoc tendet membrum ad mortem
& remanebit in eo operatio virtutis naturalis secūdum qđ
illud membrū ab hepate recipit, quia defluit ab hepate suf
ficiens quantitas spiritus naturalis & sanguinis. Illud igitur
membrum non moritur ꝓpter defectum naturalis virtutis
& sanguinis & influxus hepatis dantis virtutem naturalem
sed propter defectum vitalis spiritus. vitalis igitur spiritus
est qui dat vitam & non naturalis. Ad quartum negatur
illa conclusio inducta. In tali .n. viuente destructa est virtus
nutritiua & tn̄ remanet vegetatiua, vt .n. infra declarabitur
virtus vitalis est virtus vegetatiua. Ad quintum dicitur
ꝙ licet virtus nutritiua sit communior vitali, qm̄ plura vi-
uentium genera participant nutritiua q̄ vitali: in quocunq;
tamen viuente reperitur vtraq; istaꝝ virtutū cōor & natu-
raliter prior est vitalis nutritiua, quia pro aliqua mensura tē
porali reperiri potest in aliquo membro virtus & operatio
vitalis qn̄ nō reperitur virtus in eo & operatio nutritiua sal
tem secundum actum & non econuerso. Verum autem in
plantis reperiatur virtus ꝓprie dicta vitalis distincta a na-
turali vel nutritiua vel virtus aliqua alia superior & prior:
videbitur in qōne. Ista sunt quæ consequenter tenenda sunt
secundum primā introductionē lr̄æ. Secundū vero aliā
introductionē in illa parte. Et præparans non est virtus nu
triendi tm̄, ita vt dicamus ꝙ quādiu virtus nutriendi affue-
rit viuū erit, & cū destruet erit mortuū, qm̄ hoc ipsum ver-
bū virtuti afferemus nutritiuæ, fortasse .n. plerūq; in aliquo
eius opō destrueretur & mēbrum viuum remanebit, & for-
tasse plerūq; remanebit eius operatio: & membrum tendet
ad mortem. Intendit Auic. ostendere ꝙ virtus naturalis nō
est illa quæ præparat ad virtutem aīalem, quod ꝓbat per
duas rōnes. & tertio concludit. secunda ibi ⌊Et si virtus nu
Vita tri-pliciter. tritiua.⌉ tertia ibi ⌊Restat igitur.⌉ Ad huius expōnis euidē
tiam præmittendum primo ꝙ vita sumitur tripl'r. Primo ꝓ
cuiuscunq; entis consistentia siue sit per aliam formam. Et
sic oībus q̄bus cōicatū est esse cōicatū ē viuere &c. Et vide
tur etiam aliqualiter hic modus loquendi Arist. octauo phi.
ad principium. Secundo sumitur vita ꝓ cuiuscunq; aīati sub-
sistentia, & sic sumit Arist. 2. de aīa. dum gradus vitæ vel
viuentium distinxit in vegetatiuum & sensitiuū &c. Ter-
tio sumitur vita ꝓ vita sensitiua & motiua: & hoc iterū mō
sumitur dupl'r .s. pro actu vel habitu completo ad actū sen-
sus & motus vel aptitudine quæ est duplex. Vna ꝓpria per
calorem aīalem. Altera cōmunis per calorem vitalem, qua
liter supra dictum est ꝙ membrum paralyticum viuit, q̄a
aptum est ad sensum & motum aptitudine cōi & mediata,
non autem ꝓpria & immediata. Et hoc vltimo modo sumi
tur vita & viuum in ꝓposito, vt viuum significet idē quod
aptum ad sensum & motum hac cōi aptitudine. Et illa apti
tudo cōis stat per debitam pñtiam spiritus vel caloris cor-
dis. Propria uero præsupponit hanc & requirit debitam as-
sistentiam caloris animalis siue cerebri. Hoc supposito ar-
gumentum Aui. uidetur hoc. Si nutritiua tm̄ uel inquantū nu
tritiua esset illa uirtus quæ præparat ad sensum & motum,
tunc quādiu esset nutritiua in membro erit membrum ui-
uum .i. præparatum ad sensum & motum. & consequentia
tenet, quia si uirtus nutritiua tm̄ præparat &c. hoc ipsum uer
bum quod primo afferebamus uirtuti uitali afferremus uel
debemus afferre uirtuti nutritiuæ, sed illud uerbum erat ꝙ
stante uirtute uitali in membro membrum est præparatū
ad sensum & motum, ergo illud idem debemus de nutriti-
ua concedere .s. ꝙ ipsa stante membrum est aptum ad sen
sum & motum, & ipsa destructa est ineptum. consequēs ue
ro est falsum, quia fortasse in aliquo mēbro destrueretur ope-
ratio huius virtutis & membrum remaneret viuum. et etiā
qn̄q; remaneret huius uirtutis operatio, & tn̄ membrum ten-
dit ad mortem .i. fit ineptū ad sensum & motū. ergo virtus
naturalis non est illa quæ tm̄ præparat &c. Primo in hac lit
tera Aui. confuse sumit consequentiam. Secundo tangit ꝓ
bōnem. Tertio ꝓbat falsitatem consequentis. secunda ibi.
⌊Quoniam hoc uerbum.⌉ tertia ibi ⌊Fortasse etiā.⌉ Sed
contra hanc expōnem sunt instantiæ non faciles. Primū
nō uī possibile ꝙ in membro saluetur operatio nutritiuæ uir
tutis, & tn̄ membrum sit ineptum ad sensum & motum, q̄a
uirtus uitalis præparat nutritiuæ ut supra. igitur stante nu-
tritiua stat vitalis, quia stante præparata stat præparās, sed
stante uitali stat membrum præparatum ad sensum & mo
tum ut supra. igitur stante naturali erit necessario membrū
præparatum ad sensum & motum quod aduersatur expositioni
tioni ut patet. Item non tendit membrum ad mortē nisi
propter defectum uirtutis uitalis, sed in quocunq; deficit uir
tus uitalis illud putrefit & corrumpitur, ergo remanente nu
tritiua membrum putrefit & corrumpitur, quod est non be
ne intelligibile. Item uidetur ꝙ uitalis non sit etiam illa
quæ præparat, quia qn̄q; homo bene sentit imaginatur &
loquitur, & tamen uirtus uitalis tendit ad mortē. Sil'r econ-
tra, quandoq; uiget eius operatio & destructa est operatio
sensus & motus. Item secundum hanc acceptionem uitæ et
uirtutis ossa chartilagines & ligamenta saltem aptitudine
ista communi essent apta & præparata ad sensum & mo-
tum. Pro responsione est præmittendū. Primo ꝙ præ-
ter animam & uirtutem eius repertas in animali reperiunt
etiam in eo tres modi siue mensuræ caloris a tribus spiriti-
bus dependentes .s. uitali naturali &c. per quos exeunt uirtu
tes in actus uitales animales & naturales. Vnus .n. modus
caloris & spiritus non posset esse adæquatum instrumentū
omnium istarum uirtutum operatiuum, quia tunc quacūq;
illarum læsa uel impedita essent æque primo omnes aliæ im
peditæ, cuius oppositum ratio & experimentum dictat, ut
supra uisum est. Non igitur sunt isti calores indifferenter &
æqualiter oībus istis operationibus ꝓportionati, sed calor
aīalis ꝓportionatus est & limitatus ad opōnes aīales & na-
turalis ad naturales. Vitalis vero vitalibus ē appropriatus,
& naturalibus & aīalibus cōis, vt supra declaratū est. Vtrū
autē virtutes repertæ in mēbris distinguanť ab istis modis
vel non considerare non pertinet ad ꝓpositū. Præmitten
dū secundo ꝙ quāuis spūs & calor vitalis sit instr̄m cuius-
cunq; virtutis & opōnis principal'r, tn̄ est a natura aīalibus
attributus ꝓ sensitiua & motiua, non autē ꝓ nutritiua nisi
inquantū in aīalibus ē cōiuncta sensitiuæ et motiuæ. Cuius si
gnū est, q̄a in aīalibus solis reperiť iste calor & spūs & mē-
brū qđ est fons & pricipiū eius ꝓductiuū .s. cor. Quia uero
in plātis pōt virtus nutritiua opari actus suos cū pauco calo
re actuali nō est eis a nā tributus hic spūs nec calor nec mē-
brū eius ꝓductiuū, & p cōsequens nec uirtus uitalis. Virtus
igr̄ nutritiua inq̄tū nutritiua nō necessario cōiūcta ē vitali;
sed aīalis inq̄tū aīalis est vitali necessario cōiūcta. Præmit
tendum etiā ꝙ licet nutritiua ut sit nō necessario coniuncta

huic calori actuali uel uirtute uitali, tamen inquātum in animali reperta est & coniuncta aīali uirtuti ea indiget & eidē necessario coniuncta est. Nam sicut partes aīales aliq̃ sunt a natura dispositę & cum maiori calore productę actuali ut sint aīalium uirtutum receptiuę aut ipsis aliquo modo seruientes q̃ sint partes plātarum ita eas oportuit a natura aliq̃ disponi ad nutrimentum suscipiendum q̃ sint dispositę partes plantarum. Multo enim amplior requiritur actualis calor ad debitam nutricationem membri aīalis q̃ plantę, cui secundum sententiam multorum sufficit suus complexionalis calor datus a generante. Et quia hic calor actualis in omnibus membris principaliter pendet a uirtute vitali cordis, ideo in animali pēdet uirtus naturalis quantū ad suum esse & operari in membro a virtute & calore vitali. Ex quibus patet primo q pro sensu & motu requirunē duo calores & spiritus. Vnus vitalis qui est magis cōis ad omnes operationes. Alter animalis datus a cerebro sensui et motui appropriatus. Patet secūdo q aptitudo ad sensum & motum reperta in membro est duplex. Vna mediata & non in habitu completo, & est illa quæ reperitur in membro per præsentiam spiritus & virtutis vitalis sicut in membro paralytico. Altera est aptitudo immediata in habitu.s. cōpleto per quam potest aīal exire ī operationes sensus & motus qñcunq; voluerit. Et cōplet hæc per pñtiam solius caloris, & spiritus vitalis & animalis. Patet tertio q pro operatione nutritiua in aīali requirunē etiā duo spūs & calores.s. naturalis & vitalis, et consequenter etiam q aptitudo opōnis nutricationis est in aīali duplex.s. Propinqua & habitualis cōpleta per quā potest membrum exire in actum nutricationis qñcunq; debite pñs fuerit cibus, & ista requirit debitam præsentiam duorū spirituum & calorum.s. uitalis et naturalis. Altera vero est aptitudo mediata & non in habitu completo quam imaginamur reperiri in membro per solā assistentiam spiritus & caloris cordis siue uitalis. Patet quarto q ad hoc ut membrum aptitudine habituali cōpleta sit aptum ad sensum & motum requiritur maior mensura spirituum & caloris vitalis quā ad hoc ut simili aptitudine sit aptum ad operationes nutricationis. Si.n. in membro sensitiuo propter priuationem caloris vitalis debeant paulatim ipediri operationes sensus & motus & operationes nutritiuæ, prius ipedienē opōnes sensus & motus q̃ opōnes nutritiuę, quod non esset nisi ad sensum & motū multo maior requireretur mensura caloris &c. Ex quibus patet quinto q tam operatio uirtutis nutritiuæ q̃ operatio sensus & motus destrui potest in membris dupliciter. Primo propter defectum virtutis & spiritus vitalis. Secundo propter defectum uirtutis & spiritus naturalis & animalis. Patet sexto q non omnis præsentia spiritus vitalis reddit membrū aptum ad sensum & motum aptitudine illa cōmuni dicta. ex quo enim minor quantitas spiritus uitalis requiritur ad hoc ut membrum sit aptum producere operationes nutritiuæ uirtutis q̃ operationes sensus & motus. patet &c. Ex quibus omnibus ex intentione Auic. penes hanc expositionem colligi possunt istæ conclusiones. Prima contingit in membro destrui operationem virtutis nutritiuæ, & tamen membrum remanebit uiuum.i. aptum ad sensum & motum quia nō repugnat destrui operationem uirtutis nutritiuæ in membro propter defectum spiritus naturalis stāte præsentia spiritus uitalis & animalis, quo stante erit mēbrum uiuum.i. aptum ad sensum & motum, vt patet. Secunda conclusio collecta etiam ex littera. Nō repugnat etiā in membro sensitiuo & motiuo saluari operationem uirtutis nutritiuæ, & tamen membrum illud tendere ad mortē. idest ineptitudinem sensus & motus. Sit enim quantitas spirituum uitalium requisita in musculo ad hoc ut sit musculus aptus ad sensum & motum signata per sex. quātitas uero spiritus uitalis in eodem requisita ad operationes nutritiuæ signata per duo. Et patet q si spiritus & uirtus uitalis in musculo procedat diminuēdo a sex vsq; ad duo remanebit operatio uirtutis nutritiuæ stante etiam debita quantitate spiritus naturalis, & tamen musculus iste tendet ad mortē .i. ad ineptitudinem ad sensum & motum. igitur &c. Ex quibus sequitur tertia conclusio. q uirtus nutritiua non est illa quæ præparat & reddit membrum aptum ad sensum & motū, ex quo enim illa destructa remanet aptitudo ad sensum & motum, & illa stante ineptitudo patet &c. Ad primam igitur instantiam, licet sequentes hanc expositionem inuoluant se in multis modis respondendi, uidetur cōsequēter respondendum dicendo q neganda est minor, si vniuersaliter intellecta fuerit.s. stante uitali stat membrum pręparatum ad sensum & motum vel aptū. Ad hoc enim ut mēbrum sit aptum uel præparatum ad sensum & motum requiritur maior mensura spiritus & caloris vitalis q̃ ad hoc ut sit præparatum ad operationes nutritiuę uirtutis. licet igitur stante nutritiua stet uitalis secundum mensuram requisitam ad nutricationem, non tamen necessario secundū mēsuram requisitam ad aptitudinem sensus & motus. Et secundum hoc imaginandum est q quantūcunq; a membro paralytico remoueatur oppilatio, ita ut copiose transfear ad ipsum spiritus animalis, posset tamen esse tanta paucitas uitalis q adhuc non esset membrum illud aptum ad sensum & motum aptitudine cōmuni iam dicta. Sed contra. quia illud uidetur contra rationem formalem uirtutis uitalis. est enim illa quæ cum in membris recepta fuerit præparabit ea ad recipiendum uirtutem sensus & motus. igitur in quocunq; est hæc uirtus illud est præparatum ad sensum & motum. sed stante uirtute naturali in membro in eodem est uirtus hæc. igitē &c. Pro isto dici potest q ista notificatio uirtutis uitalis intelligenda est si cum debitis circunstantijs illa uirtus uitalis in membro recepta fuerit, puta q membrum sit susceptiuum præparationis ad sensum & motum, & q hæc uirtus recipiatur in membro cum debita quātitate spiritus uel instrumenti ad hanc operationem efficiendam in membro. ubi uero istæ conditiones defecerint non oportet semper a uirtute uitali mēbrum reddi præparatum ad sensum & motum. Et ad hoc adduci potest probabile argumentum, quia si aliquæ uirtutes naturaliter compossibiles abinuicem possunt naturaliter absolui, etiam possunt abinuicem pręter naturaliter absolui & per uiolentiam. Exemplum. uirtus generatiua & nutritiua sunt in eodem naturaliter compossibiles, & abinuicem totaliter absolui possunt ut in decrepito, ideo possunt abinuicem pręternaturaliter absolui siue violenter vt in eunucho, vel qualitercunq; aliter patiēte corruptionem in membris generationis. Idem etiā patet de augmentatiua & nutritiua, & multis alijs. Cū igitur uirtus uitalis et aptitudo ad sensum et motum possint absolui abinuicem naturaliter ut in osse chartilagine & embrione primo formato ut quidam dicunt. igitur & pręternaturaliter siue violenter poterunt abinuicem absolui, & per consequens per dispositionem ægritudinalem aduenientē mēbro potest membrū priuari aptitudine ad sensum & motū quantūcunq; in eo fuerit uirtus uitalis. Item ut supra date uitam & animam conseruare in membris est actus naturaliter prior q̃ membra reddere pręparata ad sensum & motum, sed non repugnat actum naturaliter priorem absolui a posteriori. igitur &c. Item aptitudo ad sensum & motū nō stat sine præsentia debitæ quantitatis vtriusq; spiritus.s. vitalis & animalis. vitalis vero virtus saluatur cū debita quātitate spiritus vitalis, sed stat in membro esse præsentē debitam quantitatem spiritus vitalis requisitam.s. ad præparandum ad sensum & motum. similiter econtra. ergo uidetur possibile in membro aliquo pręternaturalit̄ absolui uirtutem uitalem ab animali. Alij uero dicunt q licet non esse hoc poni non possit.s. q per aliquam dispositionem pręternaturalem aduenientem membro sit in membro virtus vitalis & auferatur ab eo aptitudo ad sensum & motum, illa tamen imaginationi & naturę rei non repugnat. Prima responsio videtur magis conueniens. Ad secundum cū dicitē, q ad mortē non tēdit membrum nisi propter defectū uirtutis uitalis. Dicēdū q si per mortē intelligatē ineptitudo ad sensum

Aptitudo ad sēsum & motū in mēbro duplex.

Aptitudo nutricationis duplex.

Opatio virtutis nutritiæ & sēsus et motus destruiē dupl'r.

sensum & motum ut per hanc uiam sumitur in proposito, neganda est maior. hæc enim mors uel ineptitudo ad sensum non sequitur defectum uirtutis uitalis simpliciter, sed bene in comparatione ad hunc effectum qui est præparatio membri ad sensum & motum. sed non oportet q cum deficit uirtus uitalis in membro hoc defectu membrum corrūpatur & putrefiat ut patet intuenti. Ad tertium tacta est solutio superius, penes alium modum uidendi uide. Ad quartum concessit Aui. consequens hoc & consequentiam. Ossa. n. apud ipsum sensum hñt, licet obtusum, & per cōsequens per uirtutem uitalem præparantur hac præparatione cōi. Si autem dicimus ossa non sentire non hoc dicere debemus nisi sicut plātas pedum & manus rusticorum dicimus nō sentire, quia remissum & obtusum hñt sensum & paruū hñte collum ualde dicimus non hr̃e collum. uide ibi. Aliter dicitur q uirtus uitalis præparat mēbra ad sensum & motum, quia ad hoc ut mēbrum sit præparatū & dispositū ad sensum et motum requiritur in eo esse uirtutem uitalem. ita q uirtus sensitiua & motiua necessario præsupponat uitalē. Non tamen oportet q ubicunq; sit uitalis reddatur illud præparatum &c. quia contingit membrum illud a natura sua non esse receptiuū talis præparationis. Actus. n. actiuorum non sunt nisi in patiente bñ disposito. Cōtra quācunq; dispōnem ponit spūs uitalis in carne aut lacerto eandem aut silem ponit in osse. sed in lacerto ponit præparationem ad recipiendum uirtutem sensus & motus. igitur &c.

Itē quia non minoris duritiei & terrestreitatis ur̃ dens iuuenis q̃ os puerile: sed dens iuuenis per spm̃ & uirtutem uitalem præparaẽ ad sensum & motū, ergo & os puerile. Itē quia per idē ur̃ concedendū esse q uirtus uitalis possit inesse plantis, licet non præparet plantas ad sensum & motū, quia nō sunt ex natura sua partes plātæ huius opōnis susceptiuæ. Itē q̃a frustra reciperet hæc uirtus uitalis in osse, sicut etiam frustra poneret in plantis. Itē in osse est aīa sensitiua, ergo os est aptum sentire, hoc argumento utitur Ari. 2. de aīa. si. n. in aliquo esset aīa sensitiua & illud nō esset sensitiuum in eo frustraret illa aīa uel potentia sensitiua. Similiter quia est frustra actus primus, quia non pōt exire in actū secundū. Pro responsione ad istā præmittunt quidam q

Dispō p̃parans ad aliq̃ formam duplex.

dispō præparans ad aliquam formam uel ad aliquem effectum est duplex. Quædam totalis & completa sicut summa caliditas respectu formæ ignis. Ad hanc. n. necessario consequitur forma ad quam præparat, & talem dispōnem non imprimit spūs uitalis in membris præparando ea ad recipiendum uirtutem sensus & motus. Altera uero est dispositio non totalis uel incompleta. Hæc iterum est duplex. Quædam enim est qua posita: & si non ponatur forma necessario tamen præsentiali actiuo sufficiente ad talē formā producēdam necessario sequitur forma, sicut diaphaneitas illuminationis aeris, hac. n. posita in aere præsente tñ sufficiente actiuo necessario illuminatur deducto accidētali impedimento, & talis etiam non est dispō quam imprimit spiritus aut uirtus uitalis in membris respectu uirtutis sensus & motus, stante. n. uirtute uitali in osse quantūcunq; ad os transiret spiritus animalis non fieret os aptum ad sensum et motum. Altera uero est dispositio adhuc imperfectior secūda, qua posita in subiecto & præsente sufficiente actiuo nō induceretur forma necessario, sed ultra hoc requiritur in passo alia ulterior dispositio, sicut exemplificare cōiter de complexione & sapore, licet. n. complexio præparet ad saporem in mixto complexionato, ad hæc tamen ut mixtum fiat saporosum non sufficit complexio, quia non omne mixtū est saporosum, ut mineralia multa & lapides, sed ultra cōplexionem requiritur siccum determinato modo attingi ab humido. Exemplum etiam sicut complexio respectu coloris proprie dicti. Non enim est color nisi in complexionato, nō tamen necessario posita complexione ponitur color. multa enim complexionata sunt quæ tamen nō sunt colorata: sed ultra complexionem etiam requiritur determinata permixtio lucidi cum opaco. Et talis est præparatio spiritus uitalis respectu uirtutis sensitiuæ & motiuæ, præter enim ipsam in membro requiritur alia dispositio puta determinata mollities & non ultimata terrestreitas qualis reperitur in osse et chartilagine &c. Ex his patet solutio ad argumentū. Ad primum negando maiorem propter disparitatem complexionis passiuæ dispositionis, sophista autem negaret consequentiam propter varietatem medij vt patet. Ad secundum dicitur q dens nō sentit per partes dentis duras & terrestres sed per partem mollem, vt alibi tactum est. Ad tertium patet ex superius dictis qualiter sit respondendum.

Ad quartum neganda est consequentia. Non enim recipitur virtus vitalis in qualibet membro, ut per ipsam pręparetur ad recipiendum sensum & motum, vt supra declaratum est. Ad ultimum neganda est consequentia. Et dicitẽ a quibusdam ad auctoritatem Arist. q eius argumentū tenet de virtute toti speciei aīalis toti comparata. Nam si omne animal habens uirtutem sensitiuā haberet motiuā, omne habens instr̃a sensus haberet instr̃a motus progressiui et mobile esset motu progressiuo, quia aliter frustra data esset ista virtus toti generi aīalium, sed illud argumentum nō tenet de virtute comparata partibus aut membris Indiuiduū vnius. Non enim oportet q si omne animal habens visum habeat gustum & non econtra. quælibet pars animalis habens uisum & oculos habeat gustum. In qualibet. n. parte animalis est anima vna quę est visiua gustatiua &c. sed gustat per linguam videt per oculum &c. Nec sequitur q si in oculo non gustet ibi sit frustra etc. Consilr per omnia dr̃ de aīa sensitiua respectu ossis. Et per idē patet responsio ad aliā confirmationē. Cuicunq; igitur generi aut speciei viuentiū per se a natura data est uirtus vitalis. eidē a natura data est virtus sensibilis & motiua & aptitudo ad sensum & motū. Non tamen oportet q cuicunq; membro aut parti viuētis a natura tributa est virtus vitalis sit tributa animalis sicut de gustu & visu superius declaratum est.

Et si uirtus nutritiua inquantum est nutritiua esset ipsa uirtus quæ præparat ad sentiendū; & mouendum, uegetabilia pręparata forent ad sensum & motum recipiendum. Restat ergo ut sit præparans alia res: quæ propriam sequaẽ cōplexionem quæ uocatur uirtus uitalis.

Secundum vtrāq; lr̃æ expōnẽ Aui. in hac parte ośdit q virtus nutritiua non est illa quæ præparat aīali virtuti inq̃tum nutritiua est, quia tunc oīa vegetabilia essent præparata ad sensum & motū quod est falsum, vñ sequereẽ q plātę mouerenẽ & sentirent, quod est oīno absurdū. Restat igiẽ q sit alia uietus quæ præparat virtuti aīali, & talis est vitalis virtus, sed non ꝓpter hoc sequitur q virtus vitalis sit absoluta & absolui possit a virtute nutritiua. Et forte q hanc sententiam intellexit Aui. dum dixit. Fortasse enim &c. Nō. n. voluit vt aliqui dicūt posse virtutem vitalem absolui a virtute nutritiua nec econtra: sed voluit q si per poẽ sic fieret s. subtraheret virtus vitalis remanēte naturali cum suis operationibus membrū esset mortuū silr destructa operatione naturali &c. adhuc staret vita si per possibile sic fieret.

Nota tamen Gen. hanc exponere litteram aliter notando q vita sumitur dupliciẽ. s. gñaliter pro esse, & ꝓ esse per formam quæ est aīa. Et adhuc sic esse sumitur duplr̃. Primo enim pro esse per alimentum. Secundo pro esse cum pręparatione ad sensum & motū. Et tunc patet hęc expō. Ex his oībus soluunẽ dubia quædā cōiter hic ꝓpōni solita. Primum. Quare plantis non insit virtus vitalis, cum eis insit naturalis, & naturalis præsupponit vitalem, ut supra. Secundum, quia secundo de anima dicitur q vita consistit p̃ alimentū. &. 1. de gñone. q quādiu viuit aīal tādiu nutriẽ, ideo non videtur q stante vita posset destrui operatio virtutis nutritiuæ. Ad primum istorum dicitur quòd licet vitalis præparet naturali & præsupponatur ab ea in subiectis in quibus operiuntur, non tamen vbiq; quia in aīatis

Vita & esse dupliciter.

imperfectis valde vt plantis non eſt hoc neceſſarium, cum non ſit in eis neceſſitas multi caloris actualis vt patet. Ad ſecundum dicitur q̄ licet vita per nutricationem conſeruetur, quia ſine ipſa conſeruari non poteſt, temperamentum tamen naturale non eſt illud per quod principaliter in mēbris vita conſeruatur, ideo ſi per poſſibile ſubſtantia membrorum non reſolueretur nō eſſet neceſſarium temperamētum quo ſit nutricatio. Et poſſet etiam dici ꝓbabiliter per tempus ſtare vitā in membro poſtq̄ in eo ablatæ ſunt operationes naturales. Et q̄ philoſophus non plus voluit niſi q̄ non diu viuit animal ſine tendentia ad corruptionem qn̄ nutriatur. Et per vitam ſtare per alimentum, intellexit vitā conſeruari per actū vegetatiuæ potentiæ ſub qua ēt vitalis cōphēdit. De hoc tñ ſcripſi plene ſuꝑ primū de gñone etc.

Et ipſa quidem eſt prima uirtus quæ in ſpiritu prouenit cum ſpiritus ex ſubtilitate humorū procedit, deinde ſpiritus ſecundū philoſophum Ariſto. per eā recipit principium primū & animam primam, ex qua aliæ profluunt uirtutes.

Primo nota q̄ hæc virtus eſt prima tempore & natura. Tempore quidem, quia prius tempore ſit ſpiritus potēs cōſeruare vitam in membris q̄ transmutetur in naturalē vel animalem. Natura eſt enim cauſa aliarum virtutum, vt ſupra dictum eſt. Secundo q̄ aliqui ex intentione Aui. volunt dictum ſpiritum fore formaliter animatum, q̄ vtā volendo tenere exponenda eſt littera ſicut iacet. Si autem volumus ſequi uiam oppoſitam dicendum q̄ per animā primam non intelligit formam ſubſtantialem quæ eſt anima, ſed temperamentum animæ ꝓportionatum. Vel dicamus q̄ recipit animam virtualiter. i. temperamentum potens exercere animæ operationes &c.

Harum uero uirtutū operationes ab hoc prouenium ſpiritu in principio rei, ſicut etiam ſenſus apud medicos nō prouenit per ſpiritum animalem qui eſt in cerebro niſi ad cryſtalloidem penetret aut ad linguā aut ad alia. Cū ergo pars ſpiritus in uētriculum peruenerit cerebri cōplxionem recipiet, & erit conueniens ut ex eo proueniant uirtutū opōnes quæ in eo primo repertæ ſunt, & ſimiliter in hepate, & ſiſr in teſticulis.

Nota. Tota cauſa eſt fundata ſuper ꝓpoſitione conceſſa cōiter ab auctoribus poſita. ſ. q̄ agens vl̄e ſiue indifferēter p̄m effectiuū ꝓductiuū non determinat ſic ad iſtū effectū producendum q̄ non ad illum niſi ad hoc ab agente particulari determinetur, ſpiritus autem vitalis productus in corde eſt huiuſmodi &c.

Et apud medicos quidem niſi poſtquam ſpiritus in cerebro ad aliam cōuertitur complexionem non præparatur ad recipiendum animam quæ eſt principium motus & ſenſus, & ſimiliter in hepate, licet prima complexio iam iuuerit ad recipiendum uirtutem primam uitalem, & ſimiliter in unoquoq; membro. apud eos enim unūquodq; operationum genus aliā habet animā, & neq; eſt anima una ex qua uirtutes iſtæ profluunt, quoniam huius ſummæ aggregatio eſt anima. Et ſiquidem prima complexio iam adiuuit ad uirtutem primam recipiendam, tunc iam dedit uitalem ubi ꝓuenit ſpiritus & uirtus quæ ſunt eius perfectio.

Nota primo q̄ hęc poſitio medicorum fuit Gal. & ſequētium ipſum, & partim conuenit cum opinione philoſophorum dicta ſtatim: & partim differt ab eadem. Conuenit. n. quia ſicut ponunt medici q̄ ſpiritus vitalis ad hoc vt ſit cōueniens immediatum inſtrumentum operationibus animalibus oportet ipſum in complexione mutari. Ita etiam ponunt philoſophi vt patet in præcedenti particula. Differt autem quia ſecundum philoſophorum opinionem ſpiritus vitalis vt fiat animalis ſolum oportet vt accidentaliter alteretur, quia. ſ. maneat eadem forma ſubſtantialis quæ prius. Non autem ſecūdum opinionem medicorum, immo cum ex uitali ſit naturalis uel animalis neceſſario uitalis ſubſtantialiter tranſmutatur, quod ſatis explicat Aui. dum dixit. nō ꝑparatur ad recipiendum animam. per animam intelligēs ſpiritus ſubſtantialem formam qua ſpiritus naturaliter inclinatur ad exercendum operationes ſecundum exigētiam animæ. Ex quo patet primo iuxta medicorum opinionē. q̄ ſicut in nobis ſunt tres animæ & eſſentialiter et organice diſtinctę, ita eiſdem correſpondent tres ſpiritus ab inuicem eſſentialiter ſpecie diſtincti. Patet ſecundo ex his tribus animis conſtitui unam animam, ut uidetur in lr̄a uelle Aui. *Ala ſicut triplex ita ſpūs triplex.*

Patet etiam ſecundum medicos q̄ ſpiritus ad particularia membra tranſmiſſus non tantum tranſmutatur ſicut tranſmiſſus ad principalia. Secundo nota q̄ dicitur in parte illa. Et ſiquidem. Intellectus partis eſt q̄ prima complexio data membro iuuat ad hoc ut membrum poſſit in operationes vitę. Sed cum peruenerit ſpiritus uitalis a corde ad membrum influxus, tunc etiam habetur perfectio membri & virtutis vitalis membri, quia iam potens eſt in opōnes ſibi debitas. Tunc enim vnūquodq; perfectum eſt cū pōt in ſibi debitas operationes: vt colligi poteſt ſecundo phyſicorum, &. 4. metheororum, & ſecundo de anima.

Hæc autē uirtus apud eos non ſola ſufficit ut ſpiritus per ipſam omnes alias ſuſcipiat uirtutes niſi propria prouenerit complexio.

Nota totum hoc fundatur ſuper illa ꝓpoſitione famoſa. Concedendum tamen ſpiritum vitalem eſſe inſtrumentū omnium operationum adhuc ſub forma vitalis exiſtētem, ſed non totale. Oportet enim ſecum alios ſpiritus concurrere, vt alias dictum eſt.

Pręterea dixerunt q̄ uirtus hæc præter hoc pro ipſa eſt præparans uitam, eſt etiā motus ſubſtantiæ ſpiritualis ſubtilis principium ad mēbra & principiū conſtrictionis & dilatationis aeris attracti & pulſus. Affert. n. adiutoriū in cōpōne uitæ quod eſt paſſio, & in cōpōne opōnum animæ & pulſus præbet auxilium quod eſt actio.

Primo nota q̄ duplicit̄ dicere poſſumus hanc virtutem eſſe principium motus ſpiritus ad membra. Primo pro quanto ipſa eſt principium conſtrictionis cordis per cuius conſtrictionem tranſmittitur ſpiritus ſuper toto. Secundo imaginando q̄ præter qualitates manifeſtas quæ dātur ſpiritui a temperamento cordis datur etiam eidem occulta qualitas inclinās ipſum ad motum ad membra recte, ſicut pręter manifeſtam diſpoſitionem datam humoribus ab hepate datur eiſdem occulta diſpoſitio qua inclinantur humores vt ab hepate ad membra localiter moueantur quod poteſt ratione perſuaderi. Notum eſt enim cum ſpiritus ſit corpus naturaliter leue per qualitatem eius localiter motiuam & manifeſtam puta leuitatem non moueretur niſi ad unam differentiam poſitionis puta ſurſum. Experimento autē patet ipſum non ſolum ſurſum, ſed etiam ad omnem differentiam aliam poſitionis moueri, ideo &c. Et ex hoc probabiliter ſequitur motum ſurſum eſſe aliquando ei præter naturā & plura alia. Secundo nota q̄ dicitur principium dilatationis aeris, quia eſt principium dilatationis cordis ad quā *Spūs q̄d & eius motus qualis.*

sequitur aeris attractio dilatatio eius per substantiam cordis. similitee est principium constrictionis pro quanto est principium constrictionis substantiæ cordis ad quam sequitur aeris in vnum aggregatio & expulsio &c. Tertio nota ꝙ illa litera, affert enim auxilium &c. multiplicem potest haberẽ expositionẽ. Prima expositio est vt fiat punctus, ibi vitæ & ibi animę, vt sit sensus ꝙ virtus vitalis affert auxiliũ ĩ opatione vitæ generãdo.s. spiritũ vitalẽ, quod qdẽ auxiliũ ĩ comparatiõe operationũ animę ẽ passio. Operatiões enim animę ut anima est sunt sensus & motus, ab anima enim vt sic dicitur animal, in compositione quarum auxilium quod confertur per spiritum est passio, quia dat sibi materiam quæ patitur & trãsmutatur in spiritum animalem, licet hoc ampliare possemus ad spiritum naturalem, sed auxilium respectu pulsus est actio, spiritus enim vitalis effectiue cõcurrit ad motũ pulsus. Secunda expositio vt ibi fiat punctus in litera, quod ẽ passio, vt sit sensus, ꝙ respectu vitæ virtus vitalis præbet adiutoriũ quod est passio, quia.s. præparat membrum & disponit vt patiatur. scitis enim ꝙ pręparare materiam ad recipiẽdum reducitur ad genus causæ materialis vt supra ostensum est. Est ergo huius particulæ sensus ꝙ illud adiutorium ẽ passio.i. pręparatio ad receptionem vitæ & virtutum aliarum.

Animæ opõ duplex.

Marsilius primo notat operationes quasdam esse actiuas, et quasdam passiuas. Deinde exponit in comparatione vitæ.i. in existentia animę per sensus affert auxilium quod est passio idest spiritum qui patitur, quia proprie spiritus in sensatione speciebus informatur. Aliter in comparatione vitæ.i. conseruationis animæ & existentiæ animæ in toto affert auxilium quod est passio.i. spiritum qui patitur continue & resoluitur. Non placet. Et Mundinus in comparatione vitæ.s. per nutrimentum sensum & motum affert adiutorium quod ẽ passio, spiritum vt pati possit pręparando & in animalem & naturalem transmutari, respectu pulsus & anhelitus affert auxilium sicut est actio. Et tunc per vitam itelligitur operatio nutritiuæ. & per operationem operatio animæ sensitiuæ.

Opõ duplex.

Et hæc quidem uirtus uirtutibus naturalibus similatur, ideoq; non uoluntate proueniunt, unde profluunt. Et similatur uirtutibus animalibus propter operationum earum diuersitatem. ipsa enim dilatat & cõstringit simul. mouet ergo duobus motibus contrarijs.

Primo nota ꝙ illa virtus proprie dicitur cognoscitiua aut voluntaria cuius actus est cognitio aut volitio, vel subordinatur in operando cognoscitiuę virtuti. Exemplum primi vt virtutes exteriores. Exemplum secundi vt motiua. Econtra non cognoscitiua. Ad propositum patet vitalem esse non cognoscitiuam. Ex quo soluitur dubium quare operatur vario modo secundum varias passiones appetitus sensitiuę. Secundo nota eãdem virtutem non cognoscitiuam eẽ pricipiũ motuum contrariorum. Et hoc alias dictum est.

Philosophi autem cum animam dicunt animã terrenam dicere uolunt perfectionem corporis naturalis instrumentalis. Et uolunt dicere principium omnis uirtutis ex qua metipsi motus proueniunt & operationes diuersæ. Erit igitur hæc uirtus secũdum philosophorum sentẽtiam uirtus animalis, sicut uirtutes naturales quas nominauimus apud eos uirtutes uocantur animales.

Aia terrena qd

Primo nota per animam terrenam in proposito intelligit animam extensam ad extensionem materiæ generabilem & corruptibilem et de potentia materiæ eductam, sicut iuxta sẽtentiam philosophorum est vegetatiua & sensitiua brutorũ & adhuc hominis. Et hoc per animam vel formam eductã de potentia materiæ intelligendo animam a materia & dispositionibus existentibus in materia dependentem q̃ ad eius esse fieri & operari. Econtra vero per formam non eductam de potentia materiæ intelligendo formã a materia & eius dispositionibus non totaliter dependentem. Exemplum primi vt forma ignis educta est de potentia materiæ, quia quo ad esse ꝓduci & operari depẽdet a dispositionibus suis subiecti. puta caliditate siccitate leuitate &c. Exemplum secũdi vt anima nostra humana secundũ fidem & veritatem, licet enĩ quo ad eius operari in corpore dependentiam habeat a subiecto, non tamen quo ad eius esse vt fide est tenendum. De prima ergo est sermo hic. Secundo nota ꝙ talis etiam dicitur perfectio, quia ipsa est actus vel forma corporis. Actus autẽ & forma est perfectio eius cuius est forma. Et dicitur etiam instrumentalis .i. orgaoici, quia corporis est potentis esse animę in suis operationibus instrumentum, sed de hoc plus secũdo de anima. Tertio nota ꝙ sic animam capiendo omnis virtus oostri corporis siue naturalis siue vitalis est animalis virtus. Est enim instrumentum animę pro suis operatiõibus conueniens. Cum igitur hoc adiectiuum animale significet idem ꝙ ens vel aliquid animæ, vt sic patet omnem virtutẽ fore animalem. Et hoc est quod dicit Aui. in litera.

Quod si noluerint dicere animam secundum hanc intentionem, sed uolunt dicere uirtutẽ quæ est principium compræhendendi & mouẽdi, qđ ex aliqua prouenit compræhensione uoluntarie. Et naturalem uolunt dicere pro omni uirtute ex qua operatio prouenit in suo corpore secundum huius formę diuersitatẽ non erit uirtus animalis, sed erit naturalis, & altioris ordinis quàm sit uirtus quam medici uocant naturalem. Et si naturalem uocauerint illam quæ rem nutrimenti ministrat & conuertit, siue ad hoc ut remaneat indiuiduum, siue ut remaneat species, non erit hæc naturalis sed erit tertium genus.

Anima dupl'r.

Primo nota. Ex ista litera colligitur hęc distictio ꝙ hic terminus aĩa sumitẽ dupl'r. Primo ꝓ q̃cunq; forma quæ est virtus corporis organici physici &c. siue sit operatiua cum cognitiõe siue sine cognitione. Et sic animam capiendo omnis virtus est virtus animę, & per consequens aoimalis. Secũdo sumitur anima præcise pro forma operatiua cum cognitiõe, & taliter operatiua ẽ. Et sic non quęlibet virtus est uirtus aĩæ vel animalis, quia non quælibet virtus est temperamentum animæ debitum vt cognoscitiue vel voluntarie est operatiua, vt patet de virtute naturali & vitali. Et sic patet ꝙ taliter accipiendo animam non quælibet virtus est animalis. Hæc distinctio colligi potest a Gal. primo virtutum naturalẽ cap. primo. Secũdo nota ꝙ etiam virtus naturalis sumitur q̃nq; communiter pro qualibet virtute vel temperamento uiuentis naturæ debito & proportionato pro suis operatiõibus. Et taliter capiendo virtutem naturalium quælibet virtus siue sensitiua siue nutritiua &c. est virtus naturalis, & sic vitalis est naturalis. Secundo capitur virtus naturalis pro uirtute operatiua circa nutrimentum siue hoc sit ad conseruatiõem ĩdiuidui siue speciei. Et sic virtus animalis & vitalis nõ sunt virtutes naturales. Hoc totum inuenitur hic in littera. Tertio nota ꝙ hęc virtus vitalis dicta naturalis, primo modo est altioris gradus q̃ virtus quam medici appellant naturalem. hęc.o. virtus est instrumentum vel temperamentum quo generatur spiritus vitalis & conseruatur io toto vita &c. Naturalis vero virtus vt sic est temperamentum quo producitur naturalis spũs sanguis &c. Notum est autem primum tẽperamentum perfectius esse secundo iuxta ea quæ dicta sunt superius. Ex isto concludi possunt multa, puta ꝙ etiam perfectior ẽ vitalis q̃ animalis &c. Ex his omnibus solui pñt duę quæstiones. Prima Vtrum virtus vitalis & animalis adinuicem distinguantur. Dicitur enim ꝙ non capienpo primo modo. secundo modo bene sic inuicem distinguuntur.

Gal. Virtus naturalis dupl'r

Secũda quæstio. Vtrum vitalis virtus & naturalis sint ab

inuicem diſtinctæ. Dicitur enim ꝙ non capiendo naturalem virtutem primo modo, quia non aliter operatur virtus vitalis circa ſuum obiectum ꝙ̃ naturalis, generat.n.ſpiritum digerendo. Similiter vt naturalis operatur ſine cognitione & a cognitione independenter, & nulla eſt eius operatio per quã diſtinguatur contra naturalem. Sed capiendo virtutem naturalem pro virtute omnibus miniſtraõe materiam nutrimentalem ad finem nutricationis indiuidui aut conſeruationis ſpeciei ad hoc principaliter deputata virtus naturalis diſtincta eſt contra vitalem. Patet etiam qualiter vitalis & animalis ſint virtutes diſtinctæ.

Et quia ira timor & ſimilia eorum huius uirtutis ſunt paſſiones, tunc licet eorum principia ſint ſenſus & exiſtimatio & uirtutes appręhendẽtes, huic tamẽ comparatæ ſunt uirtuti. Huius autem uirtutis declarationum rationem certificare, et an ſit una an plures quàm una in ſapientia cõtinetur naturali quæ philoſophiæ pars exiſtit.

Ira qd. & timor

Nota ꝙ licet ira ſit formaliter actus vel paſſio appetitus ſenſitiui ad iram tamen cãdam effectiue concurrit appræhenſio, & ipſam concomitatur motus & agitatio ſpũs ad exteriora. Econtra vero in timore. Quantum vero ad ipſius iteſſentiam aut etiam cognitionem vel appræhenſionem añcedentem tribuenda eſt ira & ſimiliter timor virtuti animali. Quia tamen ad hoc conſequitur motus ſpiritus vitalis ad intus vel ad extra &c. cuius principium eſt cor & virtus vitalis, ideo & timorem attribuunt medici virtuti vitali. Ex hoc.n.ſoluitur quæſtio hic ſolita proponi. Vtrum.ſ.ira timor & ſimilia ſint accidentia vel operationes virtutis vitalis vel aĩalis. Patet enim qualiter ſit reſpondendũ ex dictis.

Capitulum.v. Quod eſt de virtutibus animalibus compræhendentibus.



IN uirtute autem animali duę copulantur uirtutes, quarum ipſa eſt ſicut genus. Vna eſt ſicut uirtus compræhenſiua. Et altera uirtus motiua.

Primo nota ꝙ merito doctrina vitalium virtutum p̃cedit doctrinam animalium, quia licet in quocunq; animato totali reperitur vna reperiatur etiam alia. pluribus tamen membris communis eſt vitalis & pluri tempore operaẽ, & prius tempore habet eſſe eius operatio, & cum hoc præparans eſt animali virtuti, vt ſupra declaratum eſt, & non econtra, ideo &c.

Virtus aĩal' qd.

Secundo nota ꝙ per virtutem animalem in propoſito intelligere debemus virtutem omnem cognoſcitiuã ſiue quæ operatur per cognitionem, vel operatur dependẽter ab ea. Exemplum primi, ſicut eſt virtus viſiua ſenſus cõmunis &c. Exemplum ſecundi ſicut eſt virtus motiua quę licet non operetur per cognitionem, quia ſua operatio non eſt cognoſcitiua, eius tamen operatio eſt dependens a cognitione.

Virtus cõphẽſiua qd.

Tertio nota ꝙ per virtutem compræhenſiuam in propoſito non ſolum intelligere debemus virtutem cognoſcitiuam, ſed etiam ad cognitionem finaliter ordinatam, ſicut ẽ uirtus reſeruatiua, licet.n.iſta non cognoſcat, ſeruit tamen cognoſcitiuę ſpecies reſeruando quibus iterato mouetur virtus cognoſcitiua ad cognoſcendum. Quarto nota ſecundum quoſdã ꝙ ipſa eſt ſicut genus, quia proprie non eſt genus, tum quia non eſt terminus incompletus, tum quia prius dicitur de ſenſitiua ꝙ̃ de motiua.

Aĩalis motus duplex.

Nota tamen motum animalis eſſe duplicem.ſ. ꝑgreſſiuum ſub eo etiam compręhendendo natatiuum &c. Et dilatatiuum & conſtrictiuum &c. licet aĩt non competat omnibus primus, competit tamẽ primus uel ſecũdus. Quinto nota ꝙ animali propterea neceſſarius fuit ſenſus, quia cum animal ſit ens valde perfectum & complexionis nobilis reſpectu non animalis, oportuit nutrimentum ſibi proportionatum eſſe ſter nutrimẽta ſatis perfectum, & jõ oportuit ei dare ſenſum, quo diſcerneret de nutrimentis conueniens a diſconuenienti. Quia etiam eſt valde paſſibile, fuit neceſſarium in eo eſſe ſenſum eorum quæ pñt immoderate mouere & moderate, vt unum acceptãdo aliud refutando ſe conſeruaret. Quia tamen nutrimenta & alia quæ ſunt cõſeruationi animalis neceſſaria non ſunt cuilibet animali coniuncta, ſed diſtantia & non vbicunq; reperibilia, ideo pręter ſenſum diſcretiuum &c. neceſſarius fuit animali motus localis ſiue virtus localiter motiua. Et ex iſto tanq̃ fundamẽto patet primo, quare plantæ non habent ſenſum propter eaꝝ imperfectionem earum quaſi quælibet humiditas exiſtens i terra ſufficit eas nutrire. Similiter propter ſuam terreſtreita tem paucam immutationem ſunt aptæ recipere, vnde non fuit ſibi neceſſarium &c. propter etiam ſuam ĩperfectionẽ. Patet ſecundo quare quibuſdam animalibus cõueniunt plures ſenſus exteriores & quibuſdam pauciores, vt debuit videri. 2. de aia & in lib. de ſenſu. Patet. 3. ꝙ quibuſdã aĩalibus pertinet moueri motu progreſſiuo, & quibuſdam non.

Et compræhenſiua quidem eſt ſicut duarũ uirtutum genus. Vna uirtus compræhenſiua ẽ manifeſte. Et altera uirtus compræhenſiua occulte.

Primo nota ꝙ licet alius eſſet modus diuidendi virtutem compræhenſiuam.ſ. in virtutem organicam & non organicam ſicut eſt intellectus quia tamen in propoſito & ad medicum non pertinet de virtute non organica, puta intellectiua declarare, ideo hanc diuiſionem in propoſito tacuit Aui. Debet igitur hæc diuiſio poſita ſic intelligi.ſ. ꝙ compræhẽſiua virtus.ſ. organica eſt genus duarum virtutum &c. Et ex hoc ſoluitur quæſtio quædam.

Senſus duplex.

Secundo nota ꝙ medici & philoſophi vtuntur his terminis.ſ. ſenſus iterior, ſenſus exterior, virtus occulte compręhendens, virtus compręhendens manifeſte. Intelligentes per ſenſum exteriorem illum ſenſum qui aptus eſt obiectum ſentire vel percipere abſq; hoc ꝙ antecedat vel añceſſerit eiuſdem obiecti appræhenſio per aliã virtutem cognoſcitiuam. Vel ſic. Senſus exterior ẽ cuius notitiam non neceſſario añcedit vel anteceſſit alterius virtutis cognoſcitiuæ notitia reſpectu illius obiecti, quod ab eo compręhenditur. Econtra vero ſenſus interior. Exemplum primi vt tactus viſus &c. Exemplum ſecundi, ſicut eſt ſenſus cõis cogitatiua &c.

Virtus cõphendens duplex.

Per virtutem autem manifeſte compręhendentem intelligere debemus virtutem compræhendentem, cuius obiectum organum & immutatio ab obiecto ſunt manifeſta. Econtra vero virtus occulte compræhenſiua. Exemplum primi, ut uiſus. Obiectum.n. ẽ manifeſtum, puta color lux lucidum coloratum organum ſimiliter. Exemplum ſecũdi, ut ſenſus communis. obiectum enim totale eius ſatis ẽ occultum. ſimiliter organum. dubium eſt.n. an in corde uel in cerebro, ſimiliter etiam immutatio, ideo &c. Ex quo ſequitur ꝙ iſti termini ſunt cõuertibiles.ſ. ſenſus exterior, et uirtus manifeſte compræhenſiua. Similiter iſti ſibiinuicem, ſenſus interior, & uirtus occulte compræhenſiua, licet de eodem ſecundum diuerſas rationes prędicetur. Et nota ꝙ in propoſito per uirtutem compręhenſiuam nõ ſolum cognoſcitiua, ſed reſeruatiua etiam eſt intelligenda.

Sẽſuum numerus.

Et uirtus quidem manifeſte compræhenſiua ẽ ſenſibilis, quę eſt genus ſecundum quoſdam quinque uirtutum. & .viij. ſecundum alios. Quod ſi dixerimus ꝙ ſint.v. erunt uirtus uidendi, & uirtus audiendi, & uirtus guſtandi, & uirtus tangendi, & uirtus odorãdi. Et ſi dixerimus ꝙ ſint.viij. erit huius cauſa ꝙ pluribus certificatorum uidetur ꝙ tactus ſit plures uirtutes.ſ. quatuor, & ponunt ꝓprie unumquodq; quatuor generum tactus uirtutem per ſe, licet in membro ſenſibili ſint cõmunia ſicut guſtus & tactus in lingua uiſus et tactus in oculo, hoc autem certificare eſt philoſophi.

Nota q sensus omnes possumus contra se inuicem imaginari distingui, vel ex parte animæ, vel ex parte organorum in quibus producit sensus operationes suas, vel ex parte dispositionum qualitatiuarum disponentium organa ad suscipiendum diuersa obiecta. Primo autem modo non debet sumi distinctio sensuum specifica, quia sic sumēdo, tunc in nullo viuente forēt plures sensus specifice distincti. Nunc etiam secundo modo vt patet in littera, quia sic tactus & gustus, & tactus & visus essent vnus sensus, cum i eodem organo subiectiue sit uisus & tactus siue actus tangendi. Oportet ergo ut sumatur hæc distinctio ex distinctione temperamentorum siue qualitatiuarum dispositionum per quas disponitur organum ad sentiendum, quia licet sit idem oculus percipiens colorem & caliditatem, quia tamen per aliud temperamētum percipit colorem puta per diaphaneitatem suam, & per aliud percipit caliditatem. puta p temperamentum suarũ qualitatū primarum, ideo dicemus hos fore distictos sensus.

Sensus tactus quō plures.

Ex isto patet causa propter quam ponit philosophus. 2. de anima, sensus tactus esse plures sensus, cum. n. sensus tactus habeat iudicare de duabus contrarietatibus. s. calido frigido humido & sicco & percipiat calidum similiter & frigidum per temperamentum medium inter calidum & frigidum & humidum & similiter siccum percipiat per temperamentum aliud medium. s. inter humidum & siccum, patet duo fore temperamēta: & per consequens duos fore sensus &c. quod tamē nō possumus dicere de uisu & alijs sensibus. Patet secūdo quare antiqui plures moti sunt ad dicendum quatuor fore sensus tactus. s. calidi humidi frigidi & sicci, grauis & leuis, asperi & lenis, imaginabatur. n. quatuor existere qualitatiuas dispositiones tactui deseruientes.

Tactus duplex.

Tertio patet tenendum esse secundū veritatē sensum tactus esse duplicē sensum, fit enī tactus mediante complexione istrumentaliter quæ est duplex vt supra. grauitas tamen & leuitas durities & mollities percipiuntur vt communia sensibilia. Ex quo patet intellectus philosophi ponentis sensum tactus duplicem, quia est duarū contrarietatum non reducibilium ad unam. uoluit. n. percipi duas contrarietates per dispositiones qualitatiuas in organis existentes non reducibiles ad vnam. Et ex hoc patet q licet visus percipiat colorem & lucem non reducibilia ad contrarietatem vnam, est tamen vnus, vnica enim est organi dispositio per quam fit horum perceptio. s. diaphaneitas &c.

Et uirtus quidē compręhēsiua occulte & non sentiens est sicut genus quinque uirtutum.

Sensus duplex.

Primo nota q sensus sumitur dupl'r. Primo pro qualibet virtute organica cognoscitiua siue quæ vtitur organo in sua cognitione, & sic virtutes interius compræhensiuæ sunt sensus & sentientes, & sic non sumitur in proposito. Secundo sumitur sensus solum pro sensu exteriori siue pro virtute compręhēsiua manifeste, & sic sumitur in proposito dum dicitur, virtutem compræhēsiuam non esse sensum aut sentientem. Secundo nota differentiam inter occulte cōpræhēsiuam & manifeste comprehensiuam vt superius positum & dictum est. Tertio nota non esse intentione Aui. q sint quinq; virtutes interiores adinuicem essentialiter ex parte animæ distīctæ, sed solū q organice, quasi sit sensum, q quinq; sunt virtutes interiores abinuicem organice distinctæ &c.

Vna ē uirtus quę uocatᷓ sensus cōis et phātasia.

Sensus cōis necessitas duplex.

Nota q necessitas ponendi sensum communem pter sensus exteriores, vt patet secundo de anima sumitur ex duobus, maxime. Primo sumitur ex hoc q percipimus in nobis esse virtutem non solum obiecta exteriora comprehendentē sensibilia, sed etiam comprehendētem actus & opōnes sensuū exteriorum, puta visionem auditionem, & sic de alijs. hoc āt fieri non potest per sensus exteriores, visus. n. nō uidet nisi lucem vel colorem &c. non autem visionem, similiter auditus sonum non autem auditionem, & sic de alijs, ideo concludit philosophus esse aliam virtutem interiorem sensitiuam, quā dicimus sensum communem. Secundo cōcluditur sensus cōmunis ex hoc q nullus sensus exterior aptus est per se sentire obiectum alterius sensus. visus enim non iudicat de sapore, nec gustus de colore, & sic de alijs. cum igitur tam in brutis animalibus q̄ in nobis sit virtus vna comprehendens indifferenter omnium sensuum exteriorum omnia obiecta ppria, sequitur &c. Et sic patet q tam in brutis q̄ in nobis ē virtus ponens conuenientia & ponens differentiam inter obiecta ppria diuersorum sensuum exteriorum, vt canis de longe videns panes iudicat illos esse sapidos & lapidem non, & uidēs carnes similiter & uidens ignem iudicat ipsum calidum et sic de alijs. Omne. n. inter aliq̄ differentiam ponens vel conuenientiam cognoscit vtrunq; extremorum comparabilium, ideo &c.

Sensus cōis q. d.

Ex quibus patet primo. quare hæc virtus dicitur sensus communis. Dicitur enim sensus, quia organice compꝛhendit obiecta. Dicitur communis, quia communiter & indifferenter comprehendere potest obiecta omnium sensuū exteriorum & actus & operationes eorum. Patet secūdo, quare hæc virtus dicitur sicut centrum &c. quia sicut lineæ rectæ a circunferentia tractæ in centro concurrunt, ita sensationes diuersę factæ in diuersis sensibus exterioribus in sensu communi conueniunt vt tactum est. Et imaginandum est ēt ab omnibus organis sensuum exteriorum ad sensum cōem esse vias per quas deferuntur species ad organum sensus cōmunis & quæ ad ipsum terminātur. Sequitur tertio aliud esse adæquatum obiectum sensus communis, & sensus exterioris. Sensus. n. exterior non comprehendit nisi obiectū. Communis autem obiectum & sensationem obiecti. Sequtur quarto q species quę multiplicantur ad sensum cōem ab organis sensuum exteriorum non sunt eiusdem rationis cum speciebus ab obiectis prouenientibus ad organa sensuum exteriorum, quia non sunt similium obiectorum adæquate repræsentatiuæ nec similem in organo dispositionem requirūt, vt patet intelligenti. Hic cadit dubium quod soluitur ex dictis, quia vnus sensus est vnius contrarietatis. Etiam dici posset q ex quatuor concluditur virtus interior præter sensus exteriores. primo ex compręhēsione obiectorum sensuū. secundo ex comprehensione actuū sensuum. tertio ex notitia priuatiui. quarto ex notitia sensibilis in eius absentia.

Et apud medicos quidem sunt una uirtus sed apud certificantes qui sunt ex philosophis duæ sunt uirtutes. Sensus enim communis est illa quę omnia sensu percepta recipit, & propter eorum formas patitur quæ in ipsa copulantur. Phantasia uero est illa quæ eas custodit postquam coniungūtur, & retinet eas post sensus abundantiā. Et quæ harum duarum est recipiens alia est a custodiēte. Hoc autē certificare est philosophi. Sed qualitercūq; fuerit eius sedes & operationis eius principium est anterior cerebri uentriculus.

Phantasia quid.

Primo nota q phātasia iuxta communem modum loq̄ndi sumitur primo pro actu phantasiandi qui est actus compꝛhēdendi obiectum in eius absentia, sicut dicimus, ego habeo phantasiam de cæsare vel antixp̄o & taliter sumitur a philosopho secundo de anima iuxta finem dicente, q phantasia ē motus factus a sensu. i. actualis appræhēsio cāta a sensu communi existente in actu, & sic non sumitur hic.

Phantasiæ via triplex.

Secundo nota q de hac virtute phātastica tres possumus imaginari uias, quarum duas tetigit Aui. in littera. Prima est q ista uirtus est pure conseruatiua a sensu cōi organice distincta, quia in parte anteriori primi uentriculi cerebri est sensus communis, & in posteriori phantasia. Ad hoc autem ponendum tangit ratio quæ innuitur in littera, quia nulla eadem virtus compræhensiua est & reseruatiua, quia semper illa foret in actu secundo. Cum igitur phantasia sit reseruatiua sequitur &c. Secūda via est q est omnino eadem virtus sensus cōis &c. & q

est reseruatiua & cognoscitiua, licet pauco tempore sit reseruatiua, sed dicitur secundum aliam rationem sensus cōis & secundum aliam phantasia. Phantasia.n. dicitur pro quanto reseruat, sensus autem cōmunis ꝓpter dictam. Tertia uia est, quia iste terminus phantasia est æquiuocus, quia vel idē est ꝙ uirtus reseruatiua appræhensorum per sensum cōem, & sic est idem quod memoria, vel idem est quod virtus cognoscitiua per species reseruatas, & sic est idem quod sensus communis, licet ab eo ratione differat. Tertiam & secundam viam puto veriorem.

Phantasia ē ęqd ęquocū.

Et secunda quidem est uirtus quam medici uocant cogitatiuam. Sed certificatores uocāt quandoq; imaginatiuam, quandoq; cogitatiuam. Si enim imperauerit ei uirtus existimatiua animalis, quā postea nominabimus et ipsamet ad suam peruenit operatiōem, uocant eam imaginatiuā. Et si uirtus rationalis ei imperauerit & reduxerit eam ad illud quod prodest uocatur uirtus cogitatiua. Quocunq; tamen modo fuerit inter hanc uirtutem & primā existit differentia, ꝙ prima est recipiens & custodiens id quod ad eā peruenit de formis sensu perceptis, & ista est illa, quę se exercet in eis quæ in imaginatione recondita sunt exercitio componendi & diuidendi & singulas efficit uel percipit formas quemadmodum ad eam perueniunt a sensu, & alias formas ab eis diuersas sicut hominem qui in monte uolat smaragdino. Sed phantasia non ponit coram te nisi quantum recipit a sensu, & huius quidem uirtutis sedes est uentriculus cerebri medius.

Nota ꝙ iuxta sententiam philosophorum prius natura & tempore fit compositio & diuisio in nobis q̄ ad cōpositionē illam sequatur iudicium seu assensus vel dissensus. Et ita imaginati sunt in nobis & brutis fore duas distinctas virtutes. Vna est cuius est formare complexa. Altera est cuius est cōplexio assentire vel dissentire. Et quia hæc virtus formās cōplexa secundum eius operationem quandoq; subordinatur rationi vel intellectui, & quandoq; solum ęstimatiuæ, vt in brutis, ideo hęc virtus sortita ē noīa diuersa, qa ī pīo casu dr̄ cogitatiua. In secūdo casu dr̄ imaginatiua. Ita uoluit hic Aui.

Phantasia dupliciter.

Et hæc quidem uirtus est instrumentum uirtutis quæ proculdubio in animali est occulta cōpræhensiua & est existimatiua.

Primo nota ꝙ hæc virtus. s. imaginatiua dicitur instrumētum æstimatiuæ propterea ꝙ præparat ad principales actus vel operationes eius. Principales.n. actus æstimatiuæ sunt duo. Primus assentire vel dissentire complexo formato per imaginatiuam. Secundus est eligere species & conceptus rei non sensatæ ex speciebus & conceptibus sensatorum. Notandum est autem ꝙ in quolibet istorum imaginatiua seruit æstimatiuę. In primo.n. seruit, quia formando complexa seruit assensui vel dissensui. In secundo quia formando complexa ex conceptibus sensatorum redditur ęstimatiua potens in se elicere cōceptum rei insensatę vt satis patet, ideo &c. Secundo nota ꝙ hęc virtus reperitur tam in brutis q̄ in hominibus. vnde vt infra patebit multotiens homines per hāc ęstimatiuam se regunt totaliter rationem omittentes. Tertio nota hanc virtutem proculdubio dici debere occulte compræhensiuam, cum eius actus vel eius operatio scilicet elicere &c. sit valde occulta.

Æstimatiuæ actus duplex.

Et ipsa quidem est uirtus qua animal iudicat ꝙ lupus est inimicus, & filius est dilectus, & qui annonam præbere consueuit est amicus a quo non est fugiendum. Et hoc iudicium secundum modum existit non rationalem.

Primo nota ꝙ in hac littera explicatur duplex actus huius virtutis. s. elicere speciem non sensati, & assensus vel dissensus. Datur intelligi primus dum dicitur. Iudicat ꝙ lupus etc. Secundus datur intelligi cum dicitur. A quo non est fugiendum. Secundo nota ꝙ per iudicium duo intelligere possumus. Primo assensum vel dissensum complexo vero vel falso. Secundo intelligere possumus actum interiorem quo elicitur species vel conceptus non sensati ex conceptu rei sensatæ, qualitercunq; potest hic sumi &c. Tertio nota hanc æstimatiuam siue actum eius esse duplicem. quædam est mere naturalis, vt æstimatio ouis de inimicitia lupi. quædam aūt artificialis vel experimentalis, vt uiso ꝙ serpens mordendo fortem interficit ipsum & non testudinem concludo & elicio conceptum contrarietatis vel inimicitiæ serpentis ad hoiem & non ad testudinem, & quilibet istorum actuum huic virtuti attribuitur. Quarto nota ꝙ cum dicitur hanc compręhensionem esse secundum modum non rationalem, hæc littera duplicem potest habere intellectum. Primus est ꝙ ista cōpræhensio qua. s. ouis compręhenditur lupum inimicū &c. est non rationalis. i. non fit in oue per discursum & rationem, sed solum naturaliter hoc modo. s. ꝙ sicut recepta specie coloris in oculo bene disposito & cum omnibus circunstantijs debitis sine discursu anima oculi agit in se actum vidēdi, ita in ęstimatiua ouis bene disposita cū circūstantijs debitis recepta specie & conceptu coloris figuræ & motus lupi potēs est naturaliter anima huius organi his mediantibus tanq̄ instrumento elicere conceptum inimicitiæ in se, & non per discursum &c. Secundus intellectus potest esse ꝙ hæc comprænhensio. i. conceptus rei insensatę &c. non est per modum rōnalem &c. i. non fit taliter qualiter intellectus vel ratio ex cōceptibus sensatis & singularibus generat vel producit vlem conceptum. talis.n. conceptus causatur per abstractionē eius a singularibus circunstantijs, qualiter non conuenit in proposito. Vtraq; expositio potest ꝓbabiliter teneri, ut patet. Ex his omnibus patet hanc consequentiam esse bonam. hęc virtus cognoscitiua est naturalis & organica. ergo quicquid hæc virtus potest cognoscere cadit sub sensu. Et multa alia ex his possunt probabiliter concludi.

Iudiciū duplr.

Æstimatiua duplex.

Amicitia.n. & inimicitia non sensu sunt perceptæ neque sensus eas compræhendit, neq; de eis iudicat, nisi uirtus alia. Et licet non sit compræhensio rationalis, est tamen proculdubio aliqua appræhensio non rationalis.

Tota littera patet.

Homo etiam plerunque utitur hac uirtute in multis suorum iudiciorum & ꝓcedit in hoc quēadmodum animal non rationale.

Nota homo plerunq; vtitur &c. Plerunq;.n. vt patet ī moralibus homo sequitur iudicium sensus, puta æstimatiuæ virtutis, & dimittit rationem vt animal brutum, sicut patet ī cōtinentia & bestialitate. Exempli gratia Sor. vidit bertam pulcherrimam vxorem. Pl'onis, licet ratio dictet ipsam esse dimittendam, sensus tamen propter delectationem dictat ipsam prosequendam sicut est in bruto. Si ergo sequit̄ dictamē ęstimatiuæ regit̄ ꝑ hāc & gubernat̄. Et hoc uoluit dicer̄ Aui.

Et hæc quidem uirtus diuiditur a phantastica. quoniam phantasia sensu percepta retinet, & hęc in perceptis sensu intentiones discernit non sensu perceptas, & separatur ab ea quam imaginatiuā uocamus & cogitatiuam, quoniam illius opera-

tiones

tiones nullum ſequitur iudicium, ſed iſtius operationes non ſolum iudicium, ſed etiam iudicia ſequuntur, et illius operationes ſunt in ſenſu perceptis compoſitionem facere, & illius operatio in ſenſu pceptis iudicare intentiones extra ſenſum. Et quemadmodum in animali ſenſus eſt iudicãs de formis ſenſu perceptis, ſimiliter exiſtimatiua eſt iudicans de intentionibus illarum formarum quæ ad exiſtimationem perueniunt & non ad ſenſum. Quidam autem hominum ſunt qui prę ſumunt, et hanc uirtutem imaginatiuam uocant, ſed nõ tantum curamus de nominibus quia non diſputamus, ſed intentiones & differentias intelligere debemus.

Totũ qđ ponit̃ hic ſatis vr̃ ex ſupius dictis poſſe patere.

Et medico quidem non eſt curandum, & hanc uirtutem ſciat. Impedimenta nãq; operationum eius, & impedimenta operationũ aliarum uirtutum quę ſunt antequam ipſa ſequentia ſunt, ſicut phantaſia & imaginatiua & memorialis quam poſtea nominabimus. Et medicus quidem non curat niſi de uirtutibus ex quibus cum in ſuis impedimentis accidit lęſio, ꝑuenit ægritudo. Quod ſi læſio acciderit operationi alicuius uirtutis cauſa impedimenti quod accidit prius operationi alterius uirtutis quàm ei, fueritq; impedimentum illud ſecutum malitiam complexionis alicuius membri aut corruptionem compoſitionis ſufficit medico ut ſciat impedimentum illud propter malitiam complexionis membri, aut ſuæ compoſitionis corruptionem accidiſſe ad hoc ut cũ medicina ei ſubueniat aut ipſum ab eo cuſtodiat, & non curat ſcire diſpõnem uirtutis cui qđ accidit non accidit niſi alio mediante poſtq; ſciuerit diſpõnẽ eius cui accidit illud qđ accidit ſine medio.

Æſtimatiuę actus duplex.

Primo nota ꝙ actus ęſtimatiuę uirtutis ab auctoribus ponitur duplex. quidam. ſ. rectus. & quidam refluxus. Rectus ẽ actu conſequens compoſitionem & diuiſionem factam in imaginatiua primo mota a phantaſia, ut ſi forti præſentetur ſerpens & componitur ipſum eſſe nociuum, ad quam compoſitionem ſequitur iudicium quo dicitur aſſenſus & eiuſdẽ fugæ appetitus. Reflexus uero qui dependet a ſpeciebus ĩ memoratiua reſeruatis iterato illas uirtutes cognoſcitiuas mouentibus, ut dato ꝙ nullum ſerpentem uideam, tamen trãſeundo per loca ubi uiriſĩr debent eſſe ſerpentes timeo ut docet experimẽtum. Ad propoſitum operatio recta uirtutis ęſtimatiuæ eſt prior tempore operatione memoratiuæ tamen reflexa eſt poſterior. Et ſic intellexit Aui. dũ dixit in littera operationem memoratiuæ eſſe añq; ſit operatio uirtutis æſtimatiuæ. Ex quo ſoluitur dubium hic moueri ſolitum. Secũdo nota ꝙ aliqui ex intentione Aui. uoluerunt hęc concludere ꝙ uirtus ęſtimatiua non eſt organice diſtincta a uirtute imaginatiua. Hoc. n. uidetur poſſe ex duobus concludi. Primo quia non aſſignat ei organum diſtinctum. Similiter, quia imaginatiuæ correſpondet organum medium & huic nõ videt̃ alius uentriculus q̃ medius correſpondere. Hoc etiam uidet̃ poſſe concludi ex dictis eius, quia dicit ꝙ non læditur niſi læſione aliarum, cuius oppoſitum tamen contingeret ſi haberet organum proprium. Et certe puto hoc eſſe uerum. Sed capiũt iſtę uirtutes diſtinctas denominationes propter diuerſitatẽ operationum. Sed contra arguitur. Videtur. n. ꝙ eſt poſſibile lędi operationem exiſtimatiuę non lęſa operatione imaginatiuę aut phantaſiæ. Poo tur. n. 3. de accidenti a Gal. ad finem, ꝙ uiſi ſunt aliquid taliter in operationibus interiorum uirtutũ læſi, ꝙ unus imaginabatur tibicines in domo ipſum impedientes, ideo iubebat eos expelli. In caſu iſto phantaſia erat lęſa, & iudicium non læſum. Vidit iterum alium taliter læſum ꝙ omnia ſupellectilia nominabat proprio nomine & accipiebat in manu, deinde proijciebat. In caſu iſto iſte bene appræhendebat & male iudicabat, ideo &c. Ad hoc reſpondetur primo probabiliter concedendo ꝙ ſtat ipſam lędi &c. Ne. ꝗ hoc eſt cõtra mentem Aui. quia non plus uult niſi ꝙ nõ põt lædi, niſi ſtante læſione in organo phantaſiæ uel imaginatiuę uel memoratiuæ, & hoc ſufficit. Aliter dicitur ꝙ non ẽ malus aſſenſus niſi ſit mala compoſitio ut patet, licet ſecundum aliquid eſſet aliqua compoſitio bona ut ille cõponebat hoc eſſe phialam, & hæc operatio erat bona, & hanc non ſeq̃bat̃ appetitus proijciendi, ſed prius faciebat, unam aliam cõpoſitionem. ſ. hanc bonum eſt frangere uel dannoſum eſt eſſe integram, ad quam compoſitionẽ ſequebatur aſſenſus & ꝓijciebat &c. Ex ſecundo notabili apparet reſpõſio ad quoddã aliud dubium moueri ſolitum. Quia ſoda accidente per cõmunitatem non ſolum medicus conſiderare debet uirtutem membri læſi per eſſentiam, ſed etiam per communitatem, ergo non uniuerſaliter dictum Aui. eſt uerum. ſ. ꝙ ſufficit medico &c. Dicitur. n. argumentum uerum concludere. Sed intelĩs Aui. eſt ꝙ duabus uirtutibus in eodem organo operãtibus una læſa per eſſentiam & alia per cõitatem non habet medicus curare de læſa per communitatẽ, ut ſanguifica hepatis diminuta propter debilitatam eſſe attractiuam eius.

Tertia uero illarum quas nominant medici & quinta aut quarta cum certificauerimus quæ eſt uirtus con ſeruatiua & memorialis.

Virtus cõſeruatiua & virtus memorial' q̃d.

Primo nota ꝙ hæc virtus dicitur conſeruatiua; quia in ea conſeruantur ſpecies rerum quæ per cogitatiuam vel ęſtimatiuam ſunt compræhenſe. Dicitur etiam memoralis pro q̃to per ſpecies illas iterato moueri põt exiſtimatiua ad actualiter comprehendendum ea quæ in præterito fuerunt cõpræhenſa ſub ratione qua in præterito cognita. Secundo nota ꝙ hæc virtus non debet dici proprie comprehenſiua, q̃a nõ eſt cognoſcitiua ad huoc ſenſum, quia in organo eius non formatur actualis cognitio. Et hoc poteſt perſuaderi ratiõe, quia alias ſemper eſſet ſub actuali memoratione, quod eſt contra experimentum. Tertio nota ꝙ hæc virtus ſecundum diuerſas vias contra ſe diſtinguendo iſtas virtutes, eſt tertia in ordine, eſt quarta & eſt quinta. Tenendo enim ꝙ ſenſus cõmunis & phantaſia ſunt vna uirtus, & imaginatiua & æſtimatiua non ſunt diſtinctę ſaltem apud medicos, hęc ẽ tertia. Tenendo etiam ꝙ phantaſia & ſenſus communis ſunt idem diſtinguendo imaginatiuam contra æſtimatiuam eſt quarta. Sed diſtinguendo phantaſiã contra ſenſum communem & imaginatiuam contra æſtimatiuam eſt quinta virtus vt patet. Et hoc vult Auicẽ.

Et eſt theſaurus eius quod peruenit ad exiſtimatiuam de intentionibus in perceptis ſenſu extra formas eorum ſenſu perceptas, ſicut phantaſtica eſt theſaurus eius quod peruenit ad ſenſum ex formis ſenſu perceptis, & eius quidem locus ẽ poſterior cerebri uentriculus. Hic uero eſt locus conſiderationis phyſicæ utrum uirtus conſeruatiua & memoralis & uirtus quæ reducit illud quod eſt abſens ad memoriã ex eis quę ab exiſtimatiua ſunt repoſita ſit uirtus una aut uirtutes duæ. Modico tamen non eſt inde curandum, quoniam nocumenta quæ eis qualitercunq; ſint accidunt ſunt homogenea: ſunt. n. nocumẽta quę

in uentriculo cerebri posteriori accidunt, uel de genere complexionis uel de genere compositionis. Virtus uero compræhensiua quæ est una de uirtutibus animæ cōpræhensiuis est hūana rationalis. Et quia medici uirtutem æstimatiuam non cōsiderauerunt propter causam quam diximus, ideo hanc uirtutem non considerauerunt. Non enim fuit eorum consideratio nisi in operationibus trium uirtutum tantum, & non in alijs.

Primo nota notāter dicitur hæc virtus thesaurus, quia res cara & preciosa. Dicitur.n. thesaurus quasi tenens aurum. Secundo nota non esse intentionem Aui. in memoratiua solum reseruari species insensatorum. sed etiam sensatorum. reseruantur.n. in memoratiua omnes species cuiuslibet cōprehēsi p cogitatiuā & ęstimatiuā. Sed p ęstimatiuā nō solū isensata, sed etiam sensata sunt compręhensa. quicquid.n. iferior virtus compræhendit, compræhendit etiam siperior, & adhuc plus ideo &c. Vnde tenendum eandem fore siudinem inter reseruatiuas quæ reperitur inter compræhensiuas virtutes. Facit tamen mentionem de insensatis Aui. aut quia est nobilior operatio, aut quia per hoc distinguitur contra phantasiam, vt statim patebit.

Virtus memoratiua.

Dubium. Videtur q virtus memoratiua sit virtus cognoscitiua, quia memorari siue memoratio est actus eius, memoratio autem est cognitio. Diciē q memoratio, uel idem est q reseruatio, & sic in proposito ē sermo, vel idem est quod cognitio alicuius cogniti ratiōe qua in pręterito cognitum & per species reseruatas, & sic non est actus nisi virtutis cognoscitiuæ &c.

Caplm. vi. De uirtutibus animalibus motiuis.



MOtiua uero uirtus est illa quæ cordas contrahit & laxat, propter quod mouentur membra & iuncturę dilatatione & sua flexione.

Virtus. motiua quid.

Primo nota q per virtutem motiuam in proposito debemus intelligere virtutem motiuam localiter voluntariam, siue talis motus sit totius, siue partis, siue ꝑgressiuus, siue dilatatiuus, siue cōstrictiuus, sicut est motus pectoris & pulmonis & diaphragmatis.

Virtus motiua duplex.

Secundo nota q virtus motiua est duplex. s. imperans motum, & exequens. Imperans motum ē virtus appetitiua. Exequens vero est uirtus existēs in musculis & spiritibus quę possunt dici instrumenta virtutis motiuę appetitiuæ siue æstimatiuæ. Ad ꝓpositum hic de vtraq; virtute est sermo. vterq;.n. mouet, licet vna principaliter & alia instrumentaliter. Tertio nota q hæc virtus contrahit & laxat chordas modo superius dicto in cap̄. de membris. Scitis.n. musculum esse compositum ex villis carnis nerui & ligamenti qui in extremitate musculi adinuicem contexuntur & componunt chordā per quam alligantur iuncturæ musculo. Scitis etiam q voluntario motu prius musculus dilatatur vel constringitur, ad cuius dilatationem vel constrictionem sequitur motus chordæ per quem appropinquat centro musculi aut ab eodem remouetur & ex consequenti accidit extēsio iuncturæ & membrorum aut constrictio. Motiua igitur virtus chordas contrahit & laxat ad constrictionem & extēsionem musculi propter quod mouentur membra &c. Tacuit autem de musculis tanq̄ notum. Et ex notato potest colligi vt plurimum membrum moueri a musculo existente extra ipsum in alio membro. Quarto nota q illa particula, & fixione, est sic intelligenda, quia in omni motu est necesse aliquid esse fixum, ideo motiua virtus aliquam partē figit & aliquam partem mouet modo iā dicto, dum. s. fuerit motus terminatæ partis. Primum dubium. Non quilibet motus membrorum voluntarius perficitur motu chordæ, vt patet de motu diaphragmatis & pectoris, ideo &c. Secundum dubium. Motiua virtus nō solum est principium motus, sed etiam quietis. læditur.n. operatio virtutis motiuæ, dum non potest membrum in situ in quo uolumus debite quietari, vt patet in tremore, vbi propter grauitatem membri & uirtutis debilitatem membrum tremit, cuius signum est q si mēbrum adhereat rei fixę non tremit. Ad primum diciē primo non fuisse intentionem Auic. q omnis talis motus perficitur chorda, sed sufficit vtplurimum sic esse, & quia hoc est notum ideo de hoc facit mentionem. Vel dicitur secūdo omnem talem perfici chorda licet aliquando ipsa sit nobis incognita. Ad secundum dicitur concedendo q virtus motiua est causa quietis membri, quod satis intelligi potest per illam particulam, dilatione sua & fixione, vt dictum est.

Et eius quidem penetratio ē in neruis qui sunt cum lacertis continui.

Primo nota vt supra dictum est per virtutem in proposito intelligendum esse instrumentum vel temperamentum instrumentale concurrens ad motum membri, & sic spiritus est virtus motiua. Dum igitur dicit q eius penetratio est per neruos exponitur. i. spiritus motiui penetratio est &c.

Organū motus uoluntarij duplex.

Secundo nota q ex ista littera patet intellectus antiquæ distinctionis. s. q est duplex organum motus voluntarij, quoddam operans, & quoddam deferens. Deferens est neruus ut patet. Operans vero est musculus se dilatando & constringēdo, & sic differenter neruus & musculus sunt instrumenta & organa motus voluntarij.

Lacertus qd.

Tertio nota q per lacertum in proposito intelligere debemus musculum siue lacertum proprie dictum, cui continui sunt nerui, quia. s. compositionem musculorum ingrediunť, & postea p substantiā eorum seminantur, vt supra in præcedenti doctrina. caplo de membris.

Et est genus quod secundum specificationem principij motum specificatur.

Nota q sicut spiritus naturalis & sensitiuus ab hepate & cerebro ad particularia membra transmissus limitatur ad uarias mensuras complexionum & qualitatum ita vt non sit omnino eadem vel similis complexio spiritus sensitiui manus & pedis oculi & digiti & sic de alijs, ita proportionaliter imaginandum est non esse eandem dispositionem vel sistem omnino spiritus motiui per neruos ad musculos & lacertos nostri corporis transmissi, sed variatur secundum varietatē complexionis musculorum & lacertorum, ad quos infertur huius spiritus motiui. Et hoc intellexit Aui. in littera, dum dixit, q hæc virtus motiua est genus quod secundum specificationem &c. Quod dictum ē metaphoricum, & sumitur hoc modo metaphora. Sicut.n. genus est indifferens ad varias species & per varias differentias contrahibile, ita spiritus motiuus a cerebro prouenlens est genus indifferentee contrahibile ad varias dispositiones & modos complexionum secundum membrorum ad quæ transmittitur diuersitatem.

In unoquoq; igitur musculo ē alia natura quę est sequens iudicium existimatiuæ, a qua prouenit communis consensus.

Motus uoluntarij agētia

Primo nota q ad motum voluntarium causandum concurrunt plura agentia sibi adinuicem subordinata essentialiť. Primo concurrit obiectum mouens potentiam cognoscitiuā in genere finis. Secundo concurrit spiritus mouens in genere efficientis, qua. s. compræhenditur obiectum sub ratione boni vel mali. Tertio concurrit iudicium siue assensus. Quarto concurrit appetitus siue inclinatio ad prosequendum siue fugiendum. Quinto motus spiritus ad instrumenta motus. Vltimo motus organorum ad prosequendum siue fugiendum. Iudicium ergo existimatiuæ est illud ad quod sequitur appetitus & motus cuiuslibet. Et hoc intellexit Aui. dum dixit est sequens iudicium &c. Secundo nota quia dixit a qua ꝓuenit communis consensus. Ista littera potest dupliciter exponi. Primo communis consensus, i. a qua prouenit iudicium

cōmmunis

communis cãns motum. Secundo vt per communem consensum intelligamus mutuum consensum. Est autem mutuus consensus virtutis existimatiuæ & motiuæ executiuę. virtus enim existimatiua imperat motiuæ & sic motiua consentit. virtus autem motiua consentit exequendo, hunc autem consensum producit æstimatiua, quia particularis motiua ab ea dirigitur, vt sibi subordinata &c.

Capitulum. 7. doctrinæ sextæ quod est de operationibus.



Icemus ꝙ operationum singularium aliæ sunt quæ ab una complentur uirtute, uerbi gratia digestio.

Opõ singularis & cõis triplr.

Primo nota ꝙ operatio potest dici singularis multiplicit. Primo prędicatione, vt hęc digestio stomachi. Secũdo participatione, vt visio spumificatio. Tertio quia ad finem singularem & non communem ordinata. Cõsimiliter dicitur ecõtra. aliqua operatio communis tripliciter. s. prædicatione participatione, & quia ad finem subordinata communem. Exẽplum primi vt digestio. Exemplum secundi vt nutricatio. Exemplum tertij vt digestio stomachi. Ad propositum per operationem singularem in littera positam intelligere debemus operationem singularem accipiendo primo modo, vt digestio huius stomachi &c. per ly tamen singularium põt intelli singularum. Et secundum hoc est duplex litteræ sensus. Primo singularium. i. terminatarum & distinctarũ. Vel aliter operationum quæ sunt vna operatio. Vel aliter. i. omnium. Secundo nota ꝙ digestio vna completur virtute. s. naturali, licet quandoq; ad illam possit iuuare extrinseca qualitas empli ceroti. principale tamen in complemento digestionis est naturalis virtus nobis intrinseca.

Aliæ quæ a duabus complentur uirtutibus.

Nota ꝙ licet vna operatio compleař duabus virtutibus, non tamen ab eis ęque primo prouenit, sed ab una per prius, & ab alia per posterius & sic una alteri uirtuti in tali operatione subordinatur. hoc autem non est inconueniens, vt debet uideri in phylosophia.

Sicut cibi desiderium quod completur a uirtute naturali attractiua & a uirtute sensibili quæ est in ore stomachi.

Primo nota ꝙ per cibi desiderium compleri in proposito non aliud intelligere debemus, nisi cibi desiderium suum finem attingere vel exequi, & hoc facit duplici uirtute. s. attractiua naturali, & sensitiua oris stomachi. Secundo nota vt colligitur quinto de accidenti, ad famẽ naturalem plures cõcurrere motus sibi inuicem subordinatos. s. mẽbrorum inanitionem, attractionem eorum a venis & uenarum ab hepate & stomacho mediantibus meseraicis. Ad quam attractionem simul cum alteratione quam facit melancholia naturalis in ore stomachi sequitur tristis sensatio, & tandem appetitus qui est fames, & hæc sensatio complet cibi desiderium ad intellectum datum. Aliter tamen literæ potest esse intellectus, vt statim patebit.

Famis nāl motus multiplex.

Attractiua uero operatur ex hoc ꝙ mouet uillum qui secundum longitudinem protenditur retinendo illud quod attrahitur & sugendo ex humoribus quod est sibi proprium. Sensibilis autẽ operatur in hoc ꝙ hanc sentit passionem, & quia sentit mordicationem choleræ nigrę quæ est excitans desiderium, cuius esse nominauimus.

Attractiua quid.

Nota ꝙ per attractiuam in proposito videtur Aui. intelligere attractiuam meseraicarum ab ore stomachi, quod satis potest patere per hoc quod subdit ꝙ sensibilis operatur, qa hanc sentit passionem. s. attractionis. Et secundum hoc possumus aliter exponere litteram superius positam dum dicit, ꝙ cibi desiderium completur, non exponatur. i. fio etc. sed completur. i. producitur simul a uirtute attractiua & sensitiua virtute. Ad cibi. n. desiderium causandum concurrit uirtus attractiua naturalis meseraicarũ, & virtus sēsitiua oris stomachi sentiendo &c. Et ex ista litera de mente Auic. concludere possumus primo. Nec consumptio humidi substantifici nec consumptio humidi chylosi est causa immediata famis, sed ad consumptionem illam sequitur sensibilitas, vt patet ad quam sequitur desiderium. Sequitur secundo ꝙ præter suctionem factam in ore stomachi ad tristem sensationem hora famis causatam concurrit aliqua qualitas vel attractio facta a melancholia naturali transmissa ad os stomachi, vt patet in littera. Sequitur tertio ꝙ capiendo famẽ ꝓ appetitu oris stomachi ad cibum causa immediata illius famis est illa tristis sensatio ori stomachi. Sequitur quarto ꝙ immediatum obiectum illius tristis sensationis est illa mala qualitas, quæ illa tristi sensatione percipitur. Ex quo vlterius sequitur ꝙ improprie capiendo famẽ pro illa tristi sensatione immediate causans famem est illa mala complexio vel qualitas, nisi ponere vellemus os stomachi immutari spiritualiter per species. Cum igitur dicunt doctores antiqui cõsumptionem siue suctionem humidi substantifici vel chylosi fore causam famis immediatam non plus uolunt, nisi ꝙ inter cõsũptiones minus mediata cã famis est talis consũptio.

Et hanc quidem operationem dicemus duabus compleri uirtutibus, nisi ideo ꝙ cum sensibili acciderit nocumentum destruetur intentio quæ uocatur fames & desiderium, neque desiderabitur cibus, licet eo corpus indigeat. Et similiter trãsglutiẽdi operatio duabus completur uirtutibus. Vna est attractiua naturalis. Et altera est attractiua uoluntarie. Et prima quidem suã complet operationem per uillum, qui secundum longitudinem protenditur qui est in ore stomachi et oesophago. Et secundæ completur operatio per uillũ lacerti transglutiendi. Cumq; una duarum uirtutum destruetur transglutiendi operatio duriter prouenit, sed quãdo non fuerint, destruetur. Sed cum illa non operata fuerit, erit trãsglutiẽdi operatio difficilis. Nonne uides ꝙ cum desideriũ nõ recte procedit, duriter prouenit operatio transglutiendi illud quod non desiderat, immo cum abhorremus aliquam rem nausea nobis prouocabitur, & cum eam postea transglutire uoluerimus et territa fuerit ab ea uirtus nostra attractiua desideratiua dura erit operatio uoluntarie transglutiendi. Transitus quoq; nutrimẽti perficitur uirtute membri impellentis, a quo procedit, & attractiua membri ad quod accedit. Et similiter sit perfluitatum egressio quæ fit per duas uias

Primo nota cañ. vel regulam inuestigandi hanc uirtutem fore alicuius operationis principium, quia læsa uel impedita uirtute læditur illa operatio. Et ex isto soluitur dubiũ quo quæri consueuit. Quare dicimus operationem digestiuã cõpleri una uirtute. s. digestiua, cum tamen ad eam concurrat attractio retentio &c. non autem sic dicimus de desiderio siue appetitu, quia diciť ꝙ completur attractione &c. Hic potest dici primo ꝙ si per possibile cessaret operatio retentiuæ aut attractiuę posito cibo digestibili in stomacho adhuc fieret digestio. Sed si non fieret attractio aut suctio iam dicta nõ fieret desiderium &c. Aliter dicitur ꝙ digestio completť pluribus uirtutibus, quæ tamen sunt eiusdem generis, quia quælibet ē naturalis, sed ad desiderium cõcurrunt plures secũdũ

Superfluitatum egressio quid.

genus.s.animalis, & naturalis. Secũdo nota ꝙ per egressionem superfluitatum quæ fit per duas vias intellexit emissionem fecum & vrinæ. Ad has.n.expulsiones sicut manifestũ est concurrunt virtus aīalis sēsitiua, & uirtus naturalis expulsiua, vt patet. Totũ residuũ litteræ satis patet vsq; ibi.

Et forsitan plerũq; existunt operationis principium duæ uirtutes.s.animalis & naturalis. Et fortasse plerũq; existunt eius causa uirtus & qualitas, sicut infrigidatio quæ prohibet materias & iuuat expulsiuã in parilitate superfluitatum quæ descendunt a mēbro, & uetat & in faciem reuerberat. Et frigiditatis quidem est æqualitas quæ propter duas prohibet res.s.cum essentia substantiam eius quod effunditur ingrossando, & coangustando poros. Et res tertia quæ est per accidēs quæ est qua caliditas extinguitur attractiua, & qualitas caliditatis attrahit p illud quod istis opponitur modis quos prædiximus. Et caliditatis quidē qualitas & necessitas uacui nõ attrahũt in primis nisi illud qd' ē subtile, et postea qđ est spissum. Virtus uero attractiua naturalis non attrahit nisi qđ est ei magis conueniens, & qđ naturæ eius est ꝓprium attrahere. Et plerũq; qđ est magis spissum ē magis ꝓprium et magis cõueniens.

Expulsiua quid.

Nota per expulsiuam in proposito intelligere possumus expulsiuam intestinorum, vt in expellendo feces quæ a frigiditate iuuatur. Cum.n.impediatur expulsio fecum, aut propter caliditatem hepatis multum exiccantis, aut propter fortitudinem retentiuæ, aut propter carentiam ventositatis frigiditas hanc expulsiuam iuuat remittendo hepatis caliditatem debilitando & propellendo feces iuuat expulsiuam. Et secũdum hoc exponitur littera sicut infrigidatio prohibet.i.facit succũbere materias earum impediendo resistentiam, vel prohibet scilicet multiplicationem, quia euacuat & iuuat expulsiuam iam dictam in paritate.i.dum est paritas virtutis ad materias, & econtra quia neutrum alterum sufficienter excedit, & uetat.s.superfluitates resistere & reuerberat.i.propellit in faciem.i.ad superficiem mouet. Aliter & melius exponit̃ hæc littera per expulsiuam intelligendo impellendi virtutem, & per expulsionem repercussionem secundum ꝙ littera intelligenda est ꝙ frigiditas prohibet materias descendere ad mēbrum & iuuat expulsionem in repercutiendo in parilitate.i. dum est parilitas modo iam dicto in alia expõne. Et vetat.s. illas superfluitates ad membrum effundi, & reuerberat.i.repercutit in faciem membri propellentis, sicut si quis ꝓijcit lapidem ad murum, & muro impediente motum lapidis reuerberetur lapis versus proijcientem & forte in faciē eius.

Expulsio quid.

Totum residuum litteræ patet vsq; in finem doctrinæ.

Explicit expositio Iacobi de Foroliuio super prima Fē primi Canonis abynhali abyn sceni.

Incipit expositio eiusdem Iacobi super secunda Fen.

Fen.ij.libri primi cañ.cuius sunt tres doctrinę.

Doctrina prima est de ægritudinibus.

Doctrina secunda est de causis.

Doctrina tertia est de accidentibus.

Doctrinæ primæ, quæ est de ægritudinibus sunt octo capitula.

Capitulum.1.est de doctrina causæ & ægritudinis, & accidentis.

Dicemus ꝙ causa in libris medicorũ est id quod primo est, & ex quo prouenit inuentio alicuius dispositionis in corpore humano aut eius fixionis.

Primo nota.ꝙ res pręter naturam apud medicos ponunt̃ tres.s.causa, egritudo, & accñs. Et quid per vtrunq; istorum debeat intelligi declaratur in littera. Quia igitur in proposito non determinatur de causa nisi secundum ꝙ de ea considerat medicus secundum ꝙ distinguitur contra morbum & accidens, ideo notanter dixit in littera, in libris medicorum.

Cã duplex secundum medicos

Pro cuius intellectu nota secũdo ꝙ causa cõiter sumpta. dicitur de materia & forma efficiente & fine, ut patet secundo phy. et sic de causa pertinet tractare ad philosophum naturalem. Secundo sumitur causa pro re præter naturam, a qua in corpore humano sequitur ęgritudo uel dispositio immediate lædens operationes, & sic sumit̃ in proposito. Ex quo sequit̃ ꝙ causa taliter sumpta solum dicit̃ de efficiente. Quia tamē efficiens causa potest esse conseruans uel producēs, ut debet uideri. 2. phy. ideo causa de qua in proposito est sermo dicit̃ de omni causa producente uel conseruante ægritudinem in humano corpore. Nota tamē ꝙ causa q̃ diffinitur hic dicitur causa sanitatis & neutralitatis. Tertio nota dupl'r aliquid esse prius respectu alterius. Primo tempore, & sic non est sermo in proposito. Notum est.n.ꝙ causa conseruans non præcedit tempore effectum conseruatum ad bonum intellectũ. Secundo natura & sic sumitur in proposito. sic.n. causa ægritudinis est quid prius natura pro quanto.s.a causa dependet ægritudo. Dicitur ergo ĩ proposito causa prior natura, quia.s. uia dependentiæ, quia ab ea dependet effectus. Ex isto soluitur dubium hic moueri solitum de causa conseruante & coniuncta, ut patet. Quarto nota.ꝙ ly ex in proposito denotat circũstantiã causæ efficientis, ut sit sensus ex qua.i.a qua ꝓuenit inuentio.i.existentia alicuius dispositionis & fixionis ĩ corpore humano. Ista littera duplicem potest habere expositionem. Primo vt sic sumatur dispositio prout distinguitur contra habitum, quia est qualitas de facili mobilis, et per fixionē intelligas habitum, & tunc erit sensus ꝙ causa ē illud ex quo prouenit inuentio alicuius dispositionis vel habitus. Alter intellectus litteræ potest esse, vt per hoc velit ostẽdere diuersum modum causarum efficientium, quædam.n. producunt, & istæ dicuntur disponere, quędam autem rem productam cõseruant, & istæ dicuntur dispositiones figuræ, & sic patet sensus litterę. Ex quibus omnibus sequitur diffõ taliter intelligẽdo. Causa est id quod primo est.s. natura, a quo in corpore humano depēdet aliqua dispõ.s.sanitatis & ęgritudinis, & sub sanitate & ægritudine comprehenditur neutralitas.

Prius dr̃ dupl'r.

Et ęgritudo est dispositio non naturalis in corpore humano, ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentum prouentu primo. Et est aut cõplexio nõ naturalis aut cõpõ nõ naturalis.

Dispõ dupl'r.

Primo nota.ꝙ dispõ hic quãdoq; sumitur prout est idem quod qualitas de facili mobilis, & sic non sumitur hic, quia lapis in vesica non est qualitas. Secundo sumitur pro omni eo quo denominatur subiectum aliqua denominatione, & sic q̃titatem situm & figuram dicimus esse dispositiones, & sic sumitur in proposito dispõ. sic.n. dicimus lapidem in vesica esse dispositionem, quia per illum formaliter denominat̃ homo, & sic de alijs. Nota secundo ꝙ per non naturalem intelligo præter naturam, vel contra naturam. Et dixit in corpore humano, quia de illo solum considerat medicus. Tertio nota ꝙ nocumentum in operatione potest contingere tripl'r. Primo per læsionem exñtem in aliqua natura membri. Secundo per communitatem. Tertio ratione obiecti vel materiæ circa quã operatur virtus membri. Exemplum primi. nocumentum in digõne stomachi eueniens a mala complexione stomachi. Exemplum secundi, sicut nocumentum in formatione vocis propter impotentiam motus lacertorum pectoris. Exemplum tertij sicut imperfectio digestionis ĩ stomacho propter rem indigestibilem sicut ossa cerasorum. Ad propposium nocumentũ eueniens primomõ dicitur euenire essentialiter. Alijs autem duobus modis accidentaliter, quia primomõ euenit ꝓpter læsionem ĩ essentia membri. Ex quo

Nocumẽtum opõnis cõtingit tripl'r.

sequitur

sequitur hic diffiniri ægritudinem per essentiam vel proprietatem, & non communitate. Nota per ly essentialiter aliqui intelligunt id quod per se & ex eius naturali inclinatione lædit. Prima expositio est melior. Quarto nota ꝙ per prouentum primum debemus intelligere dependentiam immediatam, quia.s. operationis læsio immediate dependet ab ægritudine. Ex quibus colligitur completa diffinitio ægritudinis: quia per hoc quod dr̃ dispõ tangitur genus. Sed per ly nõ naturalis differt a sanitate. Sed per ly in corpore humano differt a dispositione præter naturam non existente in corpore humano, de qua non tractatur in libris medicorum. Per hoc autem quod dicitur prouẽtu primo differt a causa, licet enim a causa proueniat nocumentum, non tamen post.l. immediate. causa enim causat nisi mediante ægritudine.

Prouentus primus qd

Et accidens est res quæ hanc sequitur dispõnẽ quæ est non naturalis, siue sit naturali contraria sicut dolor in colica, siue non sit cõtraria sicut rubedo multa maxillæ in periphleumonia.

Accñs qd et est triplex.

Primo nota ꝙ licet hic terminus accidens multipliciter possit sumi.s. prout distinguitur contra substantiam & multis alijs modis: hic tamen sumitur accidens pro re præter naturam consequente morbum & accidens, quasi ab alio puta ab ægritudine cadens. Secundo nota vt sumitur a Ga. 3. de accidenti & morbo. Accidens taliter sumptum est triplex.s. actio lẽsa, qualitas mutata, exiens mutatum. Quid debet per quẽlibet illorum modorum intelligi satis patet. Solũ autem explicuit Aui. de actione læsa qualitate mutata. Tertio nota ꝙ horum accidentium quoddam dicitur ex toto genere præter naturam, quoddam, vero non. Exemplum primi, vt dolor in colica. Exemplum secundi, vt rubedo maxillarum. Et per accidẽs ex toto genere &c. intelligi debet accidens quod nulli indiuiduo de specie humana potest secundũ naturam in esse vt dolor, econtra vero quod non repugnat alicui in esse secundum naturam, vt rubedo maxillarum & ideo in diffinitione doloris explicatur aliquid rei naturali contrarium vt dolor est tristis sensatio &c. Nõ sic autem fit in diffinitione rubedinis maxillarum. Et ex hoc vlterius patere potest, quare dolor & huiusmodi accidentia mala ex toto genere præter naturam dicuntur etiam accidentia permutata a naturalibus in propria forma, quia in propria ratione formali ipsorum ponitur aliquid explicans contrariũ naturali & conuenienti dispositioni. Quarto nota ꝙ colica aliquando sumitur pro dolore in colon intestino, quandoqꝫ pro dispositione præter naturam, ad quam in colon sequitur dolor, sicut est mala complexio in colon, aut mala compositio aut soluta continuitas ad quam dolor sequitur, & taliter sumitur cum dicitur, sicut dolor in colica.

Colica dupl̃r.

Cãæ exẽplũ est putredo. Aegritudinis exẽplũ est febris. Exẽplũ accñtis est sitis & dolor capitis.

Putredo quid.

Primo nota ꝙ per putredinem in proposito indifferenter intelligere possumus humorem vel vaporem putridum siue qualitatem putridam, quodlibet enim illorum est causa ægritudinis, quia causatur a re præter naturam existente in membro vel in membris, si tamen esset putredo in substantia membri, vt sic non esset cã ægritudinis, sed potius ægritudo vt patet ex quid nominis ægritudinis. Secundo nota, febris est morbus siue ęgritudo. est.n. dispositio ex qua essentialiter prouenit nocumentum in operatione immediate siue prouentu primo, quod non est de putredine. Sitis tamẽ & dolor sunt accidentia, quia sunt accidentales dispositiones membrorum ab ęgritudine dependentes. Caliditate.n. febrili exiccante causatur sitis præter naturam. siue eleuante materias vaporales acutas ad caput causatur dolor: aut etiã imprimit in mẽbro caliditatẽ præter naturã vt in cerebro.

Febris quid.

Sitis & dolor quid, & earꝫ cãę.

Causæ quoqꝫ exemplum est repletio in receptaculis quæ ad oculum descendunt. Exemplũ ægritudinis oppilatio in uuea quæ est ægritudo instrumẽtalis uel compositionalis. Exemplũ accidentis est destructio uisus.

Repl̃o dupl̃r.

Primo nota ꝙ iuxta communem modum loquendi quãdoqꝫ sumitur repletio pro materia replente, & sic repletio receptaculorum dictorum in littera nõ est nisi humoralis materia in eis contenta. Qñqꝫ autem repletio sumitur pro modo se habendi membri repleti, quod realiter non est nisi ip̃m membrum sic se habere, vel sic se habens, & sic repletio nõ est materia replẽs. Ad propositũ igitur sumitur primo modo.s. pro materia. sic.n. est causa & non ægritudoꝗ. mẽbrum autem sic se habere est ęgritudo, cuius causa est materia. materia enim replens est causa eius quod est membrum esse repletum. Et penes hæc concedenda essent multa quæ iam multis visa sunt absurda. Primum ꝙ eadem res est sanitas & ægritudo: vt posito, ꝙ neruus aliquis totius sit debite figuratus & sit repletus, tunc sic, neruus est sanitas in figura, et tamen hic neruus est ægritudo, quia hic neruus est oppilatio. Similiter res naturalis est res pꝛ̃ter naturam et infinita alia.

Nerui optici quid.

Nota secundo ꝙ per instrumenta descendentia ad oculum intelligere debemus neruos opticos concauos per quos defertur spiritus visiuus ad oculos. Tertio nota ꝙ illa oppilatio sumpta pro materia oppilante est causa, sed pro membro &c. est ægritudo. Vuea est tunica perforata per quam multiplicantur species &c. destructio vero visus est accidẽs consequens repletionem iam dictam.

Exemplum etiam causæ est reumatismus acutus. Exemplum ægritudinis est apostema in pulmone. Exemplum accidentis est rubedo ambarꝫ maxillarum & gibbositas unguium.

Reumatismus acutus quid, & reuma.

Primo nota per reumatismum acutum intelligere debemus omnem materiam fluẽtem a cerebro ad pectus & pulmonem. Dicitur.n. reuma quasi ruens. Hic.n. reumatismus est causa apostematis dupliciter. Primo pro quanto fluẽs ad pulmonem & imbibitus ei potest causare malam cõplexionem. Secundo ꝓ quanto acuitate sua potest vlcerare pulmonem & cãre phthisim. Dubitatur. Qũo põt reumatismus esse acutus cum sit cãtus a frigido & humido cerebro. Dicit ꝙ hoc prouenit ex dispõne præternaturali cerebri, aut ẽt ex dispõne fumorum eleuatorum ad cerebrũ. Secundo nota ex dictis Aui. hic, ꝙ non solũ materia frida põt cãre periphleumoniã sed etiã calida, vt hic colĺr. Sed vtplm̃ cãtur periphleumonia a mã frida, vt colĺr. 10. tertij, in cap̃. de causis periphleumonię. Tertio nota: in periphleumonia cã rubedo maxillarꝫ ꝑꝑ mãm multam vaporabilem a pulmone ad faciem eleuatam, & maxime receptam in poris maxillarũ ꝑꝑ multitudinem venarꝫ & arteriarꝫ ibi exñtium cãntem ebullitionem in spũ & sanguine ibi exñtibus, & calore ad illum locum attrahente sanguinem & spm̃. Sed in periphleumonia ad quam sequitur hectica aut phthisis. causatur vnguium gibbositas. consumitur.n. materia digiti carnosa, cui annexa est vnguis & glutinata. vnde quia minoratur materia illa necesse est vnguem flecti secundũ minorationẽ materiæ sibi subiacentis sic subsequendo materiã eius subiacẽtẽ.

Periphleumoniæ accñtia.

Accñs autẽ uocatur accñs respcũ suæ essentię, aut cõpõne eius cui accidit. Et uocat̃ significatio respcũ considerationis medici ad ipsum ꝓcessionis eius ab eo ad sciendum ægritudinis essentiã.

Accñs dupl̃r.

Primo nota, q̃a hæc lr̃a habet duplicẽ expõnẽ. Prima est ꝙ accidens consideratũ secundũ eius essentiã vel suum esse ab ægritudine dependet. accñs ergo respectu suæ ægritudĩs cui accidit sicut effectus cãæ vel cãm consequens dr̃ accñs. Secunda expõ est ꝙ accñs sumit̃ dupl̃r. Primo ꝓprie ꝓ re præter naturã cõsequente morbõ, & dr̃ accñs quasi ab alio .s. a morbo cadens. & sic consideratum secũdum essentiam

eius quę est ab alio cadere dr̃ accñs. Secundo capitur accñs cõiter pro oĩ re corpori humano adueniente præter naturã, & sic dr̃ de cã morbo & accñte proprie dicto. Hæc distinctio colligitur a Gal. 4. de accñti. & sic respectu eius cui aduenit cã morbus & accñs: illud quod accidit appellat̃ accidens. Dicitur. n. accidens, quia accidit & nõ naturaliter corpori inhærens. Ad ꝓpositum vtrãq; istarum significationũ tetigit Auic. in littera. Primo primam. Secundo secundam. Vel potest dici capi secundum essentiam qñ sumitur ꝓprie & distincte contra ægritudinem &c. aliter autem dicitur summi respectu alterius. Secundo nota ex littera idem secundum diuersas rationes esse signum & accidens. Sed dicit̃ signum in ꝓposito, quia per ipsum significamus aut significare possumus supra morbum & cãm. Dr̃ autẽ accñs ꝓpter cãm iam dictam. Tertio nota ꝙ isti termini non conuertuntur accidens & signum. non enim quodlibet signum est accidens: sed bene econtra. Nam primo vt dicit Ioãnitius: in sano sunt signa & non accidentia. Secundo, quia iã morbus ꝗ cã põt esse figura. per cãm. n. possumus significare supra morbum, vt per reumatismum acutũ supra phthisim, & per morbum supra accidens, vt per peripleumoniam supra vnguium curuationem futuram.

Et est cum ægritudo sit alterius ægritudinis cã sicut colica syncopis, aut paralysis, aut epilẽ.

Primo nota ꝙ colica est cã syncopis. Fortis enim dolor multum virtutem & subito prosternit. Similiter paralysis, quia est causa attractionis materiæ quæ per neruos sparsa est causa mollificationis. Similiter epilepsiæ propter cõpassionem propter etiam vapores materiæ illius ad ventriculos cerebri peruenientes. Secundo nota ꝙ cum colica sumatur dupliciter vt supra, hic sumitur pro ægritudine et nõ pro accidente. Harum ergo ęgritudinum iam dictarum dr̃ esse cã mediata colica, non immediata pro quanto est cã doloris, & dolor est cã iam dictorum. Tertio nota ꝙ epilepsia paralysis &c. quãdoq; sumuntur pro actionibus lęsis; & sic sunt accidẽtia, qñq; pro causis immediatis eorũ. & sic sunt ægritudines. hic autem sumuntur secundo mõ, licet ꝓprie sint magis accñtia, vt colli. 3. de accidenti. &. 1. de interioribus a Gal. Et ex hoc soluit̃ vnũ dubiũ hic moueri solitum. licet aliter posset dici ꝙ nõ repugnat idẽ esse accñs ęgritudinem respectu diuersorum, vt statim patebit.

Colica dupl̃r.

Epilepsia & paralysis dupl̃r.

Accñs quoq; plm̃ est cã ægritudinis, sicut in colica dolor fortis, qui fit cã ut accidat syncopis, & sicut dolor uehemens qui fit cã apostematis, ꝓpea ꝙ materiæ ad locũ descendunt doloris.

Nota ꝙ dolor est cã apãtis inflãmando et debilitãdo mẽbra & digerendo virtutẽ ad locũ & spm̃ & sanguinẽ ad remouendũ doloris cãm, iõ est causa apãtis. quare &c.

Et plerũq; etiam ipsum accidens fit ægritudo quẽadmodum dolor capitis qui ex febre accidit cum quandoq; figitur, & tandiu fit mãsiuus donec fit ægritudo. Et est etiam cum una res cõparatione sui, & rei quæ est ante ipsam, & rei quæ est post ipsam est ægritudo & accidens & causa, quẽadmodum uerbi gratia febris hectica quæ est accñs apostematis pulmonis, & est ægritudo secũdum se, & est cã debilitatis stõi. Et sicut dolor capitis qui accidit ex febre qñ dolor ille figit̃ quia est accidens febris, & ægritudo in se, & plerunq; prouenit ex eo fe. & fit ipsius causa.

Nota non esse intentionẽ Aui. dolorem mansiuũ esse ęgritudinẽ, quia tñ explicite hoc plus apparet de dolore mãsiuo; ideo de ipso magis vult explicare. Et est ægritudo. Primo qa trahit ad securam. Secundo est ægritudo sumpta gñalr̃. & est ægritudo, quia dispõ per se & immediate lædens operationẽ, quia virtutẽ ꝓsternens. Ex his concludi põt multa corrolaria alibi conclusa ꝑꝑ breuitatem hic dimittenda. Et infert corrolarię ex oĩbus p̃dictis idẽ sil̃ respcũ diuersorum dici posse cãm ægritudinẽ et accñs: sicut patet i exẽplo in lr̃a posito. Ex quo vlterius sequit̃ ꝙ diuisio rei præter naturã, cãm ægritudinẽ & accñs non est diuisio necessario realiter distinctorũ sed solum rõne, vt patet intelligenti.

Iacobus de Foroliuio non exposuit vt creditur alia septẽ capitula primæ doctrinæ secundę fen primi canonis.

Iacobus de partibus illa exposuit cuius expõ sequit̃.

Cap. ij. De diuisionibus dispõnum corporis humani, & de generibus ægritudinum



Corporis humani dispões secũdũ Gal. sunt tres. Sanitas quę ẽ dispõ per quã corpus hominis in sui cõplexione & cõpõne tale existit, ut ex eo opatiões eius oẽs proueniãt incolumes. Et ægritudo quę est dispõ in corpore hominis huic contraria. Et dispõ quæ ẽ apud eũ neq; sanitas neq; ægritudo, aut iõ ꝙ non est sanitas in ultimo aut ægritudo in ultimo, quemadmodum corpora senum & conualescentium & puerorum. aut ideo ꝙ ambę res in uno tempore in duobus sunt copulatę membris aut in uno membro, sed in duobus generibus remotis, sicut qui est in complexione sanus et in cõpositione æger. Exempli causa. aut in uno membro duorum generum ꝓpinquorum, sicut qui est sanus in figura & non sanus in quantitate & situ, aut qui ẽ sanus in duabus qualitatibus passiuis, & non sanus in duabus qualitatibus actiuis aut uicissitudine duarum rerũ in duobus tpibus sicut qui sanatur in hyeme et infirmatur in uere.

In hoc cap̃. Primo agit prĩceps de tribus dispõnibus corporis humani. Secundo de diuisione morbi in simplicem et cõpositũ. ibi [Ægritudinũ.] Tertio de diũsione morbi simplicis. ibi [Incipiemus.] Quarto de diuisione morbi cõplexionalis. ibi [Ægritudines.] In prima parte dicit prĩo ꝙ tres sunt dispões corporis humani secundũ Gal. s. sanitas ægritudo & neutralitas. Aristoteles vero ponit duas tm̃, qa asserit sanitatẽ in æqualitate consistere & morbũ in inæqualitate, sicut ergo nõ est mediũ inter æqualitatẽ & inęqualitatẽ, sic nec inter sanitatẽ & ægritudinẽ, sed sunt cõtraria immediata. Gal. autẽ nõ oẽm inæqualitatẽ uocat ægritudinẽ, sed eã q̃ parũ lædit & quasi insensibilit̃ vocat neutralitatẽ, & eã q̃ multũ lędit & sensibilr̃ ægritudinẽ. Secundo dicit ꝙ prĩa harũ dispõnũ est sanitas. Et est dispõ per quã corpus hoĩs in sua cõplexione & cõpõne tale existit: vt ex eo opões oẽs ꝓueniãt icolumes. Instabit aliqs prĩo ꝙ nulli ĩfanti sanitas inesset, qa nullus infans habet opões gressus & appręhẽsionis manuũ incolumes. Itẽ nulli iuueni sunt opões augmẽti incolumes. Itẽ oĩum senũ maxime in senio opões sunt debiles & ĩfirmę, et sic nulli horũ inerit. Itẽ dormiẽtes oẽ ẽẽnt sani, qa nõ ꝓueniũt ab eis opões sensus & motus icolumes. Item multi vinculati compedibus aut manicis ferreis sunt sani corpore, & tamen ab eis nõ proueniũt oẽs operationes incolumes. Item sicut ad sanitatem requiruntur conuenientes complexio & compositio, ita vnio partium. debuit ergo addi vnio in descriptione sanitatis. Item describitur sanitas per incolumitatem & incolumitas est sanitas. ergo describitur idem per idem. & sic est petitio principii. Ad primum dic ꝙ infans dicitur sanus & proueniunt ab eo operationes omnes debite infantiæ incolumes. Idem dic de iu-

Corp̃is humani dispõ tri plex.

uenibus

uenibus & fenibus. Ad quartum de dormientibus dic sil'r, q tunc sunt sani dum perfecte faciunt opera conuenientia dormientibus. Ad quintum de vinculatis dic q dicuntur sani quãdiu habent complexionem cõpõnem & vnionẽ conuenientes. Et cum dicitur q ab eis non proueniunt omnes operationes incolumes. Dic q sic actu vel aptitudine perfecta prompta sine mora exire in actum remoto quocunq extrinseco prohibente, & hoc sufficit esse sanum, ita q nullũ extrinsecum prohibens hominem ab operatione priuat eũ sanitate nec reddit infirmum, nisi prius violet complexionẽ compositionem vel vnionem sui vel suarum partium. Ad sextum dic q vnio partium sufficienter intelligitur sub cõpositione. Ad septimum dic q sanitas conuenienter describitur per incolumitatem .i. perfectionem operationum, qa operatione sunt nobis notiores dispositionibus a quibus ꝓcedũt. Vñ Gal. primo de ingenio. cap. 5. Sed nos videmus homines se sanos esse dicentes dum actio eorum ab oĩbus membris sine impedimento fit, neq vllam de medicis habent necessitatem. Et primo morbi. cap. 1. Dico ergo quòd vnusquisq dicit se sanum esse dum solitas preter ullum impedimentum faciat actiones. Et Auer. 2. colliget. cap. 1. Sanitas est bona dispõ in membro cũ qua ipm operaẽ opõnẽ quam habet agere per sui naturam, & patiẽ passionem quã habet pati. Attẽde tñ q esse sanitatis magis consistit in cõplexione cõpositione & vnione conuenientibus q in actione, quia sanitas est natura prior operatione, sed posterior pr̃dictis. Iuxta illud Gal. 1. morbi cap. 1. Sanitas igr̃ & morbus aut erunt in actione naturali aut in membro composito per quod actio naturalis efficitur. Sed in aliquo dormiente iacente seu quiescente qñq nullum membrum mouetur, sanitas tamen ab eo non ob hoc dr̃ priuata. Sanitas ergo uocatur cum membra suas actiones facere pñt, posse autẽ istud fit ex naturali membrorum cõpõne. Sanitas igitur non est nisi naturalis cõpõ. naturalis autẽ cõpõ est cã naturalis actionis. sanitas igitur seu naturalis uocetur cõpõ, seu cã naturalis actionis intẽtio erit una, licet in nõibus sit diuersitas. Hec Gal.

Gal.

Auerro. Sanitas quid.

Tertio dicit prin. q secunda dispõ est ægritudo quę est dispõ in corpore hoĩs contraria sanitati. Et quia descripsit ægritudinem cap. præcedẽti supersedet hic a descriptione ipsius. Quarto dicit q dispõ tertia corporis humani est dispositio quæ nec est sanitas nec ægritudo sed neutralitas. Et hæc dispositio est quinq modorum. Primus est vt sit dispositio totius corporis talis q nec sit sanitas eius in vltimo nec ægritudo eius in vltio. Sed istabit aliqs q hoc mõ neuter erit oĩs hõ, quia nullus habet sanitatẽ in vltio. Iuxta illud Ga. 1. de regimine sanitatis. Simplex sanitas et perfecta quę certissimã habet eucrasiã, vel nunquã fuit in corpore animalis, vel si vnquam fuit neq plurimo neq nisi in istãti tempore permansit in ictu oculi, in vno quoq membro alterata, & non eodem modo se habens. Nec aliquis est ita æger qui non possit ægrior fieri scissura percussione & similibus. Dic q prin. non intelligit hic per sanitatem optimã nec p ægritudinẽ in vltio ægritudinẽ pessimã, sed p sanitatẽ in ultio intelligit sanitatẽ cõpletã vel quasi cõpletã cuiuscunq indiuidui secundũ suã ꝓpriã nãm & sua principia. Et p ægritudinẽ in vltio intelligit ægritudinẽ ut nunc quæ desistere facit ab opõnibus solitis. Hũc modũ neutralitatis hñt senes a senio, quia manifeste diminutæ sunt vires eorũ. & conualescentes, quia licet ægritudinem perdiderint & cãs eius dum tamen resumpserunt spiritus sanguinem carnem & vires quos in ægritudine perdiderunt. & pueri, quia virtutes eorum præsertim motiuæ nondum cõpletæ sunt neq membra sua. Et ideo proprium regimen aliud a regimine sanitatis communis debetur eis. Secundus modus neutralitatis est dum ambe res .s. sanitas & ægritudo simul insunt corpori secundum diuersa membra, vt si stomachus sit sanus & hepar ægrotet vel cor sit infirmum & cerebrum sanum. Tertius est cum sanitas & ægritudo simul insunt secundum idem membrum in duobus remotis generibus puta sanitas in complexione & morbus in cõpositione. Quartus est cum sanitas & ægritudo simul insunt secundũ idem mẽbrum in duobus gñibus ꝓximis. vt si quis fuerit in figura sanus & æger in situ vel quantitate, vel si quis fuerit sanus in actiuis qualitatibus & infirmus in passiuis aut econtra. Quintus est cum sanitas & ægritudo vicissitudinaliter seu successiue diuersis temporibus insunt, ut si quis fuerit in hyeme sanus & in uere æger. Hos modos neutralitatis tangit hic princeps. Gal. vero primo techni diuidit neutrum in neutrum, quod neutro contrariorum participat .s. nec sanitate nec ęgritudine, & istud est neutrum primi modi. & in neutrum, quod vtroq contrariorum simul participat, & hoc neutrum sub se cõprehendit secundum tertium & quartum modos prædictos, & in neutrum quod vno tẽpore est sanũ & alio ægrum, & istud est neutrum quinti modi. Et subdiuidit neutrum secundi modi in neutrum quod æqualiter participat vtroq contrariorum, & id qd' participat amplius vno.

Neutralitas quintuplex.

AEgritudinum uero aliæ sunt quæ sunt simplices, aliæ sunt quæ sunt cõpositæ. Simplices autem sunt quę sunt una ex speciebus ægritudinis cõplõnis, aut una ex speciebus ęgritudinis cõpositionis quã postea nominabimus. Compositæ uero sunt in quibus duæ spẽs aut plures coniunguntur, ex quibus una componitur ægritudo.

In hac parte secunda primo diuidit ægritudinem in simplicem & compositam. Secũdo describit simplicem dicẽs q est vna ex speciebus malæ complexionis, vel vna ex speciebus malæ cõpõnis, de qua post agetur. Tertio describit composita dicens q est illa in qua coniunguntur duæ spẽs ægritudinis aut plures ex quibus fit vna ægritudo. Contra primum arguitur. oĩs ægritudo est compositio. Iuxta illud Ga. 3. de morbo. cap. 1. Dico ergo qm̃ cũ morbus quid esset inuestigarem percepi q quædam esset compõ extra naturam actioni nocens naturali, ergo nulla est simplex. Itẽ oĩs ægritudo vel est mala cõplo vel mala compositio vel solutio continui. Sed oĩs complexio constat ex pluribus etiã specie differentibus, & sil'r compositio & solutio continuitatis. Contra secundum. malæ complexiones compositæ non sunt morbi simplices: & tamen quælibet harũ est vna ex speciebus ægritudinis complexionis. Itẽ solutio continui est morbus simplex, & non est vna ex speciebus ægritudis cõplonis aut cõpõnis. Contra tertium ex duabus formis spẽ distinctis non põt fieri vna forma, nisi altera earũ se habeat ad alteram vt materia ad formã: ergo ex duobus morbis spẽ distinctis non potest fieri morbus vnus cũ vterq sit forma & neuter ad alterum se habeat vt materia ad formã. sicut in apate mala complexio mala cõpõ & solutio cõtinui sunt tres formę specie distinctę non se inuicem habentes vt actus et potentia. Itẽ si plres morbi spẽ distincti constituerẽt vnum morbum compositũ oporteret vt hr̃ent eundẽ actũ nocendi, eo q esse morbi consistit in nocere operationi, & sic esse vnius morbi consistit in vno nocere, quia eadẽ sunt principia entia & vnius. sed certum est q duo morbi spẽ distincti hñt duo nocere .s. quisq suum, ergo nõ fit ex his vna ægritudo. Ad primũ dic q licet ægritudo est cõpõ .s. qualitas cõposita extensiue & intensiue, ita q nullius ægritudis esse consistit in indiuisibili, est tñ aliqua simplex qualitas sicut caliditas vel frigiditas excedens. Ad confirmationẽ dic q aliqua est mala complo simplex, quia licet constet ex pluribus qualitatibus rõne vnius solius superexcedentis nocet & est morbus. Sil'r dic de cõpõne & solutione continui. Ad secundũ dic si vis q mala cõplo cõposita non est vna spẽbus ægritudis cõplonis, sed duę. vel si est una ægritudo non est simplex sed composita. Ad confirmationẽ dic q solutio continui subintelligitur in ægritudinibus cõpõnis. nã continuitas est cõpõ quædã. Ad tertiũ dic q morbus cõpositus nõ est ꝓprie vnus sicut cõpositũ ex materia & forma vel ex actu & potentia, sed sicut cõplo resultãs ex q̃tuor pri-

Ægritudo dupliciter. & quid.

mis qualitatibus contrarijs, vel cōpositio resultans ex plasmatione numero quantitate & situ vel vt vocum dissonantia contraria melodiæ. Ad confirmationē dic q plures morbi concurrentes in vnum habent actus diuersos nocendi ex parte agentium, sed ex parte passi quandoq; vnicum, vt in apostemate hepatis mala complexio oppilatio & solutio cōtinui nocent vni membro & vni virtuti. s. sanguificæ.

Incipiemus igitur prius loqui de ægritudinibus simplicibus, & dicemus q ægritudinū simplicium genera sunt tria.

In hac parte tertia. primo numerat gñā simpliciū ægritudinum. Secundo declarat ea sigillatim. ibi. Primum est. Tertio sumat ea. ibi. Et ad vltimum. In prima particula dicit primo incipiendum esse ab ægritudinibus simplicibus: qa cōpositæ cōstāt ex eis & per eas noscuntur. Secūdo dicit q gñā simpliciū ægritudinū sunt tria, qa tria sunt quibus moderātiā seruantibus sanitas cōsistit. s. cōplō cōpō et vnio, & ipsis immoderatis vel altero eorum fit ægritudo.

Ægritudo simplex triplicitet.

Primum est genus ægritudinum quæ membris comparantur, quorum partes sunt similes, & sunt malæ complexionis species. Et ipse quidem non sunt comparatæ membris quorū partes sunt similes, nisi ideo q in primis & essentialiter partibus accidunt similibus, & per eas mēbris accidunt compositis, ita ut possibile sit imaginari eas compræhensas et repertas esse in quocunq; membrorum uolueris, quorum partes sūt similes & non in compositis. Et secundum genus est ægritudinum membrorum officialium quæ sunt ægritudines compositionis, quæ membris compositis accidunt quæ ex membris componuntur quorum partes similantur. membra autem officialia sunt operationum instrumēta. Et tertium est genus ęgritudinum communium quæ membris accidunt quorum partes similantur, et accidunt instrumentalibus inquantū sunt instrumentalia, ita q non sequatur eas instrumētalibus accidere, propterea q simplicibus acciderunt. Et hæ quidem sunt quæ continuitatis solutio uocantur & imparis dissolutio. Solutio. n. continuitatis plerūq; accidit iuncturæ, ita q simplicibus membris ex quibus iunctura fuit composita nullo modo accidit. Et plerūq; accidit neruo aut ossi aut uenis solummodo.

Ægritudinis. s. genus primū. In scđa dicit primo q primū genus simplicium ægritudinū est mala cōplō: quæ cōparatur. i. appropriatē mēbris cōsilibus. & iō dr̄ eis cōparari, qa prio & essentialit. i. p se accidit eis tanq suo pprio & prio subō, & per hoc mediū accidit cōpositis, ita vt imaginabile sit malā cōplonē & comprahensam & inuentā in quocunq; mēbro cōsili esse cām inuentionis eius in mēbro cōposito. & nō est poste in cōpositis mēbris malā cōplonē esse cām inuentionis eius in simplicibus. Non. n. iō in febre supercalefiunt spiritus & villi & caro cordis, quia cor supercalesit, immo cor supercalesit ex supercalefactione istorum. Secundo dicit q genus secundū ægritudinū simpliciū est genus ægritudinū mēbrorum officialiū. Et istæ ægritudines sunt & dnt̄ ægritudines cōpōnis & officiales & organicæ, quia per se & pprie accidunt mēbris cōpositis ex cōsilibus, quæ sunt instrā opōnū appropriatæ organis.

Secūdū.

Tertiū. Tertio dicit q genus tertiū ęgritudinū simpliciū est genus ægritudinū cōium mēbris simplicibus & organicis, q̄ qñq; accidunt simplicibus mēbris vt simplicia sunt, qñq; organicis vt sunt organica nō p mediū simpliciū mēbrorum. Et istæ ægritudines vocanē solo continuitatis. l. separatio illius quod debet continuari, & dissolutio imparis. i. diuisio illius quod debet esse impar. i. vnū & indiuisum. Talis nanq; continuitatis solo sæpe accidit iūcturę ossiū sine hoc q accidat alicui ossiū iūncturā cōponentium fractura vel diuisio, vt in dislocatione adiutorij cū caput eius exit a pixide spatularis ossis, vel in dislocatione vertebri cū exit a scia, vel in apertione cōmissurarū cranei qualis interdū fit in capitibus infantiū ex vehementi dolore. Et quandoq; etiam accidit solutio continuitatis membris simplicibus immediate, vt neruo soli vel venæ vel ossi.

Et ad ultimum quidem ægritudinū tria sunt genera. Aegritudines quæ complōnes sequunē malitiam. Et ęgritudines quæ sequuntur malitiā cōpōnis. Et ægritudines quæ continuitatis solutionē sequuntur. Et omnis ægritudo quę una harum sequitur & per eam existit ei comparatur.

In tertia dicit ad vltimū quidem. i. summarie loquendo tria sunt ægritudinū gñā. s. genus sequentium malitiam cōplonis, genus sequentiū malitiā compōnis, & genus sequentium solutionem continuitatis. Et oīs morbus qui sequit aliquam harū malitiarum & est per eam comparatur. i. appropriatur ei sumens idem nomen & rōnem. Quærit vtrū sint tm̄ tria gñā simplicium ægritudinū. Arguitur q nō sint nisi duo per Gal. 2. de ingenio sanitatis dicentem. Vñ sit necesse vt oē genus morbi qui sit in corpore duplex sit. vnū exñs in similibus membris, & aliud in compositis. Idē sentit Auer. 3. colliget. cap. 1. dicēs. Dicamus q ppterea q dispositiones sanitatis membri hñt duas spēs. vna est bonitas cōplonis membri quæ in mēbris inuenit cōsilibus, & alia est bonitas cōpōnis quę est in membris officialibus, fuit necessarium sit̄ diuidere ægritudines secundum has duas species. Item solo continuitatis comprehendit sub morbo officiali. Iuxta illud Auer. 3. colliget cap. 17. Et hoc genus solutionis posuimus in genus ægritudinum officialium. Et ad id est ratio, quia omnis solutio continuitatis est morbus in situ vel colligantia si tanta fuerit q lædat sensibiliter opōnes, quia solui non potest membrorum continuitas quin partes eorum pprium deferent situm. Deinde arguit q sunt plura. primo per Gal. 2. de ingenio. cap. 9. dicentem. Oīa ergo gñā morbi necessario sex sunt. Itē tria sunt gñā morbi sequentia malitias complexionis compositionis & solutionis cōtinui, vt ait hic princeps, & cum his ipse mala complexio mala compositio & mala solutio continuitatis sunt tria gñā morbi quia sunt dispositiones in corpore humano, ex quibus essentialiter proueniunt nocumenta in operatiōibus prouentu primo. Itē sicut solo continuitatis est pprium genus morbi sic continuitas soluendorū est genus alterum, vt si labia coniungantur quæ debent separari prohibentur a motu suo, & similiter palpebræ & labia vuluæ & ani quæ vidimus interdum sic inuicem cōglutinata in natis nouiter q oportuit ea per incisionem separari. Item color innaturalis oculorū est morbus vt glaucosis qui est subalbedo oculorum accidens vueę tunicę sicut apparet in oculis seniorū, quam numerat Hyppo. tertia aphor. apho. vltimo inter ægritudines seniorum. Et similiter citrinitas aut rubedo circa pupillam quæ facit omnia visa apparere citrina aut rubea, et tamē nō est morbus in cōplone nec in compositiōe nec solo cōtinui. Item tinnitus aurium est morbus: quia lædit sensibiliter auditum et phibet audiri paruas voces: & non est morbus in complone nec in compōne nec in vnione. Item amaritudo linguæ est morbus, quia corrumpit iudicium gustus. & foetor narium est morbus: quia corrūpit iudiciū olfactus. et nō sunt morbi in cōplone nec in cōpōne nec in vnione, qa nō lædunt caliditate vel frigiditate vel humiditate vel siccitate vel plasmatione vel nūero vel q̄titate vel pōne vel solone cōtinui. Itē sunt aliq morbi sortilegiorū & incantationum.

Ægritudinis genus triplex.

Gal.

Auerro.

Hyppo.

Incantati

Incantati enim & sortilegiati habẽt operationes manifeste lęsas, ita vt aliqui reddantur immobiles. alij languentes vsq; ad mortem, & ignorant qualiter. & vnde & hi morbi nec sunt in cõplexione nec in compõne nec in vnione. Itẽ amor hereosus est morbus. & oedum morbus immo etiã morbus sonticus, quia cuiq; rei agendæ nocet. capti.n. vehemẽter hoc amore sunt adeo turbati & inquietati meditationibus ꝙ nesciũt seruare modũ in suis agendis. Item ira est morbus, quia lædit sensibiliter iudicium rationis si sit vehemens. Iuxta illud. Impedit ira animum ne possit cernere verum. & licet sit annexa ebullitioni sanguinis & calori: nõ tamen nocet calori, quia magis calefacti irati non perdunt a calore iudicium rationis sicut phthisi & hectici. Item sunt aliqui morbi diuinitus immissi non sequentes cõplonẽ cõpositionem aut solutionem continui, sed diuinum verbũ sicut epilepsia quæ dicitur hieranoxa.i. diuina noxa, & morbus sancti Ioannis, vel sancti Cornelij: & mania dicitũ morbus sancti Hermetis, & estiomenus morbus sctĩ Antonij: & hydropisis sancti Quintini, & carbunculus Iocalæ nr̃æ dñæ, & pestilẽtiæ flagellum Dei. Oppositum determinat hic princeps & Gal. 2. techni dicẽs: Gña autem lapsuum eadem sunt in his quæ virtutem eorum complent. Dic primo ꝙ tñ sunt duo gña morboꝝ simplicium. s. morbus mẽbri cõsilis et morbus mẽbri organici. Intelligendo per morbũ membri cõsilis oẽm morbũ qui primo accidit cõsilibus membris siue sit mala complexio siue solutio continui; & per morbum organicum oẽm morbum qui proprie accidit membris organicis, vt organica siue sit mala compositio siue solo continui, Istud ꝓbant auctoritates Gal. & Auer. ante oppositum. Dic secundo ꝙ tñ sunt tria genera morborum simplicium. s. morbus consimilis, morbus officialis, et morbus cõis. Intelligendo per morbum cõsilem oẽm malam complexionem lædentem sensibiliter operationem, & per morbum officialem oẽm malam cõpõnem, & p morbum cõem solutionem continui quæ dicitur morbus cõis, quia cõis est membris consilibus & organicis, ita ꝙ primo contingere potest mẽbris consilibus sine medio organicorum, & primo organicis sine medio simplicium vt in dislocationibus ossiũ sine fractura Probaẽ per Gal. 2. de ingenio cap. 6. qui postq̃ declarauit duo prima gña morbi subdit. Membra tñ silia & cõposita quædã morbũ cõem. i. iũcturæ sepõnem hñt, quam antiqui dissolonẽ imparitatis vocauerunt. Itẽ ois opõ virtutis alæ corpori affixæ quæ sensibiliter læditur, læditur mala cõplone mala cõpõne aut solone continui, vt patet inducendo. Item ois morbus inest membro alicui primo & per se, vel ergo primo & per se consili tñ, vel primo & per se composito tñ, vel primo & per se qñq; consili qñq; organico. Dic tertio ꝙ tamẽ sunt sex gña morborum simplicium subdiuisa mala cõpõne in quatuor gña. s. plasmationis, quantitatis, numeri, põnis. Iuxta illud Gal. cap. nunc allegato. Oia ergo gña morbi necessario sex sunt. vnum est in silibus membris. i. mala complexio. et quatuor in cõpositis sicut diximus, et aliud cõiter i eis exñs, quod separatio iuncturæ dr̃ vel dissolutio imparitatis. Attende hic ꝙ Auer. satis apparenter contradicit Gal. & Aui. in materia solutionis continuitatis. Dicit.n. ꝙ solo continui verax magis ꝓprie attribuitur membris simplicibus q̃ officialibus, quia accidit membro officiali, non vt officiale est sed secundũ ꝙ cõpositum est ex cõsimilibus. sed solutio cõtinuitatis non veracis, immo potius contiguitatis accidit ꝓprie & per se mẽbris officialibus, puta iuncturis, & est morbus officialis sub mala põne vel colligantia cõpræhensus & non morbus cõmunis, sicut coniunctio separandorũ; vt labiorum aut palpebraꝝ adhærentia est morbus in situ vel societate. Ait.n. 3. colliget cap. 17. Sed genus ægritudinis quod est contrarium continuitati naturali quæ noiaẽ cõtinuitatis solo est duobus modis. Vnus est solutio continuitatis veracis vt continuitatis partis cum parte in cõsilibus. Et hoc genus magis debet attribui membris consimilibus q̃ officialibus, ꝓpterea quia hæc solutio accidit mẽbro officiali ex parte qua cõpositum est ex membris cõsilibus, & non est ex parte qua est officiale, & sic solutio continuitatis in osse vel carne vel neruo per se debet attribui membris consilibus potius q̃ officialibus. Alter est separatio cõtiguitatis termini a termino, & hæc solutio continuitatis non veraciter appellatur, quia hæc contiguitas fit per modum contigui, & per modum societatis membri cum membro aut ligamento. Et hoc genus magis debet attribui membris officialibus q̃ consilibus. Et hoc genus solutionis posuimus in gñe ægritudinum officialium. Et hoc genus cõicat cõiunctioni & separationi. i. cõe est ad coniunctionem innaturalem membroꝝ et separationem innaturalem: Et propterea non est solutio continuitatis vt dixerunt medici dicentes ꝙ erat ægritudo quę cõicat mẽbris consilibus & officialibus. hæc Auer. Et hæc reprehẽsio Auerroica est in terminis. Nõ enim negant Gal. & princeps dislocationes iuncturaꝝ esse morbus in cõpõne penes situm indecentem vel colligantiã cum hoc tñ dici pñt solutio continui noie continuitatis extẽso ad contiguitatem. Ad obiecta añ oppositum ꝓbantia ꝙ non sunt nisi duo gña simplicium ægritudinũ patet ex dictis quid sit dicendum. Ad argumenta ꝙ sint plura tribus. Ad primum dic ꝙ est ꝓ tertio dicto. Ad secundũ dic si vis ꝙ tria gña sequentia malam cõplonem malã cõpositionem & solutionem continui sunt realiter eadẽ cum mala complexione mala compositione & solutione continuitatis, sicut risibile & homo differunt tñ secundum esse et ratione, sicut sanitas est bona complexio bona cõpõ & bona vnio membrorum. Dicitur.n. mala cõplo secundum ꝙ resultat ex qualitatibus primis male mixtis, seu non bene ꝓportionatis inuicem, & ipsa eadem dicitur morbus secundũ ꝙ lædit sensibiliter operationem membri. Vel dic si mauis ꝙ neq; cõplo mala est morbus neq; bona sanitas, sed sanitas & morbus sunt habitus uel dispositiones sequentes cõplonem compõnem &c. sicut complexio secundum hanc opionem non est qualitatis primæ, sed qualitas quædam resultans ex eis. Et tunc ad rationem dicetur ꝙ mala complexio mala compositio & solutio continui non sunt morbi sed causę morboꝝ, quia non lædunt operationes ꝓuentu prio.

Ad tertium dic ꝙ continuitas soluendoꝝ sub morbo compositionali malæ colligantiæ cõpræhenditur. Ad quartum quintum et sextũ dic ꝙ color innaturalis oculorum, tinnitus aurium, amaritudo linguæ, foetor narium reducuntur ad genus morbi complexionalis, quia consequuntur immediate complexionem. Ad septimum dic ꝙ sortilegia & incantationes naturaliter non habent effectum neq; posse mutandi homines a sanitate in ægritudinem, & credentes se incantatos aut sortilegio affectos semet incantant, aut sortilegiçant sua corrupta imaginatione. Nolo tamen negare quin Dei permissione cacodæmones aut mali spiritus immutare possint sanitatem mentis, & corporis hominum subiectorum eis. Et si hanc familiaritatem hodie cum maleficis viris aut mulieribus habeant vt eis vtantur ad sortilegia & incantationes velut instrumentis ad corrumpendum sanitates hominum refero me dominis theologis. Duo tamen dicam sub eorum correctione, quæ non credo repugnare legi Dei. Primum quòd non venit aliquis ad me vsque hodie suspicans de sortilegio sibi illato, & quærens remedium, quem non dimouerim vel dimouere nisus sum ab imaginatione sortilegij. Primo quia noui quòd in multis falsa imaginatio fecit casum languoris aut mortis. Secundo quia mihi videbatur eorum casus ad principia naturalia satis posse reduci. Secundum dico sub confidentia diuini auxilij & clementiæ Dei quòd neque timeo sortilegium neque sortilegam neque incantatorem neque incantatricem, neque actores imaginum, quòd non tangendo me facere sciant aut possint suis carminibus aut maleficijs vt inuitus mouea͂ minimũ digitum. Ad octauũ & nonũ dic ꝙ amor hereosus et ira sunt passiões animi directę & imediate, quarũ cura ꝑtinet philosophiæ morali. Sed ad istas passiões sępe cõsequũẽ morbi corpei: vt ad hereosum

Epilepsia dr̃ hieranoxa.

Morbus consilis, qd, & morbus officialis & morbus cõis.

Sortilegia & incantationes qũo ñ hẽant posse mutãdi hoies

amorem mečia, ad tram ephemera, & isti morbi cadũt sub genere malæ complonis. Ad decimum de morbis diuinitus immissis dič ꝙ cõmuniter sunt alicuius prædictorum generum & hñt aliquas speciales cãs post primã cãm. Nolo tamen negare quin diuina prouidentia sola castigare possit quos uult fame peste gladio & morbis aliãs non visis, & mederi dum uult uel sola sua potentia immensa uel potẽtia cõmunicata scis eius. Et ideo iugiter in omni morbo & aduersitate Deus omnipotens est exorandus. Et nihilominus quisqꝫ debet seipsum iuuare cum auxilijs medicinę, nec credere ꝙ ob hoc Deus & sci indurentur uel suum differant aut negent auxilium, sicut credunt hodie multi simplices dum peregrinantur & offerunt dona scis contennentes & ꝓ nonaio hñtes regimen & opẽ medici vsũ in hoc conceptu quodammodo tentare Deum, nec isto contenti suos morbos sępe aggrauãt potu aquæ in ieiunio, & alijs cerimonijs superfluis sub correctione dominorum theologorum.

Morbi diuinitus immissi quid & virum sint i generali & alio rum.

Aegritudines autem cõplexionum scitæ sunt quæ sunt.xvi.quas nominauimus.

In hac parte quarta quę est de diuisione primi gñis morbi. s. morbi complexionalis, dicit primo ꝙ ægritudines cõplexionum notæ sunt primo quidem per ea quę dicta sunt. Secundo quia sequuntur qualitates primas, uel sunt ipsęmet qualitates primæ quæ subiacẽt sensui. Secundo dicit ꝙ istę ægritudines sunt sexdeci. s. q̃tuor simplices sine mã. v3 calida, frigida, sicca, humida, & quatuor simplices cum materia. s. nunc nominatæ, & quatuor compositæ sine materia. s. calida & sicca, calida & humida, frigida & sicca: frigida et humida, & quatuor compositæ cum materia. s. nunc nominatæ. Tertio dicit ꝙ iam nominauit istas, s. primi prima doctrina tertia. cap. 1. parte illa vltima. Postquam igitur de cõplexione &c. Et quia fuit ibidem discussa materia de numero malarum complexionum hic supersedeo.

Ægritudinũ cõplexionaliũ nũerus.

Cap. iij. De ægritudinibus compositionis.



Ompositionis ægritudines quatuor comprehenduntur generibus. Aegritudines creaturæ. Aegritudines quãtitatis. Et ægritudines nũeri. Et ægritudines situs.

In hoc cap. primo numerat princeps ægritudines organicas. Secũdo exequitur de qualibet earum sigillatim. ibi ⌊ Et creaturæ quidẽ. ⌉ In prima parte dicit ꝙ morbus officialis seu organicus diuidit in quatuor gña. s. in morbũ creaturæ seu plasmationis uel formationis, & morbũ quantitatis & morbũ numeri & morbũ põnis. Eandẽ diuisionẽ memorat Gal. 2. de ingenio sani. cap. 6. dicens. In cõpositis quatuor modis existit: aut secundum corruptionem plasmatis, aut secundũ numerũ suarũ partium, aut secundũ sui quantitatem, aut secundũ cõpõnem. i. situm eius. Attende primo ꝙ sub ægritudinibus situs cõprehendit ægritudines colligantiæ seu societatis partis ad partem. Attende secundo ꝙ Auer. medicorũ emulus diuidens in quatuor sanitatẽ membrorũ organicorũ, & silr eorũ ægritudinẽ cõprehendit numerum et quantitatẽ continuam sub eodẽ gñe quia sunt eiusdẽ prædicamenti. sed depõne & colligantia mẽbrorũ facit duo gña, quia positio est de prædicamento situs et colligantia ut dicit de prædicamẽto habitus. Ait. n. 3. colliget. cap. 17. Sed dicimus quod iã dcm̃ est in principio secundi, ꝙ sanitas mẽbrorum officialium est in quãtitate qualitate & põne & colligantia, quia hæc species hoc est colligantia est inseparabilis, supplea cõpõne, & nõ reuertit. i. reducit ad alias species quas dixerunt alij medici. & sic intrat prædicamentũ habitus sicut panniculi & cutis intrant prædicamentũ hrẽ, ergo tria gña ægritudinũ intrant quinqꝫ prædicamenta hoc est in qualitate & quantitate continua & discreta et vbi & hrẽ. & postea inuenict hæc res in qñ hoc est prioritate & posterioritate. Sed ordinatio membrorum officialium & prioritas & posterioritas plus ponenda est in sequentibus sex prędicamentis, hæc Auer. Sed concesso sibi ꝙ colligantia sit de gñe habitus quia noiat habitudinẽ partis ad partẽ, morbus tñ in colligantia & morbus in situ cõicant in hoc ꝙ aliqua partium in vtroqꝫ dereliquit suũ naturalẽ situ & inde lædit actio membri. Nec distinguunt medici gña morborum secundum prædicamentum: sed penes nocendi modos.

Morbi officialis vel organici genus quadruplex Gal.

Auerro. medicorum stimulus.

Et creaturæ quidem ægritudines quatuor cõprehenduntur generibus.

In hac parte secunda, Primo agit princeps de morbis in creatura. Secundo de morbis in quantitate. ibi ⌊ Ægritudinũ autẽ quantitatis. ⌉ Tertio de morbis in numero. ibi ⌊ Numeri quoqꝫ. ⌉ Quarto de morbis in situ. ibi ⌊ Ægritudinum vero situs. ⌉ Quinto de morbis in colligantia. ibi ⌊ Ægritudines vero societatis. ⌉ Prima pars est pñs textus in quo primo diuidit morbum creaturæ. Secundo exequit de morbis in figura. ibi ⌊ Primũ genus. ⌉ Tertio de morbis in via. ibi ⌊ Et secundum est ægritudines. ⌉ Quarto de morbis in receptaculis. ibi ⌊ Et tertium est ægritudines. ⌉ Quinto de morbis in superficie. ibi ⌊ Et quartũ est ęgritudines. ⌉ In prima parte dicit princeps ꝙ morbus in plasmate vel formatione seu creatura comprehendit sub se quatuor gña morborum. s. morbum in figura & morbum in via & morbũ in receptaculo & morbum in superficie.

Morbi plasmate vł formatione genus quadruplex

Primũ genus sunt ægritudines figuræ, & est ut figura à suo cursu naturali mutetur & ex eius motu, ꝓueniat in opõne nocumentũ, sicut est tortura recti, & rectitudo torti, & quadratura rotũdi, & rotunditas quadrati, cuiusmodi est capitis rotunditas cũ latitudine, cum ꝓuenit inde impedimentum, & multa stomachi rotunditas, & ut in crystalloide non sit parua latitudo.

In hac secunda dicit ꝙ primũ genus morborum in creatura est morbus in figura. Et est dum figura membri naturalis perdit seu transmutat a cursu ipsius naturali, ita vt inde proueniat in operatione nocumentum, vt si membrum quod debet esse rectum tortum fiat aut econtra: aut debens esse quadratum rotundetur aut econtra. Exemplum istius morbi est rotunditas capitis cum latitudine nimia, cum inde prouenit impedimentum. s. cum latitudo capitis est ęqualis ipsius longitudini, tunc enim non habent ventriculi cerebri suos situs naturales & distantias debitas vt in capite oblongo. vnde sequitur stoliditas vel indiscretio. Exemplũ secundum est multa stomachi rotunditas qui debet esse oblõgus, vt orificium ipsius quod frigido iuuatur ad appetẽdum satis distet a fundo eius qui multo calore indiget ad digerendum, & vt fumi cibi qui digeritur in fundo eius non facile veniant ad os vel ad membra pectoralia facientes hæc fœtere. Exemplum tertium est vt in crystalloide non sit parua latitudo: vel vt alij libri habent priuatio latitudinis cum depressione in pupilla. Et licet pupilla proprie dicatur foramẽ vueæ tunicæ, hic tamen capitur pro parte anteriori crystallini humoris directe correspondente dicto foramini. Cui cõuenit latitudo quædam & velut planities ex naturali figura quasi sit ibi cõpressus chrystallinus humor vel pars aliqua ibi ab eo recisa vnde minuitur sua rotunditas. Et huius latitudinis anterioris vtilitas est vt radij visuales tam magnorum q̃ paruorum visibilium venientes ad crystalloidem sub forma pyramidis integre recipiantur in ipsius latitudine seu planitie. Iuxta illud principis tertij tertia capitulo primo. Glacialis vero est rotundus, cuius minuit rotunditatem compressio ipsius ab anteriori parte eius. Et ipse quidem comprimitur vt in eo informatio conuenientioris sit quantitatis & habeant parua quæ videntur sectionem paruam & magna magnam in qua formetur.

Morbi primũ genus i figura.

Et secundum est ægritudines uiarum. Quarũ sunt tres spẽs. Quia aut dilatãtur sicut dilatatur oculus & sicut sebel & uarices. Aut cõstringuntur sicut cõstringitur oculus, & penetratio attrahendi aerem & meri. Aut clauduntur sicut oppilatio foraminis uueæ & uenarũ hepatis et aliorũ.

Morbi secundi in via spẽs triplex.

In hac tertia dicit ꝙ genus secundũ ægritudĩs creaturæ est morbus in via. Et istius morbi tres sunt spẽs. Prima spẽs est cũ via nimis dilataẽ. Cuius exẽplũ primum hic positum est dilatatio superflua oculi. i. pupillę, ad quam sequitur diminutio visus vel completa cecitas ex resolutione visiui spiritus. Secundum exẽplum est sebel & est panniculus accidens oculo ex inflatione venarũ eius apparentiũ in superficie coniunctiuæ & corneę. Et texiẽ quiddam in eo quod est inter eas sicut fumus, vt ait princeps tertij tertia tractatu. 1. cap̃. 19. Et hæ uenæ quæ prius occultæ erant, & non videbantur præ paruitate manifeste apparent ex superflua ipsarum dilaratione, & obumbrant oculum auferentes claritatem visus. Tertiũ exẽplũ est varices. Et sunt varices dilatatio venarũ in crure & pede, ꝑꝑ multitudinem eius quod descendit ad eas ex sanguine, & pꝛ̃m sanguinis est melicum, vt ait princeps tertij. 22. tractatu. 1. cap̃. 15. Secunda spẽs morbi in via est cum via nimis striogitur, vt strictura nimia oculi. i. pupillæ eius ꝓhibẽns transitum liberũ visualiũ radiorum, vel strictura nimia uocalis arteriæ, quam vocat hic princeps penẽtrationem attrahendi aerem, vel strictura nimia meri seu Oesophagi. Et hæ duæ stricturæ sæpe cõtingunt in malis squinantijs. Tertia spẽs morbi in via est dũ via clauditur, vt oppilatio foraminis vueæ tunicæ seu pupillæ ex catarthacta vel aliquo humore & oppilatio venarum hepatis vel venarum aliorum membrorum.

Et tertium est ęgritudines receptaculorum & uentriculorum. Quarum sunt quatuor species: Quia autem fiunt maiora & dilatantur sicut testiculorum dilatatur folliculus. Aut minorantur & constringuntur sicut minoratio & cõstrictio stomachi & constrictio uentriculorum cerebri cũ est epilepsia. Aut oppilantur & implenẽ, sicut oppilãtur uentriculi cerebri cum est apoplexia. Aut euacuantur & deseruntur sicut euacuantur uentriculi cordis sanguine cum multum gaudiũ ꝑnitiosum adest aut multus timor pernitiosus.

Morbi tertij. s. receptaculo species quadruplex

In hac quarta dicit ꝙ tertiũ genus seu tertia spẽs morbi creaturæ est morbus in receptaculo. Et huius gñis sunt quatuor spẽs. Prima est cum receptaculum nimis dilatatur & magnificatur, vt cum bursa testiculorum nimis dilatatur et pendula fit, quare testiculi plus debito penduli fiunt & elongantur a trunco corporis, & minus in eos influunt cor & hepar, vñ minus ꝓlifici redduntur. Secunda est cum receptaculum nimis cõstringitur vt nimia stõi strictura & paruitas ꝓhibens ipsum a sufficienti cõpræhensione cibi. Vel strictura nimia ventriculorum cerebri impediens partim trãsitum spũum aĩalium a cerebro ad membra in epilepsia seu morbo caduco. Tertia est cum receptaculum totaliẽ oppilatur & impediẽ sicut est oppilatio & impletio ventriculorum cerebri in apoplexia talis & tanta ꝙ fere ex toto ꝓhibetur transitus spũum aĩalium ad alia membra. Quarta spẽs est cum receptaculum euacuatur & deseritur ab illo cuius pñtia est sibi necessaria ad suam operationem & sanitatem seruandam, vt euacuatio uentriculorum cordis ex sanguine & spiritibus in superfluo gaudio & timore multo pernitioso. Attende ꝙ gaudium magnum & timor vehemẽs in pusillamioibus qñq; sunt causa mortis sed non eodẽ mõ immo gaudium ex dissolutione virtutis & progressu sanguinis & spirituum ad exteriora. timor vero econtrario ex suffocatione caloris subito redeuntis ad originem eius. Iuxta illud Gaẽ. 5. morbi. cap̃. 12. Ex magno autem gaudio ꝙ̃plꝛes mortui sunt pusillanimes. similiter ex timore, quoniam aĩæ virtus in gaudio non ita ad exteriora exit neq; adeo ebullit sicut in ira, sed potius virtus ante gaudium manens in corpore dissoluitur ac mollificatur, deinde ad exteriora corporis progreditur. Dolor vero quia cogit animam motum suũ facere contrarium motui qui est gaudij, necesse est ut generet accidentia timoris accidentibus similia. Hoc probaẽ ex hoc, quia illi qui timorem patiuntur calorem naturalẽ amittunt, eo ꝙ frigiditudinem & tremorem sentiunt & eorum pulsus subuliatur, deinde moriuntur sicut illi quibus sinistra subito nũtiantur. In istis quoq; calor ad suam rediens originẽ dissoluitur & extinguitur. hæc Gaẽ. Sed arguet aliquis ex hoc principẽ hic defecisse, ubi asserit uentriculos cordis euacuari sanguine propter nimium timorem cum potius eo repleantur ad cor redeunte. Dic ꝙ in uehementi timore seu subito terrore quandoq; cor adeo constringitur & exprimit a se sanguinẽ & spũs, & ilico suffocat ĩnatũ calorẽ. Et istud uidimus in iuuene macro pusillanimi, q uidẽs duos se atrociter uulnerãtes ide ꝑterritus syncopiçauit & mortuus est.

Gaẽ.

Et quartum est ægritudines suꝑficierum membrorum: Et sunt: Aut quia fit lene quod debet esse asperum sicut stomachus & intestina cũ leniuntur. Aut exasperatur quod debet esse lene sicut trachea arteria quando exasperatur.

Morbi quarti generis in superficie species duplex.

In hac quinta dicit ꝙ quartum genus ægritudinis creaturæ est morbus in superficie. Et istius morbi sunt duę species. Prima est cum superficies membri debens esse aspera lenificat, vt stomachus & intestina maxime gracilia debent esse asperi, ne cito lubricet quod in eis est, et morari debet donec digeratur. fit. n. ciborum prima digestio in stõ, et perficitur in gracilibus intestinis, ex quorum lenitate nimia fluxus ventris nascitur lubricatiuus digestionẽ ciborũ impediẽs. Similiter matrix debet esse aspera, ne lubricitate sua sperma ei iniectũ foris effluat, & defectus asperitatis ipsius & lubricitas nimia sunt vna de potioribus & frequentioribus causis impedimentorum conceptionis. Secunda species est cum superficies membri debẽt esse lenis redditur aspera sicut superficies tracheæ arteriæ naturaliter est lenis & quando exasperatur fit vox rauca aspera & dissona. Sed arguet aliquis ꝙ morbi in superficie nõ sunt de gñe creaturæ sed de genere situs, auctoritate Arist. in prædicamentis, cap̃. de qualitate dicentis. Rarum vero & spissum asperum & lene putabuntur quidem qualitatem sigñare. Sed aliena huiusmodi putantur esse a diuisione quæ circa qualitatẽ est. quãdam. n. positionem videntur quodãmodo partiũ vtraq; monstrare. Spissum quidem eo ꝙ partes sibiipsæ propinquæ sunt. Rarum vero eo ꝙ distẽt a se inuicem. Et lene quidem est ꝙ in rectum sibi partes iaceant. Asperum vero ꝙ hæc quidem pars superior est, illa vero sit inferior. hæc Aristote. Dic si vis ꝙ licet prædicta quẽdam significẽt situm partium principaliter tamen nominant quandam qualitatem siue figuram circa positionem. Iuxta illud auctoris sex principiorum. capitulo de situ. Solet autem quæstio induci de curuo & recto, aspero & leni: quadrangulo & triangulo, bicubito & tricubito, magno & paruo: breui & longo: & his similibus, quandam enim positionem partium significare videntur. Asperum enim dicitur cuius partium vna supereminet alteri. Lene autem cuius particulæ æqualiter porrectæ sunt, similiter autem & de reliquis. Non sunt autem positiones ea quæ dicta sunt omnia, sed qualia circa situm existentia. Ex eo nanq; ꝙ particulę disposita sunt sic: ex eo talia sensibus iudicantur. Non autem ex eo ꝙ talia. i. aspera vel lenia vel tricubita vel bicubita sunt positiones. Similiter autem & de alijs huiusmodi quę in partibus habent dispõnem. Erit igitur vnũquodq; prædictorũ non positio, sed quale quod circa põnes nasciẽ. hęc Auctor.

Aristo.

Asperũ quid, & lene.

Vel dic ꝙ concesso ꝙ prædicta principaliter situm partiũ nominent, nominãt tamen cum eo qualitatem aliquam aut figuram, & hoc sufficit medico. Attende hic ꝙ ad morbum in superficie non est necessarium vt partes ægri membri perdant naturalem situm, immo sufficit vt interstitia partium eleuatarum in superficie quæ debet esse aspera repleantur vniformiter aliquo lenitiuo, & partes planę superficiei quæ debet esse lenis onerẽt inæqualiter aliquo & adhęrentiæ eis. Et tñ interdũ cũ in hoc morbo partes mẽbri mutant etiã secundũ se a suo nãli situ, vt cũ ftũs vel matrix excoriat & loco cutis asperæ deperditę cutis plana regñatur.

Aegritudinum aũt quantitatis duæ sunt spẽs.

Quia aut sunt ex genere augmenti sicut est elephantia & magnitudo uirgæ, & est ægritudo quæ uocatur chersimus. aut sicut accidit cuidam homini qui uocabatur. Nicomachus, cui omnia membra adeo creuerunt quòd se mouere non potuit, aut sunt ex genere diminutionis sicut siccitas linguæ & pupillæ, aut ut phthisis.

Morbi q̃titatis spẽs duplex & prima. Elephãtia duplex.

In hac particula secunda secundę partis primo diuidit princeps morbum quantitatis in duas species. Et intelligit hic morbum quantitatis continuæ solius. s. magnitudinis uel paruitatis immoderatæ. Secundo dicit ꝙ prima spẽs eius est morbus in quantitate adaucta. Cuius hic ponũtur exempla tria. Primum est elephantia. & non capit hic pro specie lepræ genita ex melancholia adusta, sed pro magnificatione pedum & tibiarũ fœda, quam describit princeps tertij. 22. trac. 1. cap̃. 16. dicens ꝙ est additio in pedibus secundum modũ qui accidit in venis varicũ: quare ingrossat pedem cum qualitate sua. & qñqȝ fit ꝑꝑ humorem melicum & est illud quod est pſm, et qñqȝ fit ꝑꝑ humorem phlegmaticum grossum. Secundum exemplũ est magnitudo virgæ. s. vel nimia grossities veretri vel eius nimia longitudo quę ꝓhibet gñonem ꝓpter resolutionem spirituum ex longiquitate viæ, vel inflatio virgæ ex grossa ventositate dicta priapismus seu chersimus. Iuxta illud Ga. primo morbi. ca. 10. Magnitudo autem est sicut caro superflua nascens in vulneribus et priapismis. Et illud eiusdẽ. 6. morbi. cap̃. 18. Passio vero quæ priapismos dr̃ vel chirochismos virgæ plenitudo atqȝ inuoluntaria inflatio est accidens de fumosa ventositate ꝓcreatum. Tertium exemplum est de magnitudine immoderata nichomachi. De qua dicit Gal. primo morbi. cap̃. 10. Nichomachus samariæ existens adeo in toto corpore extiòt augmentatus ꝙ moueri nõ poterat, eum Chunos. i. medicus curauit sanitatiqȝ restituit.

Priapispismus uel chersimus quid.

Tertio dicit ꝙ secũda species morbi in quantitate est morbus in quantitate diminuta. Et ponit tria exempla. Primum est siccitas linguæ. i. nimia breuitas vel tenuitas eius procedens a siccitate, ita ꝙ hic ponitur causa ꝓ effectu. nam siccitas est morbus cõplexionalis, sed contractio eius & abbreuiatio a siccitate solita euenire est morbus compõnalis in quantitate, aliqñ tñ a natura inest sine siccitate sicut & ipsius magnitudo. Iuxta illud Gal. primo morbi. cap̃. 10. Lingua qñqȝ initio plasmatis adeo magnificatur ꝙ non potest ab ore capi, & aliquando fit adeo parua ꝙ non valet ad os extendi & tunc impeditur operatio qua iuuat ad molendum cibos seu masticandũ repellendo ad instar manus sub dentibus cibos.

Pupillæ siccitas & paruitas dupliciter.

Secundum exemplum est siccitas pupillæ. i. corrugatio & paruitas eius ex siccitate: quæ si a natura fuerit est laudabilis: quia reddit visum magis vnitum & defendit chrystalloidem a nocumentis luminis nimij & luminosorum & resolutionem prohibet spirituum visibilium. si vero contra naturam pessima est & signum mortis. Iuxta illud Gal. quarto morbi. Dico ergo ꝙ paruitas pupillæ extra naturam existens sit pessima, quæ autem naturalis est laudabilis. Tertium exẽplum est phthisis. i. diminutio carnis ĩ phthisi. Ipsa enĩ in ea adeo minuit liquesit & deperditur ꝙ pelles videntur ossibus hęrere. Arguet aliquis ꝙ quantitas nullius est actiuitatis, quia est accidens sequens materiam, neqȝ lędit operationes seruatis proportionibus membrorum, quia gigantes gnanipigmei sani uiuunt sub suis magnitudinibus sicut homines mediocris magnitudinis.

Gigãtes gnanipigmei.

Item magnitudo & paruitas ęque competiũt simplicibus membris sicut compositis, immo prius & magis, quia magnitudo & paruitas compositorum sequuntur magnitudinem & paruitatem simpliciũ et nascuntur ab eis. Iuxta illud Auer. tertio colliget. cap̃. 17. Et ægritudinum quæ sunt in quãtitate quædam sunt in mẽsura, & hoc est in superfluitate & diminutione, et hoc primo est in consimilibus vt dictum est. sed medici sunt assueti ponere in officialibus quare non videntur numerandæ solum inter ægritudines organicas. Ad primum dic ꝙ quantitati tanta potest attribui actiuitas ꝙ operationi noceat cum id conueniat priuationi, & istud sufficit vt dicatur morbus. Ad secundum dic ꝙ quantitas nimia vel diminuta potest lædere sensibiliter operationes seruatis proportionibus mẽbrorum adinuicem si fuerit disproportionata virtutibus animę, & dato ꝙ non læderet seruata proportione sufficit ꝙ lædat vtcunqȝ fuerit. Ad tertium dic ꝙ simplicia nõ determinant sibi certam magnitudinem præterquam in maximo & minimo, nisi prout veniunt in constitutionem membrorum organicorum.

Numeri quoqȝ ęgritudines aut sunt ex genere augmenti.

Et hoc quidẽ augmentũ aut est naturale sicut dens additus aut digitus additus, aut est non naturale sicut glãdula aut lapis, aut sunt ex gñe diminutionis. Et diminutio hæc aut est naturalis sicut cũ alicui non creatur digitus, aut non naturalis sicut cũ alicui abscinditur digitus.

Morbus in nũero duplex.

In hac particula tertia secundę partis princeps primo intendit hanc diuisionem morbi in numero. Morborum in numero quidam est in numero augmentato, alius in numero diminuto. Secundo intendit hãc subdiuisionem. Morborum in numero augmentato quidam fit per additionem rei naturalis vt est dens superexcrescens uel in manu sextus digitus. alius fit per additionem rei non naturalis seu cõtra naturam sicut glandula vel lapis renum aut uesicæ.

Glandula quid. Gal.

Et intellige hic per glandulam apostema paruum simile glandi aut nuci in magnitudine quod sæpe nascitur in dorso manuum & in fronte. Iuxta illud prin. quarti tertia trac. secundo cap̃. 3. Quandoqȝ generatur in quibusdam membris apostema glandulosum sicut auellana & nux & minus eis, & multotiens super volam manus & super frontem. Tertio intendit hanc subdiuisionem. Morborum in numero diminuto quidam est cuius diminutio est naturalis. i. inest a natura vt si quis a generatione careat vno digitorum manus. alius est cuius diminutio est aduentitia non naturalis immo contra naturam, ut si cui amputetur aliquis digitorum suorum.

Quæritur vtrum dens & digitus additi sint morbi. Videtur ꝙ non quia sunt membra. sed quodlibet membrum est res naturalis, & omnis morbus est contra naturam. Item dens additus non lædit sensibiliter, immo iuuat in masticatione vel incisione ciborum. Neque sextus digitus lædit sensibiliter: immo iuuat ad appræhendendum sicut alij, & cum omnes digiti manus vnius sint similis complexionis compositionis virtutis & operationis in manu habente sex digitos, qua ratione vnus digitus dicetur morbus eadem ratione alij. Item nulla sanitas est substantia: ergo nullus morbus est substantia. consequentia probatur, quia sanitas & morbus cum sint contrarij sunt eiusdem generis. Iuxta illud Gal. primo de ingenio. capitulo septimo. Non enim oportet sanitatem & infirmitatem secũdum diuersa genera diffiniri, sed vtraqȝ secundũ vnũ genus diffiniantur.

diffiniantur. Omnia enim opposita & nõ multum sint a sua significatiõe remota vno tamen gñe clauduntur sicut albũ & nigrum, quorum vnum genus.s.color existit. ergo si sanitas & morbus sũt opposita vtriq; vni gñi necessario suppo nuntur. Et paulo infra eodem cap. dicit. Nunq̃ tñ aliquem adeo stultum inuenisti, vt sanitatem vni supponeret gñi & morbum supponeret alij. Assumptum ꝓbatur, quia omnis sanitas est qualitas. Oppositum arguitur primo, quia digitus & dens additi per se & immediate corrumpunt numerum debitum membrorum & lædunt operationes. Secundo quia dicitur ipsis vera cura per se & proprie.s.abscissio. Pro solutione attẽde q̃ dens & digitus dupl'r possunt superaddi. Vnomodo sub eisdem fere ordine situ figura colligantia vigore virtute complexione & officio cum alijs. Aliomodo sub diuersitate horum. Tunc dic primo q̃ dens & digitus superadditi primo modo non sunt morbus, quia non lædunt sensibil'r & immediate operationes nec eis debetur aliqua curatio, immo remotio eorum redderet remanens fœdum & vlcerosum, sed numerus dentium & numerus digitorum in quibus compræhenduntur sunt contra naturam & lapsus ab optimo citra ægritudinem. Dic secundo q̃ dens & digitus superadditi secundomodo sunt morbi quia lædunt sensibiliter & immediate operationes, & horum sanatio est remotio vt dens supexcrescens alijs ab intra lædit linguam, & superexcrescens ab extra lædit labia aut maxillas. Et digitus superadditus intra manum prohibet aut impedit bonam compræhensiõem ab extra perfectam extensionem & agilitatem motus. Ad primum obiectũ dic q̃ dens & digitus supadditi dici possunt res naturalis q̃a a natura in sunt, & etiam ex parte materiæ, sed ex parte numeri indecenter additæ sunt contra naturam. Ad secũdũ dic q̃ probat primum dictum. Ad tertium dic ꝓbabil'r q̃ sanitas in numero est numerus conueniens p̃tium, & numerus conueniens partium est res numeratæ, & res numeratę sunt substãtia, ergo sanitas aliqua est substãtia. Et cũ dicitur q̃ omnis sanitas est qualitas, dic q̃ aliqua substãtia dici potest qualitas & numerus conueniẽs partium secũdum q̃ per ipsum membrum disponitur ad bene agendũ. Secundo quæritur vtrum lapis & glandula sint morbi in numero addito. Arguitur primo q̃ non sunt morbi, quia non sunt qualitates sed substantię. Secundo aliqui lapides nõ lædunt operationes, vt lapides cerasorum prunorum & psicorum transglutiti integri sæpe transeunt per stomachũ & intestina postea egeruntur sine quacunq; lęsione. Deinde arguitur q̃ non sunt morbi i numero, quia numerus partium corporis habentis calculum aut glandulam est æqualis numero partium sanissimi corporis, cum nec lapis neq; glandula sit de numero partiũ corporis neq; consimilium neque organicarum. Item lapis non lædit ex parte numeri. sed q̃a oppilat. est ergo morbus in via. nam si ligaretur supra vesicam deforis non noceret ei nec esset morbus, glandula vero cum sit species ap̃atis vt iam allegatum est, est morbus cõpositus nocens vt ap̃a. Item multi lapides parui minus nocent vno magno, immo quandoq; non nocent sensibiliter. Non igitur est ex parte numeri eis inest q̃ noceant aut sint morbi. Item ferrum lanceę vel sagittæ & cuspis ensis & spinæ relictæ in corpore post impulsionem non dicuntur morbi in numero, sed causæ morborum.s.solutionis continui et malæ complexionis, ergo neq; lapides a simili. sic.n. lædũt hæc quẽadmodum lapides. Item alia ap̃ata a glandulis maiora & grauiora vt pleuresis phrenesis pipleumonia nõ dicuntur morbi in numero, ergo neq; glandulæ cum minus lædant. Oppositum huius determinat Gal. primo morbi.c.9.dicens. Est autem aliud genus extra naturam exñs i numero sicut cucurbitini lũbrici lapides in renibus & vesica pustulæ fauus morphea lapides in concauitate articulorum. Horum.n.omnium quodcũq; passio fiet principaliter actioni nocebit & morbus uocabitur. Si autem non passio fiet cã dicetur. Item dicit Aue.4.colliget.c.66. Et in vęsica manifestiores ęgritudines quæ in ipsa generantur sunt lapides quæ in ipsa generantur. De glandula vero est maior apparentia q̃ sit morbus cum sit propinquior naturę membrorum quã sint lapides. Attende primo q̃ licet lapides generati in renibus aut uesica vel in iuncturis ex phlegmate gipseo nõ sint proprie membra neq; partes membrorum solent tamẽ cõnumerari plus alijs morbis p̃tibus corporis. Primo q̃a fiunt ex materia humorali expulsa a natura ad locum suæ gñonis sicut partes corporis. Secũdo quia fiunt a calore naturali coquente & indurante suam materiam. Tertio quia paulatim ex materia suæ generatiõis augmentantur a naturali calore decoquente ipsam. Attende secundo q̃ glandulę plus alijs ap̃atibus connumerantur partibus corporis superfluis, quia plus accedunt ad naturam carnis & sunt separatę a substãtia membrorum non imbibitæ membris. Iuxta illud principis.c.5.doctrinæ præsentis. Inter genus vero glandularum & inter alia duo gña est differentia, eo q̃ gña glandularum sunt separata ab eo in quo stant sicut glandulæ puræ aut superficiei eius sunt retentæ tãtum sicut scrophulę. sed illa alia sunt mixta & infusa in substantia membri in quo stant. Itẽ videntur connutriri corpori & sæpe compræhenduntur in proprio panniculo. His præmissis dic p̃io q̃ lapis & glãdula sunt morbi si sint adeo magni & in tali loco situati q̃ lædant sensibiliter operationem membri aliter, non vt allegatum est ex Gal. primo morbi. Dic secundo q̃ sunt morbi in numero adaucto, quia membris connumerantur uelut quædam superfluica & similitudinaria membra. Ad primum obiectum satis ante r̃nsum est. Ad secundum conceditur q̃ nulli lapides sunt morbi in numero nisi illi qui lædunt sensibiliter. Ad tertium dic q̃ in calculosis & glandulosis numerus partium corporis est adauctus, cõnumerãdo cum eis similitudinaria & superfluica membra. Ad q̃rtum dic q̃ lapis lædit & ut indecenter alijs cõnumeratis & vt occupans concauitatem vesicæ & vt oppilans. Ad q̃ntum conceditur q̃ lapilli multi non tantum nocent sua multitudine q̃tum magnus vnicus sua magnitudine, cum hoc tamen stat q̃ magnus lædit addens in numerum. Ad sextum dic q̃ ferrum lanceæ vel sagittę & cuspis ensis & spinę neq; fiunt ex humorali materia neq; a natura. Sed lapis & glandula & alij morbi in numero adaucto fiunt a natura forti & sana. Iuxta illud Gal. 2.morbi.c.9. Superfluitas existẽs in membris numero supponitur, quæ si naturalis fuerit cã eius erat multitudo bonæ naturę aut malæ si fuerit extra naturam. In vtroq; tamen virtus est fortis & sana. Nã nisi hoc esset non secundum naturalitatem hoc facere posset, neq; ẽt valleret expelli quod extra naturam erat, nisi eadem virtus fortis existeret. Vidimus enim sextum digitum in infãtibus esse si bona materia fuerat, & in perfectis hominibus carnẽ fieri superfluam, & in oculis vngulam. glandines quoq; in superficie generari videmus ex superfluis a uirtute expulsis. similiter pustulas & bochium plenas quasi melle & pinguedine. Ad septimum respondet secundum notabile.

(Margin: Gal. — Auer. — Gãdula duplex .s. pura et scrophula. — Gal.)

Aegritudines uero situs, et situs quidẽ secũdũ Gal. dicitur ꝓ loco et dr̃ ꝓ societate, sunt quatuor.

In hac particula quarta secundæ partis primo tangit numerum ęgritudinum situs, & quot modis dicitur situs. secundo specificat quatuor species dictarum ægritudinũ ibi[Exitus membri.] In prima parte dicit primo q̃ quatuor sunt species ægritudinum situs. secundo dicit q̃ situs secundum Gal. dicitur dupl'r. Vno modo de loco membri. aliomõ de societate seu colligantia vnius membri ad alterum. Attẽde q̃ locus vbi & situs a nõnullis pro eodem habentur, sed proprie accepti plurimum differunt vel sunt diuersi. Nã locus est terminus seu superficies ultima continentis corporis. Vbi uero est circunscriptio corporis a circunscriptione loci procedens. Non autem in eodem sunt locus & vbi. Locus quidem in eo est quod capit.s.in continente. vbi in eo quod capitur & circũscribitur.s.in contento vt ait actor sex principiorum.c.de vbi. Sed situs est quidam ordo partiũ substãtię, cuius propria proprietas est proxime assistere substantię.

(Margin: Situs ęgritudinũ spẽs quadruplex. — Situs dupliciter. — Locus quid. — Vbi. — Situs.)

Iuxta illud auctoris ſex principiorum.c.de poſitione. Magis autem proprium uidetur pōnis eſſe ſubſtantiæ proxime aſ-
Poſitio. ſiſtere oībus alijs formis ſupra poſitis. Poſitio.n.nihil aliud eſt q̃ naturalis ipſius ſubſtantiæ ordinatio, qualis a pricipio quidem innata eſt ut ea quę aſperis & lenibus æqualibus & inæqualibus ineſt, vel a naturæ quidem motu conſueto vt ſeſſio & accubitus & ſimilia quicquid eſt igitur proxīe ſubſtantiæ aſſiſtens id neceſſario poſitio eſt. Omnis enim poſitio huius rationis ſuſcipit prædicationem. hæc ille.

Exitus mēbri a iunctura ſua. Aut ut a ſuo moueatur ſitu ita ꝙ nō ægrediatur ſicut fiſſura quæ comparatur inteſtinis. Aut ut moueatur motu in eo non ſecundum curſum naturalem neq̧ uoluntarium ſicut tremor. Aut ut in ſuo figatur loco et non moueatur ab ipſo quemadmodum accidit cū iūcturę in ægritudine podagræ indurāt.

In hac ſecunda parte dicit primo ꝙ prima ſpecies ægritu-
Situs dinum ſitus eſt exitus membri a iunctura ſua id eſt remotio
ſpecies. alicuius partis corporis a ſuo proprio loco vt dislocatio capitis ſuperioris adiutorij & exitus eius a concauitate ſpatulę vel exitus vertebri a ſcia. Secundo dicit ꝙ ſecunda ſpēs ægritudinum ſitus eſt remotio mēbri a ſuo ſitu ſine hoc ꝙ ægrediatur penitus a loco ſuo ſicut fiſſura quæ comparatur inteſtinis id eſt fiſſura pāniculi ſyphac ita modica ꝙ per eā deſcendere nequeunt inteſtina, ſed fit quædam relaxatio. Tertio dicit ꝙ tertia ſpecies ægritudinum ſitus ē cum mēbrum non firmiter figitur in ſuo proprio loco apud motum, ſed mouetur in eo motu tremulento, ut cum in iūcturis ſunt aliquæ mucilagines facientes quādam lubricationem hora motus. Quarto dicit ꝙ quarta ſpecies ægritudinum ſitus eſt cum membrum aliquod quod moueri debet īmobiliter figitur in ſuo loco vt in podagris & chiragris nodoſis iūcturæ aliquę manuum aut pedum vel digitorum ſuorum redduntur immobiles propter phlegma gipſeum quod lapidificatum eſt inter eas. Attende ꝙ Gal. primo morbi.c.11.
Gal. ponit ſolum duos modos ægritudinum pōnis dicens. In cōpoſitione vero ſicut ſi concatenatio torqueatur, vel ſicut hernia in qua inteſtina & ꝟirbus deſcendunt, & alios modos ſub colligantia compræhendit. Et Auer. etiam.3.colliget.c.17.ponit duos modos dicens. Et peccatum poſitionis eſt ſicut dislocatio membri vnius ab altero, vel alicuius partis membri ab altera.

Aegritudines uero ſocietatis omnem colligūt diſpoſitionem quàm habet membrum comparatione ſua ad aliud membrum quod ſibi uicinum exiſtit ſiue ei appropinquet ſiue ab eo elongetur non ſecundum curſum naturalem.

Morbus In hac particula quinta ſecundæ partis primo deſcribit
i ſocieta princeps ægritudines colligatiuę. Secundo numerat ſpecies
te quid. earum ibi⌊Et ſunt durum.⌉ In hac prima parte innuit hāc deſcriptionem. Morbus in ſocietate eſt diſpoſitio q̃ habet membrum aliquod comparatione ad aliud membrum ſibi vicinum in appropinquatione ſui ad ipſum vel elongatione eius ab eo contra naturalem curſum.

Et ſunt duarum ſpecierum. Vna ē ut accidat ei prohibitio motus ſui ad ipſum, aut ut duriter ſit poſtquam poſſibile erat ſicut digitus cum ſibi uicinum tangere prohibetur. Aut cum accidit ei ut ab eo moueri prohibeatur aut ut ſeparetur ab eo poſtquam erat poſſibile, aut fit difficile ſicut palpebræ laxatio, & iuncturarum laxatio in paralyſi, aut durities aꝑiēdi manum & aꝑiēdi oculū.

In hac ſecunda parte dicit ꝙ duæ ſunt ſpecies morbi in ſocietate ſeu colligantia. prima eſt cum membrum aliqđ moueri non poteſt ad ſuum vicinum ſicut conuenit ei ſecundū naturam, vel ſi poſſit ad ipſum moueri mouetur tamen duriter.i. difficulter & impedite ſicut cum digitus aliquis prohibetur tangere ſibi vicinum. ſecunda eſt cum membrum aliquod recedere non poteſt a ſuo vicino ſicut debet naturaliter vel ſi recedere poſſit hoc eſt difficulter & īpedite ſicut laxatio palpebrę, in qua palpebra ſuperior prohibetur erigi & elongari a ſuperiori, & laxatio iuncturarum in paralyſi ī qua ob defectum motus oſſa contigua manent in ſua iūctura & unum ab altero non elongatur, aut durities, i, diffi. aperiendi manum in qua digiti duriter & difficulter elongātur a medio palmę, & durities aperiendi oculum in qua difficulter ſuperior palbebra elongatur ab inferiori. Attende pri-
Gal. mo ꝙ Gal. 1. morbi.c.11. aſſignat taliter duas ſpecies morbi colligantiæ. Prima attenditur penes ligamentum concatenās membra ſimul ſi nimis laxum vel nimis tenſum uł inciſum fuerit. Secunda eſt conſolidatio membrorum ut labiorum quæ naturaliter debent eſſe diſiuncta. Ait.n.ibi. In coniunctione id eſt colligantia ſicut ſi ligamentum in aliquo loco molliatur aut extendatur vel incidatur & motus concatenationis per hoc prohibeatur. Huic etiam gñi ſupponitur ligamentū ſi extra tēperamentum fuerit in virga videlicet & lingua. Vnde lingua non bene loquitur & non bene maſticare poterit. Virga autem non directe & in longū ſpatium ſperma eijcere valebit, quoniam foramē eius tortuoſū exiſtit. Item huic gñi ſupponitur ſolidatio ſi non ſecundū naturæ curſum extiterit, ſicut contingit in labijs propter vulnus clauſis, & in palpebris digitis ano & cæteris ſimilibus.
Auer. Attende ſecundo ꝙ Auer. 3. colliget.c.17. diſtinguit aliter duas ſpecies morborum colligantię dicens. Et ægritudines quas dicunt medici ægritudinis colligantiæ fiunt ex colligātia membri officialis cum altero per partem vnius cōmunicantis cum altero, ſicut cōicant cor & hepar cū omnibus membris, videlicet vnum cum arterijs & aliud cum uenis. Et aliquando eſt colligantia ab uno membro ad aliud proprium, ſicut colligatum eſt os ſtomachi cum cerebro p nervum euntem ab vno ad aliud. hæc Auer. qui male diſtīguit vel male exemplificat, quia colligantia oris ſtomachi cum cerebro ſub primo modo manifeſte comprehēditur cum cerebrum pricipium exiſtens omnium neruorum per neruos colligantiam habeat cum omnibus membris neruoſis.

Cap.iiij. De ægritudinibus ſolutionis continuitatis.



Olutionis uero continuitatis ægritudo plerunq̧ accidit cuti, & uocatur excoriatio aut ſcarificatio. Et plerunque accidit carni quæ eſt ei propinqua in qua nondum factum eſt pus & uocatur plaga. Sed cum pus fit ibi uocatur ulcus. Fit autem pus in ea propterea ꝙ ſuperfluitates in eam euacuantur eo ꝙ eſt debilis, & propter ea ꝙ ſui nutrimentum digerere non ualet, & ſuperfluitas etiam in ipſum conuertitur. Plerunque tamen dicitur plaga & ulcus ſolutio continuitatis quæ accidit oſſi & non carni.

In hoc.c. primo agit prin. de ſolutione continuitatis ī cute & carne. ſecundo de ea in oſſe & cartilagine ibi.⌊Quādoq̧ etiam accidit.⌉ tertio de ea in neruo & muſculo ibi⌊Aut vt accidat neruis.⌉ quarto de ea in arterijs & uenis et pāniculis ibi⌊Q. ſi in arterijs⌉ quinto de ſolutione contiguitatis mēbrorum compoſitorum & continuitatis ligamētorꝫ ibi⌊Et ſi inter duas.⌉ ſexto ponit tria notabilia circa ſolutionem cōtinui ibi⌊Et quandoq̧ etiam fit.⌉ In hac prima parte dicit primo ꝙ ęgritudo ſolutionis continuitatis aliquando ſuperuenit cuti, & dicitur excoriatio, & hoc ſi cutis tollatur ab illo

membro

Soso cō tinuitatis dcā Excoriatio uel scarificatio uel caraxatio.

membro quod prius tegebat & desinat ipsum tegere. Dicit etiam solutio cutis scarificatio dum cutis inciditur incisione parua cum aliquo acuto in diuersis locis sicut fieri solet in applicatione ventosarum & eadem dicitur caraxatio. Iuxta illud Stephani. Caresses graece scarificare caraxare idē. Quidam tamen differre hæc dicunt. Iuxta illud metricum. Sūma caraxamus sed infima scarificamus. Secundo dicit q solutio continuitatis sæpe accidit carni propinq cuti & qñq etiam carni remotæ ab ea. Et cum sanies in ea nondum facta est dicitur plaga, sed dum sanies ibi fit vocatur ulcus.

Tertio dicit q sanies fit in solutione continuitatis carnis propter tres causas. Prima est quia superfluitates aliorum membrorum mittuntur ad eam propter eius debilitatem. Solent .n. semper fortiora ex membris suas delegare superfluitates ad imbecilliora. Secunda est quia caro solutionem patiēs nō bene digerit proprium alimentum, quare corrumpitur pars aliqua ipsius & fit sanies. Tertia est q superfluitas alimenti solutæ carnis in saniem vertitur. Quarto dicit q soso continuitatis accñs ossi & carni sæpe dicitur ab aliquibus plaga & vlcus improprie tamen & abutendo dictis nominibus.

Quandoq etiam accidit ossi quæ ipsum in duas frāgit partes, aut in partes magnas aut paruas, aut est cadens secundum longitudinem findens ipsum. Aut contingit ut cadat in chartilaginibus secundum tres dimensiones.

Ossis fractura fissura vel rimula.

In hac parte secunda dicit prio q solutio continui quādoque etiam euenit ossi & frangit ipsum in duas partes aut magnas aut paruas, & dicitur fractura, vel findit ipsum os i lōgitudine & dicitur fissura vel rimula. Secūdo dicit q solutio continui quandoq euenit chartilaginibus secundum aliquā suarum trium dimensionum. s. longitudinis latitudinis & profunditatis & talis solutio non habet proprium nomen.

Aut ut accidat neruis. Sed si latitudini acciderit uocatur incisio. Et si acciderit secundum longitudinem & eius numerus non fuerit multus uocatur fissura. Et si eius numerus fuerit multus uocatur contusio. Plerunque etiam fit in partibus musculi. Quæ si in extremitate ceciderit musculi uocatur attritio siue cadat in neruo siue in chorda. Et si secundum latitudinem musculi peruenerit uocatur separatio. Et si acciderit secundū longitudinem & fuerit eius numerus paruus & fuerit eius concauitas magna uocat liquefactio. Et si fuerint partes eius multæ & dilatetur & cōcauetur uocatur attritio & dissolutio. Est etiam cū dicit dissolutio & attritio & liquefactio oē qd in medio musculi accidit quocūq mō contingat.

Neruis scisio & fissura uel cōtusio.

In hac parte tertia dicit primo princeps q quandoq etiā contingit, vt solutio continuitatis accidat neruis. Et si in latitudine eorum euenerit vocatur incisio. Et si in longitudine & numerus diuisionum nō fuerit multus vocatur fissura. Et si numerus diuisionum in longum fuerit multus contusio dicitur, ita q contusio est multitudo fissurarum in neruo. Attende q aliter diuidit & nominat princeps solutionem continui neruis contingentem quarti quarta trac. 4. c. 1. dicens. Et oē uulnus quod fit in neruis aut est pūctura, aut scissio. Et fissura quidem aut fit cum detectione nerui, aut sine eius detectione. & illud quidem aut fit in longitudine aut in latitudine. hic princeps ibi. Et forte q causa istius diuersitatis fuit quia hic theorice ibi practice distiguit species solutionis nerui secundum q diuersificant modum curandi. Aliter enim sanatur punctura neruorum, aliter scissio, & alia congruunt solutioni detectæ, alia non detectæ, & solutioni in latum, & solutioni in longum. Secundo dicit q solutio continui sæpe fit in partibus musculi vel in cauda vel in capite vel in medio eius. Et ipsius quatuor sunt modi. Primus est cū solutio cadit in extremitate musculi & attritio dicitur siue ceciderit i neruo musculi siue in chorda eius quæ ex neruo constat & ligamento. Secundus est dum soso protendit in latitudine musculi & dicitur separatio. Tertius est dum protenditur in longitudine ipsius & non est multiplex, imo numerus solutionum eius est paruus, sed concauitas ipsius est magna, & dicitur liquefactio musculi, uel ut alij libri habēt amplificatio. Quartus est cum solutio protensa in longitudine est multiplex seu multarum partium & lata & concaua, & hæc dicitur attritio & dissolutio, uerūtamen dissolutio & attritio & liquefactio quandoq dicuntur de omni solutione continui quæ accidit i medio musculi quocūq mō eueniat.

Musculorum solutionis cōtinui modus quadruplex.

Quod si in arterijs, aut in uenis acciderit uocatur apertio. Et si contigerit secundum eius latitudinem uocatur incisio & separatio. Et si processerit secundum eius longitudinem uocatur fissura Et est etiam cum hoc contingit secundum modum apertionis orificiorum earum & uocatur perforatio. Quod si in arterijs acciderit & non clausa fuerit & ex ea sanguis ad receptaculum quod ipsam circundat exierit donec receptaculum illud impleatur & cum premitur ad arteriā reuertatur uocabitur mater sanguinis. Alij tamen homines omnem sanguinis egressiōem ab arterijs matrem sanguinis uocant. Debes autem scire q non omne membrum imparis separationem tolerat. Cor. n. non tolerat, quia prius aduenit mors. Quod si in panniculis cadit & in diaphragmatibus uocatur ruptura.

In hac parte quarta dicit prio q solutio continuitatis eueniens arterijs aut uenis dicit gñaliter apertio. Secundo dicit q si fuerit in latitudine dicit incisio & separatio. Et si in longitudine fuerit uocatur fissura. Et qñq contingit & orificia earum aperiuntur & effundūt sanguinem, & dr perforatio. Et hæc perforatio non proprie dr solutio continui nisi magna fuerit, sed potius dilatatio uel apertio. Iuxta illud Gal. quarto de ingenio sanitatis. c. 1. Verum aliqñ ore paruarum uenarum aperto sanguis ab eis quasi quodam sudore emittitur. Vnde uidetur q morbus iste nō dissolutio imparitatis sit. Attende q ultra sosones continuitatis uenarum & arteriarum quæ fiunt in phlebotomijs & ab extrorsum occurrentibus perforantibus scindentibus & cōquassantibus tres sunt spēs solutionis continuitatis uenarum. Prima dicit diabrosis. & est uenæ corrosio uel comestio a quacunq causa uenerit, & dicitur a dia quod est de & brosis uel urosis quod est edacitas seu comestio. Secunda species dicitur rixis, et est scissio uenæ. Tertia spēs dr anastomasis, et est cū ora uenarum virtute amissa apertiora effecta sanguinem effundunt intrinsecus. Iuxta illud metricum. Diabrosis uenas corrodit rixis easdem. Scindit, anastomasis has aperire facit. Secūdo dicit q si solutio continuitatis accidat arterijs & nō claudatur & effundat sanguinem in circuitu arteriæ cum eleuatione aliqua & quando præmitur sanguis regreditur in arteriā solutio talis dicitur mater sanguis. Et ista passio communit accidit cū phlebotomator erat percutiens arteriā pro vena, & consolidatur cutis supposita arteriæ sed arteria non. Et uocatur auētisma. Iuxta illud Gal. lib. de notitia tumorū præter naturam. c. 13. Arteria vero adaperta aneurysma hæc passio vocatur. Fit autem diuisa ea cum iam in cicatricē accedit præiacens ei cutis solius vero arteriæ vlcus manet icōglutinata neq cicatriçata neq carne obstructa. Cognoscuntur autem hujusmodi passiones impulsu operāium cārum.

Gal.

Venarū sosonis cōtinuitatis species.

Mr sanguis qd.

Gal.

Aneurysma.

Sed exprimentibus abscedit totus tumor retrocurrête ad arterias substantia quæ tumorê operatur, quã ondimus in alijs esse sanguinem subtilem & flauum spũi multo & subtili cõmixtum. Hæc Gal. Quidam tamen vocant generaliter matrem sanguinis omnem exitum sanguinis ab arterijs non naturalem qũocunq; fuerit. Tertio dicit incidenter ꝙ non omne membrum sustinet solutionem continui tempore notabili durante vita, vt cor non toleret, immo si vulneretur quãtũcunq; modicum statim accidit mors. Et ex hoc arguunt Ari. & Auer. regale dominium & monarchicum pricipatũ cordis super cætera membra. Quarto dicit ꝙ solutio cõtinuitatis eueniens panniculis & diafragmatibus vocatur ruptura. Et per diaphragmata intelligit duos panniculos. s. illũ qui diuid membra spũalia a nutritiuis, & illum qui diuidit pectus in duas partes æquales dextram & sinistram a superiori ad inferius.

Ruptura quid. Diaphragma duplex.

Et si inter duas partes membri compositi cadit, & unam ab alia separat ita ut membro simplici nõ accidat nocumẽtũ eius separãs cõtinuitatẽ uocatur sepatio et dislocatio. Et si accidit neruo qui se de uno ul suo loco remouit uocatur ruptura.

In hac parte quinta, quę est de solutione contiguitatis debitæ membris organicis, vt organica sunt dicit primo princeps ꝙ si solutio contiguitatis eueniat iter partes membri organici separans vnam ab alia sine hoc ꝙ accidat alicui simplicium eius solutio suæ propriæ continuitatis dicitur separatio & dislocatio. Et hæc est solutio quã dicit Auer. non subesse morbo in situ, sed esse proprium genus morbi de prędicamento habitus, secundo dicit ꝙ si solutio continuitatis eueniat neruo qui recessit a suo loco dicitur ruptura. Et p neruũ hic intellige ligamentum. ad hoc. n. nomen nerui quandoq; extenditur. Iuxta illud Haly. 3. techni cõmen. illius cañ. Neruí vero & tenantos punctura. Nomen nerui in sermone medicorum cadit super tres res. Vna earum est neruus natus ex cerebro & nucha, & est ille quo fit sensus & motus. Et secunda est ligamenta quæ ligant iuncturas & membra ligata cum ossibus. Et tertia est chordæ.

Sepatio & dislocatio qd Neruus tripl̃r.

Et quandoque etiam fit in foraminibus continuitatis solutio & dilatantur. Et plerunque fit in locis ubi non sunt foramina & facit ibi foramina quæ non fuerunt. Et solutio quidem continuitatis & ulceratio & his similia cum in membro fiunt bonæ complexionis cito sanantur. Et cum fiunt in membro malæ complexionis longo restant tempore. Quanto plus cum in corporibus contingunt eorum qui patiuntur hydropisim aut constrictionis malitiam & lepram. Et debes scire ꝙ cum uulnera ista fiunt stricta prouenit ex eis herpes. Iliomenus. Et tu inuenies in libris particularibus perscrutationem rei solutionis continuitatis. dimittamus ergo usq; ibi.

Solutio continui dupl̃r.

In hac parte sexta notat primo princeps per modum diuisionis ꝙ solutionum continui quædam superflue exãplãt foramina prius existẽtia, sicut sępe contingit in menstruis & hæmorrhoydibus superfluis ꝙ orificia venarum matricis & ani dilatantur vehementer. Aliæ faciunt foramina in locis vbi non erant. Et primæ istarum dilatationes appellantur aut apertiones. Secundæ vero perforationes si cum re acuta cuspidali fiant, & incisiones si cum re scindente factę fuerit, & contusiones si cum duro hebete. Attende tamen ꝙ nõ omnis dilatatio superflua soluit continuum, quia membra mollia sicut venæ & panniculi multum dilatari possũt añq; rumpatur horum continuitas. Secundo notat ꝙ solutio cõtinuitatis recens & vlcera & similia istis vt fracturæ & cõtusiones in hominibus vel membris bene complexionatis faciliter sanantur, quia virtus naturalis quæ curare solet huiusmodi morbos est fortis in eis. Sed in male complexiõatis sunt difficilis curæ propter debilitatem dictæ virtutis quã semper inducit mala complexio. Et maxime sunt difficilis curę in hydropicis & leprosis & patientibus constrictionem. Et per patientes constrictionem intellige si vis asmaticos, qui patiuntur constrictionem anhelitus & sępe habent tibias inflatas velut hydropici in quibus vlcera dum superueniunt vix sanari possunt propter superfluitates incessanter affluentes illuc. Vel intellige per malitiam constrictionis uulnus aut ulcus strictum cuius materia conculcata est non habens respirõnem liberam quod difficulter sanatur. primo ꝓpter multiplicationem putredinis in eo ex transpiratione prohibita. secundo quia vix in ipsum penetrat vis medicaminũ. Vel intellige per malitiam constrictionis ligaturas nimis fortes a chirurgico vel alio factas quibus prohibetur transitus spirituum & sanguinis ad membrum vnde corrumpitur.

Asmaticus.

Malitia cõstrictiõis duplicr.

Tertio notat iuxta hũc intellectũ ꝙ quando ista vulnera nimis constringuntur nascitur in eis vel ex eis herpes ęstiomenus. i. mortificatio & dissipatio membri cum putrefactione & mollificatione. Et hoc accñs ocurrere solet in fracturis immoderate ligatis & ascellatis, & vulgariter vocatur morbus sancti Antonij vel sancti Martialis apud aluernigenas. Et dicitur æstiomenus quasi hostis hominis uel comedẽs hominem. Et differt a cancro & lupo & nolimetangere, quia dissipat membrum putrefactione cadauerali cum mollicie, sed cancer lupus & nolimetangere dissipãt membrum corrosione cum duritie. Et est herpes ęstiomenus breuior & acutior morbus prædictis. Quarto dicit ꝙ inueniemus materiã solutionis continui pertractatam in libris particularibus. s. in fen. 4. & 5. quarti cañ. differatur ergo ista materia vsq; ad illum locum. Attende primo circa hoc capl̃m de spẽbus solutionis continuitatis & suis nominibus ꝙ multa reperitur inter medicos diuersitas & nedum inter diuersos. immo iter dicta eiusdem in diuersis passibus, vt princeps primo cantica sub triplici cantico aliter quã hic distinguit eas. Primum canticum est. Solutio continui existit in disiunctione membrorum aut separatione. In disiunctione quidem sicut in dislocatione brachij. In separatione vero vt in incisione pedis vel manus. Secundum canticum. Solutio in ossibus est fractura. In tunicis autem & venis dicitur ruptura. Sed solutio facta secundum latum vel longum in neruis dicitur fissura vel punctura. tertium canticum. Solutio facta in ligamẽtis vel chordis dicitur cassatio, & arabice dicitur rabath, sed facta in carne dicitur vulnus, si tamen producatur tẽpus eius dicitur vlcus, sed facta in muscul aut lacertis dicitur attritio, sed facta in sola cute dicitur excoriatio. Sed Gal. primo morbi cap. 12. sic describit spẽs solutionis continui. Si separatio iuncturæ fuerit in osse fractura vocatur, si autem in carnosis membris vulnus dicetur. Contusio vel contritio huic etiam gñi supponitur. Contusio tamen fit in carnosa parte lacerti & in neruo cum pili eius incidantur vel contũdantur ꝓpter eorum extensionem. Idem fere dicit secundo eiusdẽ. c. 12. et 4. de inge. c. primo. Attende secũdo ꝙ spẽs vl modi solonis continuitatis potissime circa tria attenduntur. Primo circa partes in quibus fiunt & ita distinguuntur hic. Secundo circa esse solutionis. Nam quædam simplex est alia composita seu cõplicata cũ alijs morbis, vt cũ apate vl depditiõe substãtię mẽbri. Tertio penes ꝓprias dñas solonis I magnitudie et ꝑuitate, ęqlitate & ięqlitate, ꝓfũdtate & supficie totalr ul I pte recte vl obliq. Et ab istis differentijs extrahuntur intẽtiones curatiuæ dictarum solutionum.

Herpes ęstiomenus vel morbus scti Antonij vel cãcer & lupus. et nolimetangere quid.

Diuersitas in dictis Aui.

Solonis cõtinui morbi vl spẽs potissime circa tria.

Cap. v. De ęgritudinibus compositis.



In ægritudinibus autem compositis dictionem proferemus uniuersalem. Dico ergo ꝙ cũ ægritudines dicimus compositas nõ qualibet ægritudines

coniunctas

cōiūctas intelligi uolumus, sed ægritudinẽs ex quibus omnibus cum cōiungent̃, pueniet ex eis res quæ est una ægritudo. Et hoc quidem est sicut apostema. Et eminentia in cute est ex genere apostematis. Eminentiæ enim sunt apostemata parua sicut apostemata sunt eminentia magna. Et in apostemate quidem omnium ægritudinum genera reperiuntur. In eo nanque reperitur ægritudo malitiæ complexionis. Nullum nanque accidit apostema nisi ex complexionis malitia cum materia. Et in ipso etiam inuenitur formæ compositionis malitia. Nullum enim fit apostema quin cum eo proueniat læsio in figura & in dimensione. Et plerunque etiam adest cum eo ægritudo situs. Et inuenitur in ipso ægritudo communis quæ est continuitatis solutio. Nullum enim accidit apostema nisi proculdubio cōtinuitas soluatur cum in membro opostemoso materiæ euacuantur superfluentes, & inter partes penetrant ipsius & separationẽ inter unas faciunt & alias & sibi loca capiunt.

In hoc cap. p1o ostendit quid intelligit per morbū cōpositum, & ꝙ in apāte quod est eius species est oē genus morbi. Secūdo agit de subiecto & duplici modo euētus apātis ab intrinseco ibi⌊Apā præterea⌉ Tertio de sex differentijs apostematum penes sex materias ex quibus fiunt ibi⌊Apostema vero.⌉quarto drījs bothor seu pustularū ibi⌊Amplius bothor.⌉ Prima pars est pñs textus in quo primo dicit ꝙ loquitur hic i generali de compositis morbis scilicet apostematibus & pustulis, & de ipsis in speciali tractabit inferius quarti tertia. Secundo dicit ꝙ per ægritudines compositas intelligit illas ex quibus proueniet vna ægritudo qñ coniungentur vt apā & eminētia pustulosa cutis quę de genere est apātis. Nam eminentiæ sunt apāta parua sicut apāta sunt magnæ eminentiæ. Instabit aliquis primo ꝙ princeps hic petit principium, quia tam difficile est vel difficilius cognoscere quando ex pluribus ægritudinibus coniunctis prouenit vna ægritudo, sicut quando ægritudo aliqua est composita. Item multæ sunt ægritudines compositæ, q̃ non cōiunguntur vt phrenesis & febris, lethargia & febris, phthisis & hectica, eadem nanq; materia numero collecta in cerebro ad apā phrenesim facit & febrem, & sīr eadē mā lethargiam & febrem, & idem vlcus phthisim & hecticā, & sic videtur ꝙ febris & phrenesis sint morbus compositus, & lethargia & febris & phthisis & hectica, & non coniungūtur, quia phrenesis & lethargia sunt in cerebro febres vero quæ sequuntur eas sunt in corde subiectiue. Febris. n. diffinitur quarti prima. c. primo. ꝙ est calor extraneus accēsus in corde. Item multæ sunt ægritudines compositę quarũ componentes nunq̄ȝ sunt simul, immo quando vna est alia pterijt, vt apparet in duplicibus tertianis & in duplicibus vel triplicibus quartanis & hemitriteis, & tales non coniunguntur. Item secundum hanc descriptionem ęgritudinis cōpositæ nullum apā esset ægritudo composita quia non prouenit vna ægritudo ex ægritudinibus quæ sunt in eo cum abinuicem differant genere generalissimo. Nam mala complexio ipsius est de genere qualitatis & mala cōpositio partium de genere situs, & solutio continui de genere actionis uł passionis. Pro solutione attende ꝙ compositiones ægritudinum quandoq; attenduntur penes compositiones suarum materierum vel causarum coniunctarum. Et hoc modo dicimus apāta composita quando generantur ex humoribus diuersis, & per oppositum simplicia dum generantur ex unico humore & febres similiter. Et quandoq; penes compositiones qualitatum primarum vel cōtrariarum, vt in empyla & lippyria, vel non contrariarum vt in quatuor malis cōplexionibus compositis in quibus altera qualitatum est actiua se habent per modum forme, & altera passiua per modum materiæ, & in complicationibus hecticę cum putrida vel ephemera. Et interdum penes coherentiam ægritudinū communicantium in vno nomine & vna ratione & eodem subiecto, & sic omne apā est ægritudo composita. Et qñq; penes compositionem morbi & accidentis diuersificantis curam ipsius, vt colica cum dolore vehemētis dicitur morbus compositus & vulnus cum deperditione substantiæ, et phrenesis vel lethargia cum febre. Et interdum penes successionem ægritudinum adinuicem secundum aliquem ordinem, sic duæ quartanæ vel duæ tertianæ vel febres emitriteæ dicuntur ægritudines compositæ. Et possibile ē eādē ægritudinem dici compositam vno modo & non compositam sed simplicem alio modo, vt phlegmon de puro sanguine est morbus compositus tertio modo & non primo modo, immo morbus simplex. Attende secundo ꝙ morbus compositus multipliciter potest sortiri vnitatem, qua dicit̃ vna ægritudo. Primo ab identitate materiæ vel causæ coniunctę, sic mala complexio mala compositio & solutio continui concurrentes in apāte dicuntur vnus morbus. Secūdo ab vnitate læsionis alterutrius trium naturarum. s. complexionis compositionis vel vnionis i eodem membro, ut oēs malæ complexiones compositæ eiusdem mēbri sunt vnus morbus. Tertio ab vnitate coniunctionis & inseparabilitatis alterius ad alterum, vel quia simul incipiunt & desinunt, vel sanato vno sanatur alter. Quarto ab vnitate ordis, secundum successionem, sic febres compositæ dicuntur unus morbus vel una febris. Attende tertio ꝙ duæ ægritudĩes possunt esse simul in eodem membro sine hoc ꝙ faciūt egritudinem compositam, vt ungula inueterata in oculo & mala complexio calida recens in eodem, quarum prima nocet uisui & secunda nutritioni oculi, & claudicatio naturalis tibiæ, & uulnus recens in ea. Ad primum obiectum dic ꝙ non est petitio principij in dicta descriptione vel potius declaratione quadam non conuertibili cum declarato, ga prius declarauit quid sit morbus, q̃ cognito scitur gd sit unus morbus, quia eadem sunt principia entis & vnius, & idem est morbus & unus morbus, homo & unus homo. Ad secundum dic ꝙ phrenesis & febris sequens eam cōiungūtur in sua causa. & similiter lethargia & febris & phthisis et hectica. Ad tertium dic ꝙ ægritudines compositę quarum componentes nunq̄ȝ sunt simul sunt una ægritudo unitate ordis uel successionis ordinatæ, sicut fluuius est unus. Ad quartum dic ꝙ licet ægritudines apātis non sint unius & eiusdem generis prædicamentalis sunt tamen eiusdem materiæ uel causæ coniūctæ. Tertio dicit ꝙ genera omniū ęgritudinum inueniuntur in apāte. Primo morbus in complexione. s. mala compłō cum materia effusa ad locū apātis. Secundo morbus in compositione duplex. s. morbus in figura propter tumorem indecentem, & morbus in situ, ga partes tumidæ reliquerunt suum naturalem situm. Tertio solutio continui ex effusione materiæ cum uiolentia penetrantis de parte in partem & quærentis locum. Instabit aliquis ꝙ ex sanguine peccante sola q̄titate potest fieri apā & non erit in eo mala complexio. Item mala figura & malus situs partium in apātibus extrinsecis sępe non lędunt sensibiliter aliquam operationem, sicut nec tumor membrorum a fricatione uel balneo procedens, ergo non est illic morbus in cōpositione. Item apāta sępe generantur per uiam congestionis. s. ex residuo nutrimenti paulatim congesto & aucto faciente tandem membrum intumescere, & frequentius ita generantur in membro carn formi, sed tale membrum potest dilatari multum paulatim & successiue sine corruptiōe continuitatis ipsius. Ad primum dic ꝙ si ad membrum temperatum effundatur sanguis temperatus ilico post effusionem efficit malam complexionem in illo membro, quia sua multitudine suffocat naturalem calorem illius membri, sicut oleum nimium effusum in lampadem extinguit ipsius

Ægritudo cōposita qd.

Eminentia duplex.

Apā & febris. duplex.

Morbus cōpositus sortitur vnitatē quadrupliciter.

Ægritudinis vnitas duplex.

ignem. Ad secundum dic ꝙ licet non semper mala figura et malus situs apostematis extrinseci noceant sensibilit͏̃ toti corpori, nocent tamen alicui parti vel prohibendo decubitum supra partem læsam, vel comprimendo immoderate & suscitando dolorem. Vel concede si vis ꝙ si tumor nõ fuerit magnus, ita vt lędat sensibiliter non est morbus, sed accidens. Iuxta illud Gal. primo morbi. cap. 13. Item si apa adeo erit tumefactum ꝙ noceat actioni morbus vocatur, si autem non erit tumidum accidens secutiuum vocabitur sicut dolorem accidens appellamus. Ad tertium dic ꝙ nõ sola corruptio vel laceratio membri dicitur solutio cõtinui, immo immoderata pororum dilatatio quæ cõmuniter non fit sine aliqua latenti lacerõne alicuius pori, sicut notabatur in cap. præcedenti ibi. Et quandoq; etiam fit in foraminibus continuitatis solutio & dilatantur. Vel dic ꝙ non in sol apate soluitur cõtinuitas, sed in pluribus. Iuxta illud Gal. c. nunc allegato. Formica vero & cancer fiunt aliquando cũ uulnere aliquando non. hæc tamen omnia, & si sint sine uulnere sunt compositi morbi, quia fiunt de materia calida vel frigida. Videmus. n. erysipelam ex cholã fieri rubea. cancer vero ex cholera nigra fit. œdema vero ex phlegmate. Præterea hæc ipsa aliomodo dico esse composita. Nam hũores isti & si visui sigillatim vnius specie inesse videantur, secundum tamen virtutem compositi sunt, quia cholera nigra frigida est & sicca, cholera rubea calida & sicca, phlegma frigidum & humidum sanguis calidus & humidus. Item tertiomodo sunt compositi, qm̃ hi humores adinuicem sunt cõmixti, nec etiam simplr̃ reperiuntur. nisi rarissime. hęc Gal.

Formica & cãcer duplr̃ erysipela & œdemia

Apostema præterea membris accidit mollibus. Et est etiam cum ossibus accidit res quę apostemati similatur per quàm eius ingrossatur concauitas & eius augmentatur humiditas. Neque est mirum ut sit illud quod nutrimenti recipit augmentum superfluitatem recipiens cum in ipso penetrauerit aut in ipso acciderit. Et omne quidem apostema quod causam non habet manifestam & eius causa corporalis monstrat materiã de uno mẽbro ad aliud quod est sub eo fuisse mutatam uocatur catarrus. Et est cum causa materialis ex qua apostemata & eminentiæ generantur est in alijs submersa humoribus non secundum suas impedientibus qualitates. Cunque humores illi boni aliquo euacuationis modo postea se euacuauerint, aut naturali sicut mulieribus accidit cum pariunt aut non naturali sicut eis accidit qui uulnerantur cum egreditur sanguis bonus remanent humores illi mali puri singularis & impeditur propter eos natura & expellit eos. Et est cum expulsionis modus est ad cutem & faciunt apostema aut bothor.

Mẽbrũ molle quid.

In hac parte secũda dicit primo ꝙ apa communiter euenit membris mollibus. Et intelligit per membra mollia membra omnia præter ossa & chartilagines. Secundo dicit ꝙ res apari similis quandoq; superuenit ossibus & igrossatur concauitas eius. i. dilatantur porositates ipsius per humiditatem adauctam in eis extendentem eas. Et non ẽ mirum si pars recipiẽs plus nutrimenti q̃ sit sibi necessarium quandoq; etiam recipiat superfluitatem extensionis & dilatationis apoſæ cum nimis abunde penetrauerit in ipsum humiditas aliqua seu nutrimentalis seu superflui ea. Hic quęri solet si os possit apari. Videtur ꝙ non quia nequit dilatari etiam si violentissime trahatur, vt fit in torturis, prius enim rumpitur q̃ dilatetur. Item nequit copiose ibibi, quia superficies eius est plana durissima paruorum poꝝ vix visibiliũ & vix sufficientium penetrationi nutrimenti. Cuius rei signum est ꝙ os diu immersum aquæ vel alteri liquori neq; ibibitur neq; molescit. Item si os aparetur, vel aparetur a superfluitatibus aliorum membrorum sibi missis, vel a suo proprio superexcrescẽte alimento, vel a superfluitate sui alimenti. Non primomõ quia superflua solent expelli a densis membris ad rara non econuerso, sed ossa sunt dẽsissima, ergo minime capacia superfluitatum aliorum membrorum. Nec secundomodo, quia nutrimentum ossis est grossum terrestre melancholicum, & impossibile est tale penetrare per poros strictissimos ita exuberanter vt apostemet. Nec tertiomodo, quia superfluitas ossis est medulla humida lenis habes inepta omnino penetrationi. Item de cura apostematũ ossis non tractant medici in suis practicis inuentes ex hoc apa non posse fieri, aliter doctrinę eorum essent imperfecte.

Os an apa pati possit.

Oppositum videtur hic sensisse princeps. Item dentes sũt ossa cum numerari soleãt a medicis inter ossa capitis et põt apostemari. Iuxta illud principis ca. 18. sum. 2. doctrinę. 2. fen præsentis. In dente quoq; plerunq; fit apostema, quoniã nutrimenti recipit augmentum & infusionem & putrefactionem, ergo recipit apostema. Item super ossa venientia communiter in tibijs equorum sunt eminentiæ infixæ substantiæ ossis, ergo sunt apata. Apa nanq; est morbus mutãs membrum a sua naturali q̃titate in eam quæ est extra naturam. 13. de inge. cap. primo. Dic primo ꝙ ossa infantiũ faciliter possunt apari. Huius ratio est, quia sunt tenera hũida, dilatabilia & plicabilia, capacia superfluitatum nutrimẽti. iuxta illud Gal. 1. complexionum cap. 4. Natus hora natiuitatis & parum postq̃ nascitur in ultimo existit humiditatis & limositatis et neq; venæ ipsius pulsatiles & non pulsatiles aut uiscera eius aut caro ipsius sunt illa hora secũdum hanc dispositionem tantum, verum etiam ossa ipsius quę tñ secundum ꝙ sunt ossa sunt sicciora omnibus membris, ita vt mulieres quæ nutriunt infantes ęquent & rectificent figuras ossium eorum & omnia membra quæ sunt in eis sicut æquantur & aptãtur vasa facta ex cera. Et si tu experiaris ad animal cum nascitur & comederis ex ipso aut anatomiçaueris ipsum aut aspexeris ipsum inuenies eius carnem mucillaginosam & mollem. & inuenies omne genus ossiũ eius simile caseo cum coagulatur. hæc Gal. Dic secundo ꝙ ab ætate infantiæ vsq; ad ætatem consistentiæ ossa põt apari, licet difficilius q̃ in infantia quia sunt duriora. Nã toto illo tempore habent humiditatem sufficientem ad suã extensionem & suum crementum, sicut ergo ex alimento moderate subducto nutriuntur & augentur, sic ex superflue inducto possunt intumescere contra naturam & apari. Iuxta illud Gal. lib. de notitia tumorum præter naturam. Oĩno ãt nil phlãnti. i. phlegmonem patienti particulæ secundum naturam habens manet certissime diuturnãte phlegmone, sed potitur cum carne omnino reumate. Quocirca & ossa qñq; tangit sicut & ab eis procedit cum primum patiuntur. Item virtus expulsiua est valde fortis in pueris. potest ergo superfluitates paulatim congestas in porositatibus ossium ad superficiem ossium cum tumore contra naturam expellere, sicut per ossa quãdoq; saniem expellit. Iuxta illud Gal. apho. 7. commen. illius cañ. Quibuscunq; inter phrenes & vẽtrẽ. Oportet certificari ꝙ Hip. dixit naturæ forte nihil posse repugnare in expellendis, licet materia sit grossa & vię strictę sint. Vidimus. n. quia materia apatis cum natura eam a quibusdam expellat locis, ossa etiam transit. hæc Gal. Dic tertio ꝙ in ætate consistentiæ & vltra vix & raro apantur ossa. Non est tamen impossibile ꝙ tunc apentur. Ratio primi est vehemens eorum durities, qua redduntur vix dilatabilia & tanta eorum siccitas ꝙ vix finit in eis nutricatiõem fieri, & ineptitudo penetrationis humiditatum in eis præsoliditate & dẽsitate. Cuius rei signum est ꝙ in cancrenis seu estiomenis pessimis putredie & corruptiõe cadauerali mortificantibus solida membra non corrumpuntur ossa. Iuxta illud Gal. lib. de notitia tumorum p̃ter naturã cap. 13. Cancrena mortificatio quidem est & ipsa solidorum corporum

Apa qd

Gal.

Gal.

Cancrena quid.

non

non tamen ossibus inascit & maximos sequitur phlegmones species quædam sphakelorum existens. Voco autem sphakelum corruptionem solidorum corporum vniuersam vt & neruis ionascatur nedum carnibus vel uasis. hęc Gal. Sed ratio secundi est quia nullum est os ita durum quin in vlceribus fistulosis inueteratis possit putrefieri viscere vel liuescere & remolliri, & sic superfluitatibus imbibi & intumescere sicut apparet in fistulis senum inueteratis & inossatis. Argumenta post oppositum sunt pro dictis excepto argumento de superosse æqui quod non est spa, sed additio ossosa, sicut nodi arboris sunt de substantia arboris. Ad argumenta ante oppositum. Ad primum dic ꝙ ossa dilatari possunt in ætate crementi & in ætatibus alijs a forti & perseuerante causa vt fistulis. Ad secundum dic ꝙ os imbibi potest a talibus causis. Et cum subditur ꝙ os diu imersum aquæ vel alij liquori neqꝫ imbibitur neque mollescit. Dic ꝙ ossa sunt magis penetrabilia quando sunt pars uiuentis ex participatione naturalis & vitalis caloris ꝙ̃ quādo sunt a corpore extracta, & quod aliquæ humiditates nitrosæ virulentæ quales sunt in fistulis sunt penetratiores aquæ suo acrumine. Ad tertium dic ꝙ omnibus illis modis potest os apostemari, licet difficulter. Iuxta illud quod allegatum est a Gal. 7. apho. Naturę forti nihil posse repugnare in expellendis, licet materia sit grossa & viæ strictæ sint. Ad quartum dic ꝙ apostemata ossium sanantur vt alia solidorum membrorum nisi ꝙ exigunt & sustinent fortiora medicamina propter suam soliditatem. Secundo dicit ꝙ oē apostema carens causa manifesta. s. exteriori primitiua efficiente ipsum vt sunt casus & percussio & causa corporalis ipsius id est intrinseca corpori monstrat eius materiam fluxisse ab vno membro ad aliud inferius stans vocatur catarrus. Ita vocat Gal. lib. de noticia tumorum pręter naturam. Sed nomen catarri non appropriatur huic apostemati, imo est commune ad omnem morbum qui generatur ex decursu humorum a superiori ad inferius & proprie ad pectus. Iuxta illud metricum. Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus, Ad fauces brāchus, ad nares dico corryçam. Quæret aliquis quæ est illa causa corporalis quæ monstrat materiam fluere de parte in partem inferiorem. Dic ꝙ est mala dispositio tēplonalis præexñs in membro mandante, & uię aptatæ inter ipsum & membrum recipiens, vel est humor sensibiliter fluens de parte in partem. Tertio dicit ꝙ aliquando materia apostematis & eminentiæ futurarum est sepulta in humoribus benignis non nocentibus suis qualitatibus & pro tunc non expellitur nec generat apostema, qa natura est auida in retentione bonorum humorum, quorū bonitas celat & exprimit eius malitiam. Sed cum illi boni humores euābuntur aut naturaliter vt in parturiētibus aut contra naturam vt bonus sanguis in vulneratis manet illa mala materia pura sine freno lædens naturam, ꝙ̃ si potest mittit ad vias expulsionis ordinarias euacuans eam per secessum vomitum vrinam sputum vel fluxum sanguinis, & si non potest transmittit ad cutem vbi facit bothor. i. pustulas aut apostema. Et si non potest mittit a nobiliori ad minus nobile. Et propter hanc causam medici prohibent euacuationes fieri tam phlōmando ꝙ̃ pharmacando ante digestionem materiæ ne bonum effluat & malum remanēs irrefrenatum magis incrudetur si frigidum fuerit, vel ebulliat si fuerit calidum.

Catarrus qd.

Apostemata uero diuersis differunt differentijs. Sed quæ magis sunt consideradæ sunt differentiæ quæ propter eorum existunt causas, quę quidem sunt materiæ ex quibus generātur apostemata. Materiæ uero unde fiunt apastemata sunt sex humores quatuor & aquositas & uentus. Et apostema quidem aut erit calidum aut non calidum. Neque existimandum est ꝙ apostema calidum sit illud quod ex cholera aut sanguine generatur tantum, sed ex quacunqꝫ materia siue sit calida propter suam essentiam, siue accidat ei caliditas propter putrefactionem. Licet etiam hæc genera secundum speciei diuisionem cuiusque materiæ diuidanť, dignius tñ ē in apostematibus ut in eis specialis, pferatur dictio,

In hac parte tertia primo diuidit apostemata penes materias. Secūdo exequitur de calidis ibi ⌊Et sāguineum quidem.⌉ tertio de frigidis ibi ⌊Non calida vero⌉ In hac pria particula quę est præsens textus dicit primo Prin. ꝙ apata multas habeat differentias, sed principaliores & magis attendendæ sunt quæ sumuntur a materijs ex quibus fiūt, qa materia cuiusqꝫ apostematis iam collecta ad apostema est causa eius coniuncta qua posita ponitur, & remota tollitur. Et ideo tota fere intentio medici in curis apostematum circa materias eorum versatur vel vt resoluantur vel ut maturentur & fiant sanies & expellantur. Secundo dicit ꝙ materię ex quibus fiunt apostemata sunt sex. s. sanguis, cholera, phlegma, melancholia, aquositas & ventositas, ita ꝙ omne apostema simplex, vel est sanguineum vel cholericum, vel phlegmaticum, vel melancholicum, vel aquosum, vel ventosum. Instabit aliquis ꝙ plures prædictis sint materiæ apostematum, Nam quædam sunt mellinæ melli sises, aliæ pultinæ similes pulti, aliæ carneæ similes carni glandulosæ aut spongiosæ, alię adipinæ similes adipi, sicut docet experimentum. Dic ꝙ omnes istæ materiæ sumunt originem ab aliquibus ex sex nominatis simplicibus vel cōpositis. Tertio diuidit apostema dicens ꝙ apostematum aliud est calidum. aliud non calidum. Et exponit quid intelligit per calidum apostema dicens ꝙ non solum dicitur apostema calidum quod ex sanguine fit vel ex cholera, sed omne ꝙ fit ex materia calida siue calida sit per sui naturam, sicut dicti humores, siue per adustionem vel putrefactionem. Quarto dicit ꝙ licet hæc genera apostematis. s. apostema calidum & apostema frigidum diuidantur secundum diuisionē spēi cuiusqꝫ materiæ, dignius tamen est. i. expedientius in apatibus vt dictio specialis proferatur in eo. vꝫ. ut in hoc cañ. sit vna fen propria de apostematibus, et ita ē. s. quarti tertia. Vł expone sic ꝙ licet hæc genera. s. calidum & non calidū vel calidum per naturam & calidum per accidens diuidantur secundum diuisionem speciei cuiusqꝫ materiæ, siue apostemosę siue febrilis siue alterius ægritudinis sunt tamen spālr attendēda in apostematibus quia penes ea regulatur horum cura. Attende ꝙ differentiæ apostematum quandoqꝫ sumuntur a simplicitate & compositione materiæ secundum quas apostema diuiditur in simplex & compositum qñque a qualitate materię secundum quam diuiditur in calidum et frigidum. quandoqꝫ a specie materię penes quam diuiditur in sanguineum cholericum &c. quandoqꝫ a substantia apostematis seu quantitate tumoris secundum quam diuiditur in paruum & magnum, qñqꝫ a proprietatibus apatis secundum quas dicitur bñ vel male moriginatum seuum vel mite. sanabile vel insanabile, breue vel chronicum. quandoqꝫ a membro in quo est secūdū quod unum dicitur opthalmia aliud sqnāila aliud phleuresis aliud periphleumonia &c.

Apatis ma sextuplex.

Apa duplex & quid utrūqꝫ.

Et sanguineum quod est purum phlegmonē appellare consueuerunt. Et quod ex cholera rubea & pura erysipelam. Et ex eis compositum nominne composito superantis præponēdo nomen, quandoque enim phlegmonem erysipelatodem dicunt, & quandoque erysipelā phlegmonodem & cum congregatur uocatur exitura. Cunque exitura in carnibus fit laxis & subascellis, & post auriculas & in inguinibus & ē ex genere corrupto quod in suo particulari loco nominabimus uocatur tauni.

In hac particula secunda tertię partis primo agit de apa⁊tibus calidis. Secundo de temporibus eorum ibi⌊Et apa quidem.⌉ In hac prima parte dicit primo ꝙ apostema sanguineum purum solet uocari phlegmō. Sed istabit aliquis quia non est dabile purum cum sanguis in corpore semper mixtus inueniatur alijs humoribus. Dic ꝙ reputatur purum extenso nomine in quo parum & quasi nihil est de humoribus alijs. Attende ꝙ phlegmō tripliciter dicitur. primo generaliter de omni apate maxime calido, phlegmon.n.ardens interpraetatur. Secundo de omni apate sanguineo, siue sanguis vnde fit bonus siue non sic se extendit ad carbūculos & anthraces. Tertio proprijssime de apate facto ex laudabili sanguine. Et illud est duplex, vnum ex grosso, alterum ex subtili. Iuxta illud Prin. quarti tertia trac. primo. c. primo. Et sanguis laudabilis aut est grossus aut subtilis. Et factum quidem a sāguine laudabili grosso est phlegmō quod accipit carnem & cutem simul & est cum pulsatione. Et a subtili phlegmō quod accipit cutem solam et est spina et nō est cum pulsatione. Potest iterum dici adhuc magis proprie de phlegmone factō ex sanguine medio inter subtilem & grossum. Iuxta illud Gal. 2. de apostematibus ad glauconē. Sanguine quidem benigno & commensurato grossitie fluēte ad aliquā particulam repente simul & propter multitudinem incuneato dolor validus occupat hominem, si non omnino iam dissensibilis fuerit particula, & pulsatio dolorosa in profundo, & tendi vndiqꝫ & corrumpi particulam & caliditatem sentit ampliorem vt comburi putet & refrigerari cupiat, & rubor superflorescit talis qualis balneatis vel secus ignem uel aliter qualitercūqꝫ calefactis haec passio generis totius appellationem attulit & vocatur phlegmō. Secundo dicit ꝙ apa constans ex cholera rubea pura vocatur erysipela. Attende primo ꝙ Gal. 2. de apostematibus ad Glauconē. c. 3. non vocat erysipelam sed herpetem apostema quod fit ex pura cholera. Ait.n.ibi. Cholera vero xanta.i. rubea cum quidem suiipsius naturam seruans vbique feratur corporis icterica passio nominata fit. Sola autem excreta & secūdum aliquā particulam stante herpes nominatur. Siquidem deniqꝫ grossa consistentia fuerit totam vlcerat vsqꝫ ad suppositam carnem cutis. Et vocat Hip. hos esthiomenos herpetes. Si uero subtilior fuerit, causa vero quae superficiem solam quasi superusserit, haec spēs adduxit generis nuncupationem & sine additione herpes nominatur. Attende secundo ꝙ secūdum Gal. ibi. c. 4. Erysipela fit ex sanguine & cholera mixtis vel ex sanguine subtili ebulliente. Ait.n.ibi. Si vero ex sanguine xanta cholera calidioribus quidem decente mixtum fuerit reuma vel ex sanguine quidem ebulliēte vero & subtili secundum consistentiam, erysipelas haec passio vocatur calidior multum phlegmone & flauior in videri, & si tetigeris facile subdecurrit sanguis & rursus superfluit subtilis certe & rubeus apparens, non tamen est dolorosus. similiter hic phlegmoni secundum vllam phlegmonis speciem neqꝫ.n. pulsationem neqꝫ compraessionem neqꝫ tensionem similiter infert, sed est quando etiam valde moderate molestat, & maxime quando per solam cutem effunditur nihil laedens suppositā carnem, & quidem deniqꝫ fit hoc tale vt plurimum, & hic ē certissimas erysipelas, certus quidem igitur erysipelas ipsius cutis solius passio est haec Gal. Tertio dicit ꝙ apostema compositum ex phlegmone & erysipela nominatur nomine compositio ex nominibus amborum, ita tamen ꝙ in nomine compositio praeferatur nomen apostematis superantis in cōpositione, vt si phlegmō superet erysipelam dicitur phlegmō erysipelatodes, & si erysipela superet dicitur erysipela phlegmonides. Attēde ꝙ sicut apostemata sanguinea quādoqꝫ miscentur cum cholericis, sic calida cum frigidis & sortiunt similiter nomina. Iuxta illud Prin. lib. de notitia tumorum praeter naturam. Similis autem & in alijs mixtionibus est interpraetatio phlegmon scirrhosus & scirrhus phlegminosus & phlegmō oedemonosus et phlegmaticus, et oedema phlegminosum. Quarto dicit ꝙ cum congregatur & quasi materia alicuius dictorum apostematum digestione inspissatur & fit ex hac sanies vocatur exitura quasi petens exitum. Et si fuerit in exterioribus corporis tunc debet incidi vt sanies effluat, & nisi incidatur sanies rodendo quaerit exitum. Saepe tamen conuertibiliter exitura & apostema pro eodem habētur. Quinto dicit ꝙ cum exitura vel apostema fit in carnibus laxis glandulosis vt in subascellis & retro aures & in inguinibus & est ex generatione corrupto.i. ex materia venenosa sicut in pestilentijs vocatur tauni, & quarti tertia tractatu primo cap. 14. vocatur altoion, & vulgariter dicitur bochium aepidimiale.

Phlegmō quid.

Phlegmon triplex.

Gal.

Erysipela quid & herpes.

Phlegmone Erysipelas phlegmone Scyrrhos Phlegmone oedema Erysipelatodes Phlegmonodes scyrrhodes. Phlegmonodes oedematodes phlegmonodes.

Tauni apa vel altoioo vel bochiū epidimiale.

Et apostemata quidem calida habent principium in quo humor ad exteriora egreditur & apparet ꝙ concauitas augetur. Deinde capacitas cum eo augetur & extenditur. Postea stat cū grossitudo ad maiorem peruenit statum in quo esse debet. Post incipit minui & maturatur eius pus, & declinat eius esse, aut ad resolutionem aut ad puris, collectionem, aut ad conuertendum in duritiem.

In hac secunda parte dicit in sententia ꝙ apostemata calida hēt quatuor tpa.s. principium, augmentatum, statum, & declinationem. Principium est tempus in quo humor contentus in porositatibus egreditur a partibus interioribus membri apostemandi versus exteriores impellendo eas, & apparet concauitas.i. porositas membri augeri per tumorē.s. Augmentum est totum tempus a pricipio apparitionis tumoris manifesti, quo capacitas membri apostematis ex humore augetur & extēditur donec peruenerit ad maximum ipsius. Status est totum tempus quo permanet in sua maximitate. Declinatio est tempus quo apostema incipit minui & maturatur corpus vel pus eius id est digeritur materia ipsius & declinat vel ad resolutionem, ita ꝙ dispergitur vel ad collectionem saniei uel ad duritiem māsiuam.s. cum resoluuntur partes suae subtiles & terrestres remanent & indurantur. Attende ꝙ aliter distingui possunt tpa apostematis penes digestionem materiae. Et est principium hoc modo totum tempus in quo calor membri apostemati manet praefocatus a materia sine hoc ꝙ appareat aliqua digestio in ea neqꝫ corruptio contraria digestioni. Et augmentum est totum tempus quo materia incipit digeri vel mala corruptione corrūpi donec fuerit complete digesta vel complete corrupta. Et status est tempus quo materia apostematis est complete digesta aut corrupta sine sensibili diminutione, & tūc dicitur maturum. Et declinatio ē tēpus quo materia illa minuitur donec desinat.

Apatis calidi tpa quadruplex.

Non calida uero apostemata sunt aut de materia melācolica aut phlegmatica aut aquosa aut uentosa.

In hac particula tertię partis primo diuidit princeps non calida apostemata. secundo exequitur de melancholicis ibi⌊Et eorum quidem.⌉ Tertio de phlegmaticis ibi⌊Phlegmaticarū vero.⌉ Quarto de aquosis ibi⌊Aquosa autem.⌉ Quinto de ventosis ibi⌊Et ventosa quidem.⌉ Duae primae particulae sunt praesens textus. In hac prima parte dicit ꝙ apatū non calidorum quaedam fiunt ex materia melancholica, alia ex phlegmatica, alia ex aquosa alia ex ventosa. Attende ꝙ ex materia aliqua melācolica fiunt apostemata calida, sicut cancri quorū materia ē corrosiua & corrosio ē operatio caliditatis. Verū cācri possunt inter nō calida apata numerari, quia licet eorum materia sit calida virtute, non tamen actu sicut materię phlegmonis & erysipelę, quia subtile ē resolutum & grossū remāsit sicut cinera tū sicut calx et cinis sunt actu frigidi ad tactū & potentia calidi.

Et eorum quidem quae ex materia sunt melancholica tria sunt genera durities & cancer, quorum plurima sunt acuta & glandularum genus ex quibus sunt scrophulae & nodi. Inter genus uero

glandularum

glandularum & inter alia duo genera est differẽtia quoniam genera glandularum sunt separata ab eo in quo stant sicut glandulæ puræ, aut superficiei eius sunt retentæ tantum sicut scrophulæ, sed illa alia sunt mixta & infusa in substantia membri in quo stant. Et inter cancrum etiam & duritiem est differentia, quoniam durities est apostema quietum sedatum destruens sensum & permanens in membro in eodem statu cum quo nõ est dolor, & cancer est mobilis addens lædens, & habet radices innexas membro neque oportet ut per ipsum destruatur sensus nisi elongatum fuerit eius tempus & mortificetur eius membrum & destruatur eius sensus. Neque multum distat quin differentia inter cancrum & duritiem existat per accidentia inseparabilia, & non propter differentias substantiales. Apostemata uero dura melancholica plerumque a principio suæ generationis incipiunt cum duritie, & plerumque in duritiem mutantur, & proprie sanguinea. Et est cum hoc quandoque contingit in phlegmaticis.

In hac secunda parte dicit q tria sunt genera apostematum generatorum ex materia melãcholica. Primum est durities seu sclirrhosis aut scirrhus. Secundũ est cancer. Et apostemata huius generis ut plurimum sunt acuta: vel ut alij libri habent autumnalia. i. in autumno sæpius contingentia. Tertium est genus glandularum, de quorum numero sunt scrophulæ & nodi. Contra nodi generantur ex phlegmate. Iuxta illud Principis, quarti tertia tractatu secundo capitulo secundo. Nodi sunt dubeler phlegmaticæ compræhendentes humores phlegmaticos aut generatos a phlegmate qui sunt facti sicut caro, aut sicut puls aut sicut mel, aut aliud & proprie qui eueniũt in curuaturis intestinorum. Item scrophulæ videntur ex phlegmate fieri, quia ut plurimum contingunt hominibus habentibus curta colla & complexiones humidas, & sæpius nascuntur in carnibus glandulosis quæ sunt humidæ phlegmaticæ: & sæpe eueniunt porcis qui sunt animalia phlegmatica, & inde dicuntur scrophulæ a scropha græce, quod est porca latine. Iuxta illud Principis quarti tertia tractatu secundo capitulo sexto. Et homines vehementius dispositi ad habendas scrophulas in partibus colli & capitis sunt curta habentes colla complexionum humidarum. Et loca in quibus generantur plus scrophulæ sunt collum & subascellæ. Et plurimum quidem accidunt in carne molli. Et videtur quòd non nominantur scrophulæ nisi propterea quia multotiens accidunt porcis propter gulositatem eorũ. Item omne apostema melancholicum, aut generatur ex melancholia adusta & est cancer, aut non adusta & est sclirrhosis, non ergo ponendum est tertium genus. Ad primum dic quòd licet prima origo nodorum sit ex phlegmate. phlegma tamen hoc vel permixtione melancholiæ inspissatur vel resolutione humidi aquosi & inspissatione partium terrestrium ad naturam melancholiæ conuertitur. Et id innuit loco allegato, vbi postquam dixit quòd nodi sunt adubelet. i. eminentiæ phlegmaticæ subdit. At res dura non est longinquum quin necessarium faciat eius obuiationem melancholicam, verum nos posuimus eam phlegmaticam, quoniam radix illius duri est phlegma cui accidit ut desiccaretur grossæ. Ad secundum de scrophulis dic similiter quòd prima earum materia est humida, sed processu temporis desiccatur induratur & melancholicatur. Iuxta illud Galen. libro de noticia tumorum præter naturam. capitulo. 16. Sunt autem qui secundum bubones, idest inguina & ascellas solum fieri volunt phygethla phlegmones existentia adenarum id est carnium glandulosarum, his autem scirrhatis. idest induratis nominatur scrophula. Ad tertium dic q scrophulæ & nodi possunt sub sclirrhosi compræhendi. Iuxta illud Principis quarti tertia tractatu secundo capitulo sexto. Et scrophulæ ad ultimum sunt glandulæ sclirrhoticæ. differt tamen sclirrhosis proprie dicta ab illis sicut statim dicetur. Secundo dicit quod glandulæ differunt a duritie & cancro per hoc quòd vel separatæ sunt a membro in quo stant non innexæ ei neque infiltratæ, sicut glandulæ puræ sine radicibus. vel solum retinẽtur in superficie eius sicut scrophulæ, sed cancer & durities sunt immersi & profundati in substantia membri in quo stant, ita quòd materia glandularum est collecta in vnum, non diuisa per poros: sed materiæ cancri & sclirrhosis sunt per poros membri disseminatæ. Sed instabit aliquis de scrophulis per principem dicẽtem quarti tertia tractatu secundo capitulo sexto. Scrophulæ similantur nodis. Sed differunt ab eis in hoc quòd non sunt separatæ sicut nodi, immo sunt suspensæ in carne & est eis iterum velamen neruosum. Dic q licet scrophulæ non sint separatæ a carne sicut nodi, sed suspensæ in ea cum panniculo, materia tamen harum non est carni immersa & per eius porositates distributa. Attende quòd inter glandulam proprie dictam & scrophulas est differentia, quia glandula proprie dicta est similis glandi satis mollis mobilis unica & separata in emunctorijs principalium membrorum generari solita, sed scrophulæ sæpius plurificantur & duriores sunt & magis adhærent, & plus in collo reperiri consueuerunt similes illis quæ fiunt in porcis. Tertio dicit quòd sclirrhosis seu durities differt a cancro in quinque. Primo quia est quieta. idest de materia quiescente, cancer vero mobilis. Secundo quia est sedata. idest pacifica & mansueta, sine malitia accidentium, cancer uero lædens sæuus malorum accidentium. Tertio quia sclirrhosis destruit sensum particulæ in qua est compingendo & indurando neruũ sensitiuũ & offuscando vel extinguendo spiritum animalem subtilẽ & clarum, cancer vero non destruit sensum nisi diuturnitate temporis membrum mortificet, et ita sensum corrũpat. Quarto quia sclirrhosis permanet sub eodem statu in membro in quo est, cancer vero est addens & paulatim serpit, & se diffundit per suas radices ad instar pedum cancrorum quibus membro heret. Quinto quia sclirrhosis est sine dolore, cancer vero cum dolore magno. Attende primo quòd duplex est sclirrhosis. Quædam vera & certa dura insensibilis ex pura melancholia generata, & hæc est insanabilis maxime si super ipsam nascantur pili. Alia non certa nec penitus insensibilis, sed pauci sensus ex melancholia phlegmati mixta facta, vel ex phlegmate grosso viscoso indurato & ista sanabilis est, sed difficulter. Iuxta illud Galen. secundo de febribus, & apostematibus ad Glauconem. capitulo. 11. Certus quidem scirrhus tumor est præter naturam insensibilis simul & durus. Qui vero non certus, non insensibilis quidem omnifariam dissensibilis tamen. idest debiliter sensibilis est omnino. Igitur insensibilis quidem scirrhus insanabilis est. dissensibilis vero non insanabilis quidem non autem facile sanabilis, fit enim ex viscoso, & grosso humore difficile solubiliter implastrato scirrhosatis. idest induratis particulis. Hæc Galen. Attende secundo, quòd cancer fit ex melancholia adusta. Iuxta illud Principis quarti tertia tractatu secundo capitulo decimo. Cancer est apostema melancholicum de melancholia adusta a materia cholerica, aut in qua est materia cholerica cum qua est combusta, non a pura feculenta. Attende tertio quòd licet cancer in omni parte præter eoe generari possit, fit tamen sæpius in mamillis mulierum non menstruatarum tempore debito, & quando incipit est capax curæ, sed perfectus non sanatur nisi radicitus incisione excernatur. Iuxta illud Galen. secundo de apostematibus ad Glauconem capitulo. 17. Deinceps vsque erit de cancrosis tumoribus dicere fientibus quidem in omnibus particulis

Gal.

Sclirrhosis duplex.

Glandula differt a scrophula.

Sclirrhosis dupliciter.

Cãceris materia

Cāceris cura duplex. Gal. maxime autem in mamillis mulierum. quæcunq; nequaq; purgantur ea quæ secundum naturā purgatione. In mamillis autem vidimus multotiens certissime omoydem.i. similem formam tumoris cancri aiali, quemadmodum enim in illo pedes alterutriq; sunt corporis, ita & in hac passione venæ distensæ eius qui præter naturam tumoris vniuersam figuram similem cancro operatur. Hanc quidem passionem incipientem sanauimus multotiēs. In magnitudine vero digna ratione eleuatam sine chirurgia nullus sanauit. hæc Ga.

Quarto dicit Princeps ꝙ non multum distat.i. non est longinquū a veritate qn sclirrhosis a cācro differat per inseparabilia accidentia & non per drias subales. Attende ꝙ sclirrhosis interdum quādo cum medicinis calidis indiscrete trāctatur cōuertitur in cancrum & significatur esse propinqua cancro per inflammationem pulsationem & apparitionem venarum in circuitu eius. Iuxta illud Principis quarti tertia. trac.2.cap̄.de apate duro. Et quandoq; canceratur sephiros. Et propinquitas sephiros ad cancrum & elongatio eius ab eo est secundum multitudinem inflammationis eius, & paucitatem & apparitionem pulsationis in eo & occultationem eius & apparitionem venarū in circuitu eius, & non apparitionem earū. De illa ergo sclirrhosi quæ propinqua est cācro verificatur ꝙ non differt a cancro differentijs subalibus. Sed multum distans a cancro videtur differre ab eo dr̄a subali secūdum materiam. Nam cholera nigra adusta quę materia cancri differt spē a mel̄ia naturali, cum adustio in ol re sit corruptio rei violenta. Et iterū dr̄a a cancro dr̄ia subali, quia est mala cōplo frigida cum materia collecta ad apa: sed cācer est mala cōplo calida. frigidum vero & calm̄ sunt spēs diuersæ morbi cōplonalis. Sed aliæ dr̄iæ sclirrhosis a cācro quæ sunt multo plures sunt accidentales, ideo dicit hic Princeps. Neq; multum distat quin dr̄ia &c. Cancer etiam dum incipit est velut parua sclirrhosi magnitudinis vnius fabæ et tunc esse eius & dr̄ia ipsius a sclirrhosi sunt occultæ. Iuxta illud Principis quarti tertia trac.2.cap̄.de cancro. Et quando apparet cancer ambigitur esse eius in primis cum apparet secundum plm̄ et in primis cum apparet in principio est sicut faba parua durus rotundus fusci coloris in quo est caliditas quædam. Quinto dicit ꝙ sclirrhosis qn̄q; incipit ex seipsa.s. cum aliqua materia melica non adusta imbibit aliquod membrum & facit ipsum intumescere, & aliqn̄ fit ex alio apate conuerso ad duritiem & sępius ex sanguineis, & qn̄q; ex phlegmaticis. Attende ꝙ licet aliqn̄ sclirrhosis p se incipiat, sępius tn̄ fit ab alijs apatibus immoderate infrigidatis & stypticatis seu nimis compressis. vn̄ humidum exprimitur & grossum terreum feculentum manet et induratur. Iuxta illud Gal.2. de apatibus ad Glauconē. cap̄.15. Aliqn̄ igitur mox a principio paulatim constituitur & augetur. Plurima vero a medicinis constituuntur stypticantibus & infrigidantibus fortiter erysipelata & phlegmones. Attende secundo ꝙ sicut calida apata fiunt sclirrhoses appellatione indiscreta infrigidātium & stypticantium, sic apata frigida qn̄q; lapidificantur indiscreta applicatione resoluentium. Iuxta illud Gal. ibi. Siquidem igitur quis fortiter diaforanciam scirrhosim patientibus corporibus afferat pharmaca, manifestā diminutionem opans scirrho tēpore breui sperabit de totali curatione nō vere ignorās: qm̄ huius mō curationis reliqua passionis insanabilis fit. diaforata.n. huius subtiliori parte humiditate reliqua exiccata lapidea perficitur.

Phlegmaticorum uero apostematum genus in duas diuiditur species. apostema laxum & glādulæ molles. Et hæ quidem differunt, quoniam glandulæ sunt separatæ & inuolutæ in coopertorio, & apostema laxum est mixtum & non separatum. Apostematū præterea hyemis pleraq; sunt phlegmatica ita ut illorum quæ sunt calida sunt calores albi. Et glandulæ quidem & sila & his similia a neruorum differūt nodositate, eo ꝙ nodositas magis sit in suo loco mansiua. Et eius tactus sentitur neruosus & cum figendo tāgitur spargitur, & redit ad locum suum; & cum forti medicamine spargitur absq; compressione non redit. Et plurimum eius accidit propter laborem & destruitur propter ponderositatem sicut plūbum & eius similia. Et tibi quidem sciendum est ꝙ apostemata phlegmatica diuersificātur secundum diuersitatem grossitiei phlegmatis & mollitiem ipsius & eius subtilitatem laxitatem ipsius & duritiem, ita ut quandoq; melancholicis sint similia, & quandoq; uideātur uentosa. Phlegma præterea subtile multotiens descendit in reumatismis in uacuitatem quæ est in uillis neruorum, ita ut ꝑueniat ad musculos qui sunt sub epyglotti & ad ea quæ sunt sub istis.

In hac particula quæ est de apostematibus phlegmaticis dicit primo princeps ꝙ apa phlegmaticum diuidit in apa laxum & glandulas molles. Istud apa dr̄ arabice ʒimia & grece œdema. Iuxta illud Ga.2. de apatibus ad glauconē. Nominamus igit œdema indolorosum & laxū tumorē. demōstratus autem est iste ex phlegmatica substantia fieri vel spū vaporoso, qualis quidem secundum mortua gn̄atur corpora & secundum pedes & crura multotiens in hystericis & hydropicalibus dispōnibus. Attende ꝙ hoc apa diuidi pōt in verum et non verum quemadmodum alia. Verum generatur ex phlegmate naturali puro. Non verū ex phlegmate non naturali vel alijs humoribus immixto. Et iterum diuidi potest in œdema quod est accidēs morbi sicut hydropisis vel astmatis vel longarum febrium, & œdema quod est morbus per se non sequens alium. Et hanc diuisionem cum curis tangit Gal.2. de apatibus. cap̄.14. dicens. Et in illis quidem symptoma est hoc tale œdema dispōnis laxæ nulla præcipua curatione indigēs. etenim fricatione sola per oxyrodinū.i. oleū rosarū cū aceto, & qn̄q; per oleū & sal in misso oxyrodino desistere fecerunt illud, & alia multa talia. pp autē phlegmaticū humorē superinfluentem particulæ iā fiente passione aliqn̄ qdem & spongia aqua madefacta modicū aceti habenti desistere facit passionē. Scd̄o dicit ꝙ glandulæ molles dr̄nt ab apate laxo, quia sunt separatæ a mēbro in quo sunt, ita ꝙ earum mā non est immersa neq; imbibita porositatibus mēbri sed sicut glans in vnū recollecta. Itē glandulæ sunt inuolutę in coopertorio veluti in bursa vel sacco, sed apatis laxi mā est immersa mēbro, nec in sacco clauditur. Et glandulæ molles vt plm̄ fiunt in emunctorijs mēbrorū principaliū vel per viā mundificationis bona sanitatis, vel per viā crisis hora terminationis ęgritudinis, vel a materijs deriuatis ad ulcera vel apata extremitatū: quarū pars in trāsitu ipsius p emūctoria retinetur in illis: vt apparet in his qui scabie longa & forti vexantur in pedibus aut in manibus. tales.n. in inguinibus uel in subascellis solent hr̄e glandulas. Tertio dicit ꝙ apata venientia in hyeme pl̄ima sunt phlegmatica, ita ꝙ est apata calida tunc contingentia sunt albi coloris vnde vīr declinare ad phlegmatica. Cā istius est triplex. Prima est, quia phlegma multiplicat in hyeme. Iuxta illud Principis. cap̄.6. sum. primę. doc.2. huius fen. Ægritudinum vero hyemalium plīmæ sunt phlegmaticæ, & in ipsa phlegma fit multū. & plm̄ quod est in eo qd' vomitu expellit ē phlegma, colores quoq; apatum in ea secundum plm̄ ad albedinē trahunt & in ipsa abundat catarrhus. Secunda cā est, quia minor fit sparsio & resolō humorū in ea maxime grossorū. Tertia est, quia virtus naturalis tempore hyemis est in interioribus corporis fortis, & in exterioribus debilis, quare expellit grauantes humores ab interioribus ad exteriora. Attende ꝙ non solum

Apa phlegmaticū duplex.

Oedema duplex. Gal.

apostemata

apostemata phlegmatica magis eueniunt in hyeme, immo omnia apãta tuoc magis accidunt & tardius sanantur & minus recidiuant. Iuxta illud Hippo. pronosticorum. 3. Omne apostema magis in hyeme q̃ in alijs temporibus contingit & amplius moratur & si sanatur non reciprocatur. Quarto dicit ꝙ glandulæ & fila & similia his differunt a nodositate neruorum sextuplicit. Primo quia nodositas est minus mobilis & magis mansiua in suo loco. Secundo quia nodositas durior sentit quasi sit neruus vel res neruosa. Tertio quia nodositas spargitur cum tangitur figendo. i. fortiter comprimendo, deinde redit ad locum proprium cessante compressione. glandulæ vero compressę sub digitis labuntur sed nõ sparguntur, quia sunt in chisti clausæ nisi in principio sui prius q̃ chistim habeant: vel antequam sua chistis indurruerit. tũc enim pressæ sparguntur et q̃nq; non redeunt. Iuxta illud prin. quarti tertia trac. 2. cap. 3. Et est in principio taliter ꝙ cum super ipsum sit compressio separatur, deinde redit multotiẽs & fortasse non redit. Quarto quia nodositas sparsa & resoluta sine compressione cum forti medicamine. sicut sunt calx sapo & cinis non redit, sed glandula resoluta redit quia folliculus eius remanens nouos colligit humores, non enim põt resolui. Quinto quia nodositas vt plurĩm accidit propter laborem vt in viatoribus & portitoribus onerum, glandulę non immo ex otio magis. Sexto quia nodositas neruorũ destruit & sanatur ex aliquo graui veluti plumbo super eam ligato comprimente eam. glandulæ vero sanantur incisione cutis & extractione earum cum suis sacculis.

Hippo.

Glandulę d̃ria a nodositate neruorũ sextuplex.

Sila qd uel testudo cuius spẽs triplex. s. talparia et bochium & hernia.

Lupia quid.

Attende primo ꝙ per silam intelligitur apãa quod est in pricipio paruum sicut glandula postea multum augetur, & tunc a quibusdam testudo vocatur, cuius species sunt talparia in capite: bochiũ in collo, hernia in testiculis. Et per similia intelligit lupias. s. glandulas molles similes floribus lupuli rotundas, nasci solitas circa iuncturas & in locis siccis. Attende secundo ꝙ nodositates neruorum differunt in hoc a nodis glandulosis ꝙ non separantur vndiq; a membro in quo sunt, sed solum lateraliter. s. dextrorsum & sinistrorsum. Nodi vero glandulosi sunt vndiq; separati. Iuxta illud prin. quarti tertia. tra. 2. cap. 2. Et quando accidit vt nodetur neruus & similet nodo, & non sit de nodis, & differt a nodis per hoc ꝙ non separatur in longitudine, immo dextra & sinistra. Et multotiens accidit ex percussione quod similatur nodis. Cum ergo curatur in principio cum strictura superposita remouetur & resoluit. hęc pria. ibi. Quinto dicit ꝙ apostemata phlegmatica diuersificantur secundũ diuersitatem phlegmatis ex quo fiunt in grossitie & subtilitate, mollitie & duritie & laxitate & tensione ita vt aliquando præ duritie & tensione videatur uentosa. & licet hic tensionem non exprimat, ipsam tamen subintelligit in contrario eius. s. laxitate. Habent autem & alias multas differentias, quia quædam sunt immersa caui, alia clausa in sacculo. quædam resolubilia alia non. quędã saniosa vel virulenta alia non, quędam magna alia pua quędam gracilis pedis vt ligari possint alia non, quædam intus alia extra. quædam mobilia alia fixa, & penes has differentias variantur eorum curę. Sexto dicit ꝙ phlegma subtile sæpe descendit in reumatismis ad vacuitates quæ sunt inter uillos neruorum sparsos in musculis, ita ꝙ puenit ad musculos existentes sub epyglotti, & ad loca alia sub istis musculis. Et istud phlegma collectum ad apostema si vias aeris & cibi non impediat dicitur bochium & vulgariter gulea. sed si dictas compresserit vias dicitur squinantia phlegmatica. ꝙ si per cannam pulmonis hoc phlegma sparsum fuerit causat raucedinẽ. & si vsq; pulmonem descenderit & fuerit in eo collectum causat periphleumoniã phlegmaticã.

Apãtis phlegmatici multiplicitas.

Gulea quid.

Aquosa autem apostemata, sunt sicut hydropisis et ramex aquosa, et sicut apostema quod accidit craneo de aquositate & horum similia.

Hic declarat apostemata aquosa tribus exemplis. Primũ est hydropisis aquosa. s. ascytes. Secundum est ramex. i. hernia seu ruptura aquosa. Tertium est apãa craneo eueniens ex aquositate & alia similia apostemata partibus alijs euenientia. Circa primum attende ꝙ sicut tumor ventris in ascyte existens dici potest apostema aquosum, sic tumor vẽtris in tympanite repertus apostema ventosum, & tumor totius corporis in hyposarcha apostema phlegmaticum commune toti. Et hos tumores inter apostemata nominat Gal. lib. de tumoribus præter naturam. ca. 12. dicens. Secundum hyderos vero. i. hydropises aceruatur multitudo aquosæ quidẽ materiæ in ascyte, spumosæ vero in tympanite, phlegmaticæ vero in anasarcha & leucophlegmantijs nolatis. Circa secundũ attende ꝙ quidã nomen ramicis approprlant soli hernię aquosę, sed Princeps vocat ramicem oẽm rupturã ex qua per fissuram syphac descendit aliquid vsq; ad testiculũ. Ait. n. tertij. 22. trac. 1. cap. 2. Ruptura fit per solutionẽ pãniculi a singularitate sua, et casum fissuræ in eo quam penetrat corpus quod fuit compræhensum in eo ante scissuram, aut propter dilatationem stricturæ in meatu aut solutionem. Et cum accidit illud taliter ꝙ quando incedit penetrans peruenit ad testiculos nominatur ramex & hernia. Et in fine capituli illius ait. Et scias ꝙ ramex intestinorum & zirbi est ęgritudo fortis difficilis, quãuis sit parua, & ramex aquæ est ęgritudo facilis etsi sit magna. Circa tertium attende ꝙ craneo accidit apãa ex aquositate dupl'r. Vno mõ extra craneũ; alio modo intra. Iuxta illud Principis tertij prima. tra. 3. ca. 10. Quoniam q̃nq; aggregantur humiditates aquosæ intra craneum & extra craneum, tunc si fuerit extra signabit eas quod propioque dicemus. Et si sunt intra craneum & locus earum supra panniculum durum æger sentit grauitatem interius. Et fit in ea difficilis clausio oculi, immo non est possibile. i. claudi non potest, & humectani oculi valde, & lachrimantur assidue, & stant aperti intuentes in vnum locum, & in huiusmodi nõ est ingenium curatiuum. s. Et q̃nq; accidit & proprie infantibus ægritudo quæ est congregatio aquę in capite: & quandoq; accidit maioribus. & hæc quidem ægritudo est humiditates retentæ iuxta craneum & cutem, & inter duos panniculos extrinsecos, & accidunt inferioratio in illo loco capitis & fletus & vigiliæ.

Apãa aquosum triplex.

Cranei apãa aquosum duplex.

Et uentosa quidem apostemata secundũ duas diuersificantur species. Vna est cachexia, altera est inflatio. Inter cachexiam uero & inflationem est differentia duobus modis. Vnus est essentia, et alter est commixtura. Et declaratio istius est ꝙ uentus hic in cachexia in membri substantia est admixtus, sed in inflatione est aggregatus & separatus & non admixtus membro. Et cachexiã quidem inuenit sensus mollem, sed inflatio sensui resistit resistentia multa aut pauca.

In hac parte primo tangit duas species apostematis ventosi, quarum vna cachexia dicitur, altera inflatio. Secũdo assignat duas differentias inter has species. Prima est in cõmixtura. Nam in cachexia ventositas est commixta & infiltrata in substantia membri infiltrati, sed in inflatione vẽtositas est in se, vnde ita separata a membro non imixta ei sed clausa in aliqua ipsius concauitate, sicut in tympanite ventositas clausa latitat inter panniculos ventris, & in cachexia cibo mixta defluit ad poros membrorum. Secũda differentia est in essentia. i. modo substantiæ duræ vel mollis. Nã in cachexia tumor sentitur mollis ad tactũ, in inflatione vero tumor resistit tactui cum duritie quadam ad instar tympani tensi. Attẽde primo ꝙ cachexia est corruptio complexionis maxime hepatis præcedens hydropisim, in qua hepar debilitatum partem chili cõuertit in ventum, qui cum sanguine trãsiens ad membra facit ea intumescere. Iuxta illud prin. tertij. 14. tracta. 4. ca. tertio. Quãdo corrumpitur dispositio heparis & cõmunicat super ipsum debilitas accidit in primis dispositio antecedens hydropisim et nominatur cacheaia, et

Apãa vẽtosum duplex.

Cachexia quid & eius ethymolo.

appropriatur nomine corruptionis complexionis. In primis itaq; permutatur color corporis & faciei ad albedinem & citrinitatem, & apparet inflatio in palpebris & facie, & extremitatibus manuum & pedum. & qñq; ſpargitur in corpus totum ita vt fiat ſicut maſſa. hæc Princeps. Et dicitur a cacos quod eſt malum & exis quod eſt habitus, cuius contrarium euexia dr. & ait Gal. libello de euexia. Attende ſecūdo φ Gal. 14. de ingenio ſanitatis. ca. 5. ventoſa apata nominat tumores quæ Princeps vocat hic inflationes, & oſtendit qño differunt ab œdematis dicens. In tumoribus & mollibus apatibus non erit facienda eadem medicina. Nam molla ſunt ex phlegmate: ideoq; ſi digitus apponatur foſſa ibi efficietur. Cauſa vero tumoris ventoſitas eſt inflatiua in membro quolibet adunata, quæ aliquando ſub cute colligitur & aliquando ſub pelliculis oſſa & lacertos & alia membra cooperientibus. Item mukoriens coadunatur in ſtomacho & inteſtinis, atq; inter inteſtina & pelliculas ventris. Sed tamē dña tumorum & mollium apatum hæc eſt. Nam ſi apa tangatur cedet digito, ventoſitas vero non cedit ei, quæ percuſſa ſonum reddit quaſi tympani. hæc Gal. Attende tertio φ Gal. eodē li. ca. 6. reponit ſatyriaſim ſub apoſtemate uentoſo dicens. Præterea quædam paſſio fit in veretro: quā antiqui priaſpiſmum vocauerunt ex gñe tumoris exiſtens. Cauſa ventoſitas eſt in eius neruo, ſicut poteris cognoſcere per anatomiam. Attende quarto φ ventoſitas apans cū ſit groſſa turbulenta ſæpius fit ex humoribus groſſis & debili calore. Iuxta illud Gal. ibi. ventoſitatem tamen dicimus fieri ex humoribus groſſis & parum calidis. calor enim naturalis fortis exiſtens humores illos digeret et diſſoluet. ſi autē ſit defectus & humor groſſus et viſcoſus, fumus groſſus nō diſſoluendus generabitur. Attende quinto φ licet cachexia & œdemia conueniant in mollitie tactus, œdemia tñ diu ſeruat foueam digiti imprimentis: cachexia vero non.

acos quid et Exis & Euexia Gal.

Satyriaſis quid.

Amplius bothor ſunt ſecundum numerū apoſtematum. Earum enim aliæ ſunt ſanguinæ ſicut uariolæ, aliæ ſunt ex cholera rubea pura ſicut feræ cholericæ & deſudationes, & aliæ ſunt ex eis mixtæ ſicut morbillus & formica & claui & ſcabies & uerrucæ & horum ſimilia. Et plerūq; ſunt aquoſæ ſicut ampullę, et qñq; uētoſæ ſicut inflatiuæ. Tu autem in libro quarto inuenies diſtinctionem quæ tibi in diſpoſitionibus ſufficiet apoſtematum & bothor, de qua conueniens eſt ut ipſa ſit ſi Deus uoluerit.

In hac parte quarta quæ eſt de paruis eminentijs dicit primo φ tot ſunt numero genera bothor. i. paruarum eminētiarum quot ſunt genera apatum diſtinctione ſumpta ſecundū materias. Sed volens id declarare princeps inducendo per materias & gña bothor omittit duo. ſ. genus bothor ex melancholia pura, & genus bothor ex phlegmate puro. & hoc forte fuit, quia puſtulæ tales raro fiunt, & ſi fiant parum lædunt & immutant particulam in qua ſunt, propterea φ melancholia & phlegma naturales ſunt pauci motus & habentium qualitatum. vel ſubaudias ex dictis prius de apoſtematibus. Secundo dicit φ ſunt quinq; gña eminētiarum paruarum. Primum genus eſt eminentiæ ſanguineę ſicut variolæ. Nam generatio uariolarum eſt ꝓpter multitudinē ſanguinis corrupti, vt ait Prin. quarti prima trac. 4. cap̄. 7. Et ſępius contingunt pueris ex reliquis ſanguis menſtrui quo alebantur in vtero materno. Et interdum contingunt in prouectis ex aliquo corrumpente ſanguinē vt in epidimijs, et ebullit ſanguis ſicut muſtum in vegetibus. Secundum genus eſt eminentię ex cholera rubea pura, ſicut feræ cholericæ & deſudationes. Et deſcribitur feræ a principe quarti tertia tra. 1. cap̄. 11. φ eſt puſtula parua lata ſicut veſicæ ad aliquantulam tendens rubedinem, pruritum faciēs, & anguſtiam eueniens ſubito ſecundū pſm. Sed vr̄ ſibimet hic & ibi diſſonare, cum hic ipm numeret inter eminentias ex cholera rubea pura, & ibi dicat. Et cauſa eius eſt vapor calidus eleuatus in corpore ſubito, aut a ſanguine cholerico. aut a phlegmate bauracho. i. ſalſo. & ſanguinea quidem eſt vehementioris rubedinis & caliditatis & velocioris apparitionis, & phlegmatica eſt minor in omnibus illis. Dic φ ibi intendit per vaporē eleuatum a ſanguine cholerico ſpumam ſanguinis quæ cholera dicitur. Iuxta illud prin. prima primi. do. 4. cap̄. 1. Cholera naturalis eſt ſpuma ſanguinis, cuius color eſt rubeus clarus. licet ergo prima ſpecies feræ prædicta ſanguinea vocetur quo ad cām antecedētem, ipſa tamen cholerica eſt ſecundum cām coniunctam. Deſudationes vero ſunt paruæ puſtulæ factę quaſi de materia ſudoris. Iuxta illud Gal. aphor. tertia cōmento illius can̄. Æſtate vero quædam horum deſudationes in exteriori habitudine corporis naſcuntur. i. paruæ puſtulæ quaſi de ſudoris materia factę, quæ ſicut vulnera cutem exaſperant exteriorem, quarum cauſa eſt multus ſudor cholericus. Princeps vero quarti ſeptima: trac. 3. ca. 1. dicit φ ſunt quaſi ſint ſudoris feces inobedientes ad reſultandum: & qñq; non fiunt bothor apparentes, imo accidit aſperitas. Tertium genus eſt eminentiæ mixtę ea eis. ſ. ex cholericis & ſanguineis, vel ex eis. ſ. ex aliquibus quatuor ſimplicium eminentiarum humoralium, quaſi intellexerit ſub calidis expreſſis frigiditas reticitas, et ad omnes referat hoc relatiuum eis ſicut morbillus: formica, claui, ſcabies, verrucæ: & his ſimilia. ſ. porri, et cornua ſolita euenire pedibus & digitis eorum ex ſtrictura ſotularium & mora vuluæ & ani. Inſtabit quis contra exempla. primo φ morbillus nō eſt eminētia compoſita, ſed cholerica ſimplex per principē quarti prima. tra. 4. cap̄. 7. dicentem. Scias φ morbillus oīs eſt variola cholerica. & nō eſt dña inter ea ambo. ſ. morbillum & variolam in plurimo reliquarum diſpoſitionum, niſi quia morbillus eſt cholericus, & φ ipſe eſt minoris quantitatis: & quaſi ipſe non pertranſit cutem, & non eſt ei altitudo de qua curetur. Item formica ſpecialiter miliaris non eſt eminentia compoſita ex eminentijs calidis, immo eſt phlegmatica. Iuxta illud Gal. lib. de tumoribus præter naturam. Quoniam autem & ipſius acris. i. acuti humoris aliquis quidem magis aliquis vero minus exiſtit talis, ſciendum eſt ab acriori eſthiomenum herpetem conſiſtere. ita enim eū Hip. nominauit a reliquo alium tumorem fieri cum checriam. ſ. formicam miliarem quidam aliorum qui poſt Hippocratē nomen poſuerunt, quia checri. i. milio ſimiles eminentias efficit ſecundum cutī. phlegmaticum igitur mihi videtur eſſe hoc reuma, alterum vero certiſſime cholericum. hęc Ga. Et ideo princeps quarti tertia: trac. 1. cap̄. 6. miſcere iubet turbith in catarticis formicę miliaris. Item eodem tractatu ca. 1. dicit. Cholericum autem apoſtema ſupple, aut eſt a cholera ſubtili valde quę non continetur in eo φ ſit magis intus φ̄ illud quod apparet de cute, & eſt acuta, & fit ex ea formica. aut ambulatiua ſola & eſt ſubtilior. aut ambulatiua corroſiua & eſt mala. aut ex cholera groſſiore illa & minoris caliditatis, & continet magis intus φ̄ prima in cute, et eſt quaſi ſit in ea phlegma: & fit ex ea formica miliaris et eſt minoris inflammationis & tardioris reſolutionis. & ſi fuerit materia groſſior & deterior accidet formica corroſiua. hic princeps. Ex quibus patet φ formica non eſt eminentia compoſita ex cholerica & ſanguinea, immo vel ſimplex vel ex cholera & phlegmate. Item claui ſępius fiūt ex malitia digeſtionis & motibus inordinatis ſuper repletionem. Iuxta illud principis quarti tertia. cap̄. 18. Ademenil iterum ſunt de genere exiturarum, & plurimum eorum fit ex malitia digeſtionis, & ex motibus ſuper repletionem. ſed malitia digeſtionis & motus ſuper repletionem facientes deſcendere cibos a ſtomacho ante tempus ſunt potius cauſa phlegmatis φ̄ humorum calidorum. Item ſcabies eſt morbus melancholicus. Iuxta illud Gal. libro de tumoribus pręter naturam. ca. 14. Sūt autem ſcabies lepra melācholicę paſſiones ſolius cutis, quòd ſi in venis & carne ſiunt cancri nominantur.

Eminentiarū paruarū genus quītuplex.

Sera qd.

Deſudatio quid.

Morbillus qd et variola.

Formica miliaris quid.

Scabies quid, & lepra.

Item

Item verrucę ex melãcholia generãtur. Iuxta illud principis quarti septima. trac. 3. cap̃. de verrucis. Cã efficiens eas prima est expulsio naturæ & materialis est humor grossus melancholicus. Ad primum dic ꝙ licet morbillus sit eminẽtia cholerica comparatione ad variolam, nõ tamen simplr, ita ꝙ fiat ex pura cholera, immo fit ex plurima cholera mixta sanguini subtili. Ad secundum dic ꝙ materia formicæ saltem miliaris est composita ex cholera phlegmate & melã, vt ait princeps quarti tertia. trac. primo cap̃. 6. dicẽs. Necesse est esse illic ex melã & phlegmate quæ admiscẽtur cholerę.

Formica duplex. Et intellige per formicam pustulam paruam ambulatiuam ex qua sentitur dolor vt ex punctura formicę. Iuxta illud principis cap̃. 4. dicti tractatus. Et sentitur in omni formica sicut punctura formicæ, & ad summum omne apã in cute ambulatiuum quod latitudinem non habet est formica. verum alia est miliaris & alia est corrosiua. Ad tertiũ dic ꝙ motus inordinati cum malitia digestionis mouent humores calidos ad cutem vnde fiunt claui. Et dicuntur claui vt ait Ianuẽsis in synonymis apãta non magna de materia, sanguinea, vel pro parte cholerica quæ et furunculi a quibusdam vocantur, et arabice dicuntur Adememil. Ad quartũ dic ꝙ Ga. ibi loqẽ de scabie fœda quasi morpheata quę dicitur albaras nigra.

Albaras nigra. Sed scabies cõmunis fit ex mixtura choleræ sanguinis & melãæ: vel sanguis & phlegmatis salsi. Iuxta illud principis quarti septima. tra. 3. ca. 4. Materia a qua generatur scabies aut est materia sanguinea cui admiscetur cholera quæ forsan conuersa est in melancholiam: aut cõuersa est pars eius in melancholiam aut materia cui admiscetur phlegma salsum. Ad quintum dic ꝙ licet cã coniuncta verrucarum sit melancholia añs tñ aliquando est phlegma quod induratur vel sanguis qui conculcatur in venulis paruis sine putrefactione admixtus melãę. Iuxta illud principis quarti septima trac. 2. cap̃. 7. Et qñq; conuertit melã a phlegmate sicco valde qñ multiplicat in sanguine. Et qñq; accidit ipsi sanguini ppterea ꝙ ipse coartatur & multiplicatur, & pp priuationem cãrum putrefactionis, vt conuertatur ad siccitatem & frigus & ppriẽ in venis paruis. Quartũ genus est eminentiæ aquosæ. s. ampullæ plenæ aquæ, quales sæpe fiunt in pedibus peditum itinerantium & in arsuris feruẽtis aquæ vel olei vel ignis vel ferri, & etiam ex applicatione alicuius leuis caustici & cãtaridum. Quintum genus est eminentiæ vẽtosæ sicut paruæ inflationes vẽto plenæ. Tertio dicit q. 4. cañ. huius inuenietur vna distõ, videlicet tertia huius fen continens sufficienter dispositiones apãtum & bothor, puta eorum species cãs signa et curas. Et est conueniẽs ad perfectionem artis medicinæ, vt ipsa sit si Deus voluerit sine quo factum est nihil. ipse enim fons & origo prima veri boniq; & omnis scientiæ & artis.

Cap. vi. De rebus quæ cum ægritudinibus numerantur.



Vædã res sunt quę extra ægritudines exñt & cũ eis numeranẽ. Et res quidẽ istæ sunt quæ indecorationẽ ingrediũtur. Quarũ aliæ cõsistunt in pilis, aliæ in colore, aliæ in odore, alię in figura post colorẽ.

In hoc cap̃. primo tangit princeps materiã capituli istius & describit eam, & diuidit in quatuor genera. Secundo exequitur de primo genere. ibi [Ægritudinum.] Tertio de secũdo ibi [Et coloris alteratio.] quarto de quarto ibi [Et nocumenta figuræ.] In hac prima parte quæ est pñs textus dicit primo ꝙ sunt aliquæ res quæ non sunt de numero ęgritudinũ, quia non lædunt sensibilr opõnes alicuius virtutis. Numeranẽ tñ inter ægritudines, quia frequenter plus displicent hñtibus q̃ ægritudines secretæ, maxime mulieribus & nobilibus & curialibus plus optantibus decorem q̃ sanitatem. Et cõtiet super his consulunt medicos, & ab eis quęrũt remedia.

De decorationis genus q̃druplex. Secundo dicit ꝙ istæ res intrant indecorationẽ . i. auferunt aliquid decoris & pulchritudĩs humanæ. & iõ fen septima quarti docens harũ curas intitulatur Fen de decoratione. Tertio dicit ꝙ istarũ rerũ quatuor sunt gña. Primũ consistit in pilis. Secundum in colore & dispõne cutis. Tertium in odore. Quartum in figura post colorẽ. Et dicit post colorem, quia color est prior figura, eo ꝙ sequitur imediate cõplsonem & figurę cõpõnem. Cõplexio vero natura prior est cõpõne, vel quia color est primo ppriẽ membrorũ simplicium, figura vero membrorum organicorum quæ sunt simplicibus posteriora: vel quia figura non lędens sensibilr opõnem non ita displicet habentibus eam sicut fœdus color, quia non adeo minuit decorem vel quia color fœdus est leuioris curæ. Sed cur prætermittit genus saporũ, vt amaritudinem linguæ vel salsedinem vel displicibilem dulcedinem tollẽtem desiderium & voluptuationem in cibis & potibus qualis sæpe occurrit in dispositis ad hyposarcham. Itẽ prætermittit genus sonorũ. quædã. n. stertunt, aliæ peditant inuoluntarie dormiendo & qñq; vigilando, aliis venter rugit, aliis guttur sonat vt in oregmone. Item prætermittit genus exeuntium quod pro turpi mulieres hñt, vt sæpe spuere frequenter mungere. Item prætermittit genus abundantiæ pediculorum & lendinum quod deturpat hñtes. Dic si vis ꝙ hic principalia enumerat frequentius contingentia de quibus sępius consuluntur medici volens per hæc alia intelligi, vel sigillatim responde ad singula. Ad primum dic ꝙ genus saporum non ingreditur materiam indecorationis. Ad secundum dic ꝙ de sonis indecentibus raro recurrit ad medicos: & vtplm sunt accñtia morborum vel neutralitatum non egentia cura propria, sed curãtur cura illorum quorum sunt accidentia. Ad tertium & quartum dic similiter.

Aegritudinũ quidẽ pilorũ genus consistit in alopecia & detruncatione & paucitate, & ut sint curti & ut findãtur, & ut sint subtiles & grossi, & multa crispitudine, & multa lenitate & canitie, & coloris alteratione quocunq; modo fuerit.

In hac parte secunda enumerat Princeps vndecim dispositiones, quas vocat ægritudines pilorum: quia communiter inter ægritudines numerantur. Prima est alopecia.

Alopecia qd, & tyria vł ophyasis. Et est fœda depilatio per partes capitis notabiles cum vlceribus similis depilationi quæ fit in vulpibus. & dicitur ab alopix quod est vulpes. Sed tyria seu ophyasis est fœda depilatio per partes sine vlceribus cũ squamositate cutis siñi squamis serpentum. Et dicitur ab ophys quod est serpens Et hæ passiones generãtur ex phlegmate vel ex cholera rubea vel melancholia adusta corrodente radices capillorum. Iuxta illud

Alexã. Alexan. græci famosissimi primo practicæ suæ cap̃. 1. Cõtingit hæc duplex passio cadentibus capillis vt aliquãdo defectu quodam cadant, & nudando partem capitis deturpẽt. & vocatur ophyasis quæ velut serpentinis squamis superficiem cutis mẽtiatur. i. apparere faciat. Alia vero vulneribus horribilibus plerunq; visibus occurrit, cuius fœditas vulneribus vulpinis exhibet similitudinem, quam alopeciam vocant. Fit autem hæc duplex passio ex phlegmate calefacto & multum immutato in salsedinis qualitatẽ. fit vero ex choleribus rubeis, fit etiam ex choleribus nigris. hæc ille. Attende ꝙ quidam vocarunt alopeciam speciem lepræ genitam ex sanguine adusto, & tyriam lepram genitam ex phlegmate adusto forte, ideo ꝙ in istis lepris dictæ depilationes fœdæ contingere solent.

Detruncatio vł destructio q̃d syro q̃d vel parapharagaramus. Secunda est detruncatio, vel vt alii libri habent destructio. Et detruncant pilos vermiculi quidam similes lendibus dicti syrones a mulieribus, vel latine parapharagarami. Rodunt enim pilos, quandoq; in medio, quandoq; in fine, & quandoque prope principium exitus eorum, vnde fiunt inæquales, & ob id turpes apparent. Et si destructio loco detruncationis inueniatur intellige casum capillorum vniformem sine fœditate cutis qualis contingit attrebati nuper duobus fratribus qui perdiderunt vniuersaliter omnes pilos capitis & barbæ.

Imberbitas. Tertia

est paucitas pilorum velut imberbitas quę viros deturpat & credi facit q sint eunuchi. Cuius causa est, vel raritas nimia cutis non satis retinens fumos qui sunt materia pilorum donec conuertantur in subam pili, vel nimia spissitudo cutis non sinens satis transire pilorum materiam, vel diminutio caloris fumos generaotis qui sunt materia pilorum, vel causa destruens partim materiam pilorum, vt phthisis, marasmus, lepra. Quæret hic aliquis quare non enumerat superabundantiam pilorum cum fœda sit in mulieribus in qbus ex retentione superflua menstrui et spermatis quandoq; barba contingit velut viris. Et istud vidimus in quibusdam viduis continentibus. Et princeps testatur tertij. 2 1. trac. 3. ca. 16. dicens. Et qñq; accidit in complexione sua cum retinentur menstrua qñ est fortis creationis, cuius virtus est potēs ad exercendam superfluitatem retentam, ut assimiletur viris, & multiplicētur pili eius aut nascatur ei quasi barba. Itē superabundantia pilorum significat in pueris melāchołiam futuram & in senibus pñtem. Iuxta illud principis primi secunda doc. 3. ca. 3. Pili pręterea in puero multi sigñant q ipsius complo cum crescet ad meliam conuertetur, & in sene significant q in præsenti est melicus. Dic q superabundantia pilorum subintelligitur in cōtrario eius. Quarta est curtitas pilorum, cuius contrarium p decore hr̄ maxime in iuuenculis laborare solitis, ut sui capilli pendantur vsq; ad renes. Et huius causa est, vel penuria materiæ pilorum, uel siccitas nimia non sinens eos extendi. Quinta est fissura pilorum. s. diuisio eorum secundum longitudinem, ita q idem pilus bifurcatur aut trifurcatur. Et causa ipsius est superflua siccitas. Iuxta illud principis quarti septima tra. 1. ca. de scissione capillorum. Causa eius est siccitas & cibus siccus, et phibent ipsam olea lenia æqualia & mucilagines. Sexta est subtilitas. i. nimia gracilitas pilorum quæ turpis est in viris significans paucitatem naturalis caloris & fumorum, qui sunt materia pilorum, & pusillanimitatem fœmineam.

Septima est grossities nimia fœminis indecens & viragines indicans. Cuius cā est multa fumositas. Iuxta illud principis primi secunda. doc. 3. ca. 3. Multitudo pilorum caliditatem sigñat & grossities multam fumositatem, ideoq; in iuuenibus est amplius q̃ in pueris qm̄ pueroꝝ materiæ vaporosę sunt & non sunt fumosę. Octaua est crispitudo nimia. Cuius causa est excedens caliditas cum siccitate, vel tortuositas pororum vnde pili exeunt. Iuxta illud prin. cap. nūc allegato. Crispitudo sigñat caliditatem & siccitatem, & tñ cū foraminum & poroꝝ innuit tortuositatem. Nona est multa lenitas. i. mollities seu planities opposita crispitudini & duritiei. Et hæc est indecens viris sigñans timiditatem & pusillanimitatem, sicut durities piloꝝ sigñat fortitudinē & audaciam. Iuxta illud Ari. libello suo de physonomia. Pili autē molles quidem timidum, duri autem fortem sigñant. Hoc autem signum sumptum est ex oībus aīalibus. timidissimū igitur est ceruus lepus ouis & pilum mollissimum hñt. fortissimum autem leo aper, & pilum durissimum naturaliter habent. Est autem & in auibus hoc idem videre. Decima est canities añ tp̄s turpis habita & odiosa fere oībus viris et mulieribus, quia sigñat aduentasse senectutem quæ minuit vires, delectationes hebetat, affert ęgritudines, morti ppinqua est. Vndecima est alteratio coloris capilloꝝ quocūq; mō fuerit ad turpitudinē, sicut cū flaui capilli in pueritia & infantia ruffescunt in iuuentute. Ruffus. n. color a multis diffamatur velut signum perfidiæ & fellei animi.

Aristo. Atalia leuissimi pili sūt timidissima, q̃ vero ecootra audacissima.

Et nocumentum coloris quatuor continetur generibus. Vnum est genus mutationis eius pp malitiam complexionis cum materia sicut icteritia, aut sine materia sicut gipseitas quæ fit in colore propter complexionem ualde frigidam, & citrinitas quæ accidit propter complexionē ualde calidam. Et genus mutationis eius ppter causas manifestas, quem[illegible] uentus mutant colorem. Et genus expansionis corporum colores habentium extraneos super cutem, quæ colorem defert sicut morphea nigra, aut quæ ibi nascuntur sicut lentigines & maculæ. Et genus uestigiorum quæ proueniunt ex cōsolidatione solōnis cōtinuitatis quæ accidit sicut uariolarum uestigia & ulcerum foramina.

In hac parte tertia dicit primo q nocumentum coloris. i. res quæ communiter numeratur inter ægritudines ex parte coloris & non est ægritudo est quatuor generum. Secūdo dicit q primum genus est color fœdus introductus ex malitia complexionis cum materia vel sine materia. Cum materia vt icteritia quæ est fœdus color citrinus aut niger ex cholera aut melia pueniens. Iuxta illud Prin. tertij. 1 5. trac. 1. ca. 3. Icteritia est alteratio coloris corporis fœda, ad citrinitatē tendens aut nigredinem propter cursum humoris citrini & nigri ad cutem, & quæ sequuntur ipsam sine putrefactione, quæ si ei associaretur faceret accidere tertianam in citrina et quartanam in nigra. Et causa citrinæ secundum plm̄ est ex parte hepatis & ex parte fellis. Et causa nigræ est ex splene & quandoq; accidit vt sit ex parte: & quandoq; accidit ut sit causa citrinę & nigræ simul ipsa cōplo communis corpori. Sine materia vt gipseitas. i. color similis gipso proueniens ex vehementi frigiditate, & talis color apparere solet in naturaliter pallidis exanguibus destitutis colore naturali & intēdētibus ad mortem, & citrinitas quæ accidit propter complexionem calidissimam vt in cholericis, etiam dum sani sunt color naturalis tendit ad citrinitatem. Tertio dicit q secūdum genus innaturalis coloris est color fœdus proueniens a causis manifestis. i. primitiuis extrīsecis sensui detectis, sicut sunt calor solis vehemens declinare faciens colorem cutis ad nigredinem, & frigus aeris intensum, quod tollit splendorem cutis & viuacitatem coloris, & quasi mortificando & pellendo sanguinem interius cutem liuescere facit & plumbei coloris, & ventus quandoq; suo frigore intenso similiter operatur. Licet dicat Hippo. aphorismoꝝ tertia q constitutiones boreales corpora constituunt bene colorata. id. n. intelligendum est de non multum impetuosis. nam impetuosę ex eis inspissando cutem & ingrossando choleram, & vapores eius qñq; icteritiam inducunt. Iuxta illud prin. tertij. 1 5. trac. 1. cap. 3. Qñq; illud quod generatur ex cholera. s. non resoluitur, aut ppter spissitudinē cutis, aut propter grossitiem materiæ. Et ppter has duas cās fit icteritia cum commouētur venti septētrionales & in æstate frigida, & cum retinetur sudor consuetus. Quarto dicit q tertium genus innaturalis coloris est color fœdus proueniens a corpore aliquo extranei corporis sparso sub cute deferente colorem uel nato super cutem. Sparso quidem vt morphea quæ est fœda nigredo cutis ex melancholia nascens sub cute dispersa. Nato vero sicut lentigines & maculæ. Et intellige per lentigines quasdam tabeculas cutis similes lentibus decliues ad rubedinem: genitas ex sanguine prefocato sub cute. Iuxta illud Prin. quarti septima. trac. 1. cap. 6. Lentigines & sanguis mortuus fiunt propter sanguinem a quo apertum fuit orificium vene vt euomeret repletionem, aut scissum fuit eius orificium propter percussionem aut aliud, & præfocatus est sub superiori parte cutis in loco in quo apparet color eius & figura eius, & ille qui est ad rubedinem decliuis est lentigo & qui de eo decliuitur, idest spargitur in planum nominatur pannus. Et per maculas intelligē ruffedines ruffforum. Instabie aliquis primo, quia hoc genus tertium videtur idem cum primo. fit enim propter malam complexionem cū materia vt primum. Item vbi scribitur in littera hac super cutem, scribi debet sub cute, quia corpus tingens in vtraque morphea sub cute est sparsum. Ad primum dic q in aliquo commūnicant primum & tertium genus, sed etiam differūt in aliquo & maxime in hoc q primum genus sine materia fieri potest, sed tertiū nō. Itē tertium fieri pōt sine mala complexione,

Icteritia qd. Oppilationum cā multiplex.

Gipseitas qd, & citrinitas.

Morphea qd Lentigo quid.

Pannus quid & macula.

complexione, vt ruffedines ruffotum, fecundum vero non. Ad fecundum dic q corpora efficientia colores extraneos cutis funt fub prima cute exteriori, & fupra fecundam interiorem. Quinto dicit q quartum genus colo is fœdi eft genus cicatricum prouenientium ex confolidatione folutionis continuitatis accidentis cuiufmodi funt veftigia variolarum & foramina fœda vlcerum derelicta poft eorum cõfolidationem. Attende q quia in variolis & vlceribus extrinfecis cõmuniter aliquid deperditur ex interiori cute quæ non regeneratur nifi in infantibus & pueris propter hoc q eft membrum fpermaticum, ideo poft fe relinquũt fœdum colorem diffimilem colori partium non vlceratarum, quia color cutis exterioris fequitur colorem interioris.

Et nocumenta figuræ poft colorem funt aut macies fuperflua aut groffities fuperflua.

In hac parte quarta dic't Prin. q nocumenta figuræ quæ numerantur communiter inter ægritudines, et non funt ægritudines funt exceffiua macies & groffities feu graffities fuperflua. Attende primo q macies poteft effe tanta vel in vno membro vel in toto corpore q lædat fenfibiliter operationes nutritionis & digeftionis in toto corpore ficut in phthifi & marafmo. In vno membro vt in ftomacho. Iuxta illud Auenzoar. Auençoar tra. 1 5. theifir. cap. 1. Accidit ægritudo in ftomacho quæ dicitur les. i. macies & debilitas donec reddit eius fubftantia fubtilis quafi tela, & non poteft digerere cibũ aliquo modo. Et ifta macies non fubiacet huic cap. fed eft proprie morbus. Et fimiliter excedens pinguedo feu groffities inhabilitans ad motum, coartans anhelitum, & difponens ad extinctionem caloris naturalis & mortem fubitaneam. Macies fupflua & pigue do quid. Attende fecun lo q hic prætermittitur tes odoris, quæ tertia numerabatur in principio capituli, forte negligentia fcriptorum vel translatoris, vel quia Princeps hanc fatis reputauit notam, quãm. 3. morbi. cap. 10. fic procurrit Gal. Gal. Pofſumus quoq; per ifta fœtorem aurium comprehendere, narium quo.. & titillici & plurimorum membrorum in morbos maturorum. Item ructus eft perceptibus fi fit fumofus vel acetofus vel abominabilis, vt fœtentes pifces. Et Prin. quarti feptima. tracta. tertio pertractat curas fœtoris in totius corporis afcellarum & exeuntium.

Capitulum. vii. De horis ægritudinum.

Scire debes q ægritudinũ plimæ quatuor hñt horas, horam principij, et horam augmenti, & horam ftatus, et horam declinationis. Quæ uero extra iftas funt, de horis funt fanitatis.

In hoc cap. Primo numerat Prin. tempora morborum. Secundo oftēdit quid intelligit per principium & augmentũ morbi. ibi⌊ Cunq; dicimus horam principij. ⌉ Tertio defcribit vnũquodq; temporum. ibi. ⌊ Et hora quidē principij. ⌉ Quarto diuidit tempora morbi in vniuerfalia & particularia. ibi⌊ Et hæ quidem quandoq; attenduntur. ⌉ In hac prima parte quæ eft præfens textus dicit primo Prin. q plurimæ ægritudines habent quatuor tempora. f. tempus principij, tempus augmenti, tempus ftatus, & tempus declinationis. Et dicit notanter plurimæ, quia mortales ægritudines cõmuniter carent vera & pprie dicta declinatione. Secundo dicit q tẽpora quę funt extra ifta quatuor funt de tẽporibus fanitatis vel neutralitatis, fupple quia a fanitate io ægritudinem fit tranfitus per medium neutralitatis conualefcentiæ. Ægritudinũ pfi marum tpa quadruplex. Attende q tempora ægritudinum funt pportionata ætatibus alalium. Iuxta illud Gal. lib. de tẽporibus totius morbi. cap. 1. Totius ægritudis intelleximus tẽpora, pportionaliter ætatibus alalium. Vnum quidem & primum generationis. Secundum vero afcenfionis. Tertium autem ftatus. Et quartum declinationis, quando demum debent qui ægrotant falGal.

uari. Anticipantibus. n. mori eis vel fecũdũ afcenfum vel fecundum ftatum palam, qm̃ non pertranfit vniuerfa tempora huius ægritudo. Quæritur hic vtrum ois ægritudo falubris quatuor habeat tempora. Videt q non, primo de fanguineis febribus. Nam quædam earum continue decrefcit dicta epacmaftica, & fic folam habet declinationem. alia permanet in eodem ftatu dicta omotena, & fic folum habet ftatum. alia affidue crefcit dicta acmaftica. Iuxta illud Prin. quarti prima trac. 2. cap. 41. Et eius. f. febris fanguineæ fpecies funt tres, quarum falutior eft epacmafticus incipiens cũ difficultate & non ceffat diminui, quoniam refolutio eft maior q̃ putrefactio. Deinde eft omotenus et fortaffe fimilatur feptem diebus. Et nequior earum eft acmafticus, quoniam refolutio in ea eft minor q̃ putrefactio. Item apoftema poffunt excerni radicitus a principio fui cum raforio feu nouacula, ficut tempore epidimiali quidam magnanimi fecerunt extrahi boheia fua cum incifione a principio dum uirtus erat fortis & bene fucceffit eis. Et incifione tali curari debent cãcri manifefti in principio fi fuerint in loco tali q poffint radicitus euelli. In phlebotomia vfq; fyncopim facta in febribus peracutis & doloribus maximis in principio, dum virtus eft fortis fępe fanat has paffiones quafi fubito. iuxta illud Gal. aphorifmorum prima. cõmento illius cañ. Quæ egeruntur. Cum. n. phlebotomamus vfq; ad defectionem in peracutis febribus refrigeratur ftatim cor: & febris extinguit plurimis ventres foluuntur, fudores patiuntur, & multi perfecte fanantur. In dolore igitur maximo nulla medicina hac defectione eft perfectior. Item ex cholera quæ in ftomacho putrefit poteft febris terriana generari, & in primo acceffu cum vomitu poteft hæc tota cholera ejici ita vt febris nõ redeat: & fic non habebit quatuor tempora. Oppofitum huius determinat Gal. lib. de temporibus totius morbi. cap. 3. dicens. Et omnino nullam eft inuenire earum quæ foluũtur paffionum: quæ non pertranfeat quatuor tempora. Dic primo q ois ægritudo falubris materialis quæ operatione naturæ terminantur. f. maturatione materię ipfius & expulfione poft maturationem habet quatuor tempora. Hanc conclufionem intēdebat Gal. in verbis ipfius allegatis poft oppofitum. Poftq̃ enim dixit q nullam eft inuenire earũ quæ foluuntur paffionum quæ non pertranfeat quatuor tempora ilico fubdit. Ac etiam neq; ex alio eft cognitio eorum nifi ex digeftionis & indigeftionis fignis quæ fuperfluitates cognofcuntur. Deinde declarat illud in egeftionibus vrinis fputis lippitudinibus reumatibus & mucis, qui quãdo exeunt fubtiles aquofi fignãt principium, & digeftione paulatim infpiffati fignãt augmentum, & perfecte digefti & infpiffati, ftatum, & iam diminuti & parum grauantes declinationē. Dic fecundo q multæ ægritudines beneficio medicinę fanantur in principio fui vel in augmento, attendendo tempora morbi penes digeftionem materiæ. Iftud pbant rationes ante oppofitum prima excepta. Dic tertio q fere ois ægritudo falubris habet quatuor tempora attendendo ea penes accidentia feu fortitudinem læfionis: quia omnis ægritudo neceffario habet principium & nõ fubito fit, fed cum aliqua fucceffione cum procedat a caufa finita. & in hac fucceffione fufcipit aliquid de natura augmenti habet etiam tempus fortitudinis maxime quam habitura eft, et eft ftatus, & fi fit falua neceffario habet tempus declinationis. Ad primam rationem ante oppofitum dic quòd principium noluit negare febribus fanguineis tempora quatuor fed notate voluit quòd altera earum. fcilicet omotena habet tempus ftatus longius & acmaftica tempus augmenti, & epacmaftica tempus declinationis.

Cunq; dicimus horam principij & horam augmenti non uolumus intelligi duo extrema, in quibus ægritudinis nõ manifeftetur difpofitio, fed q unũquodq; eorum habet tempus pceptũ fenfu, quod proprium habet iudicium.

In hac parte secunda dicit q per horas principij & augmenti ægritudinis non intelliguntur tempora in quibus non manifestatur dispositio ægritudinis sicut quidam arbitrati sunt dicentes principium ægritudinis tempus in quo occulte incipit.s.initium primum recessus a sanitate non manifestum sensui, & augmentum tempus in quo latenter augetur donec manifeste sensui appareat: & statum totum tempus quo ægritudo manifeste sensui apparet, & declinationem totum tempus quo ægritudo dispatere incipit donec sanitas as sit. Sed vnumquodq ipsorum.s.iam principium q augmentum habet tempus suum perceptum sensu, quod habet iudicium sibi proprium.i.signa ppria quibus cognoscitur sumpta ab exeuntibus, vt vrinis fecibus sputis mucis & similibus. Attende primo q principium ægritudinis tripliciter dicitur. Primo quidem de primo instanti quasi indiuisibili, quo ægritudo incipit. Secundo de toto tempore trium primorum dierum ægritudinis vel primæ periodi. Tertio de toto tempore quo materia ægritudinis est indigesta. Iuxta illud Gal. primo de crisi. ca. 16. Et nos quidem iam diximus q principium dicitur secundum tres modos. Quorum vnus est punctum primum in quo incipit ægritudo cui non est latitudo. Et modus secundus est hora quæ peruenit in diem tertiũ & est intentio quæ visa est thesilo quasi viderit eam in somnis. & modus tertius est hora quæ est pars ægritudinis totius, cuius cõsumationem terminat signum digestionis manifestę.

Ægritudi. principium triplex.

Attende secundo q tertius modus sumẽdi principium est magis famosus & vsitatus in libris medicinæ & apud Gal. Iuxta illud Gal. 1. de crisi. cap. 7. Et retine a me q ego dimitto in omnibus quæ locuturus sum in sequentibus dicere principium ægritudinis, quod est punctum ex quo incipit ægritudo cui non est latitudo, & dicere principium quod est hora periodi primi febris. & q sermo meus totus non est nisi in intentione tertia quã significat nomen principij, & est hora tota in qua nondum est digestio, quoniam cognitio huius principij est illa quę necessaria est in arte medicinæ, & significat res maximas de esse ægritudinis hæc Gal.

Gal.

Et hora quidem principij est tempus in quo ægritudo apparet & eius similantur dispositiones, et neq apparet in ea augmentum eius. Et hora augmenti est tempus in quo ægritudinis manifestatur constrictio omni hora post horam. Et hora status est hora in qua ægritudo in omnibus suis partibus secundum unam manet dispositionem. Et hora declinationis est tẽpus in quo eius apparet diminutio, & quantum plus procedit eius minoratio est magis manifesta.

Principiũ qd et augmentũ et status & declinatio.

In hac parte tertia dicit primo q tempus principij ægritudinis est tempus in quo primo apparet ægritudo, & sunt dispositiones eius similes quo ad accidentia sine augmento & decremento, & etiam quo ad indigestionẽ materiæ si fuerit ægritudo materialis, & non apparet in eo ægritudinis augmentum. Secundo dicit q tempus augmenti ęgritudinis est in quo constrictio.i.aggrauatio ægritudinis manifeste apparet omni hora post horam.s.vel assidue sine intermissione si ægritudo fuerit continua non habens exacerbationes, vel in horis afflictionis si paroxismos aut exacerbationes habeat. Tertio dicit q tempus status est tempus post augmentationem, in quo manet ægritudo secundum vnam & eandem dispositionem.scilicet sine notabili augmento vel decremento in omnibus suis partibus.i. toto tempore status. Quarto dicit q tempus declinationis ægritudinis est tempus in quo manifeste minuitur ægritudo, & quanto plus vlterius procedit tanto fit manifestior ipsius declinatio. Attende primo q Prin. generaliter hic describit tempora morbi tam materialis q immaterialis. Gal. vero primo de crisi. & lib. de temporibus totius morbi, describit tempora solorum morborum materialium, & capło tertio dicti libri de temporibus totius morbi primo describit tempora apostematum dicens. Ponamus igitur primo principium phlegmonis inquiri. quis non vtiq dicet eam quæ est velut generatio eius in illo existere tempore secundum quod implentur particula sanguinosa substantia. Quando quod superfluit quidem cessauerit, quod vero in phlegmone continetur ceperit putrefieri, & caliditas quædam innascitur propter putredinem: & fusio natat propter caliditatem in qua & spiritus generatur, & propter vtrasq vtraq hæc distenditur magis q prius particula. & si nihil influat secundum hanc est tempus augmentationis phlegmoni. Quando vero ad pus iam transmutabitur maximi quidem vtiq dolores alicubi tunc comprehendent circa generationem enim sanei dolores & febres accidunt magis q facta. Vocatur autem status passionis hoc tale tempus. Quando suppuratur vero iã & dilatatur reuma & tumorem minorem & tensionẽ ostẽdit declinationis principium, hoc est tale. Secundo describit tempora febrium dicens. In febribus vero eis quidem quæ in phlegmone eadem illi oportet ponere tempora. Eius vero quæ in humoribus absq phlegmone id quidem quod in digestionis tristantium est tempus principium oportet ponere. Quando vero inceperit digeri cessare quidem principium: secundum vero accedere tempus ascenssionis.s.augmenti nominatum. Quando autem digestio ei perficitur, maxime tempus id quod status, deinde consequenter id qđ declinationis in qua assinit quidem iam magnitudo symptomatum eorum qui digeri egent humorum. Tertio describit vlcerum tempora dicens. Sufficit autem in nunc instanti dicere, quoniam & vlcerum eadem tempora sunt. Nã primum quidem icores aquosi indigesti & subtiles fluunt ex ipsis, deinceps pauciores & grossiores, & deinde iam pus subtile. Demum iam paucius quidem multitudine hoc fit: grossius autem & albius. Attende secundo q cognitio temporum morbi est maxime vtilis & necessaria medico ad recte curandum. Nam per eam scit q diæta congruit ægro quando conueniunt digestiua, quando purgationes, quando confortationes, quando cessandum est ab omni administratione medicinæ. Nam in principio plus cibi conuenit, in augmento minus: in statu nihil. Et in principio & augmento cõueniunt digestiua, in statu nulla. Et in principio non conuenit pharmatia eradicatiua materiæ morbi nisi fuerit furiosa sed in principio & augmento potest dari pharmacum minoratiuũ maxime clystere lenitiuum vel potio lenitiua, vt natura fortior fiat in residuo materiæ & transacto statu si natura non perfecte euacuauerit competit pharmatia eradicatiua materiæ morbi, ne quando remansit recidiuationem faciat. Confortatiua vero semper conueniunt cum timetur de casu virtutis & maxime temporibus illius quibus ipsa est debilior. Debent tamen ministrari cum tali discretione q non impediant naturam ab expulsione critica quantum possibile est. In statu vero silentium hic melius est & nihil facere si virtus sufficerit ad crisim perficiendam. Attende tertio q quatuor sunt genera signorum a quibus maxime trahitur cognitio temporum vniuersalium morbi. Primum est natura ægritudinis. Nam quarũdam tempora sunt proxima sibi & quasi simul confusa, sicut in q peracutis quæ terminantur in quarto die, aut in peracutis quæ terminantur in septimo. & aliarum tempora sunt longiora sicut acutarum absolute quæ terminantur in, 14. die, & acutarum conuersiuarum quæ terminantur in. 20. die aut vltra: & aliarum tempora sunt longissima. Et hoc signum tangit Gale. primo de crisi capitulo tertio dicens. Dico ergo quod si vides febrem accidisse iam, deinde scis quòd ipsa est quartana, tunc iam scis quòd non est eius principium primus ipsius paroxismus tantum. Et similiter si scis quòd ipsa est tertiana pura, tunc iam scis quòd non perseuerat eius principium vsque ad diem septimum. Et secundum hanc similitudinem possibile est tibi significare in reliquis ægritudinibus horas earum. Febris enim causonidis et pleuresis & peripleumoniæ principium est breue. epilepsiæ vero

Vlcerũ tẽpora quadruplex.

Ægritudis tẽporũ cognitio vtilis.

Signum cognoscendorũ tẽporũ morbi q̃druplex.

Gal.

vero & doloris sciatici & doloris articulorum & doloris renum principium est longum. Secundum est tempus anni. Iuxta illud Gal. ibi. Hippo. vero dixit q quartana aestiua vel multum e breuis & autumnalis longa & praecipue cum hyemi continuatur. Et ego dico q omnium reliquarum egritudinum secundum hanc similitudinem consumptio in aestate est velocior & in hyeme tardior. cumq hoc ita sit tunc manifestum est q earum principium est in aestate breuius & in hyeme longius, et secundum comparationem principij sunt reliquae horae aegritudinis. Tertium e habitudo piodorum vel exacerbationum adinuicem. Nam cum incipiunt citius et magis durant, tunc proculdubio morbus est in augmento, & cum ante hoc eadem hora incipiunt & eodem tempore durant, morbus est in principio, & cum post augmentum ista contingunt morbus est in statu, & cum incipiunt tardius & minus durant est in declinatione. Iuxta illud Gal. ibi. Periodorum autem augmenta aegritudinum horas significant secundum exemplum quod dixit Hippo. Si quid antecedant illos aut nõ, & si sint maiores aut nõ. Quartum est signa digestionis vel indigestionis in excretibus a corpore. Iuxta illud Gal. lib. de tẽporibus totius morbi. cap. 3. Quis. n. non nouit indigestionem passum fuisse ventrem egões vidēs chylosas. Quis vero nõ nouit vrinam aquosam videns infortunatam fuisse eam quę in vasis digõnē. Quis aũt subtile extussitum sputum secũdum pleuresim uel piphlemoniã videns quin est principium aegritudinis. Ita aũt & i opthalmijs in principio quidem effluit multum & subtile indigestũ sufficienter. Deinceps autem minus & grossius, & subfigurationem quandam digõnis assumẽs, deinde in tpe pceden te multitudine quidẽ maiorationẽ patiente. consistẽtia vero ad id quod grossius pcedente augentur, quae digestionis in tm vt glutinentur palpebrae dormientiũ a fiẽte lippitudine. At vero & eorum quae ex cerebro defluũt per palatum et nares, principiũ quidẽ est qsi aquosũ & subtile fuerit & multũ & acre qd fert. Vnũqdq; n. indigõnẽ osñdit horũ, digestiõis aũt cognitio cum grossius & minus acre et paucũ euacuatur. Tandem cõcludit. Talia quidem sunt tempora egritudinũ, ex quibus qui laborant saluantur.

Et hae quidem horae quandoq; attendunt secundum aegritudinem a principio ipsius usque ad finem eius in suis paroxismis, & uocantur horae uniuersales. Quandoque considerantur secũdum unumquenque paroxismum, & uocantur hore particulares.

In hac parte quarta dicit Prin. q temporum aegritudinis quaedam attenduntur penes totam aegritudinis durationẽ a principio eius vsq; ad finem, & dicuntur tempora vniuersalia. alia attenduntur in unoquoq; paroxismo & particularia vocantur. Similem diuisionem tangit Gal. prio de cri. (Gal.) si. cap. primo. vbi postq; narrauit tempora morbi vniuersalia ait. Has autem quatuor egritudinis ptes quidam nolunt horas aegritudinis totius, & quidam nominant eas propter hanc eandem causam horas aegritudinis vles, vt distinguãt inter eas & inter horas aegritudinis particulares, ad quas diuiditur vnusqsq; paroxismorum febris. Attende prio q Gal. lib. de temporibus paroxismorum febrium. cap. 6. ponit sex tempora cuiusq; periodi dicens. Primum tẽpus erat q copulabatur febricitationi. i. tempori quietis infrigidationis sensum prebens quod principium nolamus. Secundum vero quod deponebat infridationem et dictum est paulatim & vocetur breuis doctrinę gratia inequalitatis tempus. Deinde supra illud tertium quod omalici. i. vniformi augmẽti, in quo quartum quod status. Quintum vero quod decrementi. & Sextum quidem ifebricitationis. Igitur quoniam quidem sex sunt praedictae particulares differentiae secundũ terrianae periodos sensus opus est & rememorationis & nõ demõrationis logicae. Idem latius declarat cap. 5 libri pnola ti. Attende secundo q differentia est inter piodum & paroxismum febrium, quia periodus nominat totum tempus (Gal. Periodus qd, & paroxismus.) vnius afflictionis & quietis post eam, sed paroxismus noiat tempus afflictionis solus. Nam paroxides graece icitatus & inflammatus dicitur. Inde paroxismus cõmotio, exacerbatio, incitamentum, inflãmatio, prouocamentum, acumẽ interpretatur lib. de doc. graeca. Infebricitatio ergo est vltima pars periodi qua corpus est neutrum decidentiae si febris reuersura fit, sed non est pars paroxismi. Attende tertio q tempus vocatum a Gal. tempus inequalitatis, quia est in eo diuersitas in frigore calore & punctione & impulsu, & tempus vocatum omalici augmenti, quia calor in eo uniformiter augetur donec veniat ad statum. possunt ambo sub augmẽto cõprehendi, quia principium proprie est hora qua calor naturalis praefocatur a materia submersa in membro tandiu donec appareat maturationi aut diuersitati eius contrariae maturatiõi vestigium, vt ait Prin. quarti prima. trac. 1. c. 3. Cũ igitur calor se erigere incipit & pũgere & pulsum aũ demersum erigere tũc adest augmentum, & sic erũt tm quatuor tẽpora paroxismorum sicut sunt tantũ quatuor totius morbi.

Capitulum. viij. Ad complẽdum sermonẽ de dispositionionibus aegritudinũ.



Egritudines multis modis sortiuntur nomina, aut a membris in quibus sũt sicut illa quae est lateris & illa quae est pulmonis, aut a suis accidẽtibus sicut epilepsia aut a suis causis sicut dicimus, aegritudinem melancholicã, aut a sui similitudine sicut dicimus aegritudinem leoninam & aegritudinem elephantiam, aut comparatae ei cui primo accidisse dicuntur sicut dicimus ulcera balchiae, aut comparatae ei cuius fama fuit q medicando eas curabat sicut dicimus ulcera charonia, aut a sui substantia, et essentia sicut febris & apostema.

In hoc cap. primo agit Prin. de originibus nominũ aegritudinum. secundo de diuisione aegritudinis in manifestã & occultam. ibi Inquit Gal. tertio de diuisione eius in ppriã & ex colligantiam. ibi Aegritudines. quarto de diuisione corporũ penes dispositiones sanitatis & aegritudis. ibi Corporum vero. quinto de diuisione egritudinis in sanatiuam & nõ sanatiuam cũ notabili duplici, ibi Omnes uero. sexto de conuersione quarundam aegritudinum ad alias minus malas, & quarundã ad deteriores. ibi Debes autem. Septimo de aegritudinibus contagiosis. ibi Est praeterea. Octauo de aegritudinibus hẽditarijs. ibi Et sunt egritudinum quędam quae in semine. Nono de aegritudinibus regionalibus cum vno notabili. ibi Et sunt aegritudinum quaedam quae sunt. In hac prima parte dicit q aegritudines denominãtur seu nomina sumunt a septem rebus. Primo quidem a mẽbris quibus inherẽt, vt pleuresis quae est apa sub costis, (Aegritudinis denoiatio sextuplex.) dicitur a pleura graece quod est latus vel costa latine. & peripleumonia quę est apostema pulmonis, dicitur a peri quod est circum & pulmo quasi circa vel intra pulmonem nascẽs. Secundo a suis accidentibus, sicut epilepsia dicitur, vt ait Ale. quia tenet omnem sensibilitatem captiuam. dicit etiã haec eadem morbus caducus, quia cadere facit aegum, & dicitur pedicon eo q pueris sepius accidit. nam pedia graece latine puer e. Dicebatur etiam olim apud Romanos morbus comitialis. quia cadente aliquo in comitijs soluebantur statim, & ex augurio transferebantur ad alium diem, & erãt comitia conuentus. Romani ppřin campo martio ad magistratus creandos, dicitur etiam epilepsia sacer morbus, quia partem corporis possidet in qua veteres dixerunt habitare animam rationalem. Dicitur iterum hyeranoxa ratione sisi, & morbus lunaticus, quia sequitur motum lunę, & morbus

herculeus siue heraclius, vel quia fortis est, vel quia captus eo fuit Hercules. Tertio denominãtur ęgritudines a suis causis, vt melancholia quæ est passio medrj vẽtriculi, i quia mutantur æstimatio & cogitatio a cursu naturali ad corruptionem & tumorem, denominatur ab humore melancholico turbante spiritus qui ē causa eius. leucophlegmantia etiã quæ est species hydropisis ex phlegmate genita recipit nomen a causa ipsius, & dicitur a leucos quod ē albũ et phlegma quasi constans ex albo phlegmate. Quarto a similitudine quam habent cum quibusdam rebus vt species lepre q̃ fit ex cholera adusta dicitur leonina propter similitudinem ipsius cum leone. sicut enim leo est animal seuum rapax, suã prædam cito lacerans & dissipans, sic hæc lepre species cito dissipat & rodit particulas molles corporis. Et lepra quæ fit ex melãcholia naturali cui superuenit adustio dicitur elephãtia propter similitudinem quam habet cum elephante i grauitate & tarditate motus, vl' quia reddit cutem scabiosã plenam nodis qualis est in elephante. & magnificatio fœda pedum & tibiarum. dicitur etiam elephantia, quia sæpe euenit elephantibus. Quinto denominantur ab illo cui primo dicuntur euenisse, vt vlcera balchiæ quę corrosiua sunt sic denominant a Balchia infirmo qui secundum famam primo vexatus est eis. Sexto denominãtur ægritudines ab illo q famatus olim fuit in curis earum, vt vlcera charonia q̃ sunt putrida concaua sic denominantur a Charonia chirugico q famatus olim fuit q ãn alios in cura talium pręcellebat. Fuit enim olim mos q medici singuli contentabantur experientia certa paucorum morborum & famabatur vnus medicus cerebri, aliter aurium, alter oculorum, alter narium, alter febrium, alter apostematum, alter vlcerum, & sic de alijs.

Septimo denominantur ægritudines a substantia & essentia sua, sicut febris & apostema. nam febris īcendium interpretatur a feruendo dcã, & apostasio seu apostema collectio aut distensio. Attende q Gal. secundo de ingenio sanitatis cap̃. secundo. tangit octo modos a quibus trahuntur nõia ægritudinum cum declaratione ampliori. Primum sub his verbis Multi. n. morbi ab īfirmo membro nominãtur, sicut pleuresis a latere, peripleumonia a pulmone, sciã ab ancha, podagra a calcaneo, nefresis a lumbis, arthretica a cõcatenatione, cephalca a capite, opthalmia ab oculis, dyssenteria ab intestinis. Secundum sub his verbis. Sed mltis morbis ab accñtibus conseq̃ntibus nomen tribuerunt, sicut fecerunt in passione quæ egestione inferius egredi non præmitti eam a superiori meatu cohibente ingred. illam. n. a torsione intestinorũ denominauerunt, & tenasmõ a theīositate. i. pruritum stimulante anum sumpserunt. Et spasmum ab instrumẽtis voluntarij motus ad sui initium inuolũtarie reuersis. Similiter vnũquodq; nomen quod imposuerunt tremori & mollitiei & crapulositati, duritiei, anhelitus, vigilijs. & alinationi & stupori ab accidentibus quæ a morbis horum procedunt nomen acceperunt. Tertium sub his. Item plurimos morbos denominauerunt ab vtroq; dicentes. Dolorem capitis, aurium tremorem, cordis dolorem, oculorum & uuluę & similia. Quartum sub his. Item pluribus morbis secundum causam morbi nomina imposuerunt. nã maniam melancholiã & cholericam solutionem choleram rubeam vocauerunt, eo q choleram rubeam causam eius dicebant esse, & etiam causa huius rationis hyposarcham quę species est hydropisis album phlegma vocauerunt. Quintum sub his. Similiter plres morbos secundum similitudinem quam cum exterioribus habent nominauerunt lepram elephantiam leoninam vocantes, & cancrum q̃dam passionẽ, & passionem quæ in naribus accidit polipum. Item apostema quod frusto gulæ contingit vuam appellauerũt, & morpheam ab arbore nucis sumpserunt eo q frondibus eius similatur, & quasdam speies verrucæ formicas vocauerunt, Et multas species tumoris, qui vulgo bochium dicitur diuersimode vocauerunt, quasdam pultes nomioantes, eo q materia in eis existens similatur farīæ & alias sepum. Et nõnullas fauum mellis, & vueam oculi foras exeuntem propter incisionem corneæ vueam dixerunt. Similiter allopitiã & tyriam & superfluitates quasdam corpori contingentes a lisi forma quorundam animalium vocauerunt. Et inflationem veretri nomine cuiusdam demõis sponsarum depictũ appellauerunt. s. satyriasim. Sextum sub his. Verũtamen nullũ morborum nomen esseotiam morbi solam significans ī elenorum lingua inuenitur, eo q membrum infirmum vl' causam morbi cõsignificat, paucis tamen exceptis vt phlegmones. i. calida apostemata, & cancrenæ. i. initium corruptiõis membri & destructionis, et sclirrhosis. i. duritia similiter nascentia, & apostemata & vulnera separatio concatenationis & fractura. Septimum & octauum sub his. Particulariũ tñ alia noĩa acceperũt ab eo p quẽ primus curata sunt sicut chironiã, alia ab eo in q̃ prius tuerũt ut thelephium hęc Gal.

Gal. Modus notandi ęgritudines octuplex.

Inquit Gal. ægritudines aut sunt manifestæ quæ sensu cognoscuntur, aut sunt occultæ quas facile ē cognoscere sicut dolores stomachi & pulmonis, aut quas difficile est cognoscere sicut ęgritudinis hepatis & cannalium pulmonis, aut nõ compræhensæ nisi cum existimatione sicut ægritudines quæ uijs accidunt urinæ.

In hac parte secunda Prin. Intuit duplicem morborum diuisionem. Prima est q morborum quidam sunt manifesti. s. in exterioribus corporis sensu percepti sicut vulnera & apostemata extrinseca. Alij sunt occulti. s. in interioribus corporis absconditi. Secunda diuisio est q morborum occultorum quidam sunt faciles ad cognoscendum, vt dolores stomachi & pulmonis. quidam difficiles ad cognoscendum, ut ægritudines hepatis & cannalium pulmonis. quidam nõ cognoscibiles certitudinaliter, sed sola ęstimatione sicut morbi viarum vrinæ. Attende primo q ægritudines hepatis & cannalium pulmonis, ideo difficulter cognoscuntur quia sunt in mẽbris carentibus sensu. Attende secundo q ęgritudines viarum vrinę nõ cognoscuntur certitudinaliter, sed æstimantur solum propter magnam similitudinem quã hñt, cum ægritudinibus intestinorum, ita vt difficile sit inter eas discernere & specialiter inter lapidem & colicam. Et quid mirum cum patronus medicorum Galenus in seipso super hoc deceptus fuerit, vt testatur secundo interiorum. cap̃. 4. dicens. Sed ego scio q quodam tempore passus sum tã magnum dolorem q arbitrabar interiora ventris terebro perforari, præcipue in loco qui est via vrinæ inter renes & vesicam vnde cum olo clistericatus cum magno dolore humores velut liquidum vitrum emisi similes & in liquore & in colore. Sed cum dolorem haberem arbitratus sum lapidem esse in aditu vrinæ, quia dolor fuit quasi morsio & compunctio, materia tamen eiecta & a dolore quietus intendi me nõ habuisse lapidem & dolorem nec in uia renum nec in renibus fuisse, nec in quolibet intestinorum subtilium sed in uno grossorum. Eius enim aditus nõ fuit velut exstricto loco, sed. quasi de magna concauitate. Hæc Gal. Et paucis interpositis subdit. Sed non possumus discernere dolorem hunc a dolore lapidis nisi quæ ventura sunt expectauerimus. Ergo id est propter hoc non prohibemur complere voluntatem nostram in mitigando dolorem. vtrisq; enim iuuamen unum est. i. calefactiones exterius facte clysteria interius sed tñ in initio, deinde non mitigato dolore danda est aliqua de medicinis dolorem mitigantibus sicut medicina philon quæ philonium dicitur. Hæc ille.

Morbus duplex.

Gal. patronus medicorum.

Renalium dolorũ canõ practicus.

Hegritudines quoque est cũ sunt propriæ, & est cum sunt secundum societatem. Et mẽbrum quidem alij membro ægritudine sua associatur. Aut quia natura sunt continua inter quæ aliqua continuant instrumẽta sicut cerebrum & stomachus propter continuitatem neruorum inter ea,

aut matrix & mamillæ propter continuitatem uenarum inter ea. Aut quia unum ē uia alterius sicut inguina & apostematis cruris. Aut quia sunt uicina sicut pulmo & cerebrũ. Omne enim membrum quod alteri associatur & proprie cũ unum eorum alteri uicinum debile fuerit, socij sui recipit superfluitates sicut ascelle cordis. Aut quia unum est principium & radix operationis alterius, sicut diaphragma pulmonis in attrahendo aerem. Aut quia unum seruit alteri sicut nerui cerebro. Aut quia alij tertio membro associantur sicut cerebrum associatur reni, propterea ꝙ unumquodq; eorum associatur hepati. Et est cum societas perueniat ad casum quẽadmodum cerebrum cum ægrotat & associatur ei stomachus. Debilitatur enim tunc eius digestio & mãdat ipsi stomachus uapores malos & nutrimentũ non digestum et augent ipsius cerebri ægritudinem, & sic ex hac ægritudine perueniunt patiẽtes ad durabilitatem & circuitionem.

In hac parte tertia primo diuidit prin. ægritudines in ꝓprias quę vni membro appropriantur non hito respectu ad aliud membrum quod ei communicat, & ægritudines societatis seu colligantiæ, quæ proueniunt ex societate vnius mẽbri ad alterum. Exemplum primarum est ægritudo stomachi materialis passim introducta ex reliquijs primæ digõnis, vel ægritudo cerebri ex reliquijs sui proprij nutrimenti. Exẽplum secundarum est apostema i emũctorijs ex superfluitatibus delegatis a principalibus. Secundo diuidit colligantiã vnius membri cum alio in ægritudine in sex modos societatis membrorum sibi compatientium adinuicem. Primus modus est colligantia seu societas ex continuatione vnius membri cum altero mediante aliquo instrumento dilatiuo, sicut cerebrũ continuaſ cũ stomacho mediante neruo descendente ad ipsum parti a primo ramo tertij paris, partim a tertio ramo sexti paris neruorum immediate oriẽtium a cerebro. Et matrix continuatur cum mamillis mediãtibus venis veniẽtibus ad matricem a radice septimi rami venæ maioris descendentis cum peruenerit ad extremum spondilium, a quarum lateribus cum peruenerint ad matricem ascendunt rami ad mamillas, quibus matrix colligatur eis. Et hunc modum colligantiæ habent cor cerebrũ & hepar cum omnibus organis. Secundus modus colligantiæ cõsistit in hoc ꝙ vnum membrum est via per quam descendere solent humores ad aliud vt ad apostema vel vlcera cruris per inguia descendunt humores, quorum pars in inguinibus quandoq; retenta facit sibi apostema, quod est morbus in societate. Et raro est scabies longa vel vlcus antiquum in pede aut manu sine glandulis in ingule vel in subascella propter istum modum societatis. Tertius vero modus est colligantia vicinitatis seu proximitatis sicut pulmo est proximus cerebro, & propterea i periphleumonia sæpe euenit subeth vel parenesis & rubedo maxillarũ ex multitudine uaporum eleuatorum a pulmone ad caput. Et circa hunc modum pro regula habetur ꝙ omne membrum alteri vicinum seu proxime associatum faciliter recipit superfluitates sui vicini, maxime cum debilius eo fuerit. Quartus modus colligantiæ consistit i depẽdentia operationis unius membri ab operatione alterius, vt operatio pulmonis in attractione aeris dependet ab operatione diaphragmatis & pectoris velut a radice eius. Dilatato .n. pectore per motum diaphragmatis & musculorum pectoris dilatatur pulmo ex consequenti ne vacuum fiat & attrahit aerem. Iuxta illud Gal. libello de motu thoracis et pulmonis. Diastolato quidẽ thorace condilatatur omnino pulmo a consequentia quæ ad id quod euacuatur attractus, sic .n. est thorax pulmoni princeps motus. Quintus modus est colligantia membri seruientis ad illud cui seruit vt arteriarum ad cor, venarum ad hepar, neruorum ad cerebrum. Sextus modus est colligãtia duorum membrorum adinuicem per medium tertij, vt per hoc ꝙ ambo cõmunicant & associãtur vni tertio, & talis est colligantia inter cerebrum & renes per medium hepatis cum quo communicant mediantibus venis non pulsatilibus. Tertio dicit ꝙ colligantia vnius membri cum altero in ægritudine quandoq; peruenit ad casum .i. circulationem, ita ꝙ morbus vnius nutrit auget & manutenet morbũ alterius & econuerso, vt sæpe a cerebro repleto & ęgrotãte fluit ad stomachum humor in digestus debilitans digestiuã ipsius & stomachus inde grauatus mittit cerebro vapores malos indigestos & nutrimentum indigestum mediante hepate non corrigente defectum stomachi, quibus fouetur augetur & perseuerat ægritudo cerebri. Et sic ex hac ægritudine hincinde nutrita & aucta perueniunt ęgri ad durabilitatẽ .i. perseuerantiam ægritudinis, & circuitionem .i. circularẽ manutenentiam alterius ægritudinis ex altera. Attende ꝙ hic per casum princeps intellĩt circulationem, quia casus seu fortuna solet pingi in forma rotæ, quæ circularis est vel propter vicissitudinem ascensus & descensus in hac colligatione sicut i fortuitis. Ex dictis apparet ꝙ sex sunt gñ͠a morborum in societate secundum sex genera colligantiæ membrorum adinuicem modo recitata. Quærit̃ hic vtrum mẽbrum cuius actio est læsa propter morbum membri sibi vicini absq; hoc ꝙ aliqua ipsius pars in se læsa fuerit sic ægrũ vel sanum. Hoc dubium tangitur a Gal. 3. interiorum ca. 1. Gal. Ait .n. ibi. Sed tamen cum diceret archigenes actionẽ aliquã esse infirmam membro, i quo ẽ minime infirmato dixi hũc sermonem necessario esse determinandum & enucleãdum vt oportet. Pro cuius solutione secundum ipsius mentem illic expræssam sit hæc prima conclusio. Infirmitas mẽbrorum læsorum ex colligantia cum alijs potest vere dici eorũ infirmitas, licet non sit mansiua & perfecta, sed sequaẽ morbum alterius membri, sicut vmbra corpus. Iuxta illud Ga. ibi. Quare bene veritatem possumus dicere ꝙ membris ꝓpter aliorum colligantiam læsis, & si eorum infirmitas nõ sit permansiua & pfecta, quia quasi umbrã illius morbi habent vt archigenes dixit. Possumus tamen dicere ꝙ ipsa sit eorum infirmitas. Verbi. g. Si homo igni appropinquet nimis & si nõdum comburitur dolorem habet, nec possumus dicere membra quæ sunt calefacta esse illæsa. Similiter aere frigidissimo nos circundante aut aqua frigidissima siue niue tacti dolorem patimur. Sed tamen si causa doloris auferatur vel elongetur, statim dolor mitigatur. Et attende hic ꝙ Gal. vtitur hoc argumento a maiori. Nam si læsio actiõis alicuius mẽbri pẽdens a causa primitiua extrinseca sicut umbra a corpore est morbus, quãto magis læsio actionis pendẽs a causa intrinseca corpori .s. morbo membri primo lęsi, cuius colligantia alterũ patitur. Secunda conclusio. Omne membrum cuius operatio læditur propter colligantiã cum altero debet dici læsum vel infirmum propter alterum vel cum altero. Iuxta illud Gal. ibi. Quodcunq; membrũ propter colligantiam patitur lęsum oportet dici. vel propter alterum uel cum altero. Vnde si aliquis in oculis patiatur accidentia, uelut ea quæ patiuntur illi qui sunt cataractandi ab initio morbi & sit propter passionem stomachi, oportet nos dicere oculos esse lęsos secundum colligantiam propter fumum capitnosum caput ascendentem ex materia in stomacho clausa. Tertia conclusio. Si membrum aliquod morbum ex colligantia acquisierit quæ remota causa ipsius nõ remoueatur, sed indigeat propria cura, non solum ægrotat ꝑ colliganriam, sed per passionem in sua essentia uel natura. Iuxta illud Gal. ibi. Sed si passionem habeant ut necessario studeamus in eorum cura causa nociua iam ablata nõ possumus dicere eos propter colligantiam pati, sed in eẽntia eorum passionem esse. Quarta conclusio. Si membrũ cuius operatio lęditur ex colligantia cum altero dicatur in se sanũ

sicut placuit archigeni, rationabilius illud dicitur sanũ cuius operatio læditur ex hoc q non uenit ad ipsum illud quod ab alio uenire debet q̃ illud cuius operatio lęditur ex hoc q ab alio uenit ad ipsum id quod uenire non debet. Exempli gratia. Quidam grauiter cadens perdidit uocem non propter lęsionem epyglottidis quod est organum uocis, sed propter paralysim musculorum qui sunt inter costas debentium insufflare aerem, qui materia uocis est. Alius de mula cadens se læsit in collo perdens inde sensum digitorum. Alius ex ægritudine stomachi fumos capinosos in oculis recepit inducentes cataractam. Hos comparans inuicem Gal. cap. nunc dicto ait. Vnde dico laudabilius esse membrum uocis & digitos credi illæsos q̃ oculos. Passio. n. oculorum ẽ plenitudo eorum de fimo capinoso. Membrum autem uocis et digiti læsionem suæ actionis patiuntur, non propter rem extra naturam ad eos uenientem, sed quod solitum est secũdũ naturam uenire, non uenit ad eos. Et causa uirtutis sensibilis ad digitos non uenientis est infirmitas furcati nerui a nucha ad eos uenientis. Aer uero unde insufflatio fit necesse ẽ ut nõ ueniat ad guttur cum lacertus qui est inter costas mollificatus est. hæc Gal. Quæret aliquis qua specie morbi ęgrotat membrum cuius actio lęditur dũtaxat ex hoc q ad ipm̃ nõ uenit quod uenire debet. Dic q morbo organico in situ uel habitu secundum colligantiam.

Corporum uero ordines inter sanitatẽ & ęgritudinem sunt sex. Corpus quod est in ultimo sanitatis. Et corpus quod est sanum nõ in ultimo. Et corpus quod est nec sanum nec ęgrum quẽadmodum dicunt. Et corpus ægrotatiui qui ægritudinem cito recipit. Et corpus ægri qui paruã habet ægritudinem. Et corpus ægri qui habet ægritudinem in ultimo.

Corporũ sanitati ęgritudini neutralitati subiacentiũ ordo.

In hac parte quarta dicit prin. q sex sunt ordines corporũ inter sanitatem & ægritudinem. i. subiacentium sanitati & ægritudini & neutralitati supple. Primus ordo est corporũ sanorum in ultimo. s. sanorum semper quę habent optimam complexionem compositionem & unionem. Secundus ordo est corporum sanorum non in ultimo. Et sub hoc ordine cadunt corpora sana vt multum, quæ & si deficiant a sanissimis, sunt tamen apta manere sana pro maiori parte vitæ suæ, & corpora sana vt nunc, quorum sanitas est instabilis & cito labilis secundum tempora. Tertius ordo est corporum neutrorum, vel neutro cõtrariorum participantiũ. s. neq sanitate integra, neq ægritudine integra, vel vtroque participantium, vel vno tempore vno, & alio tempore altero, vt dicunt medici ponentes medium inter sanũ & ęgrũ. Quartus ordo est corporum ægrotatiuorum, quæ cito ęgritudinem recipiunt. Et sub hoc ordine cadunt corpora ægra semper quæ toto tempore vitæ sunt apta ęgrotare, & corpora ægra vt multum, quæ sunt apta ægrotare pro maiori parte suæ durationis. Quintus est corporum ægrorum hñtiũ paruam ægritudinem vt nunc. s. Sextus est corporũ habentium ægritudinem in vltimo malitiei. s. pessimã & mortiferam. Attende primo q prin. hic distinguit ordinate corpora secundum gradus a sanissimo ad ægerrimum inter quę primum est sanum semper. Secundum sanum vt multum. Tertium sanum vt nunc. Quartum neutrum. Quintũ ægrum vt multum. Sextum ægrum semper. Septimum ægrum vt nunc ex parua ægritudine. Octauum ægrũ vt nunc ex pessima ęgritudine. Sed istabit aliquis q ęgrum semper & ęgrum vt multum peiora sunt ægro vt nunc, cũ morbi sui sint fortius radicati durabiliores & minus capaces curæ. Iuxta illud metricum. Et tibi propositis quæ sunt fugienda duobus. elige mobilius, fuge quod constantius extat. Pro solutione attende q ægrum simpliciter diuisum in ęgrum semper & ægrum vt multum non est ęgrum comparatione ad seipm̃, quia vnusquisq dicit se esse sanum dum solitas præter. vllum impedimentum facit actiones, vt ait Gal. primo morbi. Sed ægrum simpliciter est tale a generatiõe. Iuxta illud Gal. primo techni. Ægrum vero corpus simpliciter est, quod ex generatione aut est distemperatum in his quæ similes habent partes, aut non æquale in organis aut in vtrisq simul. Q̃diu ergo manet in suo lapsu naturali sine hoc q labatur in ægritudinem vt nunc dicit se esse sanum, & compræhendit sub latitudine sanitatis respectu suipsius & similiter neutrũ simpliciter. Iuxta illud Gal. 2. techni. & diuiditur totius sanitatis latitudo in tres partes latitudinem habentes & ipsas multã. Quarum prima quidem erit sanorum corporum, secunda vero ægrorum. tertia neutrorum. Et in signum huius in trãslatione arabica duorum canonum nunc allegatorum ex libro techni loco ægrum scribitur ægrotatiuum. Et princeps hic sub nomine ægrotatiui compræhendit ægrum semp. & ęgrum vt multum, vel diminutus est non loquens de ipsis. Corpus ergo simpliciter ægrum non dicitur ęgrum comparatione ad seipsum, quia facit operationes sibi solitas secũdũ propriam eius naturam, sed comparatione ad corpus eucratõ, quod est in meliori formarum dicitur ægrum, quia respectu huius habet operationes sensibiliter & manifeste lęsas. Ex his trahi potest solutio pdicte obiectionis. s. q licet ęgrum semper, & ægrum vt multum habeant ægritudines fortius radicatas durabiliores, & minus sanabiles, & q ad hoc sint peiora ęgro vt nunc, quia non tamen habent operationes lęsas comparatione ad seipsa & secundum propriam naturã dicuntur minus mala ęgro vt nunc, quod habet operationes læsas sensibiliter & comparatione ad seipsum, & comparatione ad corpus eucratõ. Et ideo Gal. in latitudine corporum posuit duo extrema non sanum semper, & ęgrum semp. sed sanum semper & ægrum vt nunc. penes quorum appropinquationem maiorem vel minorem vel ęquidistantiam alia corpora dicuntur sana vel ægra vel neutra. Aut. n. secundo techni. Ponentibus nobis extremos terminos contrarios alterutrũ optimam compositionem & nunc factam ægritudinem, considerantibus uero cui horum sint viciniora quæ probãtur corpora propinquius optimę compositioni est sanum. Quod vero ab hac longius iam uero ęgrotanti propinquius ægrum. utrorumq uero medium ęqualiter ab utroq abesse apparens neutrum erit hoc. Attende secũdo q Gal. aliter distinxit corpora q̃ prin. hic. Iuxta cuius descriptionem nouẽ sunt ordines corporum. s. sanum semper, sanum ut multum, sanum ut nũc, ęgrum semper, ęgrum ut multũ, ęgrum ut nunc, neutrum semper, neutrum ut multum, neutrum ut nunc. Posset hic queri utrum sit dabile corpus q̃d est in ultimo sanitatis, sed quia hęc materia fuit discussa sup cap. primo de complexionibus primi prima doc. tertia nũc relinquatur. Item posset queri si sit dabile corpus ęgrum in ultimo. uidetur q sic per prin. hic. In contrarium arguitur, quia nullum est corpus adeo ægrum cui non possit nouum uulnus inferri quo fiat ęgrius. Item nullum corpus ęgrũ moritur sine successione aliqua cum corrũpens ipsum sit agens finitum, & non sit dare ultimum instans rei naturæ permanentis. signato ergo corpore ęgro in ultimo in aliquo instanti de illo uerum est dicere q añq̃ desierit esse uirtus ipsius erit debilior & propinquior morti. ergo ipsum erit ęgrius, et sic non erat ęgrum in ultimo. Attende pro solutione q dupliciter dicitur ęgrum in ultimo siue ęgerrimum. s. uel ęgerrimum, quod actu est uel ęgerrimum quod esse potest. Iuxta hoc dic primo q est dare ęgerrimum primo mõ. q̃a ẽ dare corpus q̃ nullũ nũc inuenitur ęgrius. Dic secundo q nõ ẽ dare corpus ęgerrimũ secundo modo ppter rationes tactas.

Corporũ distinctorũ a Gal. ordo nouplex.

Ægerrimũ duplex.

Omnes uero ægritudines aut sunt sanatiuæ aut non sanatiuæ. Et sanatiua quidem est ægritudo quæ non habet quod prohibeat quin mediceturut debet. Non sanatiua uero est cum qua est aliquod prohibens, & neque conceditur medico ut medicet sicut debet, sicut dolor capitis si

fuerit cum eo reumatismus. Et est tibi sciendum ꝙ ægritudo proportionalis complexioni ætati & tempori est minoris timoris ea quæ eis nō proportionatur. non. n. accidit hæc nisi propter causæ ipsius magnitudinem.

Ægritudo duplex.

In hac parte quinta primo dicit prin. ꝙ ægritudinū quędam est sanatiua, alia non sanatiua, Sanatiua ē cum qua non est aliquid quod rectam ipsius impediat curam, vt mala cōplexio simplex sine materia. Non sanatiua est cum qua est aliquid quod rectam ipsius impedit curam, ita ꝙ non expedit vt medicus intendat sanationi eius secundum propriam ipsius curam traditam in practicis, ut dolor capitis cum reumatismo. Nam si dolor talis a calore ꝓcedat & applices frigida reuma augmentabis frigidis exprimentibus materias ad inferiora ad quę defluere sunt paratiores sua grauitate. Et si dolor capitis a frigido fiat applicatis calidis liquæfiēt humores & ad inferiora distillabunt, & sic crescet reuma. Attende primo ꝙ ægritudo non sanatiua est casus ꝑplexus reddens sæpe medicos scientificos & expertos dubios & vacillantes in electione melioris, vt si mulier prægnans vel puer vel senex a sento patiatur pleuresim aut squinantiam aut epidimiale bochium dubitat medicus si phlōmabit vt casus requirit. Item si in prægnantibus calculo oppressis dabit diuretica & clysteria fortia dum colica vexantur, attento ꝙ hæc sunt diuretica & prouocantia abortum. Et circa hos casus, vidi quosdam famosos medicos nihil velle attentare periculosum forte ne si sinistre succederet detrimentum famæ paterentur cum consciæ remorsu & cum regie & suauibus medicinis demulcere dolores cōmittentes opera curæ & validiora remedia deo & naturæ. Alios vidi magnanimos & confidentes qui ad fortia procedebant, & ut in pluribus bñ succedebat eis freno apposito & confortatiuibus post eūones adhibitis quia plus lædunt ęgritudines dimissæ fuiere & durare sine medicamine q̄ medicamina fortia cito transeūtia bene refrenata cum successione confortatiuorum. Sed hodie mos est fere apud omnes paruipendere & diffamare leuiter medicos & parum obedire eis, & apud ministros sunt innumeri defectus quos medici sine causa imperant. Attende secundo ꝙ prohibens rectitudinem curæ in ægritudine non sanatiua, quādoq; est adeo vehemens & periculosum, ꝙ cogit relinquere ægritudinem & attendere sibi soli; vt in colica ex oppilōne phlegmatis quandoq; dolor est tantus & ita perniciosus ꝙ cogit medicum applicare narcotica, licet morbum augeant & causam ipsius & in ægritudine calida syncopali mistramus vinum ut occurrat syncopi, licet augeat morbum. Aliquando vero non est ita vehemens ꝙ agat relinquere curam morbi, sed prohibet ab vsu & applicatione fortiorum & validiorum remediorum aut continuatione eorum, vt in synocha febre cum paralysi administramus īfrigidantia sed remissiora q̄ ī pura synocha, & in oppilōne forti heparis cum feb. ministramus cafa apitium, sed remissiora q̄ si feb. abesset. Secundo dicit ꝙ ægritudo proportionalis complexioni ætati & tempori est minus periculosa ægritudine non proportionali, vt morbus calidus in complexione & ętate in tempore calidis est minus periculosus q̄ morbus calidus in complexione & ætate & tempore frigidis. Cuius causam reddit, quia morbus disproportionatus non introducitur, nisi a forti & magna causa cum sit fortis resistentia ex indispositione subiecti. Eiusdem sniæ meminit Hip. apho. secunda dicens. In morbis minus periclitantur ægrotantes quibuscunq; propriæ naturę & ętatis & temporis & habitudinis & regionis ægritudo inest, magis vero q̄ quibus non propria secundum aliquid horum inest. Et Gal. in commē. illius ait. Quicunq;. n. morbus calori attinet naturę ætatis figuræ temporis vicinantibus calori conuenibilis est. Instabit aliquis primo quia simile additum suo simili facit ipsum furere & augmentari. Contrarium vero morbo eiusdem est curatio, vt ait Gal. commento dicti aphorismi auctoritate Dionysij. Item branchi & coriçæ in valde senibus non maturantur vt ait Hippo. apho. secūda, & sanātur ī iuuenibus, & similiť paralyses & apoplexię & astmata & hydropises, & tamen hi morbi, frigidi vt plurimum existentes non proportionantur iuuenibus sed senibus. Item quartanę sunt breuiores & saluiores in æstate q̄ in autūno vel hyeme. Iuxta illud Hippo. apho. secunda. Æstiuæ quartanę vt multum fiunt breues. autūnales vero longę & maxime quę ad hyemē coniunguntur, & tamen quartanę sunt ꝓportiōnatę autumno, Iuxta illud hip. apho. tertia. Autūno vero & æstiuorum multa & febres q̄rtanę & splenes & hydropes, phthisis etc. Item causon est periculosior in indo vel ethiope q̄ in anglico vel scoto, quia anglici & scoti sunt homines fortium virtutum naturalium & magnę resistentiæ. Indi vero & ethiopes sunt homines debiles & resoluti cito prostrati, & tamen causon proportionalior est indo vel ethiopi q̄ scoto aut anglico. Pro solutione pręmissarum obiectionum & declaratione mentium Hip. Gal. & Aui. Attende primo ꝙ ad verificationem huius propositionis. Ægritudo proportionalis complexioni ætati & tempori est minoris timoris ea quę eis non proportionatur. cætera debent supponi paria pręter illud in quo fit compō. Et per hoc soluuntur secūda & quarta rationes factę. Attende secūdo ꝙ licet regio tempus & ętas proportionatę ęgritudini sint laudabiles in prin. ęgritudinis uia signi. s. quia significant causam ęgritudinis nō esse fortem & ægrum non multum fore elōgatum a natura sua, non tamen laudabiles sunt via causę curatiuæ, immo tēpus contrarium ęgritudini & regio & ętas superuenientes ęgritudini introductę sunt laudabiles hac uia cōferentes curę morbi. Iuxta illud Gal. 2. apho. commento illius cañ. In morbis minus ꝑiclitantur. Si autem febris acuta sit & calidior complexio aeris & subito ad frigiditatem se mutauerit fiunt hæc magna pars curationis, quia ambę temporis naturę adiutorium febri acutę fiunt. Prima laudabilis est temporis natura cum febris incipiat significans ꝙ materia sit parua. Secūda in fine veniens bona est causa. Frigiditas. n. aeris secūdū contrarium curatio est febris. Et per hoc soluuntur prima et tertia rationes præadductæ.

Hippo.

Gal.

Ægritudo superfluitatis tripl.

Tertio dicit ꝙ in ęgritudine cuiusq; supfluitatis spes est conuersionis eius in contrarium superfluitatis ipsius. Attende hic primo ꝙ ęgritudines tripliciter dicuntur superfluitatis. Primo ī qualitatibus primis vehementer intensis. Secūdo ī humoribus peccātibus multum in quali vel q̄to. Tertio in accidentibus uehemētibus, vt in doloribus & angustijs. Attende secundo ꝙ in isto passu quidam textum habent separatur. alij ꝓperatur. Et iuxta hęc possunt esse plures sensus litterę pręsentis. Primus ē ꝙ in ęgritudinibus superfluentibus in vna qualitate ꝓperať facilis cōuersio in contrariam qualitatem, vt de hectica febrili fit hectica senectutis leuiter ex balneo ī aqua frigidissima, & hoc consulunt aliqui in suis practicis asserentes ęgrū diutius viuere sub hectica senectutis. Secundus est ꝙ in ęgritudinibus superfluentibus in aliquo humore ꝓperatur conuersio in contrarium humorem vt de synocha inflatiua faciliter fit febris phlegmatica per indiscretam īfrigidationē & quartana fit causon per exhibitiōem theriacę in principio, ut ait Auer. 7. colliget. Tertius est ꝙ in ęgritudinibus superfluētibus ī accidentibus, vt in dolore ꝓperať facilis cōuersio ad cōtrarium, vt colica quę est dolorosissima sępe conuertitur ad paralysim. Et isti tres sensus sunt pro textibus habētibus ꝓperatur. Quartus est librorum in quibus habetur separať, & est ꝙ in ęgritudinibus cuiuslibet superfluitatis humoralis separatur aliquid, quod conuertitur in contrarium illius superfluitatis. Verbi gratia si superfluitates sint subtiles colericę separantur ab eis partes grossę terrestres, & si supfluitates sint grossę separantur ab eis partes subtiles fumosę & uaporosę tam opere naturę q̄ adiutorio medicinarum.

Debes aūt scire ꝙ quædam ægritudinū sunt quæ ad alias mutantur ægritudines & destruūtur ipsæ & in hoc cōsistit bonitas, & ē una ægri-

tudo alterius ægritudinis medicamentum sicut quartana, ex qua multotiens sanatur epilepsia & podagra & uarices & articulorum dolores. Et quidam etiam sanantur a spasmo propter scabie͂ & pruritum & bothor. Venter quoque similiter sanatur propter oculorum ęgritudinem. Et lienteria sanat apostema lateris. Et similiter ani uenarum apertio omnibus confert melancholicis ægritudinibus & dolori sciæ & doloribus renum & matricis. Et est cum ægritudines in alias mutantur ægritudines, & propter hoc fit dispositio maioris malitiei sicut cum mutatur apostema lateris in apostema pulmonis & sicut cu͂ mutatur frenesis in lethargiam.

Ægritudo conuertēda in aliam ęgritudinē duplex.

In hac parte sexta diuidit prin. ægritudinem quæ conuertitur ad aliam ægritudinem in illam quæ conuertitur ad minus malam, & illam q̃ cōuertitur ad deteriorem. Et dicit primo q̃ ægritudinum quædam conuertuntur ad alias ægritudines, quibus sanantur bona & uoli conuersione & est ęgritudo sequens aliam medicinam prioris. Et hoc declarat exemplis quinque. Primum est febris quartana, quæ superueniens epilepsiæ sæpe sanat eam, & similiter sanat podagram & varices & dolores articulorum .i. iuncturarum, qui solent guttosi & arthetici nominari. Cuius ratio est, quia in q̃libet paroxismo quartanæ multa consumitur materia melancholica, quæ forte cāret aut augmentaret epilepsiam & varices & artheticos dolores. Sed instabit quis q̃ contrarium frequenter contingit. Nam quartanarijs in declinatione totius morbi sæpe tibiæ & pedes inflantur & frequenter splen inflatur & induratur, vnde non bene mundificat sanguinem a melancholia, & sic cum sanguine transiēs ad membra iam debilitata diuturna febre forte inducit epilepsiam aut varices aut artheticos dolores. Dic q̃ ista communiter non eueniunt in quartana, nisi ex defectu regiminis vel debitæ purgationis. Secundum exemplum est de spasmo qui q̃nque curatᷣ per scabiem pruritum & eminentias paruas nascentes sub cute .s. cum natura fortificata spargit materiam incuneatam i neruis contrahentē eos & mittit ad cutem. Tertium est de ventre .i. fluxu ventris qui sanatur per ægritudines oculorum .s. cum fluxus ventris fit ex catarro fluēte a cerebro ad intestina conuerso catarro ad oclos & diuerso ab intestinis cessat fluxus ventris. Et sicut fluxus ventris curatᷣ ægritudine oculorum, sic i͂terdū curat eam. Iuxta illud Hip. apho. sexta. In oculis patienti a diarrhoea accipi bonum.

Hippo.

Quartum est de pleuresi quæ lienteria curatur. Et intelligit hic per lienteriam non fluxum cibi crudi exeuntis in eisdem qualitatibus & q̃titate quibus assumptus est, sed fluxū humoralem qui proprie diarrhoea dicitur. Sed videtur q̃ diarrhoea nō confera: pleuresi ex illo aphorismo sexte particulę. A pleuretide superato aut periphleumonia diarrhoea superueniens malum. Dic q̃ diarrhoea non confert in pleuresi vel periphleumonia mortali quæ iam superauit virtutem, quia plus debilitat & mortem accelerat, sed confert in pleuresi et periphleumonia paruis & saluis alleuiando pectoralia. Iuxta illud Gal. commen. dicti aphorismi. Q. si periphleumonia & pleuresis paruæ sint possunt quidem diarrhoea superueniēte solui. Quintum exemplum est de ægritudinibus melancholicis & dolore sciatico & dolore renum & matricis, q sæpe sanantur ex hæmorrhoydarum fluxu purgante materias, ex quibus nascuntur dictæ ęgritudines. Secūdo dicit q̃ aliquæ ægritudines quandoq; mutantur ad alias ægritudines deteriores se, ita q̃ dispositio corporis fit maioris malitiei q̃ erat ante. Et declarat hoc duplici exemplo. Primum est conuersio pleuresis in peripleumoniam, quæ pleuresi deterior est, quia magis est suspecta de suffocatione phthisi & in pte nobiliori. Secundum exemplum est mutatio phrenesis in lethargiam, quæ phrenesi est peior. tum quia causatur ex spissiori materia minus resolubili & euacuabili q̃ sit materia phrenesis, tum quia materia eius est in parte posteriori cerebri, cui supponitur pars cranei durior, & ei non subsunt viæ per quas humores purgētur, vt anteriori parti nares & os colatorij & sic materia lethargiæ, nec bene poterit euaporari, nec inferius deduci sicut in phrenesi, tum quia sensus & motus sunt magis sopiti in lethargia q̃ in phrenesi, quibus virtus expulsiua plurimum iuuari solet.

Et præterea ex ægritudinibus quædam quæ de uno ad alium transit, sicut lepra & scabies & uariola & febris pestilentialis & apostemata putrida & præcipue cum domus strictæ fuerint, & similiter cum uicinus fuerit sub uento & sicut ophtalmia & præcipue ei qui in oculis eum intuetur & sicut congelatio cū imaginatur aliquis q̃ acetosū illud operetᷣ, et sicut phthisis & albaras.

Morbi cōtagiosi .9.

In hac parte septima numerat princeps nouē morbos cōtagiosos qui dicuntur contagiosi, quia inficiunt astātes ęgro, & dicuntur transire de vno ad alium, non q̃ ijdem numero transeant de vno subiecto ad aliud, quia hoc est impossibile accidere, sed quia sibi similes generant in his qui diu ęgro assistunt, & dispositi sunt ad similes morbos. Primus est lepra cuius contagium est tantum q̃ nedum assistentes i eadem domo, sed etiam vicios inficit, ideo leges sanxerunt vt separentur a communione sanorum, & in campis solitarij hitent.

Lepra.

Secūdus est scabies quæ tripliciter assistētes inficit primo ex contactu. secundo ex decubitu sub eisdem pānis tertio ex balneari vel stufari cum scabioso vel post hunc in eodem balneo vel stufa.

Scabies

Variola

Tertius est variola. Et sub ea intellige morbillum, quæ cum multiplicat in pueris & prouectis est pręsagium futurę pestilētiæ. Et non solum inficit his modis quibus scabies, immo respirationibus inficit aerē, q̃ sanos inficit ab his inspiratus. Cuius ratio est quia scabies ē morbus exteriorum partium, sed in variolis ęgrotant tā exteriores q̃ interiores partes maxime pectorales & viæ aeris.

Febris pestilēs.

Quartus est febris pestilentialis. Et sub hac intellige fluxum ventris pestilentialem, qui cōmuniter non caret dicta febre. Et istius febris contagium est tantū ex vaporibus & fumis exeuntibus ab ęgro tam per anhelitum q̃ per poros corporis q̃ inficit domum & vicios & vicos & villam. Et sępe visum est pestem inuasisse villas ex vestibus & suis pellectilibus ad eas delatis ex locis infectis. Et ideo expediret reipublicę plus q̃ de leprosis q̃ infecti hac febre separentur a sanis & ilico ducerentur extra ciuitates & villas & custodirentur per uetulas ineptas ad suscipiēdum contagium, maxime a principio pestilentiæ priusq̃ sic incādescat & augeatur q̃ præ multitudine infectorum id commode fieri nō possit.

Apā putridū.

Quintus est apostema putridum. maxime cum habens ipsum fuerit in domo stricta & vicini astātes ęgro fuerit sub vento, sic .n. facile totus aer camerę vaporibus infectus apostematis & a vento delatus inficit astantes. Et licet omne apostema & ulcus malę putredinis & vehementis recte dici possint contagiosa, specialiter tamē bochia epidimialia antraces & carbūculi cætera pręcedunt in malitia contagij.

Ophthalmia.

Sextus est opthalmia & est apostema in coniunctiua oculi, maxime tunc inficiens astantem dum de prope respicit ægrum in oclo. Et hoc intendit dum dicit. Et pręcipue ei .s. astanti pręber contagium, qui eum .s. ęgrum intuetur in oculis. Raro etenim aliter inficit q̃ inspectione ex proximo cum sit apostema paruum paucę saniei non multum malignę. Sed quia oculus est vehementer mobilis rarus & porosus faciliter exeunt ab eo oculo ægro vapores & leuiter a sano recipiuntur & ei imbibuntur.

Dentiū stupor.

Septimus morbus est congelatio .i. stupor quidam dentium cum quis videns aliū comedentem aliquid acetosum imaginatur q̃ acetosum illud operetur .s. congelet dentes. Ex hac .n. imaginatione congelationem dentium incurrit. Iuxta illud Arist. septima particula problematum problemate octauo. Congelamur autē

dentes

dentes cum uidemus acetosa comedentes. Et congelatos quidem videntes infrigidantur. Non solum ergo congelatio dentium est morbus contagiosus, sed etiam congelatio superueniens toti corpori. Verum quia hi morbi non ex se transeunt ad alios, sed per imaginationem non proprie dicuntur contagiosi. Octauus est phthisis. i. vlcus pulmonis quae cum anhelitus inficit corrumpens aerem cum expiratione exeuntem ab aegro, qui per sanos inspiratus dispositos ad phthisim corrumpit suos humores in pectoralibus quibus obuiat, & ipsi corrupti pulmonem vlcerant.

Phthisis

Et istud tempore meo contigit vni medico volens probare si phthisicus quem visitabat moriturus in breui esset, sputa eius recollecta saepius effundit iussit super carbones ardentes, vt olfaciens sentiret si grauiter foeterent. Iuxta illud Hip. aphorismo. 5. Qui a phthisi molestantur si sputum qualecunque expuunt graue foetet super carbones effusum & capilli a capite defluunt mortale est. Et ex frequentibus olfatibus sanie phthisici quem visitabat ipsemet phthisicus tandem effectus est.

Albaras

Nonus est albaras quae est foeda tinctura cutis penetrans vsque ad ossa, & est duplex vt ante memoratum est. vna alba & alia nigra, inter quas contagiosior est nigra cum sit foeda scabies. excoriatiua propinqua lepre. Iuxta illud prin. quarti. 7. trac. 2. cap. 9. Albaras nigra est illud quod nominatur impetigo excorticatiua, & est scabiositas accidens cuti aspera vehemens & facit squamas sicut sunt piscium cum pruritu, & est propter humorem melancholicum imbibentem cutem de eo quod est iuxta eam ibibitione fortiore quam vt in colorem imprimat tantum, & est de antibus lepram. Attende primo quod quidam moderni eosdem dixerunt esse contagiosos morbos, sed denominatis quosdam abstulerunt & vice eorum alios nominauerunt. Iuxta illud metricum. Antrax lippa lepra scabies pedicon sacer ignis. Febris acuta phthisis phrenesis contagia praestant. Et intellige per lippam humiditatem saniosam ad exteriora oculorum maxime ad eorum angulos profluentem quae quandoque est tantae viscositatis vt faciat palpebras adherere sibi inuicem, & talis apparet in declinatione opthalmiae per exituram & in maturatione reumatum descendentium ad oculos. Et per pedicon intellige epilepsiam. Et per sacrum ignem intellige ignem persicum prunam aut carbunculum.

Ægritudo contagiosa triplex.

Attende secundo quod aegritudines contagiosae maxime praestant sua contagia altero trium modorum .s. vel mobilitate membri aegri & dispositione recipientis, vt opthalmia, vel corruptione anhelitus vt phthisis & febris pestilentialis, vel quia sua materia est in superficie corporis dispersa spirans foetidos vapores adherentes circumstantibus sua viscositate sicut scabies & lepra Teste Ar. particula septima problematum problemate. 7. Quaerente propter quid a phthisi & opthalmia & scabie approximantes inficiuntur ab hydropisi vero febre & apoplexia non occupantur neque ab alijs. Et respondet sic: Opthalmia quidem quia mobilissimus oculus, et maxime assimilatur ei quod videtur aliorum, aut mouetur moto, quare & econtra videns turbatum turbatur maxime. Phthisis autem quia spiritum prauum facit & grauem, citissime autem aegritudines istae tangunt omnes quaecunque hoc corrupto fiunt vt pestilentiales. Scabies autem solum aliorum sicut leprae & talium, quia superficiale & viscosum quod defluit, pruriginosa. n. talia.

Aristo.

Attende tertio quod aliqui sunt morbi contagiosi alij a praedictis non in toto genere suo, sed secundum aliquas ipsorum species vel aliqua tempora. Iuxta illud prin. tertij. 14. tracta. 3. ca. 6. Et quandoque accidunt colica & ileos secundum semitam accidentiae aegritudinum pestilentialium aduenientium & perueniunt de regione ad regionem & de homine ad hominem. Item alba menstrua non in toto genere sunt contagiosa, sed quae sunt ex eis putrida corrupta praestant contagium simul decumbentibus aut balneantibus.

Sanitas an in alios diffundi possit.

Quaeritur hic vtrum sint aliquae sanitates contagiosae seu transeuntes de vno in alios sicut aliquis tales morbi. Videtur quod sic. sanitas est de genere boni, sed boni ratio est esse diffusiuum sui. Item fertur quod leprosi gaudent & melius habent ex conuersatione cum sanis & receptione anhelitus eorum. Item dicit Gal. 5. de simplici

Gal.

medi. c. 8. Et ego quidem non scio rem magis vltimam in adiuuando stomachum super digestionem cibi quam corpus hominis quod occurrit ei & tangit ipsum deforis. Quidam ergo homines applicant ad se pueros in nocte amplexantes eos. Inueniunt ergo propter illud iuuamentum manifestum valde, quoniam ista caliditas quae occurrit stomacho ex corporibus illorum puerorum est magis propria caliditati naturali & plus conueniens ei quam caliditas quae est ex vaporatione. haec Gal. Item dicit Damascenus in suis aphorismis. Multum iuuat paralyticos ad eorum latera naturalem calorem apponere, non tamen igneum sed adolescentis puellae. Sanitas ergo videtur sui diffusiua transiens ad alios sicut aegritudo.

Aristo.

Oppositum supponit Ar. septima particula problematum problemate. 4. quaerens. Propter quid ab aegritudinibus quidam quibusdam aegrotant approximantes a sanitate autem nemo sanatur & respondet ibi dicens. Aut quia aegritudo quidem motus est, sanitas autem quies. Haec quidem mouet. haec uero non, aut quidem volenti fit, haec vero nolenti. Et itaque non voluntaria voluntarijs & his quae sunt ex prudentia differunt. dic primo quod nihil peribet sanitatem complexionalem, maxime secundum qualitates actiuas se diffundere & transire de vno ad alium, vt declarant rationes ante oppositum. Dic secundo quod nec ita saepe nec ita notorie nec ita velociter nec ita fortiter sanitas complexionalis se diffundit sicut aegritudo. Cuius ratio est; quia sanitas consistit in quodam temperamento, morbus vero in distemperamento, sed distemperata fortius & velocius & manifestius imprimunt quam temperata sicut clare apparet in extrinsecis. Dic tertio quod sanitas in compositione vel vnione non se diffundit, neque transit de vno ad alium, quia compositio & vnio non sunt actiuae de se extra proprium subiectum.

Et sunt aegritudinum quaedam quae in semine hereditantur, sicut albaras alba & tyria naturalis & podagra & phthisis & lepra.

Ægritudo hereditaria quintuplex.

In hac parte octaua dicit prin. quod aliquae sunt aegritudines hereditariae quae in semine hereditantur. i. trahunt originem ex spermatibus parentum vel sanguine menstruo ex quibus sumus. Et dicuntur hereditariae quia descendunt a parentibus in filios aut filias sicut hereditaria temporalium bonorum, & enumerat quinque tales aegritudines. Prima est albaras alba, & est foeda albedo cutis penetrans in carnem vsque ad ossa procedens ex phlegmate illic retento & debilitate virtutis assimilatiuae. Sed quid de nigra nunquid est hereditaria sicut alba. Dic quod non adeo sicut alba, quia est superficialior minus penetrans in carnem, & non minus maculans materiam spermatis. Secunda est tyria naturalis. i. a natiuitate inexistens, & est infirmitas cutis capitis depilatione foedans cutem quasi squamis serpentis, & ideo dicta est tyria a tyro & ophiasis ab ophi quod est serpens. Et non est mirum si aegritudo ista est hereditaria cum cerebrum in ea multum sit alteratum a quo descinditur pars materiae spermatis non modica. Tertia est podagra. i. gutta pedum a pos quod est pes & aegritudo quasi pedum aegritudo. Et sub hac intellige alias guttae species. s. arteticam & chiragram. Quae ideo censetur hereditaria, quia iuncturae in coitu laborant, & a debilibus excutitur debile semen in virtute actiua & materia. Quarta est phthisis qua pulmo primo laeditur & cor ex consequenti. Cuius est dare spermati plurimum caloris & spirituum. Non ergo mirum est si phthisis hereditetur. Quinta est lepra cuius causa efficiens antiquior est malitia complexionis hepatis declinis ualde ad caliditatem & siccitatem, quare adurit sanguinem in melancholiam, ut ait prin. quarti tertia tractatu. 3. cap. primo. Cum ergo in lepra hepar sit uehementer alteratum, & ex consequenti sanguis & medio sanguis sperma quod est superfluitas utilis alimenti ultimi, non est mirum si lepra sit hereditarius morbus. Attende primo quod aegritudines hereditariae non se communiter manifestant ab initio natiuitatis, sed sunt quidam habitus congeniti ex malitia complexionis

tudo alterius ægritudinis medicamentum sicut quartana, ex qua multotiens sanatur epilepsia & podagra & uarices & articulorum dolores. Et quidam etiam sanantur a spasmo propter scabie & prutitum & bothor. Venter quoque similiter sanatur propter oculorum ęgritudinem. Et lienteria sanat apostema lateris. Et similiter aniuenarum apertio omnibus confert melancholicis ægritudinibus & dolori sciæ & doloribus renum & matricis. Et est cum ægritudines in alias mutantur ægritudines, & propter hoc fit dispositio maioris malitiei sicut cum mutatur apostema lateris in apostema pulmonis & sicut cũ mutatur frenesis in lethargiam.

Ægritudo conuertēda in aliam ęgritudinē duplex.

In hac parte sexta diuidit prin. ægritudinem quæ conuertitur ad aliam ægritudinem in illam quæ conuertitur ad minus malam, & illam q̃ cōuertitur ad deteriorem. Et dicit primo ꝙ ægritudinum quædam conuertuntur ad alias ægritudines, quibus sanantur bona & utili conuersione & est ęgritudo sequens aliam medicinam prioris. Et hoc declarat exemplis quinque. Primum est febris quartana, quæ superueniens epilepsiæ sæpe sanat eam, & similiter sanat podagram & varices & dolores articulorum .i. iuncturarum, qui solent guttosi & arthetici nominari. Cuius ratio est, quia in q̃libet paroxismo quartanæ multa consumitur materia melancholica, quæ forte cāret aut augmentaret epilepsiam & varices & artheticos dolores. Sed instabit quis ꝙ contrarium frequenter contingit. Nam quartanarijs in declinatione totius morbi sæpe tibiæ & pedes inflantur & frequenter splen inflatur & induratur, vnde non bene mundificat sanguinem a melancholia, & sic cum sanguine transiēs ad membra iam debilitata diuturna febre forte inducit epilepsiam aut varices aut artheticos dolores. Dic ꝙ ista communiter non eueniunt in quartana, nisi ex defectu regiminis vel debitæ purgationis. Secundum exemplum est de spasmo qui q̃que curat̃ per scabiem prutitum & eminentias paruas nascentes sub cute .s. cum natura fortificata spargit materiam incuneatam i neruis contrahentē eos & mittit ad cutem. Tertium est de ventre .i. fluxus ventris qui sanatur per ægritudines oculorum .s. cum fluxus ventris fit ex catarro fluēte a cerebro ad intestina conuerso catarro ad oculos & diuerso ab intestinis cessat fluxus ventris. Et sicut fluxus ventris curat̃ ægritudine oculorum, sic iterdū curat eam. Iuxta illud Hip. apho. sexta. In oculis patienti a diarrhoea accipi bonum.

Hippo.

Quartum est de pleuresi quæ lienteria curatur. Et intelligit hic per lienteriam non fluxum cibi crudi exeuntis in eisdem qualitatibus & q̃titate quibus assumptus est, sed fluxū humoralem qui proprie diarrhoea dicitur. Sed videtur ꝙ diarrhoea nō conferat pleuresi ex illo aphorismo sextæ particulę. A pleuretide superato aut periphleumonia diarrhoea superueniens malum. Dic ꝙ diarrhoea non confert in pleuresi vel periphleumonia mortali quæ iam superauit virtutem, quia plus debilitat & mortem accelerat, sed confert in pleuresi et periphleumonia paruis & saluis alleuiando pectoralia. Iuxta illud Gal. commen. dicti aphorismi. Q. si periphleumonia & pleuresis paruæ sint possunt quidem diarrhoea superueniēte solui. Quintum exemplum est de ægritudinibus melancholicis & dolore sciatico & dolore renum & matricis, q sæpe sanantur ex hæmorrhoydarum fluxu purgante materias, ex quibus nascuntur dictæ ęgritudines. Secūdo dicit ꝙ aliquæ ægritudines quandoq; mutantur ad alias ægritudines deteriores se, ita ꝙ dispositio corporis fit maioris malitiei q̃ erat ante. Et declarat hoc duplici exemplo. Primum est conuersio pleuresis in periphleumoniam, quæ pleuresi deterior est, quia magis est suspecta de suffocatione phthisi & in parte nobiliori. Secundum exemplum est mutatio phrenesis in lethargiam, quæ phrenesi est peior, tum quia causatur ex spissiori materia minus resolubili & euacuabili q̃ sit materia phrenesis, tum quia materia eius est in parte posteriori cerebri, cui supponitur pars cranei durior, & ei non subsunt viæ per quas humores purgētur, vt anteriori parti nares & os colatorij & sic materia lethargiæ, nec bene poterit euaporari, nec inferius deduci sicut in phrenesi, tum quia sensus & motus sunt magis sopiti in lethargia q̃ in phrenesi, quibus virtus expulsiua plurimum iuuari solet.

Et præterea ex ægritudinibus quædam quæ de uno ad alium transit, sicut lepra & scabies & uariola & febris pestilentialis & apostemata putrida & præcipue cum domus strictæ fuerint, & similiter cum uicinus fuerit sub uento & sicut ophtalmia & præcipue ei qui in oculis eum intuetur & sicut congelatio cũ imaginatur aliquis ꝙ acetosũ illud operet̃, et sicut phthisis & albaras.

Morbi cōtagiosi .9.

In hac parte septima numerat princeps nouē morbos contagiosos qui dicuntur contagiosi, quia inficiunt astātes ęgro, & dicuntur transire de vno ad alium, non ꝙ ijdem numero transeant de vno subiecto ad aliud, quia hoc est impossibile accidere, sed quia sibi similes generant in his qui diu ægro assistunt, & dispositi sunt ad similes morbos.

Lepra.

Primus est lepra cuius contagium est tantum ꝙ nedum assistentes in eadem domo, sed etiam vicinos inficit; ideo leges sanxerunt vt separentur a communione sanorum, & in campis solitarij habitent.

Scabies

Secūdus est scabies quæ tripliciter assistētes inficit. primo ex contactu. secundo ex decubitu sub eisdem pannis. tertio ex balneari vel stufari cum scabioso vel post hunc in eodem balneo vel stufa.

Variola

Tertius est variola. Et sub ea intellige morbillum, quæ cum multiplicat in pueris & prouectis est presagium futurę pestilētiæ. Et non solum inficit his modis quibus scabies, immo respirationibus inficit aerē, q sanos inficit ab his inspiratus. Cuius ratio est quia scabies ē morbus exteriorum partium, sed in variolis ęgrotant tā exteriores q̃ interiores partes maxime pectorales & viæ aeris.

Febris pestilēs.

Quartus est febris pestilentialis. Et sub hac intellige fluxum ventris pestilentialem, qui cōmuniter non caret dicta febre. Et istius febris contagium est tantū ex vaporibus & fumis exeuntibus ab ęgro tam per anhelitum q̃ per poros corporis ꝙ inficit domum & vicos & vicos & villam. Et sępe visum est pestem inuasisse villas ex vestibus & suis pellectilibus ad eas delatis ex locis infectis. Et ideo expediret reipublice plus q̃ de leprosis ꝙ infecti hac febre separentur a sanis & ilico ducerentur extra ciuitates & villas & custodirentur per uetulas ineptas ad suscipiēdum contagium, maxime a principio pestilentiæ priusq̃ sic incādescat & augeatur ꝙ præ multitudine infectorum id commode fieri nō possit.

Ap̄a putridū.

Quintus est apostema putridum. maxime cum habens ipsum fuerit in domo stricta & vicini astātes ęgro fuerit sub vento, sic. n. facile totus aer camerę vaporibus infectus apostematis & a vento delatus inficit astantes. Et licet omne apostema & ulcus malę putredinis & vehementis recte dici possint contagiosa, specialiter tamē bochia epidimialia antraces & carbūculi cætera pręcedunt in malitia contagij.

Ophtalmia.

Sextus est ophthalmia & est apostema in coniunctiua oculi, maxime tunc inficiens astantem dum de prope respicit ægrum in oculo. Et hoc intendit dum dicit. Et pręcipue ei .s. astanti prębet contagium, qui eum .s. ęgrum intuetur in oculis. Raro etenim aliter inficit q̃ inspectione ex proximo cum sit apostema paruum paucę saniei non multum malignę. Sed quia oculus est vehementer mobilis rarus & porosus faciliter exeunt ab eo oculo ægro vapores & leuiter a sano recipiuntur & ei ibibuntur.

Dentiū stupor.

Septimus morbus est congelatio .i. stupor quidam dentium cum quis videns aliū comedentem aliquid acetosum imaginatur ꝙ acetosum illud operetur .s. congelet dentes. Ex hac. n. imaginatione congelationem dentium incurrit. Iuxta illud Arist. septima particula problematum problemate octauo. Congelantur autē

dentes

dentes cum uidemus acetosa comedentes. Et congelatos quidem videntes infrigidantur. Non solum ergo congelatio dentium est morbus contagiosus, sed etiam congelatio superuenientis toti corpori. Verum quia hi morbi non ex se transeunt ad alios, sed per imaginationem non proprie dicuntur contagiosi. Octauus est phthisis .i. vlcus pulmonis quæ cum anhe-

Phthisis

litu inficit corrumpens aerem cum expiratione exeuntẽ ab ægro, qui per sanos inspiratus dispositos ad phthisim corrumpit suos humores in pectoralibus quibus obuiat, & ipsi corrupti pulmonem vlcerant. Et istud tempore meo contigit vni medico volens probare si phthisicus quẽ visitabat moriturus in breui esset; sputa eius recollecta sæpius effundit iussit super carbones ardentes, vt olfaciens sentiret si grauiter foeterent. Iuxta illud Hip. aphorismo. 5. Qui a phthisi molestantur si sputum qualecunque expuũt graue foetet super carbones effusum & capilli a capite defluunt mortale est. Et ex frequentibus olfatibus saniei phthisici quem visitabat ipse-

Albaras

met phthisicus tandem effectus est. Nonus est albaras quæ est foeda tinctura cutis penetrans vsque ad ossa, & est duplex vt ante memoratum est, vna alba & alia nigra, inter quas contagiosior est nigra cum sit foeda scabies. excoriatiua præsaga lepre. Iuxta illud prin. quarti. 7. trac. 2. cap. 9. Albaras nigra est illud quod nominatur impetigo excorticatiua, & est scabiositas accidens cuti aspera vehemens & facit squamas sicut sunt pisciũ cũ pruritu, & est propter humorẽ melancholicum imbibentem cutem de eo quod est iuxta eam ibibitiõe fortiore quam vt in colorem imprimat tantũ, & est de antibus lepram. Attende primo quod quidam moderni totidem dixerunt esse contagiosos morbos, sed denominatis quosdam abstulerunt & vice eorum alios nominauerunt. Iuxta illud metricum. Antrax lippa lepra scabies peditom sacer ignis. Febris acuta phthisis phrenesis contagia præstãt. Et intellige per lippam humiditatem saniosam ad exteriora oculorũ maxime ad eorum angulos profluentem quæ quandoque est tantæ viscositatis vt faciat palpebras adherere sibi inuicem, & talis apparet in declinatione opthalmię per exiturã & in maturatione reumatum descendẽtiũ ad oculos. Et per pedi-

Ægritudo cõtagiosa triplex.

tõ intellige epilepsiam. Et per sacrum ignem intellige ignẽ persicum prunam aut carbunculum. Attende secundo quod ægritudines contagiosæ maxime præstant sua contagia altero trium modorum .s. vel mobilitate membri ægri & dispositione recipientis, vt opthalmia, vel corruptiõe anhelitus vt phthisis & febris pestilentialis, vel quia sua mã ẽ i superficie corporis dispersa spirans foetidos vapores adherentes circumstantibus sua viscositate sicut scabies & lepra Te-

Aristo.

ste Ar. particula septima problematũ problemate. 7. Quærente propter quid a phthisi & opthalmia & scabie approximantes inficiuntur ab hydropisi vero febre & apoplexia nõ occupantur neque ab alijs. Et respondet sic. Opthalmia quidem quia mobilissimus oculus, et maxime assimilatur ei quod videtur aliorum, aut mouetur moto, quare & econtra videns turbatum turbatur maxime. Phthisis autem quia spiritum prauum facit & grauem, citissime autem ægritudines istæ tingunt omnes quæcunque hoc corrupto fiunt vt pestilentiales. Scabies autem solum aliorum sicut lepræ & talium, quia superficiale & viscosum quod defluit, pruriginosa. n. talia.

Attende tertio quod aliqui sunt morbi contagiosi alij a prædictis non in toto genere suo, sed secundum aliquas ipsorum spẽs vel aliqua tempora. Iuxta illud prin. tertij. 14. tracta. 3. ca. 6. Et quandoque accidũt colica & ileos secundum semitam acci-

Sanitas an in alios diffũdi possit.

dentię ægritudinum pestilentialium aduenientium & peruenientium de regione ad regionem & de homine ad hominẽ. Itẽ alba menstrua non in toto genere sunt contagiosa, sed quæ sunt ex eis putrida corrupta præstant contagium simul decũbentibus aut balneantibus. Quæritur hic vtrum sint aliquæ sanitates contagiosæ seu transeuntes de vno i alios sicut aliqui tales morbi. Videtur quod sic. sanitas est de genere boni, sed boni ratio est esse diffusiuum sui. Item fertur quod le-

Gal.

prosi gaudent & melius habent ex conuersatione cum sanis & receptione anhelitus eorum. Item dicit Gal. 5. de simplici medi. c. 1. Et ego quidem non scio rem magis vltimam in adiuuando stomachum super digestionem cibi quam corpus hominis quod occurrit ei & tangit ipsum deforis. Quidam ergo homines applicant ad se pueros i nocte amplexãtes eos. Inueniunt ergo propter illud iuuamentum manifestum valde, quoniam ista caliditas quæ occurrit stomacho ex corporibus illorum puerorum est magis propria caliditati naturali & plus conueniens ei quam caliditas quæ est ex vaporatione. hæc Gal. Item dicit Damascenus i suis aphorismis. Multum iuuat paralyticos ad eorum latera naturalem calorem apponere, non tamen igneum sed adolescentis puellę. Sanitas ergo videtur sui diffusiua trãsiens ad alios sicut ęgritudo. Op-

Aristo.

positum supponit Ar. septima particula problematum problemate. 4. quęrẽs. Propter quid ab ęgritudinibus quidam quibusdam ægrotant approximantes a sanitate autẽ nemo sanatur & respondet ibi dicens. Aut quia ægritudo quidem motus est, sanitas autem quies. Hæc quidem mouet. hæc uero non, aut quidem volenti fit, hæc vero nolenti. Et itaque nõ voluntaria voluntarijs & his quę sunt ex prudentia differũt. dic primo quod nihil peribet sanitatem complexionalem, maxime secundum qualitates actiuas se diffundere & transire de vno ad alium, vt declarãt rationes ante oppositum. Dic secundo quod nec ita sæpe nec ita notorie nec ita velociter nec ita fortiter sanitas complexionalis se diffundit sicut ægritudo. Cuius ratio est, quia sanitas consistit in quodam temperamento, morbus vero in distemperamento, sed distemperata fortius & velocius & manifestius imprimunt quam temperata sicut clare apparet in extrinsecis. Dic tertio quod sanitas in compositione vel vnione non se diffundit, neque transit de vno ad alium, quia compositio & vnio non sunt actiuæ de se extra proprium subiectum.

Et sunt ægritudinum quædam quæ in semine hereditantur, sicut albaras alba & tyria naturalis & podagra & phthisis & lepra.

Ægritudo hereditaria quintuplex.

In hac parte octaua dicit prin. quod aliquę sunt ęgritudines hereditariæ quæ in semine hereditantur. i. trahunt originem ex spermatibus parẽtum vel sanguine menstruo ex quibus sumus. Et dicuntur hereditariæ quia descendunt a parẽtibus in filios aut filias sicut hereditaria temporalium bonorum, & enumerat quinque tales ęgritudines. Prima est albaras alba, & est fœda albedo cutis penetrans in carnem vsque ad ossa procedens ex phlegmate illic retento & debilitate virtutis assimilatiuę. Sed quid de nigra nunquid est hẽditaria sicut alba. Dic quod non adeo sicut alba, quia est superficialior minus penetrans in carnem, & non minus maculans materiã spermatis. Secunda est tyria naturalis. i. a natiuitate inexistens, & est infirmitas cutis capitis depilatione foedans cutẽ quasi squamis serpentis, & ideo dicta ẽ tyria a tyro & ophiasis ab ophi quod est serpens. Et non est mirum si ægritudo ista est hereditaria cum cerebrum in ea multum sit alteratũ a quo descinditur pars materię spermatis nõ modica. Tertia est podagra. i. gutta pedum a pos quod est pes & ęgritudo quasi pedum ęgritudo. Et sub hac intellige alias guttę species. s. arteticam & chiragram. Quæ ideo censetur hereditaria, quia iuncturæ in coitu laborant, & a debilibus excutitur debile semẽ in uirtute actiua & materia. Quarta est phthisis qua pulmo primo læditur & cor ex consequenti. Cuius est dare spermati plurimum caloris & spirituum. Non ergo mirum est si phthisis hereditetur. Quinta est lepra cuius causa efficiens antiquior est malitia complexiõis hepatis declinis ualde ad caliditatem & siccitatẽ, quare adurit sanguinem in melancholiam, ut ait prin. quarti tertia tractatu. 3. cap. primo. Cum ergo in lepra hepar sit uehementer alteratum, & ex consequenti sanguis & medio sanguis spma quod est superfluitas utilis alimenti ultimi, non est mirum si lepra sit hereditarius morbus. Attẽde primo quod ægritudines hereditariæ non se communiter manifestant ab initio natiuitatis, sed sunt quidam habitus congeniti ex malitia cõplonis

vel compositionis contracta a seminibus parentū ad quos sequitur naturalis potentia de secunda spē qualitatis ad leui teractu recipiendum dictas ægritudines. Raro nanq; fit generatio ex spermate tantę infectionis & malitiei q actu faciat nasci hominem phthisicum aut leprosum. Sed nascit qn cum pectore stricto & spatulis alatis & longo collo & capite reumatico, & talis est aptitud ne phthisicus & fit actu talis a leui causa. Attende secundo q ægritudines acutę nō communiter hereditantur, quia durantibus ipsis raro fit coitus & raro faciunt, impressiones habituales diu duraturas. Sed durantibus chronicis fit coitus, & generatio ex seminibus infectis ideo transeunt a parentibus in prolē, maxime in genitura ex parentibus iam diu grauatis talibus morbis. Attende tertio q non solum quinque hic nominati morbi sunt hereditarij, sed etiam plures alij sicut calculus epilepsia vertigo monoculitas mancitas. Solet. n. mancus generare mancum & monoculus monoculum. Et fere omnes morbi membrorum principalium diu tenēt habituati materiam spermatis inficientes decisam ab eis sunt aliquo modo hereditarij. Attende quarto q causa potissima, quare morbi hereditantur a parentibus in filios, est infectio spermatis, quod a sano membro descindens sanum & ab ægro ęgrum, Ipsum. n. secundum medicos est materia & agens in generatione. Iuxta illud Gal. 6. apho. commen. illius canonis Eunuchi nō podagricant. Ex hereditate etiam podagra concomitatur. sperma. n. quia maculatum fuerat necessario pedes debilitantur filiorum passione duplicata & ex parentum culpa & ex sui causa. Attende quinto q effectus morborum hereditariorum potest impediri vel retardari bono regie parentum & filiorum vel filiarum. Parentum quidem, quia iam sobria munda & temperata diæta se regere possunt q habebūt sanguinem bonum, & sperma quod est superfluitas alimēti vltimi non commaculatum infectione morbi hereditarij, cū nondum in poros membrorum fluxerit, sed manserit in uenis. Filiorum vero quia sicut malorum morum inclinationes a natura disciplinis & bonis conuersationibus prohibentur a malis actibus, sic inclinationes ad morbos conuenienti diæta prohibentur a morbis.

Hereditarij morbi preter quinque. Auicē.

Gal.

Et sunt ægritudinum quædam quæ sunt generales quæ sunt alicui genti propriæ aut in aliqua regione morantibus aut in eis multū abundant. Debes præterea scire quod membrorum debilitas complexionis sequitur malitiam & solutionem fabricationis.

In hac parte nona quę est de ęgritudinibus regionalibus dicit primo prin. q quędam sunt ęgritudines generales quę sunt proprie alicui genti vel cōmorantibus in aliqua regione, vel si non sint proprię illi genti aut habitantibus in illa regione quia non conueniunt omnibus habitantibus ī ea abūdant tamen & multiplicantur apud illas gentem & regionē. Et hæ ægritudines dicuntur generales quia conueniunt pluribus suppositis illius gentis aut regionis. Et dicuntur pprię illi genti aut regioni quia non sic multiplicantur apud alias gentes aut regiones. De numero istarum ægritudinum ē elephantia, quæ in alexandria multiplicatur. Iuxta illud Galeni secundo de apostematibus ad Glauconem. cap. 27. Secundum alexandriam denique elephantia patiuntur plurimi propter diętam & caliditatem regionis, secundum Germanias autem & Mysiam rarissime hæc passio fieri visa est. Sed in alexādria plurimum generatio est eius propter diætā. Ocros enim comedunt id est quoddam legumē simile ipsis; & lentem & conchilia & salita & multas quidem aliorum carnes & alia talia grossum & melancholicum humorem generantia. hæc Galenus. Item de numero morborum regionalium est vena medē sumens nomen a ciuitate medena iuxta baldac in qua abūdat, & de hac ait princeps quarti tertia tractatu secundo cap. vltimo dicens. Vena medē est ut accidat super partem corporis pustula quędam inflans deinde vesicat, postea ęgreditur ex ea quiddam rubeum ad nigredinē declive, deinde nō cessat prolongari & prolongatur & fortassis est ei motus voluntarius sub cute ac si esset motus animalis, & quasi in veritate sit vermis donec ęstiment quidam q sit animal quod generetur. Et ęstimant quidam q sit ramus vilis nerui per vehementiam grossitudinis. Et plurimum quidē accidit ī cruribus hęc princeps. Sunt etiam ex ęgritudinibus regionalibus quædam bochia gutturalia, quæ multiplicanē in quibusdam regionibus Sabaudię quę licet sint vehementer grossa, & quādoq; duo vel tria simul non inde se plāgūt, nec remedium quęrunt habentes, ea neq; turpia putant vel indecora. Secundo dicit q debilitas membrorum sequitū malitiam complexionis aut solutionem fabricationis id ē defectum organiçationis debitę vel vnionis. nam a malitia cōplexionis procedit debilitas membrorum consimilium, & a defectu debitę organiçationis debilitas organicorum, & a defectu vnionis debilitas vtrorūq;. Vel intellige si vis p solutionem fabricationis raritatem nimiā contexturæ mēbrorum. Et ista clausula potest adaptari clausulæ de morbis hereditarijs velut commemorans ipsorum causas.

Ægritudines regionales quæ.

Gal.

Ocros quid.

Finis expōnis Iacobi de partibus super septem capitulis antecedētibus Doctrinæ primę Fen secūdę primi Canonis, quæ Iacobus de Foroliuio non exposuerat.

Incipit expositio Iacobi Foroliuiensis super hoc caplo Summæ primę Doctrinæ secundæ Fen secundæ.

Doctrinę ij. Fen secundæ sunt duæ summæ,

Summæ primæ quæ est de rebus quæ accidūt ab unaquaq; causarū cōium sunt uiginti capla.

Caplm primum est uerbum vle de causis.

CAusę dispositionum corporis quarū iam præmisimus uariationem .s. sanitatis & ægritudinis & dispositionis quæ inter eas media existit, sunt tres antecedentes & primitiuæ & coniunctæ.

Primo nota q per causas in proposito intelligit nō cuiuscunq; generis causas, quia non materiales, nec formales, De his. n. supra fen prima cap. de subiectis medicinæ satis ē determinatum, sed hic determinat solum de efficiētibus, sub efficiente intelligendo vt supra tactum est, causam producentem, & causam consentaneam. Secundo nota non esse intentionem Aui. omnem dispositionem existentem in corpore nostro actualiter pendere a causa primitiua coniuncta uel antecedente, hoc enim non est necessarium, vt patet de hectica. Sed intellectus est q omnis causa causans. puta pducēs vel conseruans aliquam dispositionem ī corpore nostro aut est añs, aut coniuncta aut primitiua. Tertio nota hic ex terminis Aui. tam sanitatem q̄ ægritudinem vel neutralitatē habere vel habere posse causas iam dictas. De ægritudie. n. aut neutralitate non est dubium. Sed de sanitate patet ponendo sor. febrire febre sanguinea ab humore reducibili ad benignum, & q detur sorti lactuca aut papauer alterās sanguinem &c. Et patet lactucam esse causam primitiuam, sanguinem autem nondum reductum antecedentem, dum vero temperatus est & reductus est causa coniuncta &c.

Causa triplex.

Antecedens uero & coniuncta communicant in hoc q ambæ sunt res corporeę .l. humorales aut complexionales aut compositionales.

Primo nota per causas corporales in proposito non debemus intelligere causas quæ sunt corpora. sic. n. sol aer dicerētur in proposito causæ corporales. Similiter in proposito p causas corporales non debemus intelligere causas quæ sunt in nobis. sic. n. accidentia animæ deberent dici corporalia cuius tamen oppositum innuit communis modus loquendi. Per causas ergo corporales debemus intelligere causas ī corpore existentes principaliter ex parte corporis se tenentes & nō alteri attributas nec alicui corpori vel rei extrinsecę, quales

Cā corporalis quæ.

humores

humores cōplones et ē dicimus eē cāæ corporales. humores .n. solū corpori attribuunt. solū .n. corpus dr̄ principalr̄ sanguineum, cholicū &c. & silr̄ cōplo, & sic de alijs cāis corporalibus q̄ corpori principalr̄ attribuunt; & secūm quas pr̄ecipale denolantur corpus capiēdo corpus p̄ toto cōposito. Ecōtra vero dūt cāæ nō corporales vel extra corpus. Et q̄ p3, q̄ licet timor, ira, labor, sint actiones vel passiones corpis, qa tū plus ex parte aīæ q̄ corporis se tenēt, iō tales non dūt cāæ corporales. Ex quibus seqr̄ q̄ nō iō dr̄ aliqua cā corporalis, qa sit de corporis eēntia vt p 1 de cōplone pternāli. Scđo seqr̄ eā īdē cām respcū diuersoꝝ sil posse dici corpalē & incorporalē, vt caliditas humoris in sor. putrescētis est respectu sor. cā corpalis: q̄ tū respcū plonis si sor. p ipsam calefaceret plonē eēt cā extrinseca & nō corporalis. Scđo ēt respectu eiusdē, & hoc tū secundū diuersas partes, vt si manus sor. calefaceret stōm suū, qa. s. cū ea calorē reuerberaret. Secūdo nota q̄ cāæ añtes et cōiunctæ sunt corporales: qa non sunt nisi cāæ complexiōales, aut humorales respectu eius cui attribuuntur, vt patet de humore putrescente, aut parato putrescere, vt infra patebit adhuc plus.

Primitiuę uero sunt quę extra corpis exnt substantiā aut ex parte corporū extrinsecorū, sicut q̄ ex uerberatione accidit & ex caliditate aeris & ex cibo calido & frigido quæ corpori aduenīūt, aut ex pte animę, anima .n. aliud ē a corpe, sicut qđ accidit pp irā et timorē & silia. Et cāæ quidē añtes et primitiuæ cōicāt in hoc q̄ inter eas et dispōnes quas nominauimus aliqđ existit mediū. Et cāæ primitiuæ tōiunctę q̄nq3 cōicāt in hoc q̄ inter ipsas et inter predictas dispōnes nō inuenit mediū. Añtes uero cāæ a cōiūctis differūt, eo q̄ cū cāis añtibus nō aduenit dispō, sed inter eas aliæ existunt cāæ quæ sunt dispōni propinquiores añtibus.

Cāæ re ca diffinitio.

Primo nota ex tota lr̄a Auic. hic & in partibus pcedentibus pōt colligi istæ distōnes. Pria cāꝝ q̄dā sunt corporales, q̄dā nō corporales. Scđo cāꝝ corpālium q̄dā sunt añtes, q̄dā coniunctæ. Cāæ autem non corporales & primitiuę sunt idem. & dūr primitiuę, quia multum al...ssocedūt eās. Secundo nota ex lr̄a Aui. pp duo pōt dici aliqua cā primitiua vel quia tenet se ex parte aīæ principalr̄ et ei principalr̄ attribuitur, vt ira, timor, q̄ dūt cāæ primitiuæ cū aīa uideat quid extra corpus & a corpore distīctū. vel qa attribuit alicui nobis extrinseco, vel saltē sitis naturæ rei extrinsecæ. vt est reuerberatio vel calefactio cibi & pōtus. Hos duos modos tāgit in littera. Ex quibus colligitur descriptio cōpleta cāæ primitiuæ. s. q̄ cā primitiua est cā corpori non principalr̄ attributa, quia nec complexionalis, nec compositionalis.

Cā primitiua quid.

Et cāæ añtes differunt a primitiuis in hoc q̄ ipsæ sunt corporales, & ēt inter añtes & inter dispōnē pculdubio interuenit mediū sed in causis primitiuis non est hoc nečium. Cāæ quoq3 coniunctæ a primitiuis differunt in hoc q̄ sunt corporales, & ēt q̄ inter cās coniunctas & inter dispōnē non est mediū. In causis uero primitiuis non est hoc nečium, immo duæ res in eis sunt poſſes. Cāæ ergo añtes sunt cāæ corporales. s. humorales aut cōplonales: aut compositionales. Et ipsæ quidē sunt ex quibus aduenit dispositio non primo aduentu, sed aduenit ex eis aliquo mediante.

Cās añs duplr.

Nota q̄ vt ex dictis multis auctorū colli cā añs sumit duplr. Primo mō p qualibet cā añte effectū, & sic cās primitiuas dicimus esse añtes, & sic non sumitur cā añs in pposito, Scđo sumitur pprie p cā corporali inter quā & effectū cadit mediū, & sic sumit in pposito, sic .n. dicimus humorē paratū putrescere fore cām añtem febris. Scđo nota q̄ inter cām añtem & effectū cadere pōt duplex mediū. s. tēpale mediatione tpis, & cāle mediatiōe cāę. Et ex hoc seqē dictō cōis q̄ duplr dr̄ aliq̄ cā corpalis añs, Prio qa nō actu cāt, sed est cātura aut parata cāre. Scđo quia licet cāns actu non tū nisi p cām mediā. Ad ppositū effectūq3 sumat añs, cā tū ipsa cōuenit cū primitiua. Primo in tpis mediatione, ut sol prius tpe calefacit spūs q̄ febrē faciat ephemerā. Scđo qa mediatione cāæ qa primitiuæ mouēt q̄nq3 añtes cās, vt pria q̄rti cap. de ephemera. 1. cap. Tertio nota nō eē intētionē Aui. q̄ sp inter causam primitiuam & effectum, qui est sanitas, vel ægritudo, uel neutralitas cadat cā media, cū sit possibile hecticam a causa primitiua fieri incipiendo, sed vult illud esse possibile licet non sit necessarium, & ideo communicant q̄nq3, licet non semper necessario in hoc communicant.

20 Et cāæ coiūctæ sunt cāæ corporales, ex quibus dispōnes pueniūt primo aduentu. s. absq3 medio. Et cāę primitiuę sunt cāæ non corporales, ex quibus proueniunt dispōnes aduentu primo aut nō primo. Exēplū cārū antecedētiū est replō febris. Et repletio receptaculorū oculi, ut aqua in ipsum descendat. Exemplū cārū coniunctarū est putredo febris et humor qui ad foramē descendit oppilationi & oppilatio cæcitati. Exēplū cārū primitiuarum ē caliditas solis aut fortitudo motus aut tristitia aut uigilia, aut comedere rē calefaciētem sicut allea & hoc tm̄ febri, aut percussio dilatationi & descensui aquæ ad oculū. Oēs autē cāæ aut sunt cāæ scđm essentiā, sicut piper cū calefacit, & opiū cum infrigidat. aut sunt cāæ secundum accidens, sicut aqua frigida cum calefacit, ppea q̄ inspissat cutim & tenet caliditatem, et aqua calida cum infrigidat ppea q̄ resoluit, & sicut scamonea cū infrigidat: iō quod humorē expellit calefacientē. Non omnis uero cā quæ corpori aduenit in ipsum opat, immo præter hoc tria sunt nečia, fortitudo. s. suæ uirtutis agentis, & fortitudo uirtutis corpis præparatiuæ: & politas pmittendi unum tangere aliud tāto tempore ut in tali quale illud possit ex uno prouenire operatio in aliud. Est autem cum causarum dispositiones diuersificātur in eo quod prouenit ex eis. Est .n. cum ex causa una in corporibus diuersis diuersæ proueniunt ægritudines. Et est cum eius operatio diuersificatur in debili & forti, & fortis sensus & de debilis sensus. Causarum præterea aliæ sunt quæ sunt uicariæ aliæ quæ non. Et uicariæ quidem sunt, quarum cum separantur remanet affectio. Non uicariæ uero sunt ex quarum separatione prouenit sanitas. Dicemus etiam q̄ causæ quæ mutant dispositiones corporis & illæ quæ cōseruant aut sunt necessariæ, a quibus impossibile est hominem egredi in toto tempore suæ uitæ, aut non necessariæ. Et necessariarum quidem sex sunt genera. Genus aeris circundantis, & genus eius quod comeditur & bibitur, & genus motus & quietis corporeæ, & genus motuum animalium, & genus somni & uigiliæ, & genus

Cā multiplex.

Cāæ necessariæ genus sexuplex.

euacuationis & retentionis. De genere ergo aeris est nobis prius loquendum.

Iacobus Foroliuiensis non exposuit alia tresdecim capitula huius primae summae doctrinae secundae fen secundae primi canonis quae bene exposuit Iacobus de partibus verum quia sunt satis clara eorum expositio omissa est, & solus textus est positus.

Expositio Iacobi Foroliuiensis super hoc. 15. capitulo.

Capitulum xv. Summae primae doctrinae secundae fen secundae. Est de his quae proueniunt ex his quae comeduntur & bibuntur.



Vod comeditur & bibitur in corpore humano tribus operatur modis. Aut enim in ipso sola sui qualitate operationem efficit. Aut sui materia. Aut operationem facit tota substantia. Et fortasse res quae ex his tribus intelliguntur verbis propinquae erunt secundum linguae considerationem. Sed cum de his loquimur intentiones exprimere uolumus quas modo nominabimus.

Nota primo quod per illud quod comeditur & bibitur in proposito intelligit Aui. omne illud quod est deglutibile a nobis cum masticatione vel sine masticatione, siue tale fuerit cibus vel medicina, siue purus potus, de quolibet tali verus est sermo Auic. Secundo nota hos tres modos operandi non solum fore competentes his quae comeduntur et bibuntur, sed etiam his quae corpori nostro extrinsecus approximantur. Isti modi operandi vel saltem ipsorum aliquid competere possunt. Contingit. n. aliquid exterius approximatum operari a qualitate, vt euphorbium calefacere, mucillaginem psyllij & opium infrigidare. Similiter a forma specifica operari, vt hyacinthum & corallum ad collum suspensum cor confortare, et peoniam epilepsiam sanare &c. Hos ergo in proposito solum his attribuit quia de his est sermo. Tertio nota non esse intentionem Auic. illud quod comeditur & bibitur precipue posse aliquo modorum iam dictorum in corpore nostro operari contingit enim cibum assumptum sui grauitate in corporis impressionem facere, aut quantitate stomachum grauando aut nimium extendendo laedere, & tamen haec operatio non potest dici a materia, vel qualitate, vel forma specifica vt patebit infra. Similiter gladius comestus a struthio posset cum cuspide operari. Sed intellectus Aui. est quod modi principales quibus saepe contingit ingrediens corpus nostrum in ipso operari tres iam dicti. Quarto principaliter nota quod per operari in proposito vel operationem non solum intelligere debemus agere vel actionem nec etiam solum pati vel passionem, sed indifferenter vtrunque. Dicitur. n. aliquid operari non solum agendo, sed etiam patiendo, vt materia operatur ad generationem. Et quod operatur a materia & nutrit corpus solum patitur & transmutatur. Quod tamen a qualitate operatur agit & transmutat &c. Quinto nota quod per operans a qualitate in proposito, vt infra videbitur intelligere debemus illud quod ingrediens &c. agit in corpus nostrum per aliquam vel aliquas de qualitatibus manifestis primis, vt piper calefaciendo, & papauer infrigidando. Per operans vero a materia intelligere debemus illud quod ingrediens corpus nostrum aptum natum est vt per paucas transmutationes formam propriam amittat, & formam membri nostri corporis vel partis recipiat. Dico autem notanter per paucas transmutationes, ad differentiam ellebori vel veneni. Et dico notanter membri vel partis, propter illud quod aptum est vt faciliter in spiritum conuertatur, quia quamuis non sit membrum ponitur tamen a medicis pars corporis humani. Per operans autem a forma specifica intelligere debemus omne illud quod operatur agendo vel patiendo secundum formae suae substantialis inclinationem per dispositionem occultam in qualitates manifestas non reducibilem, sicut venena plurima agunt corrumpendo. Et dicitur haec operatio a forma specifica, uel quia attribuitur omni indiuiduo eiusdem speciei, vel quia non est nobis nota singularis dispositio a qua prouenit vel manifesta. Dicitur etiam a tota substantia, quia non apparet nobis determinata pars substantiae illius effectus productiua, vel forte propter causam dictam. Dicitur etiam a proprietate vel forma occulta per idem.

Operari vel operatio dupliciter.

Operans a qualitate quid.

Operans a materia quid.

Operans a forma specifica quid.

Sui uero qualitate agens est illud quod calefieri solet cum est in corpore hominis aut infrigidari & calefacit caliditate sua aut frigefacit sua frigiditate ita quod non ei assimilatur.

Primo nota quod operantium a qualitate, quia. s. calefacientium & infrigidantium corpus humanum, quaedam dicuntur formaliter talia, & quaedam virtualiter tantum. Exemplum primi, vt aqua dicitur actualiter frigida, & ignis actualiter calidus. Exemplum secundi, vt piper & euphorbium dicuntur virtualiter talia. s. calida, quia & si non habeant in se actualem caliditatem per quam apta sint calefacere in se tamen habent principium, puta complexionem caliditatis in humano corpore productiuum. Ad propositum igitur hic non facit Aui. mentionem nisi de virtualiter talibus quae in corpore recepta indigent eorum reductione ad actum a calore nostri corporis, propter quod dixit, solet calefieri & infrigidari &c. Notum est. n. quod formaliter talia non oportet cum calefiant aut infrigidentur, vt a qualitate in corpore humano operentur, sicut intelligenti patere potest. Secundo nota quod adhuc eorum quae dicuntur virtualiter talia, quaedam sunt iuxta modum loquendi medicorum actualiter talia, & quaedam sunt potentialiter talia. Prima sunt quae in se habent actu sufficiens principium productiuum qualitatis respectu cuius dicuntur virtualiter talia, vel sunt illudmet principium. verbi gratia. sol dicitur virtualiter calidus, & cum hoc actualiter in se habet principium sufficiens ad productionem caloris puta lucem. similiter radius lucis cum sit illudmet principium sufficiens. Per virtualiter autem talia & potentialiter intelligere debemus ista, quae nec sunt formaliter talia nec in se habent principium sufficiens ad producendum qualitatem istam respectu cuius dicuntur talia virtualiter, sed indigent extrinseco motore iuuante ad hoc, vt huiusmodi qualitatem valeant producere. Exempli gratia vt piper aut pirethrum sunt virtualiter tantum talia & non actualiter, quia non habent in se principium &c. sed potencialiter, quia oportet illa prius ad actum a calore nostri corporis reduci, vt satis infra patebit. Ad propositum ergo de virtualiter talibus primo modo dictis non est in proposito sermo sed solum de talibus potentialiter siue secundo modo dictis, talia enim sunt quae calefieri solent &c. Tertio principaliter nota quod hic describitur proprie operans a qualitate positum in gradu respectu humani corporis, tale enim in corpore caliditatem efficit vel frigiditatem, quod de medicina temperata dicere non valemus licet a quibusdam dicatur, quod & si respectu temperati non efficiat, in alijs tamen corporibus caliditatem producit aut frigiditatem. Vel dici potest quod per extrema dedit intelligi medium. Dum enim dixit quod caliditatem efficit & frigiditatem intelligere possumus aut neutrum: sed temperiem conseruat, quae est effectus medius etiam a qualitate proueniens. Quarto nota ex dictis Auicen. intelligi posse modum reductionis ad actum medicinarum tam calidarum quam frigidarum, qua dicuntur in potentia tales. Modus enim est iste, quia medicinae corpori applicatae a corpore nostro calefiunt, subtiliantur & in vaporem conuertuntur & per formas earum substanciales tanquam per principia principalia & earum complexiones tanquam per instrumenta producunt suas qualitates, vt sunt caliditas & frigiditas. Ex quo patet secundum intentionem Auice. tam calidas quam frigidas medicinas a calore nostri corporis ad actum reduci. Differunt tamen medicina calida & frigida. Nam non solum

Operans a qualitate dupliciter.

Virtualiter tale dupliciter.

calida iuuat a calore nostri corporis in hoc quod subtiliat &c. sed etiam caliditate sibi data a corpore tanquam partiali utitur instrumento in calefaciendo. Econtra autem frigida. Opium enim caliditate sibi data in corpore non vtitur tanquam instrumento in infrigidando corpus. Et forte hanc sententiam voluit Gal. 3. complexionum, & pluries alibi dum dixit. Frigidam medicinam statim occurrentem infrigidare ipsa non passa a corpore. i. non recipiente a corpore instrumentum totale vel partiale quo ipsa agat. Quinto nota quod dum dicit, solet calefieri aut infrigidari et calefacit caliditate sui aut infrigidat frigiditate sui &c. duplicem potest habere expositionem. Prima quia reducitur ad actum caloris in se quo post calefacit & similiter frigiditas. Iste intellectus reciperet instantiam de opio quod si euomitur apparet tepidum, licet infrigidet. huic tamen dari posset responsio congrua. Secundo exponi potest calefieri, aut infrigidari. s. fieri sufficiens pro eius principium calefacere vel infrigidare. hoc autem dicitur caliditas siue frigiditas ab effectu quem producit siue lumen dicimus calorem. Sexto nota non esse intentionem Auic. illud quod operatur a qualitate non conuerti & assimilari posse membris nostri corporis: oppositum enim patebit infra, sed vult quod res pro quanto operatur a qualitate: vt sic agit & non assimilatur &c. secundum enim quod assimilatur dicitur operari a materia. Vel potest dici fore intentionem Auic. describere operans a qualitate tantum, sic quod non a materia. Tale enim vt patet non faciliter & per paucas transmutationes in substantiam nostri corporis aptum est conuerti. Ex his notatis soluuntur haec dubia. Primum, quia multa a qualitate in humano corpore operantur tamen ab ipso non calefiunt nec infrigidantur, ut aqua calida. Secundum dubium: quia nihil ingrediens corpus nostrum & in eo a qualitate operatiuum ab ipso solet infrigidari. Tertium dubium contra descriptionem, quia multa a qualitate sunt operatiua quae tamen nec calefaciunt, nec infrigidant, sed solum in sua temperie conseruant, vt medicina temperata. Quartum dubium contra illam partem, ita quod ei non assimiletur: quia cibus medicinalis ut lactuca assimilatur corpori, & qualitate operatur. Ad primum patet, quia loquitur de virtualiter talibus. Ad secundum infrigidari. i. fieri potens ad infrigidandum. Ad tertium dicitur primo quod dat intelligere medium per extrema. s. calefacit, vel infrigidat, aut in sua temperie conseruat. Ad quartum patet responsio, quia vult quod ratione qua a qualitate operans non assimilatur. Vel dic quod loquitur de eo quod sic est a qualitate operans quod non a materia operatur.

Et sui quidem operans materia est illud quod ad sui conuertitur naturam, & recipit formam alicuius diuisionis membrorum humanorum.

Primo nota hic fore apponendas alias conditiones quae tangebantur in descriptione operantis a materia, scilicet quod faciliter & per paucas transmutationes &c. propter causas tactas. Secundo nota quod dicit. Recipit formam alicuius diuisionis membrorum. Exponitur. s. recipit formam membrorum aliquorum, vt organicorum aut simplicium &c. istae enim sunt membrorum diuisiones, vt patet.

Sed eius materia licet formam illam recipiat est tamen cum accidit, ut aliqua suarum qualitatum quas habebat quae suo modo fortior existit quam humani corporis qualitas in ipsa remanere eam faciat a principio rei, donec compleatur coagulatio & assimilatio sicut sanguis qui generatur ex lactucis, quoniam in ipso est plus frigiditatis quam sit in complexione hominis, licet sit factus sanguis & sit bonus ad hoc, ut membri hominis pars fiat, & sanguis qui ex alleis generatur huic existit contrarius.

Primo nota hic ex dictis Auic. colligi distinctionem hanc ab auctoribus communiter positam. s. ciborum, quidam est pure cibus qui cibalis dicitur, quidam vero est cibus medicinalis. Intelligunt autem per cibum cibalem cibum qui est aptus in substantiam nostri corporis conuerti faciliter & per paucas transmutationes & cum hoc corpus nostrum non notabiliter alterat vt panis bene praeparatus &c. Econtra per cibum medicinalem intelligit cibus qui cum hoc quod in substantiam nostri corporis conuertitur etiam corpus nostrum notabiliter alterat. pro quanto conuertitur dicitur cibus. pro quanto autem alterat dicitur medicinalis. Ad propositum medicinalem hic tetigit Auic. dum dixit. Est tamen cum accidit vt aliqua suarum qualitatum &c. Secundo nota ex dictis Aui. hic patere quid per frigidum cibum intelligere debemus, quia. s. cibum istum ex quo aptus est generari chylus frigidus respectu temperati chyli, similiter sanguis frigidus respectu sanguinis temperati, ex quo humiditates frigidae secundae generantur respectu temperatarum & tandem pars membri vel membrorum partes reperiuntur frigidae respectu temperatorum membrorum. Consimiliter dicatur de cibo calido. Haec voluit Aui. dum dixit hanc qualitatem manere vsque ad assimilationis et coagulationis complementum. Ex quo patet ly vsque in proposito fore tenendum inclusiue. Ex quo patet vlterius differentia inter cibum temperatum & cibos distemperatos in effectu. Et patet vlterius quod praeter cibum temperatum nullus cibus alius potest dici cibalis, sed omnes alij sunt medicinales appellandi. Primum dubium oritur circa dicta quia quantumcunque fuerit cibus temperatus qui a tamen substantialiter a calido transmutatur &c. agit in calidum membrorum. Omne enim agens communicans in materia cum passo in agendo repatitur. Similiter, quia cibus in principio est contrarius corpori, vt secundo de anima. & primo de generatione colligitur, sed contraria iuxta se posita inuicem alterant vel mutuo: igitur &c. Item quia in libro de morte & vita. de mente Arist. habetur quod refrigeratio viuentis fit per alimentum, ideo videtur quod alimentum quantumcunque fuerit temperatum positum alterat membra nostri corporis, & per consequens differentia posita inter cibum cibalem &c. non apparet sufficiens. Secundum dubium. Videtur in dictis Aui. contradictio. Dicit enim qualitatem cibi quandoque esse fortiorem quam sit qualitas corporis: & subdit hanc manere, quousque fiat assimilatio. Sed ex hoc arguitur contradictio: quia si qualitas est fortior &c. igitur ipsa obtinet super corporis qualitatem, & per consequens qualitas corporis non assimilabit nutrimentum, & per consequens non manebit qualitas nutrimenti quousque compleatur coagulatio. Similiter econtra arguitur. haec qualitas manebit quousque compleatur assimilatio. igitur qualitas corporis assimilabit nutrimentum, & per consequens vincet qualitates nutrimenti. non ergo econtra, quod repugnat primae parti. Tertium dubium. Non videtur quod sanguis saltem naturalis in hepate genitus ex lactuca sit frigidus comparatione corporis, & per consequens nec ipsum infrigidare possit. quo modo enim infrigidabit ossa & chartilaginem. Sed ad hoc dic quod est calidior osse actualiter, frigidior tamen virtualiter. Ad primum vero istorum dicitur communiter concedendo cibum quantumcunque temperatum corpus nostrum alterare, quia tamen ipsum non notabiliter alterat in hoc differt a cibo medicinali, vt tactum est. Ille ergo cibus potest dici pure cibalis qui faciliter & per paucas transmutationes aptus est conuerti in substantiam nostri corporis, & cum hoc non est aptus nostrum corpus notabiliter alterare: econtra vero dicitur medicinalis. Contra, quia tunc cibus calidus vel frigidus in primo erit cibalis, aptus est enim conuerti in substantiam nostri corporis, & cum hoc non notabilem facit alterationem, eo quod primus gradus insensibiliter alterat vt infra patebit. Huic potest dici primo quod cibus frigidus in primo & temperatus differunt insensibiliter alterant: quia cibus frigidus in primo, licet insensibiliter quo ad communem sensationem, tamen quo ad iudicium periti medici sensibiliter alterat: quod non est de cibali. Vel

Cibus duplex.

Dubia.

Cibus effectu duplex.

aliter dicitur ꝙ in hoc differunt, quia licet inſẽ aſsibilẽ vterꝗ alteret, frigidus tñ in primo aptus eſt per ſui continuam approximationem corpus extra latitudinem ſuæ ſanitatis ducere, non autem cibalis. Vel aliter differunt, quia cibus tẽperatus taliter alterat corpus ꝙ poſt eius completam cõuerſionem nulla in membro remanet eius impreſſio, eo ꝙ conuertitur in partes ſimiles reſolutis. Cibus tamẽ medicinalis taliter alterat ꝙ poſt conuerſionem eius in ſubſtantiam remanet impreſſio qua conuertitur in partes membrorum calidiores vel frigidiores &c. vt ſupra declaratur. Vel aliter dicitur ad primum dubium vt alias dixi. Notando ꝙ temperancia humana habet latitudinem, & qualia eſt menſura qualitatum debita refecto ex cibo, alia famelico, alia cõpleta nutricatione: & alia antequam fiat nutricatio. ſemper. n. ante digeſtionem cibi aſſumpti debet corpus temperatum peruenire præciſe ad illam menſuram qualitatum quæ corpori tẽperato cibato eſt naturalis ſed frigidus in primo perducit vel aptus eſt citra illam perducere &c. Et propter hoc dicitur cibus temperatus conſeruare & frigidus non. Ad ſecundum dicitur non eſſe intentionem Aui. qualitatem cibi medicinalis eſſe abſolute fortiorem &c. ſed vult ipſam fortiorem exiſtere imprimendo frigiditatem ꝗ ſit membrorũ caliditas potẽs ad eius impreſſionem totaliter impediendã. Hoc autem non arguit ipſam eſſe ſimpliciter et abſolute fortiorem. Qualiter autem maneat hæc qualitas impreſſa a cibo medicinali quouſꝗ compleatur aſſimilatio & coagulatio videbitur in quæſtione.

Sui uero ſubſtantia operans eſt forma ſui ſpecifica agens. Et eſt illa qua ipſum eſt id quod eſt, & non qualitate ſui, præter ꝙ corpori ſimile fiat aut fiat ei ſimile corpus.

Forma ſpecifica triplr.

Primo nota vt ſupra forma ſpecifica ſumitur tripliciter. Et ſecundum hanc triplicem acceptionem poteſt lra tripliciter exponi. Primo per formam ſpecificam intelligendo formam ſubſtantialem, ut ſit ſenſus ꝙ ſpecifica forma. i. forma ſubſtantialis eſt iſta forma quã illud taliter operans eſt illud quod eſt, quia forma eſt illa quæ dat eſſe &c. Sed dices tunc operans a qualitate vt ſic operatur a forma. Dicendum ꝙ non, iuxta cõem modum loquendi medicorum, qui quãdiu comprehendunt qualitatem a qua ꝓuenit actio illam attribuunt qualitati tanquam notiori. Dum autem comprehendunt quod operatur tranſmutari, quia eſſe tranſmutabile eſt paſſio materiæ, illam operationẽ dicunt eſſe a materia. Vbi autem neutrum horum apparet attribuunt formæ ſubſtantiali. Et ſic patet ꝙ licet illa actio ꝓueniens a forma fiat etiã ab illo occulto principio quod eſt formæ inſtrumentum nihilominus attribuunt hoc formæ ſubſtantiali tanquam principaliori. Vel dicendũ vt ſupra illud eſſe verum, ſed non dicitur agere a forma ſpecifica ratione qua a qualitate agens. Secundo exponi poteſt ꝙ hęc forma eſt illa qua agens eſt illud quod eſt. i. taliter operatiuum vel denominatum a tali operatione, vt virtus magnetis attractiua eſt iſta qua denominatur magnes attractiuus. Vel poteſt exponi dicẽdo formã ſpecificam capi large pro quolibet principio occulto, quia tamen ſemper vel vtplurimum cũ alijs occultis principijs cõcurrit etiam ſubſtantialis forma, ideo hanc actionem etiam formæ attribuunt ſubſtantiali. Secundo nota ꝙ dicit; & non qualitate ad denotandum ꝙ illud quod dicitur a forma ſpecifica proprie operari, licet deduceret ab eo qualitas manifeſta deduceretur etiam cõuerſio eius &c. adhuc aliquam ageret actionem vt magnes ferrum attraheret. Vel forte vult ꝙ non agit qualitate manifeſta aut conuertitur ratione qua agens a forma ſpecifica.

Cumꝗ dico qualitatem unam quatuor qualitatum intelligo. Qualitate igitur ſua operantis materia in opere ingreſſum non habet.

Nota primo ex dictis Auic. non omnem operationem a qualitate manifeſta debere dici a qualitate, ſed ſolum quæ a prima qualitate eſt hmõi debet dici. Vñ opꝰ ab odore ſapore & hmõi non debet dici a qualitate, ꝓut in ꝓpoſito ſumitur qualitas. Nota ſecundo ꝙ non hñs qualitatem manifeſtam ſecundum tñ illam tranſmutãs operari dr̃ a qualitate, vt eſt lumen. Nota tertio non eſſe intẽtionem Aui. materiam vel opõnem a materia non hr̃e ingreſſum in operante a qualitate aliquo modo, ſed vult ꝙ operans a qualitate vt ſic non eſt a materia operans, vt ſupra etiam dcm̃ eſt. Hoc ponunt quidam, licet mihi videatur ꝓbabilius eſſe tenendum ꝙ per has qualitates primas dat nobis intelligere ſecundas qualitates iſtas conſequentes vt ſaporẽ odorem et virtutes ſecundas & tertias vt maturatiuum reſolutiuũ aperitiuum ꝓuocatiuum, omnes. n. iſtæ qualitates ſunt.

Opans a q̃litate quid.

Sua uero operans materia eſt illud cuius materia cũ de ſubſtantia quã habebat alterat̃ alteratione quã in ea fecit uirtus quæ eſt in corpore reſtaurat illud, qđ ex eo fuit diſſolutũ primo & accendit calorem innatũ, ꝓpterea ꝙ in ſanguine facit augmentum ſecundo. Et eſt ẽt cum operatur ſuis qualitatibus quæ remãſerunt in ipſo tertio.

Primo nota ꝙ licet primo & ſecundo non denotant ordinem ſecundum prius & poſterius in tempore. prius. n. tempore conuertitur illud quod operatur a materia in ſanguinẽ et augmentat calorem naturalem ꝗ reſtaurat. Sed ly primo & ſecundo denotant ordinem intentionis, quia primo ex nutriente operante a materia intendit natura reſtaurationẽ eius quod diſſoluitur. Secundo augmentum caloris. Tertio alterationem iſtã quæ ſequitur ſi cibus fuerit medicinalis. Vel poſſet ẽt ꝓbabiliter dici ꝙ ly primo et ſecundo denotant potius numerum operationum a materia. Nota ſecundo ꝙ accenſio ſiue augmẽtum caloris naturalis eſt duplex. ſ. graduale & quantitatiuum vel extẽſiuum. Ad ꝓpoſitum hic loquit̃ de augmento quãtitatiuo quod eſt augmentum corporis calidi, licet in gradu non fiat augmentũ, ſed forte qñꝗ diminutio. Notum eſt. n. ꝙ per nutrimentum pure cibale aut etiam frigidum non fieret augmentum in gradu caloris, ſed bene fieret augmentum quantitatiuum corporis calidi puta ſpũs & ſanguis. Ex his ut fundamentis ſolui pñt dubia duo hic moueri ſolita. Primõ contra ly primo & ſecundo, quia prius fit ſpũs & ſanguis gñõ ꝗ reſtauratio, igitur &c. Secundũ dubiũ, quia non vẽ ꝙ operans ſolũ a materia accendat calorem. quia tunc deberet dici cibus calidus operans a qualitate. Ad primum patet quid dcm̃. Ad ſecundũ ſiṙ dr̃ ꝙ non oẽ per ſe augmẽtans calorẽ &c. dr̃ operari a q̃litate etc. ſed ſolum gradualr̃ calorẽ augmentans, qualiter nõ eſt in ꝓpoſito. Ex hoc ẽt patet ridiculũ fuiſſe quoddã dcm̃ cuiuſdã Bononienſis qui dicit ꝙ oẽ operans operatur a qualitate, quia omne tale vt ſic accendit calorem innatũ vt habetur in littera. Patet enim iſtum non clare intellexiſſe quid ſit operari a qualitate, vt ſequitur ex dictis &c.

Accẽſio vel augmẽtum caloris naturaľ duplex.

Et ſua quidẽ operans ſubſtãtia eſt illud quod formã ſuæ ſpẽi operatur quã acquiſiuit poſt cõplõnem, qđ cũ eius ſimplicia ſe cõmiſcuerunt & ex eis gñata fuit res una præparauit ſe ad recipiẽdũ ſpẽm & formã additã ſup̃ illud quod hñt ſimplicia. Hæc ergo forma nõ ẽ qualitates primę, quas habet materia, neꝗ eſt cõplõ quę gñat̃ ex eis, ſed eſt perfectio quã acquiſiuit materia ſecundũ aptitudinẽ, quæ fuit ei acquiſita ex cõplõne ſicut in magnete uirtus attractiua et ſicut naturã cuiuſꝗ ſpẽrũ uegetabiliũ & aĩaliũ. ſ. illa quã hñt poſt cõplõnẽ ꝑ cõplõnis præparationẽ, & neꝗ eſt de ſimplicibus cõplõnibus neꝗ ipſamet cõplõ, quia nõ ẽ caliditas, neꝗ frigiditas, neꝗ ſiccitas, neque humiditas, neꝗ ſimplices, neꝗ cõmixtæ.

Primo nota φ formam specificam acquiri post cõplonẽ duplicẽ põt habere intellectum. Primus quia tẽpore post, & hoc non loquendo de cõplone perfecta in perfecto esse. ista enim est dispõ sufficienter præparans ad specificam formã ideo ipsa posita ponitur specifica forma. Secũdus intellectus esse potest φ aduenit post. s. natura, quia. s. aduentus formæ specificæ dependet ex aduentu cõplonis sicut aduentus formæ in materia dependet ex aduentu dispõnum præparantium materiam ad recipiendum formam, & iste intellectus est verus. Secundo nota. ista lr̃a veritatem hr̃e põt, siue ꝑ formam specificam intelligamus formam subalem &c. siue intelligamus quancũq; occultam dispõnem, qua mediante operatur forma substantialis aduenientem post complexionem & in materia ab ipsa dependentem.

Sed est uerbi gratia. color aut odor, aut anima aut alia forma de nõ perceptis sensu. Et istius formæ quæ generatur ex materia quandoq; est perfectio passio alicuius cũ hæc forma est uirtus passiua, & quandoq; est earum perfectio facere & non aliud & est cum hæc forma est uirtus agendi & non aliud, sed cum est agens: & non aliud, q̃nq; est eius actio in corpore hominis, & quandoq; non. Et eius quidem formæ quæ post complexionem prouenit aliquando accidit, ut sit perfectio passio ab alio cum fuerit hæc forma uirtus passiua. Et quandoq; accidit ut sit perfectio eius in aliud actio. Et quandoq; accidit ut sit hæc forma uirtus super operationem in aliud, & quandoq; euenit ut sit hæc forma adiuuans super operationem in aliud. Sed cum fuerit operatrix in alio aliquando euenit ut sit eius operatio in corpore hominis aliquando non. Et si est uirtus in corpore hominis agens aliquando efficit operationem conuenientem corpori, quandoq; operationem non conuenientem. Tota autem operatio hæc non prouenit ex eius complexione, immo ex eius formá specifica aduenientе post complexionem. Vnde propter hoc uocamus huiusmodi operationem a tota substantia. s. forma specifica et non qualitate. s. non aliqua quatuor qualitatũ, neq; eo φ est earũ commixtio. Conueniẽs uero est sicut peoniæ operatio quæ destruit epilepsiam. Non conueniens autem sicut uirtus napelli quæ hominis corrumpit substantiam.

Peoniæ opõ est destruere epilepsiam.

Exponitur tripliciter. Prima est velut odor quantum ad eius inductionem, sicut enim non inducitur color aut odor nisi prius refractis qualitatibus elementorum & inducta cõplexione mixti, ita nec forma specifica. Ex quo potest cõcludi in simplicibus elementis non esse formam specificã ꝑut est principium occulte operatiuum: Secunda expositio quo ad modũ operandi, quia. s. operans a forma specifica sic agit in hoc φ non in illud, sicut ẽt color ita immutat organũ visus φ non aliud. Tertia expositio est, quę vult oẽm dispositionẽ occulte operantẽ esse formã specificã siue sit occulta siue manifesta, & sic innuit φ color & odor sunt specificæ formæ ꝑ quãto sunt dispões occultæ opantes. Ex q̃ p3 aliquã formã esse subalẽ vt alam, aliquã accñtalẽ occultã ut uirtus magnetis a magnete diffusa, & aliquam manifestã ut color et odor.

Forma triplex.

Rediemus ergo nunc & dicemus, quia cum dicimus φ res quæ comeditur aut qua fit inunctio est calida aut frigida, uolumus dicere φ est sic in potentia & non in effectu, & uolumus dicere φ est in potentia plus calida q̃ corpora nostra, aut plus frigida q̃ corpora nostra. Et cũ hãc potentiam dicimus uolumus dicere uirtutem cõsideratam per operationem caloris quam nostra corpora in ea efficiũt, q̃m cum eius portitor a calore innato qui est in nobis patietur, accidet in ea tunc illud in effectu. Est etiam cum hãc potentiam dicimus & uolumus rẽ aliam dicere. Et est ut sit potentia cum intentione bonitatis aptitudinis, sicut cũ dicimus φ sulfur est calm̃ in potentia. Et est cum dicimus φ res est calida aut frigida & attendimus illud quod in eius cõplone ex quatuor elñtis primis est magis superans, & nõ consideramus opõnem quã in nostris efficit corporibus. Est etiã cũ de medicina dicimus φ est in potentia sic cum fuerit eius potentia in intentione habitus sicut potentia scribæ, qui iã dimisit scribendi operationem & tamen habet in scribendo potentiam, queãdmodum dicimus φ napellus in potentia est corrumpens. Inter hoc uero et primam existit differentia, quia prima nisi postq; corpus conuersione manifesta ea conuertit non exeunt ad effectum. Istud autem aut operatur ipsamet obuiatione sicut uenenum uiperæ aut ꝑ quãlibet cõuersionẽ in sui qualitate sicut napellus. Et inter potẽtias quidẽ primas & inter potẽtiã primã quã noĩamus ẽ aliqua potẽtia media quæ ẽ sicut potẽtia medicinarũ uenenosarꝫ.

Nota primo φ hic Auic. facit mentionem de vnguentis. eadem enim est ratio, & vnum per aliud potest intelligi. Nota etiam φ per non esse tale in effectu intelligitur non esse tale in actu, per effectum actum intelligẽdo in proposito. Secundo nota eorum quę corpori nostro approximata illud alterant quædã sic sunt humani corporis alteratiua φ nõ aliorum: quædam vero omnium indifferenter alteratiua. Exemplum primi: vt piper. Exemplum secundi, vt ignis & aqua. Prima ergo sunt in potentia talia. Et scd̃a sunt talia in actu. De primis ergo intelligitur & continuatur sermo præcedẽs.

Alterãs corpus hũanũ dupl'r.

Tertio nota φ aliquid dicitur calidum vel frigidũ in actu, & aliquid in potentia. Et declaratur utrũq; vt supra. Quarto nota vt hic colligitur non dicitur res calida aut frigida absolute vt medicina, sed respectu nostri corporis, vt medicina calida: quæ est apta calefacere corpus nostrum & frigida infrigidare: & sic de alijs, siue dicaĩ medicina calida, quę est apta calefacere hominem temperatum, siue respectu hominis absolute. Quinto nota ex littera quatuor principales modos quibus aliquid in potẽtia dicitur. Primus est quo aliquid dicitur in potentia actiua. s. ad imprimendum gratia exempli in corpus nostrum. non tamen sufficit imprimere: nisi fuerit a corpore nostro prius notabiliter passum & alteratum, vt piper camomilla &c. Secundus est quo aliquid dicitur in potẽtia passiua, quia. s. est in corpore nostro faciliter inflammabile aut etiam a quocunq; alio, sicut sulfur dicitur calidum quia facile inflammabile. stupa etiam & lignum bene siccum dicuntur in potentia calida &c. Tertio dicitur aliquid in potentia, quia potens sine aliqua alia eius permutatione a calore nostro in nos imprimere sicut venenum serpentum. Quarto dicitur aliquid in potentia modo medio inter primum & tertiũ quia aliqua indiget permutatione, sed non diuturna & notabili sicut medicinæ venenosę. Et tangitur etiam hic modus quo dicitur aliquid calidum aut frigidum. s. prædominans & non solum respectu nostri

Esse in potẽtia modus quadruplex.

corporis ſicut omne illud in quo dominantur elementa calida dicimus calidum, & in quo frigida frigidũ, & ſic de alijs.

Operans i corpus hũanum triplex.

Sexto nota ꝙ ex dictis Gal. tertio complexionum colligere poſſumus hanc diſtinctionem quòd operantium in noſtra corpora quædã transmutant ſiue agunt & non patiunt vt aliqua a ſola forma ſpecifica operantia vt venena pura ui perarum: quædam econtra, vt a ſola materia operantia, quędam medio modo vt medicinæ cibi medicinales & medicinæ cibales. Et iſta aut vincuntur a corpore aut vincunt. Si vincunt ſunt medicinæ venenoſę. Si vincuntur, aut recipiũt formam membrorum vel partium noſtri corporis: & ſic ſunt cibi medicinales. Aut non conuertuntur in partes nři corporis, & ſic ſunt medicinæ puræ non venenoſæ.

Præterea dicemus ꝙ medicinarum gradus iã quatuor poſiti ſunt:

Gradus dupl̃r.

Primo nota ꝙ gradus ſumit̃ dupl̃r. Primo pro qualibet parte latitudinis qualitatis quæ alia intenſior vel remiſſior exiſtit, & ſic cuiuslibet latitudinis quælibet pars intẽſiua eſt gradus, & ſic infiniti ſunt gradus eiuſdem latitudinis nõ cõmunicantes, & ſic non ſumitur gradus in propoſito ſed taliter ſumitur a philoſopho naturali. Secundo modo ſumit̃ gradus ꝓ certa & determiata menſura qualitatis vel exceſſu vltra vel citra temperamentum, & ſic ſumitur a medicis qui ſic deſcribitur. Gradus eſt exceſſus qualitatis ſupra temperamentum limitatus ex operatione eius in corpus, vel quo corpus extra temperamenti ſui latitudinem poſitum occulte diſtat & inſenſibiliter læditur aut ſenſibiliter diſtat & inſenſibiliter læditur, aut ſenſibiliter læditur & ſenſibiliter remouetur aut corrumpitur. Per hoc quod dicitur exceſſus tãgitur genus, per hoc autem quod dicitur qualitas datur intelligi ſolis qualitatibus iuxta mentem medicorum ꝓprie gradus attribui. Per hoc autem quod dicit̃ limitatus &c. datur intelligi non quamlibet intenſiuam partem latitudinis fore gradum, ſed oportet ipſam eſſe limitatæ menſuræ. Per ly autem ex opõne &c. datur intelligi illud reſpectu cuius limitatur gradus. Sed per ly inſenſibiliter &c. tangitur primus gradus. Per iſtum.n. corpus inſenſibiliter diſtat & inſenſibiliter læditur. Poſtea tangitur ſecundus & tertius & quartus vt patet.

Gradus qualitatũ quadruplex

Secundo nota ex dictis in diffõne colligi cauſam verificantem l̃ram. ſ. fore quatuor gradus. Per omnem.n. exceſſum a medicis cõſideratum aut conſiderabilem, aut corpus inſenſibiliter remouetur a temperato, aut ſenſibiliter. Si primum, ſic eſt gradus primus. Si ſecundum, aut per iſtum ſenſibiliter læditur, aut inſenſibiliter. Stat.n. aliquod fore a temperato ſenſibiliter remotum quod tamen nõ eſt reſpectu tẽperatæ ſenſibiliter læſum in ſuis operationibus, vt patet in exercitato. Si primum: ſic eſt ſecundus gradus. Si ſecundum aut mortificat, aut nõ. Si nõ eſt tertius gradus. Si ſic eſt quartus gradus. Sic ergo præciſe ſunt quatuor qualitatũ gradus. Primus quo inſenſibiliter læditur corpus & inſenſibiliter diſtat. Secundus quo remouetur ſenſibiliter & inſenſibiliter læditur. Tertius quo ſenſibiliter diſtat & ſenſibiliter lęditur. Quartus quo extremaliter diſtat & mortificatur.

Gradus medicinarũ ſolutiuarũ quadruplex

Et ſic poſſumus in medicinis ſolutiuis imaginari quatuor gradus. Primus gradus valde debilit̃ ſoluentium, vt caſſia mãna &c. Secundus eſt fortius ſoluentium & non lædentium, vt reubarbarum. Tertius eſt adhuc fortius ſoluentium & lędentium, vt turbith. Quartus eſt vltimate ſoluentium & lędentium, vt ſcamonea & meçereon. Ex his ſumitur neceſſitas in medicinis quatuor gradus diſtinguendi. Tot.n. ſunt quot modis conuenit corpus a temperamento remoueri & illi ſunt quatuor. Ex quo ſequitur in dyſcraſijs per ſe, in medicinis vero gradus per attributionem eſſe repertos. Tertio nota cum dicimus quatuor fore gradus ĩtelligi debet nõ communicãtes. Cum.n. quilibet habeat tres manſiones cõmunicantes poſſunt eſſe plures. Dixit etiam iam poſiti. ad oñdendum hanc diſtõnem graduum non fuiſſe totaliter neceſſariam, ſed potius coniecturatiuam. Non.n. repugnaſſet ipſos aliter diſtinguere, vt patet intuenti.

Et gradus quidam primus eſt illud quod cum comeditur & bibitur & quo fit iniunctio efficit in corpore ſua qualitate opõnem nõ perceptam ſicut cum calefacit, aut infrigidat, & non percipitur neq; ſentitur calor aut frigiditas niſi poſtquã reiteratum fuerit & multum factum fuerit.

Medicina primi gradus.

Primo nota notanter hunc gradum dici primum, quia. ſ. in productione alios antecedit. Producẽdo.n. a temperamẽto ad gradum mortificantem prius acquiritur diſpoſitio inſenſibiliter diſtans. Secundo ſenſibiliter & inſenſibiliter lædens, & ſic deinceps. Notanter etiam dictum eſt ſua qualitate, per qualitatem ſuam qualitatem ſibi naturalem intelligẽdo, licet enim aliqua medicina qualitate accidentali calefaceret corpus vrendo, vt camomilla vſta vel inflãmata: non tñ dicere debemus ipſam non fore talẽ in gradu primo, vt ſatis patet. Secundo nota non eſſe intentionem Auicẽ. caliditatem primi gradus nullo modo fore tactu perceptibilẽ. cum.n. temperantia ſit tactu perceptibilis & hæc ſit intẽſior illa, ſequitur &c. Sed eſt intellectus Auic. ꝙ non cognoſcit̃ eſſe diſtemperantia per tactum, ſed requiritur rõnis longus diſcurſus. v̾.g. Exhibeo ſor. temperato camomillam debita doſi. hęc calefacit ſor. & ita iſtam caliditatem tactu percipio ſed non per tactum iudicatur ſtatim ipſam fore diſtemperatam, ſed requirit̃ longus rõnis diſcurſus, vt ꝙ paulatim omnia conſiderem ſigna vrinę & pulſus &c.

Diſtẽperãtię cognoſcendæ modus.

Tertio nota ex littera Auic. comprahendi ꝙ cum dicimus medicinam aliquam in gradu talem oportet intelligi in debita doſi & approximatione vnica. Vbi.n. doſis multum in numero iſtud non teneret. Medicinæ.n. calidæ in primo ſæpius approximatæ poſſunt calefacere in tertio & in quarto gradu. Hoc autem dupliciter imaginari poſſumus. Primo ponẽdo ꝙ medicina calida in primo non eſt præciſe ad vnam menſuram caloris reducibilis, ſed ad varias menſuras ſecundũ ꝙ caliditas ad actum reducens ipſam eſt maioris vel minoris intenſionis, & hoc eſt potere ipſam in gradu reſpectu hominis abſolute. Poſito ergo ꝙ caliditas tẽperati ſit vt quatuor, medicina calida in primo ſibi exhibita ĩduceret gradum caloris vt vnum, & ita fieret hæc caliditas vt quinq;. Si tamẽ hæc medicina fuiſſet exhibita calido in primo, calefeciſſet eum in primo gradu ſiue per vnum gradum, & ſic eius caliditas facta fuiſſet vt ſexto. Si autem ſecũda vice approximaretur temperato inueniens ipſum taliter diſpoſitum vt calefiat qualiter eſt cholericus in primo iterum calefaciet ipſum in primo reſpectu diſpõnis tunc in ipſo exiſtentis. Hoc autẽ eſt calefacere in ſecundo reſpectu pręexiſtis tpamenti, iõ etc. Et ſic conſequenter dicendum foret de calefactione in tertio gradu. Secundus autem modus imaginandi eſt ponẽdo medicinam in primo calidam vnius certæ menſuræ caloris præcipue eſſe productiuam. ſ. caliditatis primi gradus reſpectu temperamenti, licet per accidens contingere poſſit ꝙ replicata approximatione intenſius agat. Modus autẽ eſt imaginando in corpore humano fore elementa formalit̃ vel ſaltẽ virtualiter contraria, & ꝙ per approximationẽ medicinæ calidæ in primo homini calido in primo licet per ſe non producatur poſitiua caliditas, per illam tamen fit ꝙ fortius exceditur reuma, qua elementa frigida reſiſtunt calidis, & per conſequens elementa calida vel eorũ virtutes poſſunt reducere ſubm ad gradum caloris intenſiorem, ſecundũ quẽ modum etiã concludi poſſet de temperata. Ad quod etiam concurrit ꝙ medicina calida in primo impedit refrigerium cordis & ſpiritus, quod debet facere aer attractus cibus & potus & humores frigidi, vnde facile calefit cor & ſpiritus, & totum corpus conſequenter. Hoc autem experimento ſic patet. videmus.n. ꝙ per ſolam ſpũs reſolutionem corpus humanum intenſe poſitiue infrigidatur, cuius non poſſet aſſignari debita cã niſi cã iam dicta. Ex quibus iã patet ꝙ dum

dicimus

dicimus ꝙ medicina calida in primo calefacit corpus inſenſibilit' & inſenſibilis lædit debet intelligi ipſa approximata corpori naturaliter diſpoſito.corpori.n. non naturaliter diſpoſito,ſed iam per aliquam medicinam calefacto approximata poſſet in corpore ſenſibilem cāre læſionem &c. Alij hic imaginantur aliter dicentes ꝙ medicina calida in primo non inducit in corpore caliditatē quarti gradus,quantūcūq; reiterata,ſed bene effectum conſequentem quartū gradum. Poteſt enim ſpiritum & virtutem multotiens approximata reſoluere vt illa quæ eſt quarti gradus. Primum dubiū. Nō videtur eſſe intelligendum medicinam talem in primo quæ in debita doſi & vnica approximatione inducit caliditatem primi gradus:ponatur.n.medicinam calidam prima manſione primi gradus approximatam eſſe in debita doſi ſorti temperato io extremo temperantię remiſſius calido. Et arguitur ſic. Medicina taliter approximata ſor.ſi ſor. eſſet in medio temperantiæ permutaret ipſum ad primam manſionem primi,ſed iam ſor.remiſſius caleſit ab illa medicina ꝙ̄ tunc caleſieret ab eadem,ergo ſor.ab ea citra primam manſionem primi gradus caleſiet,et per conſequens in vnica approximatione &c.non inducet caliditatem primi. Secundum dubium. Videtur ꝙ primus non alteret inſenſibiliter: quia iam nulla videtur differentia inter alterationem quam facit medicina temperata,& alterationē primi gradus. Ponatur.n.ſor.eſſe temperatum in extremo temperaotiæ calidiori. Et ſic patet ꝙ ſiue approximeť medicina calida in primo ſiue temperata extra temperantiam permutabitur. Cū enim medicina temperata habeat corpus permutare aliqualiter & iam illud ſit in extremo ſequitur &c. Ad primum poſſet dici primo ꝙ medicina ſor. approximata calefaceret ipſum in primo,tardius tamen ꝙ̄ ſi fuiſſet in medio temperantiæ & qualitercūq; & in quocunq; ſitu temperantiæ fuerit aliquod corpus ſibi approximata non inducit niſi calorē primi in prima manſione omnino conſimilem in vno ſicut in alio. Solum autem differunt ſecundum citius & tardius,niſi fuerit impediens. Negetur ergo minor aſſumpta in argumento. Secūdo ꝓbabiliter poſſet dici ꝙ ſicut temperamētum habet latitudinem ita prima manſio &c. Et ꝙ licet omne corpus temperatum calefaciet in primo in diuerſis tamē ſitibus primi gradus & primæ manſionis. Poſſet etiam ꝓbabilr dici ꝙ non calefaciet ipm̄ in prīo. Vel ꝙ illud nō eſt poſſibile niſi in maiori doſi daretur, ſed de hoc alibi. Ad ſecundum dicitur ꝙ medicinæ mere temperatæ eſt ſolum conſeruare,& non poſitiue alterare,& hoc per ſe,licet per accidens poſſit oppoſitum contingere. Vel dr̄ ꝙ contingit vt permutet illud ſed non aliquod corpus temperatum in medio temperantiæ, quod tamen a medicina calida io primo permutereտur,plura alia hic addenda forent.

Et gradus ſecūdus ē ut ſit opō fortior iſta, ſed tn̄ nō ꝑuenit ad impediendū opōnes manifeſte neq; curſum earū naturalē mutat niſi per accn̄s aut cum multotiens aduenit & eſt multum.

Medicinarū calidarū in prio et ſecundo cōueniētia ac differētia.

Primo notandum ex dictis Auic.differentiam inter operationem medicinę calidæ in primo & calidę in ſecūdo &c. & etiam conuenientiam. Conueniunt nanq; in hoc,quia neutra ipſarum efficit ægritudinem ſiue ſenſibiliter lædit. Differunt autem,quia per qualitatem poſitam a primo gradu nō ſtatim percipitur corpus fore extra temperamentum naturale,ſed adhuc requiritur diſcurſus rationis vt ſupra dictum eſt.per medicinam tamen talem in ſecundo cōuenienter approximatam imprimitur qualitas qua primo occurſu quis iudicaret fore corpus remotum a temperantia naturali. Ex iſto primo ſequitur hanc conſequentiam nō valere. Sor.eſt a temperamento ſenſibiliter diſtans ergo eſt ęger:ſtat.n.aliquem fore a temperamento quo ad mēſuram ſitarum qualitatum ſenſibiliter remotum,non tamen ſenſibiliter lęſum.

Medicinæ diſtē-

Sequitur ſecundo medicinam primi gradus corpus ad primam partem neutralitatis decidentiæ permutare, talem vero in ſecundo permutare ad extremū neutralitatis & vtraq; facit corpus neutrum licet vna intenſius & altera remiſſius. Sequitur vlterius omnem medicinam diſtemperatam extra latitudinem corpus permutare. Secundo principaliter nota operationem a medicina diſtemperata multipliciter lędi poſſe.ſ.corrupte ablate et diminute. Quis ſit quilibet iſtorum modorum læſionis ſatis patet. Ad propoſitū iſtos tres tetigit Auic.in littera dicens medicinam talem io ſecundo non ſenſibiliter impedire ſiue manifeſte hoc eſt diminute lędere. ſed cum operatio corrumpitur aut totalr̄ aufertur tūc dicitur permutari extra curſum naturalem, vel curſum naturalem eius eſſe mutatum. Cum ergo medicina talis in ſecūdo nec ſenſibilr̄ diminuat nec auferat nec corrūpat opōnē ſequitur &c. Tertio nota ex dictis Auic.contingit medicinam talem in ſecundo corpus ſeoſibiliter lædere:aut ioducere effectum gradus tertij vel quarti propter tria. Primo per accidens ſiue per qualitatem accidentaliter ei acquiſitam ſicut oleum feruens. Secundo propter multiplicem approximationē. Tertio ꝑꝑ quātitatē eius. Dū igiť dicimus aliquam medicinā talē in ſecūdo debet intelligi in certa doſi & approximatione vnica,ſicut ſupra de tali primo dictum eſt.

perat̨ lę ſio triplex.

Medicina i ſecūdo ſenſibiliter lędens triplex.

Et tertius quidem gradus eſt ut ex operatione eius eſſentialiter proueniat impedimentū manifeſtum,ſed nondum tamen prouenit ad mortificandum & corrumpendum.

Primo nota hoc quod dictum eſt.ſ.a medicina tali in tertio prouenire manifeſtum nocumentum &c.debet intelligi ipſa approximata corpori naturaliter ſe habenti. Ipſa enim ægrotanti approximata poteſt eſſe ſanatiua & læſionis operationum remotiua, vt patet intelligenti. Secundo nota notanter dictum eſſe eſſentialiter ad drīam nocumenti a medicina accidentaliter prouenientis: vt ſupra dictum eſt.

Et quartus eſt gradus ut illud ad mortificandum perueniat & corrumpendum. Et hæc quidem eſt proprietas medicinarum uenenoſarum hoc eſt illud quod exiſtit per qualitatem. Cū tota uero ſui ſubſtantia mortificans eſt uenenum.

Medicina venenoſa dupliciter.

Primo nota per medicinam venenoſam duo intelligere poſſumus. Primo medicinam operantem a qualitate, & cum hoc a forma ſpecifica corpus humanum aptam corrūpere,quæ pro quanto eſt agens a qualitate dicitur medicina, pro quanto tamen a forma ſpecifica corrumpit dicitur venenoſa vt napellus. Secundo per medicinam venenoſam intelligere poſſumus quālibet medicinā aptam in conueniēti doſi &c.corpus corrumpere,ſiue ſola qualitate vt opiū & euforbium,ſeu quōlibet aliter. Dr̄.n.venenoſa,quia ſicut ueneni eſt corrumpere,ita & medicinæ illius. Secundo nota hic per venenum abſolute ꝓlatū intelligi debet illud quod a tota ſubſtantia operans eſt interficiens ſicut napellus.

Dicemus autem denuo ꝙ totū illud quod corpori aduenit quod eſt ex eis inter quæ currit agere & pati, aut mutatur a corpore et non mutat ipſum, aut mutať a corpore & mutat ipſum, aut non mutatur a corpore & mutat ipſum.

Primo nota per omne illud quod aduenit corpori in propoſito intelligere debemus comeſtum bibitum & exterius applicatum, vt ſupra dictum eſt, licet magis proprie verificetur de bibitis & comeſtis. Secundo nota notanter eſſe dictum. Et ex eis inter quæ currit &c. ad differentiam actualiter in forma & in gradu corpori ſimilium eidem occurrentium. Talia enim nec immutant nec immutantur, vt patet, quia inter iſta non currit agere & pati &c. Tertio nota ſecundum quoſdam non eſſe intentionem Auicen. aliquid eſſe mutatum a corpore quod nullo

modo mutet corpus:cum omne agens in agendo repatiatur sed vult φ non mutet mutatione de qua sit curādum, vt patebit infra. Ex hoc tollitur apparens contradictio hic inter dicta Auic. Dicit.n.corā inter quæ currit agere et pati quoddam est quod mutatur & non mutat. Si.n. non mutat non agit, ergo non currit inter ista agere & pati. Soluitur primo φ mutat & agit non mutatione de qua sit curandum; quia ab illa statim facta conuersione corpus releuatur. Secundo inter quæ currit &c.i.quorum vnum agit & alterum patitur.& hæc iterum est bona expositio.

Quod uero mutat a corpore & nō mutat corpus mutatione de qua sit curandū, aut conuertit in sīītudinē corporis, aut non conuertitur. Illud autem quod in eius conuertitur sīītudinē nutrimentum est absolute. Et illud quod nō in eius cōuertitur sīītudinē est medicina temperata.

Primo nota notanter dictum esse mutationem de qua sit curandum ad denotandum tam a cibo φ̄ a medicina aliquam in corpore fieri permutationem. Secundo nota differentiam ex dictis Auic. inter medicinam temperatam & cibum temperatum & conuenientiam. Conueniunt.n.quia neutrum corpus notabili permutatione permutat. Differūt autem quia cibus est ipsius faciliter & per paucas transmutationes corpori assimilari & conuerti in substantiam suam; medicina autem temperata non. Et nota φ cibum temperatum hic appellat nutriens absolute, quia.s. sic nutriens est φ nō medicina vel medicinale. Quid autē per medicinale nutriens sit intelligendum supra declaratum est. Tertio nota medicinam temperatā posse esse duplicem.s. actualiter talem,& potentialiter talem. Exempla patent. Hic autem est sermo de potentialiter tali. Notum est.n.φ actualiter talis omnino sīīs existens corpori nostro nō necessario mutat aut mutatur. Et per talem temperatam medicinam intelligere debemus rē quæ ingrediens corpus nostrum ad actū reducta, apta est non transmutari in substantiam nostri corporis, sed totius nostri corporis complexionem & temperamentum conseruare. Sed diceres tu, membra nostri corporis sunt cōplexionum valde diuersarum, quo modo ergo ab eadem medicina possunt omnium membrorum cōplexiones & temperamenta conseruari, quicquid enim est conseruatiuum vnius contrariorum est corruptiuum alterius. Ad hoc sufficienter dictum est prima primi capl̄o de complexionibus,& ad illum locum recurre & vide.

Nutriēs duplex. Medicīa tpata duplex.

Quod uero a corpore mutatur & ipsum mutat non est possibile quin aut si cū mutatur a corpore mutet corpus,& post corpus mutet ipsum ad ultimum & destruatur eius mutatio, aut non sit ita, sed ipsum mutet corpus ad ultimum & destruat ipsum. Et prima quidem diuisio aut conuertetur in similitudinem corporis, aut non conuertetur in similitudinem corporis. Si in corporis cōuertetur similitudinem erit medicinale nutrimentum. Et si in corporis non conuertetur similitudinem erit medicina absolute. Secunda autem diuisio erit medicina uenenosa.

Primo nota φ per medicinam absolute intelligere debemus illud quod ingrediens corpus nr̄m aptum est sui qualitate alterare vel conseruare & cum hoc non faciliter in corporis subam cōuerti. Et secūdum hoc differt medicina absolute a cibo medicinali & etiam a medicina cibali, vtrunq; enim istoꝝ licet corpus alteret & permutet, aptum tñ est faciliter & per paucas transmutationes in corporis subam cōuerti sicut de lactuca & de allio supra dcm̄ est. Secūdo nota iuxta cōem modum loquendi medicorum dr̄iam esse inter medicinam absolute & medicinam venenosam. Dicitur enim medicina absolute quæ dcā est. Dicitur autem venenosa cui competit non agere in corpus nisi post reductionem eius ad actum & hæc non est apta faciliter &c. in substantiam nostri corporis conuerti, sed ad nostri corporis corruptionem naturaliter inclinatur sicut opium & hyoscyamus. Tertio nota penes medicos istos reperiri terminos, cibus absolute, medicina absolute, cibus medicinalis, medicina cibalis. Omnia declarata sunt præter istum terminum medicina cibalis, quæ est illud, quod ingrediens &c. aptum est faciliter corpus nutrire, magis tñ est corporis alteratiuū, φ̄ nutritiuum & notabilis. Vnde tam in medicina φ̄ in cibo medicinali est virtus operandi a materia et qualitate, sed in cibo medicinali potentia opandi a materia exercendi potentiā opandi a qualitate, pp quod dr̄ cibus medicinalis, eo φ a prædominante fit denotatio. Econtra vero est de medicina cibali, quia opō a qualitate excedit opōnem a materia, pp quod appellatur medicina cibalis, vt dictum est.

Medicīa absolute dfia a cibo medicinali & medicīa cibali. Medicīa duplex quid.

Illud uero quod a corpore nullo modo mutatur & ipsum mutat est uenenum absolute.

Primo nota differentiam inter venenum absolute & medicinam venenosam. Dicitur enim medicina venenosa corporis corruptiua & non operatiua a qualitate, nisi post notabilem eius in corpore permutationem sicut euforbiū & huiusmodi. Venenum autem dicitur illud quod ante notabilē eius in forma sua permutationem est operatiuum in corpore nostro a sua suba: licet cum hoc contingat ipsum a qualitate operari. Ex isto sequitur φ non repugnat eandem rē simul dici venenum & medicinam venenosam, vt napellus dicitur venenum pro quanto sui suba operatiuum est & corruptiuum dicitur autem medicina venenosa secundū φ operatiuum a qualitate post notabilem eius in corpore permutationem. Dubium primum circa dicta. Vr̄ φ diuisio superius posita in cibum absolute &c. non sit sufficiens, qa dat aliquid quod ingrediens corpus nr̄m operatur a qualitate et materia: & tamen illud nec est medicina cibalis nec cibus medicinalis, igitur &c. patet consequentia, & ꝓbatur assumptum, quia pose est aliquod ingrediens &c. fortius operari a qualitate φ̄ a materia, & econtra: ergo pose est aliquid æqualiter fore a qualitate sicut a materia operatiuum sed talē nec erit cibus medicinalis: nec medicina cibalis, igitur &c. Secundum dubium contra descriptionem cibi medicinalis di.s. cibum medicinalem esse istum qui transmutabilis est, & cum hoc notabiliter permutat. Contra. cuicunq; compose est vtrūq; extremorū eidem est medium cōpose, sed operationi a materia cōposīs est calefactio & cōposīs est frigefactio, ergo eidem cōposīs est conseruatio sicut medicinę temperatę,& per consequens erit pose reperiri cibum medicinalem a qualitate operantem sicut temperata medicina. Notū est autem temperatam medicinam sua qualitate nō permutare notabiliter corpus nr̄m. ergo &c. Ad primum istoꝝ dicitur φ qñq; isti termini cibus medicinalis et medicina cibalis summuntur tanq̄ synonymi ꝓ eo quod simul a qualitate operatur & a materia, siue æqualiter siue inæqualiter, & isto mō accipiendo patet solu. Qñq; autem differenter loquunť auctores. Et tunc concediť nō esse repugnans esse aliquid quod non est denominandum medicina cibalis nec cibus medicinalis. Quia tñ id raro & difficulter est reperibile ideo de talibus auctores non fecerunt spālem mentionē. Vel forte dederunt illud intelligere per extrema. Cognitis.n. extremis facile comprehēditur medium. Et si quęrať quali nomine illud denominabitur. Dr̄ illi non fore nomen impositū sed nomina sunt ad placitum. Ad secundū ꝓbabiliter etiā dicitur concedendo aliquē cibū medicinalē posse esse tēperatum & qualitate sua pure conseruantē recte sicut ꝓbat argumētū. Quia tñ hmōi cibus raro est inuenibilis: qa ēt eius opō in corpore nō distinguiť nec experimento nec rōne distingui pōt opōnē ꝓueniētē a cibo pure cibali, iō de hoc nō se impedit medicus. Et vocat præcise istum cibum medi-

Venenū idē ut venenosa medicīa

Dubia.

cinalem, qui cum hoc ꝙ transmutatur a corpore corpus aliqualiter a suo temperamento notabiliter permutat. Ex ista responsione teneri possunt probabiliter istæ conclusiones.

Prima. Non quilibet cibus medicinalis est aptus conuenienter approximatus corpus notabiliter permutare. Secunda. Non quilibet cibus medicinalis est respectu nostri corporis ponendus talis in gradu, patet, quia aliquis talis est mere temperatus. Tertia conclusio. Non quelibet operatio cibi medicinalis est calefacere vel infrigidare &c. vt medicinalis est, sed aliqua est pura conseruatio. Et infinita alia penes hunc intellectum forēt concedenda quæ gr̄a breuitatis omittuntur. Quarta conclusio. Non quilibet cibus temperatus est mere cibalis &c. Omnia ista patent intuenti.

Cum autem nos dicimus ꝙ a corpore nostro non mutatur, nolumus dicere ꝙ non calefiat in corpore per operationem innati caloris, in ipso, immo plurima uenenorum non operatur in corpore nisi calefiat per operationem caloris innati qui est in ipso. Sed uolumus dicere ꝙ non mutať in sui forma naturali, immo nec cessat ab eo operatione eius uirtute & forma manentibus donec corpus corrumpat.

Primo nota hanc litteram duplicem posse habere intellectum. Primus vt verba sonant per quem innuitur differentia inter medicinam venenosam & medicinam absolute ex una parte & venenum absolute ex alia. Nam tam medicina absolute q̄ medicina venenosa semper uel vtplm̄ in corpore nostro taliter a calore patitur & alteratur ꝙ suā tandem amittit formam substantialem & naturam, licet etiam quandoq; interficiat remanente a medicina venenosa impressione mala quæ tandem corpus corrumpit. Econtra vero venenum interficit nisi sit prohibens manente eius forma substantiali & natura & forma specifica non perditis p trāsmutationem quam in eo fecit calor noster. Noluit ergo dicere Aui. venenum nullomodo aliquam recipere transmutationem, quia plā venenorum vt operentur oportet vt prius calefiant, sed voluit ꝙ non reciperet transmutationem iā dictam. Tota autem causa huius diuersitatis prouenit propter venenum absolute fore magis resistēs actioni caloris et trāsmutationi ab eo q̄ medicinam. Et ideo in corporibus uenenatis pluries post mortem reperitur venenum non substantialiter transmutatum. Ex quibus concludi potest inter entia naturalia non solum esse contrarietatem vel repugnātiā ex parte qualitatum manifestarum contrariarum vt calidi & frigidi &c. immo etiam ratione occultarum proprietatū, quibus huiusmodi sibi inuicem sunt repugnantia, & quibus mediantibus forma vnius est corruptiua formę alterius. Sicut venenum serpentis taliter contrariatur spiritui & formę spiritus ꝙ licet per qualitates suas primas non vinceret qualitates spiritus alterando, tamē mala qualitate occulta potest spiritus formam corrumpere. Patet vlterius ad esse formæ substantialis in materia non solum iuuare & pręparare qualitates manifestas sed etiam occultas. Ex quo sequitur vlterius ꝙ non in quacunq; materia sunt similes proportiones qualitatum primarum ibi sunt formæ substātiales similes necessario. Et plura alia ex his inferri possent. Secūdus modus exponendi litteram est vt Aui. velit ponere differētiam inter reductionem veneni ad actum & medicinæ absolute & adhuc venenosæ calidę. licet. n. neutrum ipsorum agere possit vtplurimum nisi calefiat, medicinæ tamen calę a corpore recipiunt partiale principium suæ actionis. venenum autem non recipit principium quo effectiue alteret, sed sua forma specifica & occulta proprietate agit corrumpendo.

Ex quo sequitur primo taliter ad actum reduci venenum qualiter medicinæ frigidæ, iuxta opinionem Gal. Sequiť secundo ꝙ plurimæ medicinæ venenosæ vt venenosæ sunt taliter operantur qualiter venenum, inquantum tamen medicinę concedi possunt a calore principium actionis recipere. Secundo principaliter nota ꝙ notanter dictum ē plurima venenorum non autem omnia. quędam. n. sunt actualiter talia, vt serpentum & aliorum venenosorum plurimæ saliuæ. quæ autem venena sunt solum potentialiter talia sicut plantarum minerarum & huiusmodi. Notum est prima venena non indigere pręcalefactione vt suos imprimant effectus, reliqua vero sic, propter quod notanter dixit plīma venenorum. Tertio nota non esse intentionem Aui. venenum ingrediens corpus nostrum nunq̄ corrumpi. contingit enim venenum in modica q̄titate sumptum non solum corrumpi, sed etiam corpus quandoq; nutrire, vt colligi potest ex sexta quarti. nunq̄ tamen venenum in debita dosi sumptum, & remoto impedimento quod cōtingere potest vt a medicina theriacali aut aliunde corrūperetur a corpore nr̄o.

Venenū duplex.

Et est quidem cum eius natura est calida et adiuuat tunc suam proprietatem natura eius ad resoluendum spiritum sicut uenenum uiperarum & napelli. Et est cum natura eius ē frigida & adiuuat suam proprietatem natura eius ad congelandum spiritum & debilitandum sicut uenenū scorpionis & hyoscyami.

Primo nota ꝙ veneno existente calido ꝑpter partes rei calidæ citius & facilius ad cor moueri iuuatur venenum in operatione sua. Primo propter causam dictam, quia magis poterit ad principale membrum puta cor moueri. Secundo quia propter caliditatem eius iuuatur spirituum resolutio et augetur, quare spiritus paucificatur & facilius vincitur a ueneno. Tertio quia rarefit spiritus, quare fit passibilior a ueneno & aperit vias vnde citius currit ad cor, & plures alię cāæ possunt adduci. Secundo nota ꝙ veneno existente frigido a frigiditate iuuať mortificando. Spiritum. n. cōgelādo mortificat, unde facilius a veneno uincitur ut tactum est, sicut cōuenit de ueneno scorpionis. Ex hoc tanq̄ fundamento solui potest quęstio tacta. 4. cañ. Aui. fen. 6. cap̄. 2. s. qd citius interficit. An uenenum calidum an frigidum. Dicitur ꝙ calidū propter multa. Primo quia facilius penetrat ad principalia membra. secundo quia spiritus est passibilior a calido mortificante q̄ a frigido, & minus resistit suæ actioni cæteris paribus, q̄uis frigiditas sit naturæ disconuenientior q̄ caliditas. Et dixi notanter cæteris paribus, quia vbi ex parte formæ specificæ actiuius foret venenum frigidum nō oportet uerum esse quod dictum est. Patet secundo causa quare venenum animalium citius utplm̄ operatur q̄ plantarum, operatur. n. absq; hoc ꝙ ad actum oporteat reduci cum sint actu talia, econtra uero uenena potentialia plantarum. Dixi autem utplm̄ propter uenenum rabidi canis ut patet experimento. Patet ulterius ꝙ cęteris paribus facilius a ueneno interficiuntur corpora calida q̄ frigida, licet magis in eis venenum q̄ in frigidis resoluatur. Patet ulterius quare uenenum frigidum plus nocet corporibus calidis q̄ frigidis, quia citius penetrat & magis attrahitur a uenis, ut patet de turdo. Patet etiam quare famelico fortius obest uenenum q̄ repleto, quia in eo sunt meatus grossiores, ad quod cōcurrit etiam ꝙ uenenum cibo permixtum obtunditur in actione sua. Patet ulterius ꝙ dormienti fortius obest uenenum q̄ uigilanti. Ex quo patet canon obseruandus. s. uniuersaliter corpora uenenata a somno esse prohibenda, & infinita quasi alia patere possunt intelligenti.

Venenū iuuari a calido tripl'r.

Venenū calidū citius interficere q̄ frigidū.

Venenatorū canō practicus.

Sed circa hæc dicta quędam uidentur dubia. Primum dubium. Videtur ꝙ non a sola forma specifica sit aptum ali quod uenenum interficere, q̄a nō fit corruptio nec gn̄o substantialis nisi mediante alteratione proueniente a qualitatibus primis sicut caliditate frigiditate &c. ut colligitur ī lib. de generatione, & 4. metheororum, ideo &c. cuius tū oppositum afferebatur. Secundum dubium. Videtur ꝙ uenenum serpentum non sit calidum. serpentes. n. non sunt calidi igitur &c. patet consequentia, & assumptum, cum hyeme

Dubia.

maneant & i autūno sepulti. Similiter quia apparet corpus ex morsu plurium venenosorum serpentum subito stupefieri, vt colligi potest sexta fen quarti de morsu aspidis, et de morsu salamandræ. Tertium dubium. Si venenum scorpionis est frigidum q̄uo oleum scorpionis cōfert puncturæ scorpionis. Item si scorpio est animal frigidum, quomodo cinis scorpionis frangit lapidem, & aperit vrinæ vias. Quartum dubium. Si venenum frigidum ideo tardius nocet, quia tardius reducitur ad actum, sequitur ꝙ q̄to hyoscyamus et opium datur in maiori q̄titate tanto tardius efficit nocumētum, secundum ꝙ tardius reducitur ad actum. Quintum dubium. Datur venenum absolute, quod est calefactiuū & consimiliter infrigidatiuum, ideo & medium. s. corporis cōseruatiuum, tenet cōsequentia, quia cuicunq; non repugnat vtrumq; extremorum eidem nō videtur medium repugnare. Sextum dubium. Si has occultas proprietates forma sequitur in materia, ergo ipsis corruptis corrumpitur forma. consequens est falsum, vt patet de arbore persarum in de accidenti cap̄. primo. & de puella tertio de simplici medicina.

Gal.

distinctione quarta. cap̄. primo. & sexta quarti cap̄. 2. & . 5.

Auer.

colliget cap̄. 5. Septimum dubium. Videtur ꝙ calidītas veneni in secundo sit talis l. 4. quia tale calefacit calefactiōe ad quam sequitur corruptio. ideo &c. Ad primum istorū potest dici ꝙ non per solam formam specificam vel actionem occultam potest fieri alicuius formæ substantialis gn̄io vel corruptio, nec illud dicebatur supra. Dicebatur tamē ꝙ non solum vigore actionis a qualitatibus manifestis prouenientis potest fieri alicuius gn̄o vel corruptio. Potest etiam dici negando assumptum, & dici dictum philosophi fore vt in pluribus verum. Vel posset dici ꝙ forma specifica veneni impedit generationē spiritus vitalis & eius operationem ad quam sequitur mors non tamen nisi prius variata ꝓportione qualitatum primarum. Ad secundum dicitur serpētes esse animalia intensiue calida, licet paucum q̄titatiue de spiritu habeant vt vespæ. Et colligitur hæc solutio sexta quarti. De stupore autem alias dixi qualiter a calido proueniat.

Scorpionis olei et cineris ꝓprietas

Ad tertium dicitur ꝙ oleum scorpionis operatur a forma specifica attrahendo venenum ad extra. Modificatur tamē cum habentibus proprietatem contra venenum vt patet a Me. distinctione. 12. de oleis. Et de cinere dicitur similiter illud a forma prouenire occulta. Ad quartum aliaa soluetur. Ad quintum dicitur primo ꝙ cuicunq; vtrunq; extremorum est compossibile, eidem est compossibile medium, ubi illud in sua ratione formali non includat medij abnegationē vel repugnantiam, sicut si datur cibus calidus, & similiter frigidus potest dari medius. Sed non sequitur. datur distemperatus calidus & frigidus distemperatus ergo datur distemperatus conseruatiuus, quia in ratione formali distemperantiæ includitur abnegatio medij, & ita in ratione formali ueneni. Non ualet ista solutio. Aliter dicitur concedendo ꝙ sicut datur uenenum absolute merito suę qualitatis calefactiuū & infrigidatiuū, ita daē merito suæ qualitatis conseruatiuū, quia tn̄ operatio a ꝓprietate occulta est fortior. ideo &c. Hic essent multa dicēda. Ad sextū dr̄ negando consequentiā, sicut de ꝑmutatiōe cōplonis naturalis et ꝑtatiue patet. Ad. 7. negaē cōseq̄ntia, q̄a nō calefacit calefactione merito cuius sequaē corruptio, sed merito maiæ proprietatis secum coniunctæ.

Totum uero illud quod nutrit in fine rei naturali mutatione corpus mutat, & est calefacere, quoniam cum in sanguinem cōuertitur proculdubio incalefaciendo augmentum præbet, ita ut lactucæ & cucurbitæ taliter calefaciant qualiter istud calefacere existit.

Primo nota hanc litteram duplicem habere posse expositionem. Primo vt ly in fine rei construatur cum ly nutrit, & stat ibi punctus. Et est sensus ꝙ Aui. voluit ꝙ omne quod in fine rei nutrit mutat corpus &c. & iste intellectus satis patet per sequentia. Secundus intellectus potest esse vt ly in fine construat cum ly mutat corpus. Et sit sensus ꝙ illud q̄d nutrit mutat corpus in fine rei naturali mutatione. Et iste sensus poterit colorari secundum duplicem viam. Prima vt p mutationem non solum intelligamus conuersionem nutrimenti in substantiam membri, sed omnem conuersionē naturalem nostri corporis, & sic omne tale dum conuertitur i sanguinem nutrit, & tunc patet littera. Secunda vt per mutationem intelligamus veram & propriam nutricationem, & erit tunc sensus ꝙ mutat. i. nutrit corpus, nutritio autē est naturalis mutatio. Nota tamen satis improprium modū loquendi esse dicere ꝙ illud quod nutrit mutat. potius enim mutatur in eo quod nutrit. sed quia nutrire impositum ē ad significandum sub voce actiui talis modus excusari potest. Ex quo patet corrolarie ꝙ nutrire pati ē & nutriri ageē &c.

Mutatio duplex.

Nutricatō seu nutritio q̄d & duplex.

Secundo nota dupliciter contingit nutriens calefacere. Primo modo intensiue siue gradualiter. secundo modo extēsiue corpus calefacere pro quanto augmentat substantiam calidam nostri corporis sanguinem. s. & spūm. & secundū hoc nutriens medicinale frigidum calefacit corpus nostrū. s. extēsiue pro quanto augmentat sanguinem &c. Primum dubium. Nutriens medicinale frigidum infrigidat corpus extēsiue. igitur non calefacit extensiue. patet consequētia. assumptum probatur, quia præbet augmentum in substantia frigida puta phlegmate & humore melancholico. Et per idem arguitur omne nutriens corpus simul calefacere & infrigidare, humectare & exiccare extensiue. Secundum dubiū. Videtur mihi omne nutriens intēsiue calefacere corpus. Oē. enim nutriens frigidum dum conuertitur in sanguinem producit in corpore gradum caliditatis intēsiorem q̄ prius erat dum erat sub forma chyli. ergo &c. patet consequentia &. antecedens probatur, quia ipso conuerso in sanguinem pōt. remouere impressionem quæ prius erat facta. Item quia cōpleta conuersione cibi in sanguinem corpus est intensiue calidius & membra q̄ prius. igitur &c. Pro responsione nota. Nutriens calefacere corpus intensiue potest dupliciter intelligi. Vel absolute ita ꝙ aliquem producat gradum caliditatis intensiorem q̄ erat ante, & sic omne nutriens est intensiue calefactiuum. Vel quia producit gradum caliditatis intensiorem q̄ sit naturalis caliditas corporis & sic solum nutriens medicinale calidum est calefactiuum. Ex quo patet ꝙ est differentia inter nutriens medicinale calidū ex vna parte, & frigidum vel temperatum ex alia, licet. n. vtrumq; sit aptum aliquando intendere caliditatem corporis, calidū tamen nutriens est aptum intendere extra naturale temperamentum & non aliquod aliorum. Et est simile sicut de exercitio forti & temperato. Ex quo vlterius patet tā nutriis frigidum q̄ medicinale esse in corpore nostro duarum contrariarum mutationum successiuæ productiuum, quia. s. primo calefactiuum, secundo infrigidatiuum. Ad primum argumētum dicitur negando consequentiam illam. prębet augmentum in substantia frigida, ergo infrigidat. bene valet si non plus præberet in substantia calida. Ad secundū conceditur ipsum bene calefacere intensiue, sed non ad sensum datum. s. vltra corporis naturale temperamētum. Ex isto patet quare ista mutatio dicitur naturalis. naturale. n. est. nobis illud sanguinis augmentum.

Nutriēs contigit calefacere dupl'r

Nutriēa calefacere i tēsiue dupl'r.

Cum uero calefacere dicimus nolumus calefacere istud, sed illud quod ex qualitate rei peruenit eius remanente specie.

Primo nota solam litteræ esse iuxta modum loquendi medicorum dum dicimus aliquid calefacere ingrediens &c. non intelligimus taliter calefacere qualiter dictum est, sed intelligimus calefactionem a qualitate prouenientem, non merito sanguinis generati &c. sed merito īpressiōis de relictę &c.

Medicina nutriens q̄d.

Secundo nota hanc litteram duplicē habere expositiōem. Prima eius specie manente. i. forma specifica, quia. s. medicina calida & cibus calidus ante eius formæ specificæ corruptiōem est aptus calefacere corpus nostrum vt docet ex-

per imentum

perimentum, licet tandem tamen formam deperdat vt dictum est. Et per hoc differt a nutrimento frigido & absolute nutrimento, quorum neutrum est aptum calefacere nisi ipso prius conuerso. Secundus sensus est. Et eius spẽ.i. qualitate simili secundum spẽm manente.s. post eius conuersionem. Tertio manente specie.i. virtute. licet.n. in chylo facto ex alleo non sit forma allij, remanet tamen in eo virtus calefactiua & similiter in sanguine, & tandem conuertitur in partem membri calidam vt patet.

Et medicina quidem nutriens a corpore per sui mutatur substantiam & mutatur ab ipso per sui qualitatem, sed prima mutatur in sui qualitate, & alia quidem mutatur primo in caliditate & calefacit sicut allia.

Primo nota q per medicinam nutrientem indifferenter intelligi potest cibus medicinalis & medicina cibalis, quæ qualiter a se inuicem distinguantur supra dictum est. Dicit ergo per medicinam nutrientẽ in proposito intelligendum esse quodlibet nutriens operatiuum a qualitate ad sensum superius datum. Secundo nota q medicina nutriens recipit a corpore nouam substantialem formam similem.s. formę substantiali membrorum. vnde quantum ad hæc dicit mutari per corporis substantiam. mutatur.n. per qualitates corporis acquirendo complexionem talem qualis est i mẽbris, ideo conuenienter dictum est ipsa mutari per corporis substantiam & qualitatem, prius tamen acquirit complexionẽ q̃ formam. Tertio nota complexionem esse duplicem.s. totalem & completam, partialem & imperfectam. & secundum hoc potest intelligi de prioritate temporis & naturę, ut alias iam notatum est &c.

Cõplexio duplex.

Et est alia quæ mutatur primo in frigiditatẽ & infrigidat sicut lactuca. Cumque eius conuersio in sanguinem completur plurimum operationis eius est calefacere propterea q in sanguine augmẽtũ efficit. Quomodo enim nõ calefacit cũ iã facta sit cal'a, & sua frigiditate se expoliauerit.

Nota primo hic datur intelligi q prius tempore operatur medicinalis cibus & medicina q̃ cibus qualitate ipsa operetur a materia calida vel frigida, ideo prius q̃ operetur a materia operatur a qualitate. Secundo nota non esse intentionem Aui. cibum medicinalem &c. primo occursu &c. quia alleum primo occursu infrigidat, cum i primo occursu operetur pro qualitate eius actualem quæ est frigiditas. sed eius intellectus est q alia est quæ mutatur primo in caliditatẽ.i. quæ statim post reductionem ad actum mutatur ad actum calefaciendi aliqua infrigidandi. lactuca.n. statim reducta ad actum infrigidat. Tertio nota q in hoc conueniunt cibi medicinales & medicinæ cibales calidæ & frigidæ inter se, quia facta conuersione in sanguinẽ calefaciunt corpus extensiue vt supra. secundo aliqualiter intensiue, vt cibi medicinales calidi etiam frigidi aliquem gradum frigiditatis remouendo inductum ante eorum conuersionem. Ex isto patet differentia operationis eorum in corpore nostro.

Sed unicuique earum etiam aliquid innatæ qualitatis associatur post conuersionem in substantia, quoniam in sanguine qui generatur in lactucis aliqua remanet infrigidatio, & in sanguine qui generatur ex alleis aliqua calefactio, sed est hoc usq; ad tempus.

Primo nota hic ex intentione auctorum ex sanguine frigido ex lactuca generari partem membri frigidiorem q̃ ex tẽperato cibo. similiter etiam ex cibo calido vt alleo generatur pars membri calidior, & hoc intelligunt auctores. Secundo nota notanter dictum esse vsq; ad tempus, quia nisi fiat iterata eiusdem vel similis cibi medicinalis approximatio impressio facta a primo non diu permaneret, sed in modico tempore remouetur a membris se ad suam naturalem dispositionem reducentibus vt patet.

Medicinarum præterea nutrientium alia est quæ medicationi magis existit propinqua, alia est quæ nutrimento est uicinior. Quemadmodũ ipsorum nutrimentum alia sunt quorum natura uicinior est substantiæ sanguinis, sicut uinum & ouorum uitelli & aqua carnis. Alia sunt quæ parumper sunt longinquiora sicut panis et caro. Et alia sunt quæ sunt ualde longinqua sicut nutrientia medicinalia.

Primo nota per medicinas nutrientes intelligi potest i ꝓposito cibus medicinalis & medicina cibalis indifferenter. Si primum intelligendum est dictum absolute.s. q aliquæ sunt absolute propinquiores &c.i. magis a materia q̃ a qualitate operatiuæ. Et econtra quędam. Exempla patẽt. Secundo autem modo exponendo sensus est q ipsarum medicinarum nutrientium, licet quęlibet sit magis alteratiua q̃ a materia operatiua, vna tamen earum alia plus attinet nutrimento.i. plus operatur a materia, & econtra. alia plus a qualitate, & vterq; intellectus foret bonus. Nota tamẽ primã operationem esse impropriam nisi per attributionem ad sensum et perceptionem nostram. Nota secundo q nutrimẽta quædam sunt valde vicina, quædam medio modo, quædam valde longinqua conuersioni in substãtiam nostri corporis. Et per valde vicina intelligo illa qui ratione suæ complexionis & occultæ formę & modi substantiæ apta sunt ut a calore nostri corporis faciliter transmutentur, & in breui tempore vt vinum vitella ouorum & aqua carnium, ꝑ quã intelligamus brodium in quo dissolutæ sunt carnes pullinę. Notum est.n. omnia ista ratione complexionis, quia calida, modi substantiæ, quia liquida subtilia & adhuc occultæ ꝓprietatis fore faciliter mutabilia, & econtrario alia. Tertio nota q panis & caro, quia non ita passibilia non sunt ęq faciliter mutabilia &c. similiter nutrientia medicinalia. quia qualitate sua quandam habent repugnãtiam ad calorem & corpus ratione qualitatis a qua operantur, ideo non debent adhuc ita propinqua dici vt patet &c.

Nutrimẽtũ respectu sbæ nr̃i corporis cõuertibile triplr.

Amplius dicemus q nutriens mutat corporis dispositionem qualitate sui & quantitate. Qualiter uero qualitate sui mutet iam sciuisti. Quantitate autem quoniam aut augmentabit & perueniet ex eo ad fastidium & oppilationes & postea ad putrefactionem, aut minuet, & perueniet ex eo ad phthisim. Sed augmentum in quantitate ex nutriente semper est infrigidans, nisi proueniat ex eo putredo & calefactio quæ calefacit. Sicut enim putredo non accidit nisi propter calorem extraneum, ita propter ipsam etiam calor accidit extraneus.

Primo nota. nimia q̃titas nutrimenti dupliciter est causa læsionis. Primo quia in illa est multum de prauo resistenti calori, quare cibus a calido indebite transmutatur, & crudi atq; indigesti humoris formam recipit. Secundo pro quãto tegit & oppilat & prohibet transpirationem, quare aliquando est causa putredinis. Nimia vero paucitas causa est phthisis capiendo phthisim pro totius consumptione qualibet. Secundo nota q cum nutrimentum in pricipio sit contrarium calori, ideo agit ipsum remittẽdo & debilitando. Si ergo fuerit multus cibus multum remisso calore corpus infrigidabit. Et ẽ snia Gal. secũdo de accidenti cap. 5.s. de causis

Nutrimẽti q̃titas nimia lędit dupłr.

Phthisis

Gal.

morborum frigidorum. Et infra Aul. doc. secunda huius fē. secunda summa. cap. de causis infrigidantibus. Tertio nota. quodlibet nutrimentum per se sit infrigidatiuum vt tactum est, per accidens tamen potest esse calefactiuum merito nimiæ qͥtitatis oppilantis & transpirationem prohibētis. prohibita vero transpiratio est causa putredinis, vt p. lo de differentijs febrium & .4. metheororum. & prima quarti cap. de causis putredinis. & infra aliqualiter cap. de causis calefacientibus. Dubium est quia esset idem respectu eiusdem causæ, & causarum prius & posterius, quia putredo caloris est causa. & econtra. Conceditur idem secūdū speciem, licet non idem numero.

Nutrimū tū duplr

Dicemus & q̄ nutriens aliud est subtile aliud est spissum aliud est temperatum. Et subtile quidem est illud ex quo sanguis generatur subtilis, Et spissum ex quo sanguis generatur grossus.

Nutrīēs tēperatū. Sanguis sbtilis et spissus quid.

Primo nota q̄ per nutriens temperatum intelligit mediū inter subtile & grossum nutriens, & non in alijs temperatū. Secundo nota per sanguinem subtilem & spissum in ꝓposito intelligi debet sanguis in modo substantiæ recedens a temperamento vt patet. Ex quo videtur descriptionem taliter exponendam. Nutriens subtile ē illud q̄d ingrediēs etc. merito sui modi substantiæ aptū est conuerti in subtile &c. quod notanter addo propter qualecunq; sanguinem ex qualicunq; nutrimento esse generabilem.

Vniuscuiusq; autem harum diuisionum, aut est eius nutrimentum multum aut paucum.

Primo nota per nutriens multi nutrimenti in ꝓposito intelligere debemus illud ingrediens &c. aptum esse, vt secundum plurimas eius partes cōuertatur in partes membro nostri corporis ad intellectum datum & secundum paucas in superfluitates. Econtra vero dicitur pauci nutrimēti. Quod tamen totum intelligi debet in relatione ad corpus temperatum. Notum enim est q̄ aqua carnis etsi sit multi & subtilis nutrimenti, in corpe nū calidissimi stōl conuertitur ī fumū.

Exemplum subtilis & multi nutrimenti est aqua carnis, & uinum & oua sorbilia calefacta aut trementia. Ista enim multi existunt nutrimēti, quoniam plurimum substantię ipsorum in nutrimentum conuertitur.

Aq̄ carnis q̄d.

Primo nota vt colligitur in libro de viribus cordis per aquam carnis non intelligitur brodium, sed humiditas carnis per distillatiōem ipsius collecta. vnde ibi Aui. Quidam antiquorum opinati sunt q̄ aqua carnis sit brodium decoctionis eius, non tamen est ita. Est enim succus carnis p̄ decoctionem extractus & est multi & subtilis & velocis nutrimenti vt ibidem colligitur.

Vinum mltiplx

Vinum est etiam multi & subtilis nutrimenti, propter causas iam assignatas. Et debet intelligi de vino non nouo neque veteri sed de medio, nec de aquoso sed vinoso potius & citriol coloris vel aurei, vt in. 3. alimentorum, & in libro de diætis particularibus ī libro de euchimia. de quo dixit Theutonicus q̄ ē lacryma dei.

Vinū ē lacryma dei.

Oua etiam intelligendo gallinarum, vt. 5. colliget &. 2. cañ. cap. de ouo et Serapio de simplicibus. & Rasis. 3. Almāsoris, maxime recentia & trementia non indurata sunt multi & velocis & subtilis nutrimenti.

Exemplum spissi & pauci nutrimēti ē caseus & caro salita et melōgia et his similia Res enim quæ ex eis in sanguinem conuertitur, est pauca.

Caseus triplr.

Primo nota per caseum in proposito itelligere debemus antiquum non autem nouum vel medium qui est in cōplexione calidus & siccus d ffcilis digestionis & pauci & grossi nutrimenti, vt secundo cañ. cap. de caseo. &. 5. colliget. e. eodem. &. 3. alimentorum. & io libro de euchimia Gal. De carne etiam salita per sal ab ea humido resoluto idem in locis præallegatis pluries hēri potest. Vnde secundo cañ. caro salita & si in principio humida fuerit, sicca tamen est & pauci nutrimenti.

Auer. Gal. Caro salita.

Melongia q̄d.

Secundo nota q̄ per melongias intelligere debemus fructum quoddam in quo repert̄ acuitas & amaritudo, propter quod ponitur calidus & siccus vsq; ad tertiū gradum & generat nutrimentum grossum multum, & facit possidere apostemata &c. vt secundo cañ. cap. primo. licet Auer. ab hac snīa videatur recedere. 5. colliget cap. primo. Dicit enim q̄ postq̄ decoquitur & proijcitur prima aqua et coquitur cum carnibus pinguibus est cibus valde delicatus, ita vt ipsum taliter præparatum existimet temperatum cibum. Nec obstat auctoritas medicorum in ea. Et licet non sit in ea virtus per se solutiua nec constipatiua, tamen cum oleo exhibita notabiliter soluit, & cum aceto stringit uentrē. secundo cañ. cap. de melongia.

Auer.

Exemplum subtilis & pauci nutrimenti ē iulep & olera quæ in substantia sui temperata existunt & in sui qualitate. Et ex fructibus maciana & mala granata & quæ eis similantur. Et exemplum spissi multi nutrimenti est oua elixa & caro uaccina. Cuiuscunque etiam harum diuisionum aliæ sunt quæ sunt boni chimi, aliæ sūt quæ sunt mali chimi. Exemplum subtilis multi nutrimenti boni chimi ouorum vitelli & uinum & aqua carnis. Exemplum subtilis pauci nutrimēti & mali chimi pulmo & caro anaguaid. Exemplum spissi multi nutrimēti boni chimi oua lixa & caro ānualis agni. Exemplum spissi multi nutrimenti mali chimi caro uaccina & caro anatis et caro equina. Exemplum spissi pauci nutrimenti mali chimi caro salita, in hac autem summa inuenies temperamentum.

Olera ꝑpata q̄.

Nota iulep plurimę. s. aquæ est pauci nutrimenti propter paucum çuccarum, & subtilis propter multam aquę ꝑmixtionem. Et olera multa bona. s. atriplices & bletis malua & spinachiæ, ut colligitur in libro de euchimia, &. 2. alimentorum, &. 5. colliget. nec dicuntur absolute temperata cū olera hmōi declinent ad frigidū & hūidū, sed non multū recedūt ideo appellantur temperata, olera.

Macianū q̄d.

Secundo nota macianum esse fructum frigidæ & siccæ complexionis sua ꝓprietate cor letificans & spiritum tēperans, & corpus subtili et leui & pauco nutrimento nutriens, ut colligi potest in libro de uiribus cordis cap. de macianis. De malis autem granatis uide ab illis auctoribus, quia patet. Patet de carne equi. Dicit Gal. in libro de subtili dieta. Equos autem & asinos asinois hominibus concedendum est comedere.

Explicit expositio capituli de his quæ proueniūt ex his q̄ comeduntur & bibunt secūdum Iacobum Foroliuiensem.

Sequitur expositio aliorum quinque capitulorum secundum Iacobum de partibus.

Ca. xvi. De dispositionibus aquarū.

Qua unum existit elementorum, quæ sola inter omnia elementa habet proprium, ut in eo quod comeditur & bibitur ingrediatur, nō ideo ut nutriat sed quia nutrimentum penetrare facit, & eius rectificat substantiam. Nō autem dicimus q̄ aqua non nutriat, nisi quia nutriens in potentia est sanguis, & in alia potentia longiore ista est pars mēbri hominis. Corpus uero simplex non conuertitur ad formam sanguineam recipiendam, neq;

formam

formam membri humani nisi componatur. Sed aqua est substantia quæ adiuuat ad liquefaciendum nutriens & subtiliandum, & ut cito currat, & penetret in uenas & in foramina, neq; esse potest absq; hoc auxilio eius complemẽtum rei nutrimenti. Amplius aquæ diuersificantur non solum in substantia aqueitatis, uerum etiam secundum illud quod eis admiscetur, & secundũ qualitatem quæ in eis est superans.

In hoc cap̃. primo agit de ꝓprietate aq̃ solius īter eľnta, et de diuersitatibus aquarum. 2. de electione aq̃ & expiẽtia bonitatis eius a pondere. ibi ⌊ Aq̃ vero quæ sunt. ⌉ tertio de rectificatione aq̃ p sublimationẽ distillationẽ & decoctiõem. ibi ⌊ Sublimatio preterea. ⌉ quarto de laudibus aq̃ nili et notificatiõe malaꝝ aquaꝝ. ib ⌊ Sunt ãt q aquã. ⌉ quinto de aqs pluuialibus. ibi ⌊ Ex aquis q̃q;. ⌉ Sexto de putealibus et paludosis. ib ⌊ Puteoꝝ vero. ⌉ Septimo de niuosis glatialibus lacualibus non currentibus & haustis ex cãnalibus. ibi ⌊ Niuosę v̓o. ⌉ Octauo de metallinis & sanguisugalibus. ibi ⌊ Aq̃ ꝓterea qbus. ⌉ Nono de niue & aq̃ glatiali ibi ⌊ Nix uero. ⌉ Decimo de aquis frida calia & tepida. ibi ⌊ Aqua præterea tẽperate frida. ⌉ 11. de aquis salsa turbida aluminosa et ęrea ibi ⌊ Aqua vero salsa. ⌉ 12. de ꝑmixtione aquarũ et remissione sermonis de eis ad alia loca. ibi ⌊ Cũq; aq̃ diuersæ. ⌉ In hac prima pte quæ ẽ p̃sens textus dici primo q aqua ẽ unũ quatuor eľntorũ, cui soli ex eis propriũ est ingredi ĩ eo qđ comeditur & bibitur, nõ vt nutriat sed vt sua subtilitate et fluxibilitate penetrare faciat alimentũ per anfractus corpis, & vt rectificet. i. p̃paret substantiam nutrĩetis ad facile recipiẽdũ digõnẽ & ĩpressiõnẽ innati caloris. Secũdo dicit q iõ dicimus aquã non nutrire, quia de rõe nutriendis ẽ vt sit sanguis in potentia, & nõ solũ sanguis sed pars hois in potentia longinquiori, sed ex nullo simplici eľnto põt sanguis fieri neque ps hoĩs, nisi cũ alijs ĩmixtum fuerit. Hyp. vero tertio regiminis acutorum dicit q aqua nõ nutrit, quia naturalit̃ nõ habet fecẽ. Et Gal. libello de aquis cap̃. 1. ait. Quoniam aũt nõ nutrit aqua sed solum est vehiculum cibi vt Hyppocrati & Crysippo & Erasistrato videtur. Et ꝓpterea neq; uitalẽ virtutem putant eam confortare. Et hæc est cã quare iubẽt mellicratum & oxymel & vinũ dare in ęgrotantibus abscedendo ab aqua. Hæc Gal. Tertio dicit q aqua confert ad liquefaciendum. i. reddendum molle & fluidum nutriens solidum & subtiliandum ipsum, vt leuiter & cito penetret & fluat p venas et foramina, neq; potest nutritio compleri maxime ex solido cibo nisi coadiuuante aqua vel aliquo sibi ꝓportionali in liquefaciendo & subtiliando nutriens vt vino vel ceruisia hydromelle vel sicera. Signanter additum ẽ ex solido cibo, quia infantes ex lacte conuenientissime nutriunt absq; potu aq̃. Quod autẽ aqua sit nobis necessaria Gal. affirmat primo simpľ. medicinæ cap̃. 3. dicens. Aqua est qua vtuntur omnes homines cõiter siue sani sint aut infirmi, & necessitas eius est necessaria ad hoc vt remaneat vita. Sed q aqua non p̃stet dicta adiutoria arguet aliquis ex illo cañ. tertij regiminis acutoꝝ. Aq̃ vero nullũ iueni vsum, nisi qa in acutis bibitur morbis. Et eodẽ canõe vt dicit q ruginĩ facit in stõ natat, quia trãsire moratur eo q frigiditati ptinet & indigestibilis est nec vrinam prouocat. Itẽ dicit Gal. cõmen. illius canõis. Oportet vt aqua tota sit tardæ penetrationis, difficilis digestionis, & difficilis descensionis q̃uis sit melior aquarũ. Huic consonat illud metricũ. Glria sit bacco pereat Thetis & sua proles. Quæ manet in stõ rudis indigestaque moles. Ad primũ dic q Hyp. voluit aquã crudã non ꝓficere bibitã vice medicinę vel ieiuno stõ, nisi in morbis acutis. nã chronici fieri solent ex materijs grossis, quas sua frigiditate plus ingrossat & incrudat aqua nec in pleuresi cõfert sedando sitĩ vel facilitando sputum si bibatur toto tpe eius, sed p interualla bibita, inter oxymel & aquã mellis iuuat ad screandũ, quia aqua facit accider̃ illis potibus toritatẽ ꝓpter multitudinẽ hũectatiõis suę vt ait Gal. in fine cõmẽ. Ad secũdũ dic q Gal. nõ loquit̃ de aqua cibo moderate ĩmixta ad reddẽdũ ip̃m liqdũ fluidũ & penetratiuũ, sed de aqua sola sũpta a ieiuno vel inanito. Ad metricũ dic q vinũ sanis est melius aqua, maxime prouectis & tpatis vel infrigidatis. Sed dicit Ras. 3. Almansoris cap̃. de virtute aquę q ipsa calorẽ reprimendo calefactis calidãq; hñtibus complexionem plus q̃ vinũ conueniens est. Quarto innuit aquas tripľr diuersificari. Primo penes sñam secundum quam diuersitatẽ q̃dã grossa dr̃ altera subtilis alia media. Secũdo penes id quod eis admiscet̃, secũdũ quã diuersitatẽ q̃dã dñr lutosę, q̃dã ferreæ, q̃dã sulfureæ, alię aluminosę, & sic de similibus. Tertio penes qualitatẽ secũdũ quã diuersitatẽ q̃dã calę dñr, aliæ fridæ, aliæ tepidæ. Et iterũ penes qualitatẽ q̃da sunt insipidę, q̃dã dulces, q̃dã salsæ, q̃dã amarę. Et iterũ quædam claræ & luminosę, quædam turbidę. Et iterum quædã mali odoris, aliæ non mali, aliæ in odoræ.

Hyp.
Gal.
Rasis.
Aquæ diuersitas penes tria.

Aquæ uero quæ sunt alijs meliores sunt aquę fontium. Neque tamen omnium fontium nisi fontium terræ liberæ, in cuius territorium nulla dispositionum & qualitatum extranearum supat: Aut aquæ quæ sunt petrosę quia sunt digniores, ne terrestri putrefactione putrescant. Illa tamen quæ est terræ liberæ melior est petrosa. Neque ex omni fonte terræ liberæ, sed illa tantum quæ prę ter hoc est currens. N c omnis currens nisi currẽs quæ est soli & uentis discooperta. Hæc nanq; ex eo quo currẽs est nobilitatem acquirit. Non currenti uero est cum acquiritur propter discoopertu ram malitia talis qualis non acquiritur ꝓpter profunditatem & coopertu ram. Neque omnis currens discooperta nisi illa quæ super lutum incedit. Et debes scire q illa quæ super lutum uadit melior est illa quæ super petras fluit. lutum enim mundat aquam, & aufert ab ea res extraneas sibi admixtas quæ sunt in ea & colat ipsam, sed lapides non faciunt illud. Oportet autem ut lutum per quod transit sit liberum & non sit lutum foetidum, neque lacunosum neque aliud. Quod si hæc aqua fuerit multa & forti cucurrerit cursu, quæ propter sui multitudinem illud quod ei admiscetur in suam conuertat naturam. & quę suo cursu ad solem tendat. s. ad orientem & proprie ad eius æstiuum erit melior aquis, & quanto etiã magis cum multũ a suo elongabitur principio. Et post hanc quæ ad septentrionẽ uadit. Illa nanque quæ ad occidentem tendit & meridiem est mala, & proprie cũ meridionales exufflauerint uenti. Et illa quidem quæ a locis descendit altis cum alijs bonitatibus est melior. Et illa quæ est sic est quasi dulcis quæ dulcis esse imaginat̃. Et neq; uinum tolerat, ut ex ea sibi admisceatur nisi parum. Et est in pondere leuis. Et cito infrigidatur & cito calefit, propterea q est resoluta frigida in hyeme & calida in æstate. In qua nullo modo sapor superat aliquis, neq; ullus odor. Et cito descendit ab hypocũdrijs. Et quod in ea coquitur cito coquitur & cito dissoluitur.

In hac parte secunda p̃io describit aquas alijs meliores

secundo docet has a pondere nosci.ibi[,] Debes autẽ scire.

Aq̃ bonę cõditiões 19.

In prima particula tangit nouendecim conditiones bonæ aquæ. Prima est ꝙ sit aqua fontis.nam fontales aq̃ sunt alijs meliores. Idem sentit Gal.primo de regimine sani.ca. 10.dicens,ꝙ fontis aqua recens maxime est bibenda, quæ nullam adiectam habeat pniciosam qualitatem. Et libello de aquis ait fonteas excellere alias. Et ante eum Hyp.sed Rasis prætulit aquam magnorum fluminum dulcium. Iuxta illud Aue.5.collig.cap.de aquis. Melior aqua secũdũ Hyp. est aqua fontium orientalium quæ scaturit ex terra, quæ nõ habet nimis grossam substantiam neq̃ nimis mollem vel luteam,sed sit mediocris inter eas. Et propterea hæc aqua ẽ suauior & leuior & citius permutatur a calido & frigido. Et Rasis sentit ꝙ melior aqua sit fluminum magnorũ dulciũ. Et Hyp.dicit ꝙ istæ sunt diuersarum substantiarum eo ꝙ transeunt per diuersas terras,& propterea quia ingrediũtur eas multi riui. Et tamen videtur ꝙ Rasis non laudauit flumina grossa magna,nisi propterea quia sol operatur in eis vnã operationem propter quam separantur res grossæ a subtilibus,& propterea coquunt medici aquam eis qui habent debilem stomachum & hepar. Hæc Auer.sed in finem capituli illius adhæret Hyppocrati. Secunda est ꝙ non solum sit aq̃ fontis sed fontis terræ liberæ.i.nõ infectæ putredine aliqua vel extraneo sapore vel odore vel metallica virtute vel substantia aliqua alia extranea aut qualitate. Tertia est ꝙ nõ solum sit aqua fontis terræ liberæ sed etiam currens.nã cursu mundificatur & subtiliatur aqua. Quarta est ꝙ non solum sit currens,sed etiam discooperta soli & ventis. Nã sol & venti purificant aquas & eas subtiliant quemadmodum aerem. Currens.n.discooperta ex cursu nobilitatur & subtiliatur,sed non currens discooperta quandoq̃ est plus malitię ex discoopertura q̃ cooperta non currens ex profunditate & coopertura, vt aquæ puteales coopertæ profundæ sunt malitiæ minoris q̃ paludosæ discoopertę soli & ventis maxime meridionalibus.citius.n.putrescunt & corrumpuntur paludosæ putealibus ab extraneo calore cui plus exponuntur.

Aq̃ putealis q̃ salubrior coopta an discoopta

Quinta ẽ ꝙ non solum sit currens & discooperta, sed etiã incedat abscedens a fonte supra lutum. Nam quæ supra lutum fluit melior est ea quę fluit supra petras, quia lutum mũdificat aquam & tollit ab ea res extraneas vt terrestreitates quæ sibi immiscentur & colat aquam.i.reddit lipidam separando ab ea quod eam turbat,ac si colaretur per pannũ mũdum. Petræ vero non faciunt illud,quia nec sunt sic affines terrestreitatibus aquę mixtis,nec ab aqua penetrantur sicut lutum. Attende quòd licet aquę petrosæ sint grossiores & frigidiores a Gal.censentur puriores alijs & sine fecali residentia. Ait.n.in libello de aquis cap.2. Petrosę vero peiores quidem sunt & duritie & frigiditate. Puræ vero plus alijs & absq̃ hypostasi. Sexta est ꝙ nõ solum super lutum fluat, sed super lutum liberum.i.absolutum ab omni putredine et fœtore,& extranea substantia vel qualitate, ita ꝙ nec sit fœtidum neque lacunosum,neq̃ alius malæ substantiæ vel q̃litatis aquã inficientis. Septima est ꝙ sit multę q̃ntitatis ita scilicet ꝙ conuertat in sui naturam illud quod ei miscetur ex pluuijs & riuis,& nõ maneat etherogenea manifeste. Octaua est ꝙ fortiter currat.nam per cursum fortem subtiliatur.

Gal.

Sed istabit aliquis ꝙ aqua ex forti cursu rapit secum terrã, & alia ex ripis quibus turbatur & ingrossatur,sicut est videre in rhodano. Dic ꝙ talis aqua in substantia sua est subtilis & facile residet quod ei miscetur & ideo bona est, sed debet permitti prius residere q̃ cibis immisceatur vel in potu det.

Nona est ꝙ ipsa currat versus orientem & maxime versus orientem æstiuum.i.versus hanc partem vbi sol oritur tpe estatis.sic.n.melius a sole purificat & cursu & asceasu eius. Et post hanc in bonitate est currens in septẽtrionẽ. Et currẽs in occidentem vel meridiem mala est maxime flãtibus austris. Eiusdem sniæ meminit Gal.libello de aquis cap.primo dicẽs. Aquę vero fluxibiles multo subtiliores sunt,& ad urinationem meliores,& omnes quęcunq̃ fonteæ versus orientem fluunt humiditate & subtilitate et bono odore. Etut sint moderate frigidę & calidę excellunt alias. Quæ vero fluunt versus septentrionem dulces quidem sunt,in frigiditate autẽ excedunt. Quæ autem versus occidentem violentę quidem sunt in infrigidando violentę vero & in duritie.i.grossitie, propter quod branchosæ sunt & pleureticę & spasmosæ. Quæ vero versus austrum salsiores sunt & calidiores & ad vrinandum non idoneæ. Hæc Gal.

Gal.

Decima est ꝙ plurimum elongata sit a sua origine seu principio,quia q̃to magis ab eo elongatur tanto magis subtiliatur & purificatur subtiliatione & purificatione,quas acquirit suo longo cursu versus orientẽ. Huius contrarium sentire videtur Auer.5.collig.cap.de aquis dicens. Non potest esse vt in ęstate non effluat aquę multitudo ad flumina & aqua pluuię,& propterea q̃to plus elongatur flumẽ a suo ortu est deterius.& propter hoc nr̃m flumẽ melius est in corduba q̃ in sibylia,& est deterius in sibylia propter crementũ & decrementũ & propter admixtionẽ aquę salsę in eo,q̃uis illud non sentiatur.& ẽ impossibile ꝙ aquę magnorum fluminum non sint turbidę. Et propter hoc inuenimus in fundo piterorũ.i.vasorũ quando ponimus in eis aquam fluminum multum de sabulo & terra. Hæc Auer. Cui rñde si vis ꝙ aqua elongata a suo fonte potest deteriorari ex malis pluuijs et malis riuis et malis terris si p eas fluat aut sibi cõmisceantur,sicut euenire asserit i suo flumine. Sed contrarium huius hic supponit Prin.ex alijs conditionibus bonę aquę quæ si sibi insint ex longo cursu versus solis ortũ quasi decoquitur. Et si quas habeat terrestreitates sibi commixtas facile resides,& ab eis absq̃ artificio sola quiete i vase mundo per residentiam purificatur.

Auer.

Vndecima ẽ ꝙ ipsa descendat a locis altis cum alijs bonitatibus. Hanc conditionem tangit Gal.cap.5.libelli de aquis dicens. Sed plana quidem terra deterior est ad effluxiones aquarum,& vtplurimum sunt ibi putei fossę & fontes stationarij. In summitatibus vero sunt fontes meliores & aquę puriores & melioris odoris, & dulciores eis quę sunt in planitiebus. Hæc Gal. Et ad illa iuuat ꝙ aquę montium sunt plus expositæ soli & ventis,& fortius fluunt vt in pluribus, vnde minus fiunt putrescibiles.

Gal.

Duodecima est ꝙ sit quasi dulcis quæ dulcis esse imaginatur,quia est omni sapore extraneo priuata non multum fortiter,sed quasi insensibiliter immutans gustum. Signanter dicitur quasi dulcis quia nõ est proprie dulcis sed insipida,immo ipsa est in summo insipiditatis,& velut exemplar aliarum rerum insipidarum,ut ait Gal.4.simplicis medicine.cap.7. Tertiadecima est ꝙ vinum non tolerat permixtionẽ eius nisi sub modica quantitate,quia quanto purior est tanto magis frangit virtutem vini. Et intelligas id de vino mediocris fortitudinis.nam fortia vina qualia sunt hispanica mixtionẽ sustinent aquę plurimę. Vel intelligas ꝙ vinum quodcunque minus aquæ puræ q̃ alterius sustinet. Quartadecima est ꝙ sit leuis ponderis.ex hoc.n.noscitur esse subtilis & terrestreitatibus non esse immixta quibus aggrauetur eius substantia. Quintadecima ꝙ cito infrigidetur & cito calefiat quia est resoluta.i.non congelata neq̃ coagulata,sed sparsa i hyeme & calida in ęstate. Et licet cito infrigidetur non tamen facile congelari solet propter carentiam terrestreitatis qua condensetur & fiat glacies. Et ex cita calefactione & infrigidatione eius leuissima esse probatur. Iuxta illud Hyp.apho. quinta. Aqua quę cito calefit & cito infrigidatur leuissima ẽ. Et licet talis sit leuissima põdere,dicit tamen Gal.in cõmẽ. Non oportet intelligere hic Hyppocratem intendisse leuissimam in pondere.si.n.hoc intendisset vile quid in longo tpe & magno labore inuestigasset,quod tamen libræ appositũ leuiter apprehendi põt. Intẽdit ergo leuissimã quę stõm nõ aggrauat & q̃ cito trãsit digesta. Neq̃ solũ his q̃ hic posuit ẽ sẽtiẽda aqua,sed alijs modis quos hac causa reliquit,quia breuissimus erat & posuit obscura. Est autem leuissima quia nõ turbata.secundo q̃a in ipsa nõ apparẽt corpa terrea.3.quia nõ horribilis ẽ sapida.4.quia cito calefit & infrigidatur. Quę cũ assint cito digerit,& sicut cibus digestus bonus fit aq̃ suo mõ bona et vr̃ ex leuitatis suę digõnibus. Quicũq̃ ergo ad bibẽdũ aquã nũquã sunt nõ certiora expimẽta hr̃e possũt.

Aqua leuissima quadruplex.

Hæc

Gal. Hæc Gal. Decimasexta est q̃ in ea non dinetur aliquis sapor, sed sit insipida penitus. Iuxta id Gal. 4. simpl. medicinæ ca. 7. Et perscrutetis subtilis seruationē eius quod est de impressione eius in linguam tuā, & proprie quod est ex aqua in quā non declaratur aliquis horum saporum quos diximus hic non stypticitas neq; acredo neq; acuitas neq; acetositas neque amaritudo Nam cum sapor sit passio in humido facta a sicco terreo alteratiua gustus secundum potentiam in actū vt ait Aristo. cap. 3. trac. secundi libelli de sensu & aqua pura careat sicco terreo, merito est insipida. Decimaseptima est q̃ nullus odor in ea dinetur. Nihil. n. odorabile est sine siccitate. Iuxta illud Ari. tractatu nunc dicto cap. 5. Est autem odorabile non secundū q̃ pspicuum sed secundum q̃ laudabile vel inundabile euchim æ siccitatis. Cum igitur aqua pura nihil siccitatis hēat penitus inodora est. Decimaoctaua ē q̃ cito descendat ab hypocūdrijs. i. a ptibus q̃ sub costis sunt. Ex hoc. n. facili descensu leuissima dr̃ a Gal. non offendens stōm nec in eo natās, nec ventositates illic multiplicās. Decimanona est q̃ res in ea cito decoquuntur & dissoluuntur, vt carnes, pisces, olera, legumina, grana, panica. Primo q̃a cito calefit. 2. quia subtilitate sua velociter penetrat vsq; ad intima horum q̃ coquuntur in ea. Nōne vides q̃ cum aquis putealibus vix pisa coquuntur & dissoluuntur quę facile coquunt̄ in aqua fluminis. Ex dictis elici potest descriptio tal' aq̃ melioris quod est aqua fontis terræ liberæ, currens, discooperta soli & ventis, super lutum liberum incedens, multa, fortis cursus, tendens in oriens, elongata a suo principio, descendens a locis altis, insipida, cuius quantitatem magnam vinū non tolerat, leuis in pondere, q̃ cito calefit & infrigidatur in qua nō supat sapor neq; odor, cito descēdens ab hypocundrijs, in qua cito coquitur & dissoluitur quod i ea coquitur.

Aq̃ pura quæ. Attende primo q̃ aqua dr̃ pura secundū medicos ex iudicio sensus cum penitus est insipida & summe clara & luminosa & oino sine odore, licet nulla inueniatur apud nos ex toto munda carēs oī imixtione. Iuxta illud Gal. primo simplicis medicinæ. cap. 4. Et hęc quidem aqua expīt & iudicatur de ea per tres sensus q̃ sunt gustus & visus & odoratus. Per gustum quidem vt non sit ei sapor oino, imo sit insipidi saporis in summo. Et visum quidem vt sit in summo munda & clara & luminosa. Et sir̄ iterum in odoratu oportet ne sit odor ei penitus. At vero aqua denudata ex his omnibus proprietatibus est iterum apud naturam nō munda in fine mūdificationi, sicut nullum quatuor elementorum sensatorum est purum, cui non pmixtū sit aliud ab eo. Apud sensum vero & apud visum aqua longinqua ab illis proprietatibus est pura munda. Attende secundo q̃ conditiones principaliores melioris aq̃ sic colligit Gal. libello de aquis cap. 6. Vna itaq; bonarum & malarum aquarum est cognitio, si hyeme quidē ē calida æstate vero frida. Secunda vero si pura ē & nō lesa secundum colorem neq; materiam habet vel hypostasim. Alia vero si est leuis & facilis ponderis, quæ. n. pōdere est leuis non est permixta terræ. Considerare autem oportet & si cito calefit & infrigidatur. melior ē. n. ista alijs. Et qualr̄ ad digōnē sehēt, qualr̄ & ad secessionē. Quę. n. cito digerūt̄ sūt meliores. Et q̃ secedūt, si secedūt secūdū vesicā. nulla. n. est quę p̄ testina aquarū secessio. Hæc Gal. Attende. 3. q̃ vltra conditiones melioris aq̃ quas hic narrat Princeps conditio tēpoꝝ āni nō ē omittēda. Iuxta illud Gal. libello de aq̃s. cap. 4. Vernales igitur & hyemales tēpatę sunt & optīe q̃s ego maxīe laudo. Autūnales vero & æstiuales cū in gnōne differant & in bonitatibus non est dicere quantum a vernalibus deficiunt. Terra. n. vaporat siccius in ęstate & autūno, & aer habet permixtiones terræ multas quas purgant pluuiæ, & propter hoc huius aquę sunt duriores, & ad abstergēdum quidem sufficientes & secedendum secundum testia, non bonæ autem sunt renibus & pulmonī & arterię. Attende. 4. q̃ etiam venti diuersificant bonitates aquarum & ariditas & pluuiositas. Iuxta illud Gal. ibi. Differunt autem aquę & penes spūs. Boreas. n. si flauerit dulcior quidem erit sed frigidior, si vero auster minus quidem dulcis calida vero magis. Omnino autem q̃ fiunt in amaritudinibus aquæ nitrosiores sunt eis quæ fiunt in pluuiositatibus. Attende quinto q̃ in electionibus aquarum attendi debēt color et regio. Iuxta illud Gal. cap. vltimo nunc dicti libelli. Differunt autem aquæ etiam secundum colorem & regionē. Et oportet de his ab hominibus locorum interogare. Est. n. aqua i scolhinis quam si quis bibit moritur. Talis autem est in ciceo arcadię, quam vocāt aquam stygis. Talis etiam est i tracia et lacus qui in sauromatibus super quem neq; auis uolare potest. Et alius secundum medos super quem & regio stat, nigra quæ approximata igni accēditur. Et hoc pharmaco aiūt Medeā corrupisse filiā Anacreontis. Est etiam & circa susis aqua quam si quis biberit amittit dentes. Sybaris vero fluuius viros ingeneratiuos facit, Is autē qui in ægypto depilat capita bibentium. Harum itaq; nullam est scire nos interrogando ab hominibus illorum locorum. Hæc Gal. Attende sexto. q̃ herbe aquis inascentes sunt etiam considerandę. Iuxta illud Gal. libello de aquis cap. 2. Herbę autem aliquādo quidem valde nocent aquæ, aliquando autem iuuant, sicut nasturtium & calamentum & adianthū. Hęc. n. plurimū in riuis nascunt̄, & bonis quidē aquis nocēt, malis aūt iuuāt si permisceatur aliquid farmacosum aquis: fiunt autem ad vrinationem meliores huiusmodi aquæ. Hæc Gal.

Debes autem scire q̃ pondus ex experimentis est adiuuantibus ad cognoscendum aquę dispositionem. Aqua nāq; quæ est leuior in plurimis dispōnum est melior. Est autē cū cognoscit pondus per mensuram, & cum cognoscitur si in duabus aquis diuersis duo panni aut duo cota unius ponderis madefiant & postea uehementer exiccentur, deinde ponderentur, quia aqua cuius cotum fuerit leuius erit melior.

In hac secunda particula dicit primo q̃ pōdus iuuat ad cognoscēdū dispōnē malitiæ vel bonitatis aq̃. Nā q̃ leuior ē, ē melior vt in pluribus. s. dum non habet aliquas ex malis cōditionibus vt foetorem vel extraneum saporem. Secūdo dī- Aq̃ pon
cit q̃ aquæ pondus dupliciter noscitur. Primo per mensurā dus no-
eius in statera seu æquilibra. secundo madefaciendo duos pā- scitur du
nos aut duo cota eiusdem ponderis in diuersis aquis, de qui- plr.
bus est dubiū quæ leuior sit, deinde desiccando optimæ pannos hos aut cota, post ponderando. & illa aqua melior & leuior ē cuius pānus est leuior & cotum leuius: quia per hoc designatur aquam fuisse subtilem sine terrestreitate, quia non reliquit in pāno vel coto terrestreitatem qua fieret grauior.

Sublimatio præterea & distillatio aquas rectificat malas. Et si istud non fuerit decoctio rectificat. Aqua enim cocta sicut testificati fuerunt sapiētes minoris est inflationis & uelocioris descensionis. Et torpidi quidā medicoꝝ existimāt q̃ aquæ coctæ subtile resoluatur & ipsius remaneat spissum, unde in coquendo ipsam non existit iuuamentum, qm̄ in aqua spissitudinem augmentat. Scire aūt debes q̃ aqua in suæ aqueitatis dispōne ex partibus existit in subtilitate & spissitudine sil'bus quia est simplex, sed non inspissat nisi, ppterea q̃ frigoris qualitas super eam præualuit, aut propter fortē terrestrium partiū commixtionem, quę ob hoc q̃ sunt paruissimæ ab ea nequeūt separari neq; descendere in ea, quia nō sunt tantæ q̄titatis ut cōtinuitatem aquæ findere ualeant et in ea descendere ob multam paruitatē. Oportet ergo ut eis accidat cōmixtio cum

clarificantur, q si iterum decoquantur & terrestreitates residant non descendit aliquid terrestreitatis ab eis, de quo sit curandum, quia tales aquae primo sunt subtiliatae ex longo cursu cum sint recollectae in postremo fluminum longe ab origine, secundo quia decoctio adhuc amplius subtiliat eas. Attende primo q geon fluuius de paradiso surgens uniuersam ethiopiam cingit, dictus q in cremento suae exudationis terram egypti irrigat. Ge. n. grece terra est. hic apud egyptios nilus vocatur ut ait papias auctoritate Isydo. Attende secundo q Gal. libello de aquis capitulo ultimo tangit duos modos corrigendi malas aquas dicens. Conuersantes autem & bibentes prauam aquam ingeniari oportet facere eam potabilem. Optimum ergo est coquere eam in lagenis figulinibus, scilicet de terra & infrigidando per noctem rursus calefacientes bibere. Secundo exercitati oportet praeparare bonam aquam ex mala, foueam decet fodere ab altis locis ad decliues, idest inferiores immittendo ad foueas in quibus sit dulcis terra & porosa exinde autem ad lagenam transfluat, semper enim in foueis remanebit aquae malitia. Sunt autem & alij plures modi correctionis malitiae aquarum de quibus determinat Rasis sexto Almansoris, & Auic. primi tertia doctrina quinta summa singulari capitulo de praeseruatione ex agendis a nocumento diuersarum aquarum.

B. Gal.

Aq male coctionis modus duplex.

Sunt autem qui aquam nili maxima laude extollunt. Et eius bonitates in quattuor comprehendunt. In longitudine manationis eius & bonitate locorum per quae uadit, & quia ex cursu suo a meridie tendit ad septentrionem subtilians illud quando in ipso currit ex aquis. In multitudine uero sui aliae communicant ei. In aquis autem malis si quotidie eas de uno uase in aliud mutares quotidie manifestam uideres descensionem sicut in primis. Et praeter hoc non descendit ex eis quod descendere consueuit nisi paulatim & non cito & cum hoc non perfecte clarificantur. Et huius quidem causa est quod permixtiones terrestres leuiter a substantia subtili descendunt in qua non est grossitudo neque uiscositas neque unctuositas, sed a spisso non tam facile descendunt. Amplius decoctio substantiae acquirit subtilitatem et post decoctionem concussus.

Nili laus quadrupliciter.

In hac parte quarta dicit primo q aliqui summe laudauerunt aquam nili propter quattuor. Primo propter longitudinem sui cursus. Secundo quia currit per bonas terras & loca nitida. Tertio quia currit a meridie versus septentrionem subtilians aquas quae fluunt in ipsam. Quarto propter eius multitudinem, & in hoc quarto secum communicant plures aliae aquae. Et est nilus fluuius aegypti sic appellatus, quia limum trahit. De hoc fluuio quaerit Aristo. libello de inundatione nili. Propter quid alijs fluminibus in hyeme quidem augmentatis in aestate autem multo factis minoribus solus iste qui in mare fluunt multum in aestate excedit sicque tantus ut ciuitates solae superstent velut insulae. Et post recitationem & reprobationem plurium super hoc opinionum sic respondet Aristo. Videntur enim aquae factae in ethiopia per tempora haec a cane usque ad arcturum multae & abundanter, hyeme autem nullae. Et propter hoc simul cum ventis annualibus adueniunt fluuius. Isti n. nebulas maxime ferunt in regionem, & quicumque alij venti fiunt aestiuales ante hos, quibus ascendentibus ad montes defluunt aquae ad stagna per quae nilus fluit. Attende q Gal. fuit unus extollentium aquam nili. Ait n. libello de aquis capitulo primo. Sed quis non laudet fluentes versus austrum aquas nilum tamen fluuium ita laudo ut sicut mihi videtur paucis comparetur fluuijs secundum bonitatem aquae & fabris vitreis & mulieribus in partubus ob

Gal. in laudem nili.

fertas. Secundo dicit q haec conditio est in malis aquis, q si quotidie effundantur de vase vno in aliud vas, omni die uidere ab eis euidenter aliquam terrestreitatem sicut in primis diebus. Et ultra hoc non cito sed paulatim descendit ab eis quod descendere solet. Et cum istis habent q numquam perfecte clarificantur. Cuius ratio est q sicut terrestreitates immixtae faciliter descendunt a substantia subtili carente grossitie viscositate & unctuositate. sic difficulter descendunt a substantia grossa non faciliter diuisibili propter ipsius grossitiem. Tertio dicit resumens unum quod praedixerat, ut addat q decoctio subtiliat substantiam aquae & post decoctionem concussus, idest agitatio aquae vel crebra mutatio de vase in vas sicut cursus aquae subtiliat eam.

Ex aquis quoque laudabilibus sunt aquae pluuiae & praecipue illae quae in aestate eueniunt & ex nubibus cum quibus assunt tonitrua. Turbidatio autem uaporis unde generantur uenti maximi cum nubibus uenientes turbidant nubes ex quibus uenit pluuia, ideoque eius substantia est falsa & non pura. Sed tamen aquae pluuiali cito aduenit putredo, licet sit aquae melior propterea q est ualde subtilis, et quia in ipsa corrumpens terreus & aereus cito operatur & fit eius putredo causa computrescendi humores & impedit pectus & uocem. Quidam autem dixerunt huius causam esse q aqua pluuiae generatur ex uapore qui fuit ex humiditatibus diuersis subtiliatus uel sublimatus. Sed si haec esset causa aqua pluuiae uituperabilis esset & non laudabilis. Sed non est ita, immo propter multam suae substantiae subtilitatem, quoniam omnis subtilis substantia plus recipit passionem. Quod si aqua pluuiae ebullierit eius receptio putrefactionis minuetur. Acetosa quoque cum comeduntur tunc cum necesse fuerit uti pluuiali aqua opponuntur putrefactioni & ab impedimento eis securitatem faciunt.

Acetosa cum complexio.

Gal.

In hac parte quinta dicit primo q aquae pluuiales sunt ex aquis laudabilibus maxime aestiuae & ex nubibus cadentes cum quibus tonitrua sunt. Primo quidem quia materia earum subtiliata fuit a virtute coeli eam eleuante. Secundo quia exhalatio calida & sicca clausa & inflammata in nube quae rumpens nubem facit tonitruum subtiliat iterum eam. Tertio quia decidens inferius a calore aestatis in fine regionis aeris rursus calefit & subtiliatur. tales ergo aquae sunt multum subtiles. Secundo dicit q turbulentia vaporis ex qua venti maximi fiunt cum nubibus moti turbidat nubes ex quibus turbatis pluuia prouenit. Et ideo substantia talis pluuiae est falsa & non pura, idest notha spuria seu violata alterius substantiae commixtione non sincera munda, sicut de cholera vel terriana dicitur q est falsa seu non vera, sed notha spuria ex phlegmatis commixtione. Attende primo q communiter nubes turbantur ex exhalatione terrestri sibi commixta, quae est materia uentorum & dum nubes simul inspissantur cum exhalatione tali vertuntur in pluuiam, quae non pura neque munda aqua est, sed terrestreitatibus immixta. Attende secundo q quidam libri in hoc passu pro falsa habent phlegmatica. Et licet haec pluuialis aqua propter terrestreitates sibi immixta plus rebellet digestioni & tardius descendat inoriudans cibos & inde possit phlegmatica vocari, melius reputo q falsa scribatur & non phlegmatica. Tertio dicit q licet aqua pluuialis sit de melioribus aquis tamen cito putrescit, quia est subtilis valde; & ideo tam corrumpens terreus quam aereus videlicet calor non naturalis cito operatur in eam putrefaciens ipsam. Et quando bibitur talis sua putredine

Aq pluuiae laus triplex.

Pluuiae generatio.

Aq pluuialis putrefactioni apta.

putrefacit humores corporis & lædit pectus & impedit vocem. Quarto dicit aliquos dixisse quòd aqua pluuiæ cito putrescit quia eleuatur a diuersis humiditatibus puta cadaueribus paludibus lacubus stagnis mari & similibus, sed si ob id putresceret non laude, sed vituperio digna esset. non ergo hac causa putrescit, sed quia est subtilis valde & omne subtile passionibus est aptum. Quinto dicit, si aqua pluuiæ bulliatur erit minus apta putredini. Et si comedantur acetosa tempore sui vsus impediuot putrefactionem & securant corpus a nocumento eius, sicut acetum, vel acedula, vel succus agrestæ, vel succus lymonum: aut arangiarum, aut granatorum: aut acetositas citri, aut succus berberis, vel uuiorum viridum.

Acetosorũ complexio.

Cuius ratio est quia acetosa vt in pluribus sunt frigida et sicca, quare putredini resistunt ex vtraque qualitate, & sunt etiam subtilis substantiæ fundatur.n. sapor acetosus in substantia subtili. Et ideo prohibent oppilationes quæ sunt ex causis potioribus putredinis humorum. Sed arguet aliquis quod facilis receptio putrefactionis non minuitur in aqua pluuiali per ebullitionem, seu decoctionẽ, quia ipsa est apta putrescere propter suam subtilitatem, vt modo est determinatũ & decoctio iterum addit in ipsius subtilitatem; quare reddit eam magis putrescibilem. Item ebullitio acquirit ei calorem extraneum, qui est pater putrefactionis. Ad primum dic quod aqua pluuialis abundat in aereis partibus, quibus apta redditur ad putrefactionem, & hæ resoluuntur per decoctionẽ & terrestres resident: quare ipsa remanet, vt aqua pura, quæ non est putrescibilis. Item non omnino subtiliatur per decoctionem, sed ex separatione terrestreitatis fit subtilior & ex separatione aeris grossior. Ad secundum dic quod calor relictus a decoquente leuiter recedit priusquam putrefaciat remoto coquente. quia statim se reducit aqua sua habituali frigiditate ad propriam frigiditatem. Attende primo quod sicut Princeps hic laudat aquas pluuiæ sic Gal. libello de aquis cap. 3. dicens. Aquas vero pluuiales scio leuissimas esse & subtiles & puras & bonas & dulces gustu. Educit.n. sol vt & rapit quod est subtilissimum de aquis. Attende secundo quod Ga.

Gal.

ibi reddit causam velocis putrefactionis aquæ pluuialis quam hic repellit Princeps. Ait.n.ibi. Educit autem non de aquis solum, sed etiã ab ipso mari. Aliquando.n. & a cadaueribus & alijs corporibus vnde putrescit citissime omnium. Cum vero putrescit apoya, i. insipida fit, et qui eam bibunt occupãtur brãchis & tussibus & grauedinibus capitis. Ad hanc cõtrouersiam sedandam dici potest quod aqua pluuialis vt in pluribus est apta putrefactioni propter subtilitatem eius. Sed nihil prohibet vt quãdoque fiat apta putredini propterea quod materia eius in parte separabatur a rebus corruptis, vt in magnis pestilentijs multum generalibus qualis fuit illa, quæ incepit anno domini millesimo trecentesimo quadragesimoquinto, & durauit quinque annis per omnia climata sparsa et occidẽs innumerabilem hominum & animalium multitudinẽ, tunc enim non erat tutum bibere aquas pluuiales: quarum materia partim eleuabatur in forma vaporis a cadaueribus infectis & per aerem corruptum ascendens & iterum descendens sub forma pluuiæ corrumpebatur. Sed communibus annis non pestiferis parum est, quod eleuatur a cadaueribus & rebus corruptis comparatione huius quod eleuatur a mare fluminibus & terris. Nec necessarium est vaporem eleuatũ a rebus putridis esse putridũ. Quia si putridus esset motu ascẽsus vsque ad mediam regionem & frigiditate regionis illius et motu descensus perdere deberet eius putredinem. Et si nõ perderet deberet vincit ipsius malitia copiosa multitudine bonorum vaporum. Relinquitur ergo quod aqua pluuiæ cito putrefiat, vt in pluribus ex sui subtilitate. Sed instabit quis quod si ita esset aqua optima superius descripta magis esset putrescibilis quam aqua lacuum stagnorum & paludũ, quia subtilior est. Dic quod non est simile, quia optima subtilis causa est ex puritate suæ substantiæ. quia redditur imputrescibilis, quia nullum simplex putrescit, sed aqua pluuiæ redditur subtilis ex aeris commixtione: quia disposita fit ad putredinem. Attende tertio quod inter bonas & malas aquas pluuiæ sic discernitur

Pestilentia magna ab ãno dñi 1345. quæ durauit per quinquẽniũ.

quòd bonæ ex eis cito calefiunt et cito decoquũtur, quod in eis coquitur & vino paucæ immixtæ conferunt digestioni & vrinationi & hepati & spleni & renibus & pulmoni aperiendo vias horum membrorum sua subtilitate. Iuxta illud Gal. ibi. In eis vero quæ bonæ sunt siquid decoquitur cito decoquitur, & si aliquid calefeceris cito calescit, & si vino permiscueris modicam ad digestionem & vrinarum secessionem erit benigna & hepati & spleni & renibus & pulmoni, non.n. habentes virtutem fortiter infrigidantem decenter propitiæ fiunt. Attende quarto quod aqua pluuialis secundum Auer. est optima aquarum præcellens fontinas & fluuiales. Ait.n. tracta. 2. primæ partis canticæ super illo cantico. Melior ex aquis est pluuialis mũda. In hoc quidem conuenerunt omnes medici & hoc quando non admiscetur his aquis sicut dixerunt aliqua terra nociua. Est tamen dubitatio & controuersia inter eos de bonitate aliarum post prædictas in gradu existentium. Nam quidam asserunt fontinas esse meliores, quidam autem asserunt hoc de fluuialibus. Hæc ille.

Auer. & aqua pluuiali.

Puteorum uero aquæ & aquæductuum sunt malæ comparatione aquarum. Sunt.n. aquæ cõstrictæ terrestreitatem longo recipientes tempore. Ideoque esse non potest quin in eis aliqua sit putrefactio, quoniam extractæ fuerunt & commotæ uirtute cogente, & non uirtute quæ sit in eis declinante ad hoc ut manifestentur & expellantur nisi ingenio & arte, quia uia propinqua eis fuit adhibita per quam incesserunt. Et ex eis tamen illæ sunt deteriores quibus ex plumbo uiæ factæ fuerunt, quoniam ex eius uirtute aliquid assumunt unde frequenter ad dysenteriam ducunt.

In hac parte sexta primo agit de aquis puteorum & conductuum. Secundo comparat aquam paludis ad aquam putei. ibi [Aqua vero paludis aqua putei.] In hac prima particula dicit primo quod aqua puteorum & aqua conductuum artificialium ex ligno plumbo vel petris aut alijs rebus, sunt fontinis deteriores, quia constringuntur diu morantes in visceribus terræ, vnde adipiscuntur terrestreitatem & grossitiem multam. Secundo dicit quod quia sic cõstringuntur nõ potest fieri quin aliqua putrefactione inficiantur, quia semper in visceribus terræ porosæ est aliquis calor vaporans, & vapores immixti aquis illic reclusis neque a sole neque a vẽtis purificantur putrescunt ergo facile, sicut frequenter videmus ex vaporibus reclusis in nostris corporibus putridas fieri febres. tales.n. aquæ non motæ fuerunt nec eductæ ex suis locis per propriam naturam inclinantem eas ut erumpant a terram & manifestentur suis subtilitate & leuitate sed per violentiam & artificium ac ingenium humanum, quod parauit eis viam qua incederent. Tertio dicit quod inter aquas conductuum illæ sunt peiores quarum viæ seu conductus sunt ex plumbo facti, quia trahunt aliquid de natura plumbi propter eius mollitiem. & ideo sæpe inducunt fluxum ventris dysentericum. Sed instabit aliquis, quia plumbum est frigidum & humidum, vt ait Serap. in aggregatorio auctoritate Gal. non ergo habet uim qua dysenteriam inducat excoriãs intestina. Item est medicina mirabilis contra cancrum ut ibi dicitur, quod esse non posset si esset acutum & excoriatiuum. Item valet ad apostemata testiculorum & ani & compescit cursum materierum ad aures & pedes. Iuxta illud Auer. 5. colliget capitulo de plumbo. Et valet contra apostemata testiculorum & ani, & contra cancrum & facit cessare materias currentes ad aures & pedes. Item multi sunt fontes artificiales quorum conductus sunt ex plumbo factis parisius brugis. & in montibus hanoniæ, & aquis eorum vtuntur incolæ cum cibo, & potu, nec apparuit quòd inde incurrerint dysenteriam. Pro solutione harum obiectionum attende primo quod licet plumbum sit frigidæ naturæ habet

Aq̃ conductuũ ex plũbo fcõe sunt malæ.

Serap.

Auer.

tamen

Plumbi uirtus vt plūbea lamina Auer.

tamen virtutem dissolutiuam comparatione ad humanas carnes. Cuius rei signum est ꝙ lamina plumbi superposita nodis dissoluit eos & neruos tortos & igrossatos. Iuxta illud Auer. 5. colliget cap̄. de plumbo. Et laminatum subtiliter & superpositum neruo torto & grosso dissoluit & rectificat, & hoc ꝙ dissoluit significat ꝙ habet virtutem dissolutiuam comparando ipsam carni hominis, quāuis dominetur super ipsius complexionem frigiditas. Attende secundo ꝙ plūbum est facillimæ dissolutionis inter metalla & valde abundans in argento viuo. Iuxta illud Alberti magni. 4. mineralium. cap̄. 3. Plumbum minus omnibus alijs metallis addit super materiam argenti viui. Propter quod dicit etiam Ari. & Auic. ꝙ cum fluit plumbum proculdubio videtur esse argentum viuum. De compositione igitur plumbi pro certo creditur ꝙ suum argentum viuum est multum respectu sui sulfuris. Hęc ille. Potest ergo fieri ꝙ aqua per plumbum currens accipit aliquid de natura argenti viui, quod in plumbo abundat specialiter in regionibus calidis qualis est arabia, vnde fuit Princeps, & ꝙ talis aqua participatione argenti viui excoriet viscera tenerorum corporum, sed dura & fortia non lędit, immo nec argentum viuum bibitum lædit ea. Iuxta illud Principis quarti sexta summa prima. ca. 2. Argentum quidem viuum plurimi qui bibūt non lædunt eo. egreditur. n. cum dispositione sua per inferiorem regionem. Ad primum dic ꝙ virtus plumbi dysenteriam inducens et carnem hominis dissoluens non inest ei a complexione plumbi sed a proprietate. Vel dic ꝙ virtus plumbi q̄ cōtrahit aqua per ipsum transiens facit eam morari in intestinis sua grossitie, & cum talis aqua putredine aliqua participet potest in superficie intestinorum putredinem aliquam inducere & sic excoriare. Ad secundum dic ꝙ plumbū solum nō est medicina cancri, sed cum oleis siccis aut cum aquis frigidis. Ad tertium dic ꝙ aliam facit impressionem virtus plumbi ad extra & interius sumpta, sicut aloe, quod interius excoriat & sanguinē fluere facit, & exterius consolidat & sanguinis fluxum sistit. Ad quartum dic ꝙ in his inferioribus regionibus aquæ per plumbum fluentes non multum inueniuntur dysenterias prouocare, vel quia non tantum trahunt de virtute plumbi, vel quia non sunt nitrosæ, sicut in superioribus regionibus.

Plūbū abūdat in argēto viuo. Auer.

Aqua uero paludis aqua putei deterior existit, quia manatio aquæ putei acuitur propter illud quod de ipsa extrait, unde perdurat eius motus & non multū moratur in constrictione neq̨ manet in locis unde manat lōgo tempore. Aqua uero paludis propterea ꝙ longo tempore moratur in foraminibus terræ putrefit, & eius motus in manando et egrediendo est motus tardus, qui non prouenit a fortitudine suæ expulsionis propter largitatem materiei ipsius, neq̨ est nisi in terra corrupta & putrida.

Puteum frequentari ē bonitas ipsius et ꝑfectio econtra uero malitia.

In hac secunda dicit ꝙ aqua paludis est peior aqua putei. Et causa malitie minoris aquę putei est, quia manatio ipsius acuitur id est suus fluxus seu scaturigo frequentior & velocior est propter extractionem assiduam aquę a puteo. Et ob hoc ista aqua q̄si perseuerat in cōtinuo motu ac si esset fluēs; & non diu moratur constricta in terra neq̨ diu residet in locis, ex quibus manat. Et in hoc supponit princeps ꝙ puteus frequentet, et ab eo sæpe hauriatur aqua. tunc. n. scaturigines putei quasi continue nouam euomunt aquam succedentem loco aquæ exhaustæ. Si vero non frequentetur contrariū accidit. Et circa hoc aduertendum est ꝙ scaturigines puteorum suam sufficiunt aquam proijcere vsq̨ ad certam altitudinem putei q̄ communiter non pertranseunt: & inde est ꝙ hausta aqua a puteo cito subdit vice eius alia donec repleuerit quod exhaustum fuerit & attigerit mensuram altitudinis solitæ. Et si possent scaturigines putei super replere ipsum & euomere foras aquam non esset puteus, immo fons viuus. Et causa malitiæ maioris aquæ paludis est quadruplex. Prima est diuturna mora ipsius in visceribus terræ vnde putrefit. Secūda est tarditas motus emanationis vel egressus eius. Tertia est ꝙ nō mouetur egrediens a terra ex fortitudine suæ impulsionis sicut aqua fontis, sed largitate seu multitudine materiæ, ita est ꝙ adeo grossa & grauis ꝙ clausa maneret in visceribus terræ, nisi tantum superabūdaret ꝙ illic capi nō posset. Quarta est ꝙ talis aqua non est communiter nisi in terra corrupta fœtidæ limositatis. Attende primo ꝙ Ga. particularius secundum effectus, vituperat aquas putei libello de aquis. cap̄. primo q̄ Princeps hic. Ait. n. ibi. Stationariæ itaq̨ aquę, voco autem sic et eas primo ex puteis eo ꝙ nō sunt fluentes, non sunt valde subtiles & intus assumptæ minus madefaciunt & dissoluunt cibaria & minus digeruntur & non bene minguntur: eo ꝙ frigidæ sunt: sunt autem potabiliores quando frequenter hauriuntur ac si fluerent. Attende secundo ꝙ valde ibi detestatur aquas paludosas ratione putredinis ipsius & malorum operum dicens. Paludosæ vero omnes sunt pessimæ. Odorem. n. habent inconuenientem sicut putrescentem. Et æstate quidem sunt calidæ hyeme vero frigidæ, quod est maximum signum malitiæ aquarum. Æstate igitur ventres perturbant. A uesica vero tarde pertranseunt, multotiens autem & dysenterias faciunt. Hyeme vero frigidæ existentes ventres quidem non valde turbant. Scissiones autem & pleureses & tusses faciunt, conuertuntur vero & ad splenem & aliquando definunt ad hydropisim. Solæ autem paludum quas vidi illæ quæ in ægypto sunt sanæ, quoniam æstate quidem non putrescit aqua autumno autem replens eas nilus antiquam quidem extrahit, aliam vero nouam in eis ponit. Hæc Galenus.

Puteus in q̄ differat a fonte.

Paludosæ aq̄ malitia quadruplex

Gal.

Paludes ægypti ꝓꝑ quid bonæ.

Niuosæ uero aquæ & glatiales sunt grossæ.

In hac parte septima. Primo dat iudicium de niuosis & glatialibus aquis. Secundo de lacualibus stantibus ibi ⌊Et aquæ stantes.⌉ Tertio de non currentibus in gn̄ali ibi ⌊Aq̄ vero nō currentes.⌉ Quarto de haustis ex cānalibus ibi ⌊Et iudicium quidem.⌉ In hac prima particula dicit ꝙ aquæ niuosæ & glatiales. i. genitæ ex liquefactione niuium & glatiei sunt aquæ grossæ. Cuius ratio est, quia nix non est aliud q̄ cōgelatio nubis. Iuxta illud Arist. primo metheororum. Cum congeletur nubes nix est, cum autem vapor pruina. Et glaties non est aliud q̄ aquæ congelatio vel aqua gelata. Sed nec nubes nec aqua gelatur, nisi ex aliqua permixtione terrestreitatis vel conuersionis partis eius ad terrę naturam. Cuius rei signum est ꝙ nix & glaties liquefactæ ad ignem et bene bullitæ multam reddunt residentiam. Et quia de his iterum agetur in parte nona sileo vsq̨ ibi.

Et aquæ stantes lacuales præcipue discoopertæ malæ sunt & graues, quia in hyeme non infrigidantur nisi propter niues, ideoq̨ generāt phlegma, & calefiunt in æstate propter solem, & propter putrefactionem unde generant choleram. Et propter spissitudinem quidem ipsarum & commixtionem terrestrium cum eis & propter resolutionem subtilis earum generantur in eis qui eas bibunt splenes. Et eorum myrach subtiliatur. Et interiora eorum ingrossantur. Et eorum extrema macrescunt & humeri & colla. Et comedendi desiderium superat in eis & sitis & constringuntur eorum uentres & difficile uomere possunt. Et est etiam cum perueniūt ad hydropisim propterea ꝙ aquositas in eis retinetur. Et est cum perueniūt ad apostema pulmonis &

Ramex quid.

matrices ac si concepissent. 25. est ramex. i. hernia saepe pueris accidens ex oppilatione viarum vrinae, quare pars aquositatis ad bursas testiculorum deriuata ramicem parit aquosam, quae lucet velut laterna. 26. est varices & vlcera crurium in prouectis. De varicibus quidem iam causa dicta est. Sed vlcera fiunt cum humores in venis tibiarum conculcati diuturnitate temporis corrumpuntur & carnes vlcerant. 27. est difficultas sanationis plagarum tam ex malitia complexionis acquisitae est dictis aquis ꝙ ex humoribus grossis male morigeratis effluentibus ad eas. 28. est appetitus caninus inductus ab istis aquis hyemali tempore propter causam dictam in desiderio comedendi superantem. 29. est diffi. solutionis, ita ꝙ indigent fortibus pharmacis ad eorum solutionem propter oppilationes & grossitiem humorum non obedientium pharmacis. 30. est nocumentum & apostema in intestinis est solutione ventrium vtentium dictis aquis, quia communiter laxari nequeunt eorum ventres nisi forti pharmaco, quod quandoq; carens transitu libero propter oppilationes inuiscatur villis intestinorum causans apostema vel excorians ea & specialiter elleborus diagredium esula colloquintida; & similia. Trigesimum primum est abundantia quartanarum propter sparsionem melancholiae cum sanguine & putrefactionem eius ꝙ splen oppilatus vel induratus sibi non attraxit vt debet ex officio. Trigesimum secundum est febres adurentes superuenientes senibus propter siccitatem complexionis natiuae & constipationem vẽtrium. Oppilato enim poro, quo cholera transit ab hepate ad intestina ab his aquis grossis cholera sanguini mixta diffunditur per venas & corpus cum putrescit & inflammetur parit febres adurentes cooperante ad acumẽ earum siccitate corporis; quae est lima caloris. Attende primo ꝙ quorundam lacuum renouantur aquae per fluuios aliquos currentes per eos sicut lacus constantiensis, & lacus locarnensis, & istorum aquae nõ ingerunt mala quae praenarrata sunt vtentibus eis. Attende secundo ꝙ lacus septẽtrionales non sunt adeo nociui sicut meridionales, quia non sic inficiuntur putredine & aestu maxime si fuerint adũbrati montibus versus meridiem, sed earum aquae sunt grossae frigidae nocentes pectoralibus.

Pharmaca fortia quae.

Aquae uero non currentes quocunq; modo fuerint stomacho non conferunt.

In tertia dicit ꝙ generaliter aquae stationariae nõ sunt bonae stomacho; quia sua grossitie diu morantur in eo. Et sua frigiditate debilitant digestiuam ipsius, nisi putruerint aut a sole fuerint supercalefactae, quo dato deijciunt appetitum corrumpunt digestionem & disponunt ad febrem. Et de numero non currentium aquarum sunt lacus stagna piscinae vada paludes cisternae. Et lacus sicut aquae naturaliter et abundae congregatae in vno loco. Sed stagna proprie sunt aquae artificialiter congregatae vel retentae conclusis ad conseruationem piscium. Et piscinae sunt aquae artificialiter retentae sine piscibus dictae piscinae, quia piscibus carent. Vada vero sunt aquae retentae gratia adaquationis animalium. Et paludes sunt aquae limi foetidi. Et cisternae sunt aquae pluuiales in aliquo vase artificialiter aptato. Dicuntur etiam cisternae aquae quae hauriuntur ex loco non profundo similiter puto quales abundant in Florentia & monte pessulano, & hae nõ sunt penitus stationariae sicut nec puteales.

Aq. stationariae. Piscina quid vadum palus cisterna.

Et iudicium quidem eius quod ex canalibus hauritur est iudicium aquae non currentis. Est tamen melior aqua non currente, propterea quod non longo tempore in uno moratur loco. Et cũ nõ currat proculdubio aliqua in ea existit grauitas. Et fortasse in multis earũ existit stypticitas. Et conuertuntur cito ad calefaciendum interiora corporis, ideoq; non sunt utiles febres habentibus & illis in quibus cholera superat. In aegritudinibus uero in quibus retentio & maturatio sunt necessariae sunt meliores.

In quarta dicit primo ꝙ iudicium aquae quae hauritur ex cannalibus est simile iudicio aquae stantis in hoc ꝙ est grossa nocens stomacho disponens ad oppilationes. Melior tamen est aqua omnino stante, quia non diu manet in vno loco, & sic ex motu aliquo subtiliatur. Secundo dicit ꝙ aqua hausta ex cannalibus cum de se nõ currat indubie grauis est & forte plurimae ex eis habent aliquid stypticitatis maxime cum sui cannales fuerint ex stypticis facti, vt ex ferro vel lignis de quercu. Tertio dicit ꝙ istae aquae frequenter & velociter calefaciunt interiora & specialiter exterius applicatae, quia claudunt poros & reuerberant fumos vapores spiritus & calores corporis ad interiora. sumptae etiam interius oppilationes inducunt, ex quibus saepe oriuntur putridae febres, & ideo sunt inutiles & nociuae febricitantibus & cholericis. Et sunt meliores aegritudinibus in quibus retentio et maturatio sunt necessariae sicut in principio phlegmonum exterius applicatae cum oleo rosato et aceto ad repercutiendum et retinẽdum calorem interius pro digestione materiae vel in sudoribus superfluentibus & debilitantibus digestiones communes & proprias membrorum de foris adhibitae vel in fluxibus ventris maturationem & digestionem ciborum & humorum impedientibus interius sumptae.

Aquae praeterea quibus substantia admiscetur metallina aut eius simile & aquae sanguisugales omnes malae sunt. In quibusdam tamen earum existit iuuamentum. Illa. n. in qua uirtus ferri superat iuuamentum praestat ad hoc interioribus fortitudo tribuatur et ut dereb. i. corruptio stõi prohibeatur & ut uirtutes desideratiuae oẽs procedant. Et nos quidem eius dispõnem nominabimus & eius quae est qualis ipsa post.

In hac parte octaua dicit primo ꝙ omnes aquae sunt malae quibus admiscetur substantia metallica vel aliquid ei simile uel sanguisugae, ita ꝙ non competunt in regimine sanitatis pure conseruatiuo. quaedam tamẽ ex his in quibusdam casibus conferunt. Attende primo ꝙ genera metallorũ a quibus aquae possunt contrahere naturam sunt argentum viuum plumbum stannum argentum aes cuprum seu auricalcum & aurum, quod est dignissimum omnium & velut rex metallorum, quorum sulfur est vt pater & argentum viuũ mater. Attende secundo ꝙ aurum non praebet aquae malitiam aliquam, immo reddit eam confortatiuam & ideo iubent medici decoqui petias auri finissimi in aquis caponum pro confortatione aegrorum debilium valde, & licet aliquando inueniatur in aquis ut in fluuio indiae, qui Tagus dicitur. Iuxta illud Boetij tertio de consolatione. Nunquid ꝙ tagus aureis arenis donat aut herinus rutilante ripa. Raro tamẽ purum inuenitur in propria minera, similiter argentum a quo etiam aqua non peioratur. Attende tertio ꝙ similia substantijs metallorum in deteriorando aquas sunt attramentorum species alumẽ arsenicum, quae mediant inter metalla & lapides in modo substantiae & originis. Attende quarto ꝙ interdum sanguisugae paruulae latent in aquis, quae cum bibuntur adhaerentes uijs potus sanguinem ab eis manare faciunt. Iuxta illud Principis tertij nona. capitulo quito. Quãdoq; contingit ut sint quaedam aquae habentes sanguisugas paruas occultas, quarum occultatio difficile facit cauere ab eis, quare deglutiuntur. Et quandoque pendet in manifesto gutturis, & quandoq; suspenditur in interiori parte meri, & quandoq; peruenit ad stomachum. Et melior modus cauendi a malitia dictarum aquarum est, ut non bibant donec fuerint colatae per pãnũ mundũ. Secundo dicit ꝙ aqua abũdãs in ferrea uirtute fortificat iteriora & ꝓhibet dereb. i.

Metalla deteriorãtia aq̃ quae. Tagus quid. Aq̃ malae uitãdae cañ. practicus.

corruptionem stomachi qua cibum corrumpit uel ipsum nõ retinet, & confortat oẽs appetitiuas naturales & animales. Et de dispositionibus huius aquæ & sibi similium postea dicetur. s. in fine capituli istius & capitulo vltimo summe præsentis, &. 2. cañ. cap. de aqua. Attende ꝙ aqua ferreæ virtutis sua stypticitate, quã traxit a ferro confortat interiora continuandi ea, & eadem virtute compescit vomitum & lubricitatem stomachi, & exprimẽs humiditates ab orificio stomachi, suscitat appetitum sicut melancholia naturaliter illic profluens. Attende secundo ꝙ aquæ ferratæ per artificiũ & maxime per ignitum chalybem, qui stypticior & mundicior est ferro sunt eiusdem virtutis cum ferreis naturaliter, licet sint subtiliores propter suam decoctionem virtute ferri igniti, & sunt saniores & vtiliores stomacho & visceribus, quia cum sua virtute styptica sunt substantiæ subtilis non grauantis stomachum neq; viscera.

Aq̃ ferratæ per chalybẽ utilitas.

Nix uero & aqua glatialis cum munda fuerit & non commixta alij rei uirtutem habenti malã siue soluatur & fiat ex ea aqua siue cum ea deforis infrigidetur aqua siue ipsa mittatur in aqua erit bona. Et suarum quidem diuisionum dispositiones non diuersificantur diuersitate multum extranea, sed est spissior quã omnes aquæ. Et nocet dolores habentibus neruorum. Sed cum coquitur ad bonitatem redit. Quod si aqua glatialis ex aquis malis fuerit aut fuerit nix uirtutẽ contrahens malam & extraneam a locis in quibus cecidit erit melius ut cum ea infrigidetur aquæ quæ ab ipsius commixtione sit occultata.

In hac parte nona dicit primo ꝙ nix & aqua glatialis. i. congelata & facta glacies sunt bonæ, nisi res aliqua malæ virtutis fuerit eis immixta, siue dissoluantur & fiat ex eis aqua sine aliqua bona aqua sua approximatione siue commixtione infrigidetur siue ipsemet in aquam bonam mittantur. Attende primo ꝙ nix quæ nihil aliud est quã congelatio nubis dupliciter infici potest. Primo quidem ex corruptis terrestreitatibus nubi commixtis ex qua fit. Secundo ex casu eius super malas arbores aut malas herbas aut malas terras aut res alias putredine infectas. Sed glacies & aqua glatialis sortiuntur malitiam ab aquis ex quibus fiunt, vt glacies paludis trahit ad naturam paludis, & glacies lacus ad naturam lacus. Attende secundo ꝙ niuis & glaciei triplex vsus tãgitur hic a principe. Primus est vt liquefiant & aquis earũ vtantur homines loco aquæ potabilis. Secundus vt ꝑ has refrigerentur aliæ aquæ electæ, ex quarum actuali frigiditate quæritur vtilitas sine commixtione cum eis, vt plerumque vas aqua fontis bona sepelitur in niue vel circundatur glacie cum quæritur ex tali aqua circumposita loco vnde fluit sanguis restrictio fluxus vel repressio phlegmonicæ inflammationis vel herpetis corrosiui vel erysipelæ non vlceratæ. Iuxta illud Hippo. aphorismorum quinta. In his vero oportet frigido vti, vnde sanguis fluere futurus est, non super ea, sed circa ea loca iuuat frigidum & quæcunq; phlegmones seu inflãmationes in rubeum aut subsanguineum colorem fuerit tendentes ex recenti sanguine, quoniam vetera denigrat, & erysipelam non vulneratam iuuat, quoniam in vulnerata nocet. Tertius est vt mittantur in aquam bonam & dissoluantur in ea quatenus imprimãt ei frigiditatem actualem vehementem qua indigetur pro dictis casibus vel similibus requirentibus forte refrigerium. Attende tertio ꝙ multa mala attribuit Ga. aquis niuosis & glatialibus libello de aquis. ca. 5. dicens. Quæcunq; vero sunt a glacie & niue dissolutæ malæ sunt. Nam quando congelantur exprimitur ab eis id quod est subtilissimum & sunt duræ & in frigiditate excedentes. Dura autem aqua & frigida neq; ad digestionem neq; ad vrinationem est idonea. Mala vero est pectori & lateribus & spasmos suscitat & tetanos et ruptiones in thorace & sputiones sanguineas et empymata. Et permanet secundum ventrem multo tempore gurgulationes ibi operans. Et si cholericus humor ibi fuerit corrũpitur simul cum eo. Et cum subeat vix a ventre ad ieiunum non anodosatur. i. distribuitur faciliter neq; sputum reducit. i. facilitat. Hæc Gal. Sed hæc mala omnia pendent & procedunt a suis vehementibus frigiditate & grossitie, quas satis tangit hic Princeps non a facili corruptione vel extranea qualitate ideo dicit has bonas. Secundo dicit ꝙ dispositiones diuisionum. i. modorum istarum aquarum non sunt abinuicem multum diuersæ sicut dispositiones aquarum mineralium, sed sunt grossiores omnibus alijs aquis & nocent habentibus dolores neruorum & corriguntur ac bonæ fiunt per decoctionem. Causa vero suæ maximæ grossitiei fuit coadunatio & constrictio vehemens dum cõuertebantur in glaciem et niuem. Et causa qua nocent neruis est frigiditas earum cũ grossitie substantiæ. Nam frigidum inimicum est neruis aphorismorum quinta. Sed decoctione rarificantur & a terrestreitatibus purificantur & aliquid perdit suæ fortis frigiditatis. Tertio dicit ꝙ si glatialis aqua traxerit originem ex malis aquis vel nix conceperit malam virtutem ab his supra quæ cadit melius est vt ab eis aqua bona infrigidetur absq; permixtione eius cum eis. Et ad hanc infrigidationẽ magis idonea sunt vasa aurea vel vitrea vel argentea quã vasa figulis quia nõ sunt sic porosa nec penetrabilia sicut vasa terrea. In his ergo locetur aqua bona infrigidanda, quibus obturatis, aut nix aut glacies circumponatur.

Nix quid.

Niuis & glaciei usus tripliciter.

Gal. cõtra aquã niuosã & glatialem.

Aq̃ male et grossior correctio ꝑ decoctionem.

Vasa apta ad aq̃ infrigidandã.

Aqua præterea temperate frigida sanis melior est aquis omnibus, licet neruos impediat & apostemata in interioribus habentes lædat. Ipsa enim appetitum excitat & stõm fortem efficit.

In hac decima prima agit de effectibus aquæ frigidæ. Secũdo calidæ. ibi ⌊ Aqua vero calida. ⌉ Tertio tepidæ & paulo calidioris & multum calidæ. ibi ⌊ Aqua autem calefacta. ⌉ Quarto in speciali de iuuamentis aquæ calidæ artẽ. ibi ⌊ Et illi quidem. ⌉ In hac prima particula dicit ꝙ aqua temperatæ frigiditatis est melior sanis corporibus omnibus alijs aquis, quia excitat appetitum & fortificat stomachum; sed lædit neruos & nocet habentibus apostemã in interioribus. Excitat quidem appetitum cibi suã frigiditate, nam frigidus venter appetere bonus est. Et fortificat ipsum vniendo calorem eius qui sibi communicatur a membris circunstantibus: sicut ignis fabrorum aspersione modicæ aquæ fortificatur. De hac dicit Princeps secũdo cañ. cap. de aqua. ꝙ nocet habentibus oppilationes, verum ipsa confert habentibus raritatem & cursum quicunq; cursus fuerit: & ex quocunq; membro fuerit, & eis qui habent ægritudines causa eius, & confortat omnes uirtutes in operationibus suis quando sunt cum æqualitate, scilicet digestiuam & attractiuam & retentiuam & expulsiuam. Et aqua frigida ualde est mala pectori. Hæc Princeps ibi. Instabit aliquis per illud principis primi prima doctrina sexta. ca. 3. Quod enim frigiditati inest essentialiter, est ut omnibus sit uirtutibus cõtraria. Et paulo post dicit. Et frigiditas quidem paralyticum faciẽs & mortificans & ab omnibus prohibens operationibus.

Aqua frigida dupliciter.

Aq̃ frigidæ uis.

Item dicit Galen. tertio regiminis acutorum commento illius cañ. Aquæ uero nullum inueni usum, nisi quia in acutis bibitur morbis, loquens de optima aqua. Hanc ergo aquam quamuis sit melior aquarum, tamen inuenimus eam morari in stomacho tempore longo: quare facit accidere in eo secundum plurimum rugitum. non igitur efficit stomachum fortem. Item stomachus est membrũ panniculosum neruosum frigidum, non ergo iuuatur immo læditur ab aqua frigida. Item dicit Gal. præfato commẽto. Propter hoc ergo non inuenimus ipsam posse confortare animalem uirtutem, sed appetitiua stõi est alalis uirtus, non ergo excitat appetitum ab aqua. Itẽ aqua frigida curat thetanum.

Gal.

rum. Iuxta illud Hippo. aphoriſmorum quinta. Eſt autem vbi in thetano ſine uulnere in iuuene bene carnoſo eſtate media frigidę aquę multa infuſio caloris reuocationem facit, calor vero hoc liberat, ipſa ergo confert neruis. Item aqua frigida confert apoſtematibus extrinſecis, vt phlegmonibus herpetibus & eryſipelis teſte Hi. aphoriſmorũ quinta cañ. illo. In his vero oportet frigido vti, igitur & in intrinſecis quæ magis inflammata ſunt & maiori egẽt refrigerio.

Ad primum dic ꝙ verba illa Principis intelliguntur de frigiditate ſuperante naturalem calorem: ſed preſens ſermo eſt de frigiditate temperata. Ad ſecundum dic, ꝙ aqua frigida poteſt tripliciter miniſtrari. ſ. ante cibũ cum cibo et poſt cibum. Ante cibum ſumpta ieiuno ſtomacho nõ ſolum mala eſt ſed inter venena connumeratur a principe quarti ſexta ſumma prima. c. 12. dicẽte. Ex potu illius ĩr ieiuno et poſt balneum aut coitum timetur corruptio complexionis & hydropiſis cum cibo ſumpta paulatim & modice, ſecundum viam permixtionis non nocet his qui cõſueuerunt ea vti ſpecialiter calidis, ſed ſi ex ea multum bibatur cauſat rugitum. Poſt cibum ſumpta dum fit digeſtio cõturbat eam ſicut cũ mittitur in ollam feruẽtem decoctionis carnium. Sed facta prima digeſtione paruus aquæ potus proficit ad ducendum cibum ſeu deportandum per meſeraicas cõſueris parum in prandio bibere & facta digeſtione vti potu dilatiuo, qualis mos olim fuit apud arabes, qui ſuſcepta lege Machometi nõ bibebant vinum ſed aquam modicam quaſi lãbendo & digeſtione prima celebrata bibebant ex ea mediocrem hauſtum. Ad tertium dic ꝙ Gal. loquitur de aqua bibita in ieiuno vel ſumpta nimie. Ad quartum dic ꝙ aqua frigida non curat thetanum per ſe, ſed per accidens confortando calorem in interioribus. Ad quintum dic ꝙ apoſtemata interiora indigent reſolõne vel maturatione et apertione meatuum, quas impedit aqua frigida per incrudationem humorum. Sed exteriora indigẽt repercuſſione & extinctione acuminis & mitigatione doloris ad quas iuuat aqua frigida. Iuuat etiam ad maturationem eorum deforis adhibita confortando calorem interius.

Aq̃ frigidę admiſtratio triplex.

Aquam frigidã curare thetanũ.

Aqua uero calida digeſtionem corrumpit & facit natare cibum nec ilico extinguit ſitim & eſt cum ad hydropiſim adducit & hecticam & conſumit corpus.

Aq̃ calę nocumẽtũ quintuplex. Gal.

In hac ſecunda tangit quinq; nocumenta aquæ calidæ. Primum eſt corruptio digeſtionis. ſ. cõuerſio cibi in fumoſitatem propter caliditatem aquę. Nam vt ait Gal. 6. morbi ca. primo. Corruptio digeſtionis eſt quando cibus in malã qualitatem conuertitur, vnde fit ineptus ad nutriẽdum. Secundum eſt ꝙ natare facit cibum in ſtomacho: quia ex calefactione leuigata eſt, & quadam igneitate participat vñ ſubleuat cibum. Iuxta illud Gal. primo ſimplicis medicinę. c. 3. Aqua quæ ſecundum hãc diſpoſitionem eſt ex parte quadam compoſita, & nõ eſt ſimplex. quoniam accepit ex ſubſtantia ignis partem, & accepit ex qualitate eius proculdubio. Tertium eſt ꝙ ipſa bibita non extinguit ſtatim ſitim quia ſitis eſt appetitus frigidi & humidi. Et id proprie extinguit eam quod irrigat calorem & non ſinit eum ſuper proprium humidum eleuari & conſumere ipſum, ſed aqua calida cum igne participet non facit id primo occurſu, ſed cum ſe reduxerit ad frigiditatem vel temperiem. Quartum eſt ꝙ quandoq; inducit hydropiſim vel vẽtoſam dictam tympanitem corrumpendo. ſ. primam digeſtionem & in fumũ conuertendo cibum, vel aquoſam dictam aſcitem cum ſua caliditate partim penetrat ad hepar ducens ſecum aliquid cibi nondum digeſti, per q̃s viæ hepatis oppilantur, & caliditas aquæ reſoluit partes hepatis ſubtiles, vnde debilitatur et fit hydropiſis. Quintum eſt ꝙ inducit hecticam & conſumit corpus, quod ſi verum ſit igneitate qua participat facit illud. Attende primo ꝙ quintuplex eſt aqua calida. Quędã eſt calida naturalr actu & potentia quales ſunt aquę balneorum naturalium dictæ a quibuſdam aquæ thermarũ. Aliæ ſunt calidæ naturaliter potentia tantum ſicut ſalſæ ſulfureæ aluminoſæ non erumpentes a terra cum actuali calore. Et hæ poſſunt arte calefieri ſic erunt calidæ potentialiter a natura et actu ab arte. Aliæ ſunt calidæ potentia tantum ab arte ſicut illæ quibus immiſcetur ſulfur ſal aut alumẽ. Aliæ ſunt ſolum actu calidæ ab arte ſicut aqua dulcis ab igne vel ſole calefacta. Alię ſunt calidę ab arte actũ & potẽtia ſicut aquæ dulces calefactæ ad ignem, quibus immiſcetur vel immixtum fuit multum ſalis aut aluminis vel alterius rei calidę. Et inter has calidæ actu tãtum artificialiter plus alijs aquis corrumpunt digeſtionem et natare faciunt in ſtomacho cibum demptis putridis vel abominabilibus vel venenoſis ſicut ſunt arſenicales, ſed plus cæteris extinguunt ſitim, immo reliquę omnes non extinguunt ſed inducunt ſitim. Sed calidæ artificialiter actu tantum plus diſponunt ad hydropiſim & hydropicis plus nocẽt. Iuxta illud Gal. primo ſimplicis medicinæ. c. 4. Hydropicis autem aqua dulcis eſt de deterioribus rebus ſi bibunt eam & ſi balneãtur cum ea. Et aqua ſalis tota & aqua cui admiſcetur baurachitas & ſulfureitas & pix eſt iuuatiua eis. Attende ſecundo ꝙ Gal. opinatus eſt aquam calidam dulcem non poſſe hecticare, nec conſumere corpus: ſed per accidens infrigidat reſoluendo calorem et per ſe ſemper humectat membra corporis, licet reſoluat humiditates contentas in vijs & poroſitatibus eorum. Ait. n. primo ſimplicis medicinæ. ca. 5. in ſucceſſione aquæ calidę inuenies ipſum corpus parum poſt. Et frigidius eo qđ fuit illud eſt, quoniam corpus quando dilatatur & rarificatur fit frigidius q̃ fuit, quoniam caliditas innata reſoluitur ex eo ſuperflue. Verũtamen aqua calida quamuis corpus infrigidet poſt vſum eius plus q̃ fuit, tamen non exiccat & arefacit ipſum ſecundum illud plus q̃ fuit. Et hoc probat tribus medijs. Primo ex hoc ꝙ aqua calida reddit corpus lene dicens. Lenitas q̃ adeptum eſt corpus ex balneatione cum aqua calida eſt ſignum ſignificans in corporibus animalium humiditatem. Secundo ex hoc ꝙ aqua calida reddit carnem vlcerum quæ lauantur ea mollem & tremulam dicens. Et caro iterum quę eſt in vlceribus ſignificat hoc idem in ſignificatione manifeſta cum contingat vt quando effunditur ſuper vlcus aqua calida fiat caro eius tremula. Tertio ex hoc ꝙ combuſtio ab aqua calida non imprimit membris ſiccitatem ſicut facta ab igne dicens. Et de illis quæ ſignificant illud eſt ꝙ aqua bulliens quando comburit corpus non apparet ex ea in membris, quæ cum ea comburunt exiccatio nec arefactio ſicut apparet in membris quę aduruntur cum igne. Attende tertio ꝙ licet ſenſerit ita Gal. excuſat tamẽ hos qui dixerunt aquam calidam deſiccare corpus & arefacere dicẽs. Sed corpus euacuatur cum balneatur cum aqua calida, ergo eſt humiditas in eo ex hoc modo poſt balneationem eius minor q̃ fuit ante, et propter illud neceſſe eſt homini vt pateat ei qui extimauit ꝙ balneatio cum aqua æqualis caliditatis & effuſio eius ſuper corpus eſt ex eis quæ exiccant & arefaciunt ipſum. Error enim iſtorum eſt ſimilis errori illorum qui æſtimauerunt ꝙ ſenes ſunt humidiorũ corporum quam adoleſcentes. Et illud quoniam ſuperfluitates humiditatis ſunt in corporibus ſenum plures et membra radicalia in adoleſcentibus ſunt humidiora. Et ſecundum hũc modum accidit corpori ex effuſione aquę calę ſuper ipſum & balneatione ipſius cum ea. Et ad vltimum apud omne capitulum ex capitulis quibus humectatur: quando aqua calida vtitur. Et illud eſt quoniam humiditates omnes quæ ſunt in venis & in alijs locis vacuis euacuantur & corpus ipſarum venarum, & omne quod eſt de genere carnis fit humidus q̃ fuit. Et non ęſtimo ab aqua dulci unq; expoliari hanc virtutem. Hęc Gal. Idem ſenſiſſe uidetur Hippo. dicens aphoriſmorum quinta. Calidum nocet hoc frequenter utentibus. facit enim carnium effoeminationem. ideſt mollitiem. Item videmus ꝙ carnes & piſces duri & ſicci per decoctionem in aqua humectantur & remolliuntur. Sed huius contrarium Princeps hic exprimit dicens aquam

Aq̃ calæ quintuplex.

calidam adducere hecticã & consumere corpus. Item cibi in aqua cocti sunt licciores assatis propter resolutionem suæ substantialis humiditatis a calore aquæ. Iuxta illud Arist. 4. metheororum cap̄. de epsesi, quę interpretatur elixatio. Propter quod licciora quę epsesim passa sunt ꝗ assa. Non. n. attrahunt in seipsa humidum quę epsesim patiuntur pręualet. n. quę deforis caliditas ei quę ītus. Si autem vinceret quę intus traheret vtiq; in seipsam, ergo a simili aqua calida desiccat corpus. Item videmus experimentaliter cutes diu stantium in balneo aquę calidę dulcis crispari & exasperari, & illud est signum desiccationis cutis. Item aqua calida accepit partem ex substantia ignis & accepit ex qualitate eius ꝓcul dubio vt Ga. affirmat primo simplicis medicinę cap̄. 3. Sed omnis ignis est desiccatiuus. Item aer excessiue calidus siccat & demacrat humana corpora sicut docet experimentũ. ergo & aqua calida quia non plus potest aer spoliari sua humiditate ꝗ aqua, cum sit summe humidus ex propria natura. Pro concordia Principis cum Gal. & solutione istarũ obiectionum aduersus eum dic primo ꝙ aqua calida dulcis frequenter corpori adhibita vel multum excedens in caliditate potest educere a membris humidum aereum substantificum & aqueum substantificum & reddere corpus substãtialiter siccius ꝗ fuit prius vt pretendunt rationes nunc allegatę. Dic scd̃o ꝙ aqua dulcis applicata hoī siue intus siue extra semper humectat ipsum humiditate madefactiua mollificans & teneras faciens partes quas imbibit. Et nisi Gal. illud intellexerit non uideo bene ꝙ saluari possit opinio ipsius de aqua calida dulci ꝙ semper humectet.

Aristo. Epsesis quid. — Gal. — Aq̄ calida desiccet vel hũectet.

Aquæ aut calefacta cũ fuerit tepida facit nauseam. Et cũ fuerit calidior ꝗ hæc & in ieiunio bibita fuerit multotiens stõm lauabit & uentrẽ soluet. Eã tñ frequenter bibere est malũ, quia stõi debilitat uirtutẽ. Illã uero quæ multũ est calida est cũ colicã resoluit, & splenis uentositates frangit.

In tertia dicit primo ꝙ aqua calefacta cum redierit ad tepiditatem inducit nauseam, quia omne tepidum est remollitiuum & relaxatiuum contrario styptico & acetoso. Sicut ergo stypticum vel acetosum appetitum ꝓuocat exprimendo humiditates orificij stomachi et corrugando ipsum, sic tepidum sedat appetitum remolliendo & relaxando ipsum os stomachi, & etiam quia natat in stomacho propter leuitatẽ & aereitatem quas acquisiuit ex calefactione pręcedente. Et ꝓpter hoc aqua facta tepida ex frigida imediate minus causat nauseam ꝗ facta ex calida tepida sine medio. Secundo dicit ꝙ cum fuerit aqua paulo calidior tepida si bibaẽ ieiuno stõ lauat sæpe stõm & soluit ventrem. Et libro de regimine principum Aristo. attributo. c. 40. scribitur. Sane græcus iudicauit & dixit ꝙ sumere quolibet mane aquam calidam pleno ore bis ita sanum reddebat hominẽ ꝙ non indigebat alia medicina. Tertio dicit ꝙ bibere frequentẽ aquã calidiorem tepida malum est quia debilitat uirtutem stomachi. Nam remollit & relaxat ipsum & dispergit ipsius calorem & amputat appetitum cibi replens orificium stomachi repletione quadam phantastica vaporosa. Quarto dicit ꝙ aqua multum calida quandoq; resoluit passionem colicã & vẽtositatem splenis. Et plus ministratur ad istos effectus ab extra in balneo vel fomentatione ꝗ ab intra in potu. Sępen. videmus dolores colicos vehementissimos calido balneo statim mitigari maxie ventosos & a frigore ortos absq; apostemate. Iuxta illud Principis tertij. 16. tractatu quarto. ca. 10. Tina vehementis iuuamenti est in doloribus colicæ. ipsa enim sua caliditate acquisita ab igne & virtute sua acquisita a medicinis resoluit eam, & humiditate sua cum caliditate sua mollificat membrum, quare alleuiat carminationem causæ facientis dolorem & mollificat lacertum ani & illud est ex eis quæ adiuuant ad expulsionem retenti.

Tepidũ inducit nauseã econtra stypticũ & acetosum. — Arist. de aq̄ calida. — Colicorũ dolorũ vehementissimorũ ca nõ practicus.

Et illi quidem quibus aqua calida arte iuuamentum præstat sunt epilepsiam habentes, & melancholiam & capitis dolorem frigidum & astma & opthalmiam & bothor in gutture & gingiuis, & siccitatem & apostema post aures habentes & reumatismos & ulcera in diaphragmate, & imparis solutionem in parte pectoris. Menstrua præterea prouocat, & urinam, & dolores sedat.

In hac quarta narrat duodecim iuuamenta aquæ calidæ arte. Primum est in epilepsia dum administratur in forma balnei pręcedente purgatione. Iuxta illud principis tertij prima trac. 5. cap̄. de cura epilepsiæ. Post mundificationem vero & solutionem ventris & quietem aliquibus diebus non est malum si ingrediatur balneum. Sed instabit aliquis auctoritate Prin. 2. cañ. cap̄. de aqua dicentis. Epileptici iuuantur ab aqua tepida, et læduntur ab aqua calida. Dic ꝙ voluit aquam balnei vel embrocæ epileptici non debere esse vehementer calidam: ne subito commouens eius materiam paroxismum excitet, sed caliditatis temperatæ pro resolutione residui materiæ ipsius post purgationem. Secundum iuuamentum est in melancholica passione sub forma balnei vel embrocę ieiuno stomacho. Iuxta illud Prin. tertij prima tra. 4. cap̄. de cura melancholiæ. Et fiat augmentũ in hoc vt corpus eius tenerescat cum cibis conuenientibus & balneo ante cibum. Et effundatur super caput ipsius aqua tepida, non vehementis caliditatis. Cumq; ex balneo egreditur, si parũ sitis habet non est malum si parum aquæ potet. Hæc Prin.

Aq̄ calidę arte iuuamẽtũ duodecuplũ.

Tertium est in dolore capitis frigido sub forma balnei & embrocæ. Iuxta illud Rasis. 9. Almaosoris. ca. primo. Cum autem cephalea per hebdomadam vnã perseuerauerit æger est mittẽdus in balneum. Et super caput ipsius aqua in quo camomilla amaracus & stocchas arabicũ cocta fuerit simul aut sigillatim fundenda est. Caueri tamen oportet ne diu in balneo moretur æger, teste Prin. tertij prima. tracta. primo. cap̄. 19. dicente. Et scias ꝙ omnis qui conqueritur de ægritudine frigida in capite suo nocetur a vino & mora in balneo.

Rasis. — Gal.

Quartum est in opthalmia sub forma balnei, teste Gal. cõmento illius aphorismi. 6. particulæ. Dolores oculorum meri potio aut lauacrum &c. recitante qualiter sanauit duos opthalmicos administratione balnei. Quintum est in pustulis gutturis & gingiuarum generatis ex hoc ꝙ vapores & fuligines humorum malorum soliti purgari ꝑ poros cutis intra retinentur & ad guttur & gingiuas eleuati supercalefaciunt eas, & in eis pustulas multiplicant: & quandoq; mala vlcera. Hæc sæpe contingunt in his qui a scabie aut pruritu repente liberati sunt. Quorum sanatio est absente febre putrida balneum aquæ calidæ reuocantis ad cutem vapores & fuligines hinc purgari solitos. per hoc enim tollitur antecedens causa harum pustularum. Sed coniunctæ causæ earum competunt frigida & styptica quæ putredinem reprimunt & supercalefactionem tollunt, sicut decoctio rosarum sumachi lentium balaustiarum & similium. Sextum est in apostemate post aures quod parotides vocatur in forma balnei vel fomentationis postꝗ fluxus materiæ cessauit, & euacuatione phlebotomiæ vel pharmaciæ materia diminuta est, tunc enim balneum vel fomentatio aquæ calidæ cõfert ad resolutionem residui materiæ. Septimum est in reumatismis, quorum maturationi confert aqua calida bibita vel vino imposita, confert eis etiam balneum aquę calidæ. Iuxta illud Prin. tertij quinta. trac. primo. c. 13. Et ille qui cõsuetus est pati catarrhum quandoq; ꝓhibet aduẽtum catarrhi suo subito introitu ad sudandum in balneo ante aduentũ catarrhi. Et paulo post dicit. Et quãdoq; fit vaporatio cũ aquis calidis in fine quo possibile est eas tollere. Octauum est in vlceribus diaphragmatis. Nonum est in solutione continuitatis partium pectoralium, non quidem recenti dum sanguis ab eo manat uel manare timetur immoderate, sed in antiqua ad saniem conuersa. In his. n. calida aqua bibenda est

Pustularũ gutturis canõ ꝓfecticus

vel

vel vino immiscenda, quia omne frigidum actu lædit debile pectus & excitat in eo tussim. Competit etiam aqua calida sub forma balnei in vlceribus diaphragmatis & pectoris, non ratione vlcerum quæ desiccatiuis curari quærunt, sed gratia mitigationis doloris & facilitationis sputi & meliorationis anhelitus. Et propter has causas laudat. Hyppo. 3. regis acutorum in periphleumonia balneum dicens. Balneare in periphleumonia iuuantius est quam in acutis febribus. In latere etiam teneræ costæ atque inter spatulas existentem dolorē mitigat. Item excoquitur quod per sputum necesse est excreari, & adiuuat flatum & bonificat screatus & aufert laborem, quia artus mollit, cutem humidam facit, vrinam expellit, capitis releuat grauitatem nares humidas reddit. Hæc ille. Et Gal. in commen. dicit. Propter has ergo res fit balneatio valde iuuatiua in periphleumonicis. quod est quia periphleumonici euadunt ab ægritudinibus suis quando excreant hũores retentos in pulmone per sputum. Et sicut periphleumonicus sic etiam pleureticus iuuatur per ipsam iuuamento magno, propterea quia sedat dolorem quem habet. Hæc Gal. Et sicut balneum confert istis apostematibus sic vlceribus eorũ modis tactis. 10. est in prouocatione menstruorũ. 11. est in prouocatione vrinæ sub forma balnei in vtroque casu. Nam balneum aquæ calidæ vias laxat & aperit & lubricos reddit humores, & aquã cõmouet & subtiliat. 12. est i mitigatione dolorum maxime venientium a frigore puro vel a materia frigida. quia cõplonem æquat & materiam resoluit.

Aqua uero salsa macrescere facit & exiccat. Et primo facit uentrem propter uim radendi quę in ea existit. Postea restringit uentrem in fine ,ppter siccitatem quæ est in eius natura. Et corrũpit sanguinem, ergo pruritum generat & scabiem.

In hac parte. 11. primo agit de aqua salsa. secundo de turbida. ibi.[Aquę vero.] tertio de aquis salis armoniaci. ibi.[Aq̃ autem salis.] quarto de aluminosa. ibi.[Aquæ prerea.] quinto de ferreis ibi.[Et ferreæ.] sexto de greis ibi.[Atque vero.] In hac prima particula dicit primo quod aqua salsa demacrat et exiccat corpus siue bibat eam siue balneetur in ea. Et intelligas illud tam de salsa naturaliter quam de salsa per artem, quia qdlibet sal est desiccatiuum et calefactiuum a secũdo gradu vsque ad tertium q̃re, cõsumit humiditates membrorum fluentes & radicales ab vtraque qualitate. Secundo dicit quod aqua salsa primo occursu facit ventrem. i. fluxum ventris sua virtute abrasiua seu abstersiua. Sed finaliter postea restringit ventrē propter siccitatem quæ est in eius natura. i. propter siccitatē quam relinquit in uisceribus ex sua complexione postquam defluxit per ea. Et intellige hoc de aqua salsa tam bibita quam clysterizata. Et non intelligas quod aqua salsa prima uice dum bibitur uel clysterizatur soluat & aliis vicibus sequentibus laxet, immo dum continuatur inducit dyssenteriam. Sed intellige quod eadē aqua cum fluit per intestina laxat & abstergit, & postquam fluxit ex vestigio siccitatis ab ea derelictæ in intestinis restringit. Et simile sæpe apparet in pharmacis laxatiuis, quod quando operantur laxant ventrem, & postquam fuerit operata venter ē constipatior quam ante propter siccitatem derelictam ab eis in intestinis. Tertio dicit quod aqua salsa corrumpit sanguinem & ideo generat pruritum & scabiem. Sed instabit aliquis. sal est de maxime præseruantibus a corruptione. Iuxta illud Serap. in aggregatorio. c. de sale. Et virtus eius tertia est virtus quæ prohibet putrefactionem corporum eorum quę sunt parata putrefactioni propter humiditatem superfluam quæ est in eis. Et huius signum est quod carnes & pisces & alia plurima quæ tempore longo seruare volumus condimus sale vel mersos tenemus in salmuria. Dic quod aqua salsa non corrumpit sanguinem corruptione putrefactiua ex se, nisi quatenus reddit ipsum odiosũ membris & destituit a regimine naturæ. Sed corrumpit ipsum potius corruptione declinante ad adustionem tollens a sanguine dulcedinem nutrimentalem & dãs ei mordacitatem supercalefactiuam & exiccatiuam similes his quę choleræ rubeę insunt, quare membra refutãt ipsum & ad cutem pellunt vbi vel pruritum vel scabiem generat. Scabiem quidem si subtilis fuerit uesicans cutem & pustulas generãs. Pruritum vero si grossior fuerit sub cute latens absque vesicis seu pustulis apparẽtibus. iuxta illud Prin. q̃rti. 7. trac. 3. c. 4. Et scabies quidem differt a pruritu in hoc quod cum pruritu nõ sunt bothor sicut sunt cum scabie, quoniam ipsa est a materia subtiliore & minus declinante ad salsedinem. Attẽde quod Princeps non loquitur hic de aqua salsa mediocriter sub forma condimenti quales sunt aquæ carnium vel pisorum vel raparum quas pro potagiis comedere solemus, sed de illis in quibus manifeste superat & excellit virtus salis.

Aq̃ salsa dupl̃r. — Scrap. — Aquam salsã corrũpe sãguinẽ intellr̃ dupl̃r.

Aqua uero turbida lapidem generat & oppilationes. Ideoque post ipsam res comedēda est prouocatiua, licet uentrem habenti plerunque conferat ipsa & omnes aquæ grossæ & graues, propterea quod in eius uentre tenetur, neque cito descēdit. Ex cuius quidē theriacis exñt res unctuosę et dulces.

In hac secunda dicit primo quod aqua turbida generat lapidem & oppilones quia turbari solet ex permixtiõe terrestreitatum ingrossantium eam, quæ congestæ in viis strictis paulatim oppilant eas, & dum eis obuiat in renibus aut vesica glutinosus humor simul eas alligat, & calor corporis decoquẽs vtrunque simul siccans & indurans ex eis lapidem facit. Hac de causa medici prohibere solent aptis ad calculos omnes potus turbidos. Secundo dicit quod quia aquæ turbidæ vias oppilant & calculos generant si quis eis vsus fuerit post ipsas sumere debet res vrinam prouocantes vt fœniculum anisum carui petroselinum nasturtium, et similia. Tertio dicit quod aq̃ turbida & omnes aquæ graues & grossæ plerunque conferunt habenti ventrem. i. fluxum ventris, quia diu manent in stomacho, nec ab eo leuiter descendunt, & q̃uis ita sit quod diu morantur & tarde descendunt a stomacho non reputo tutum ,p restrictione fluxus ventris eis vti, quia digestiõem ĩpediunt, & magis oppilant meseraicas & venulas hepatis & vias urinæ quam intestina, quare prohibendo transitum liberum chyli ad hepar & aquositatis ad vias vrinæ & nutrimenti ad mẽbra plus nocent quam prosint etiam in fluxu ventris. Quarto dicit quod res vnctuosæ & dulces sicut butyrũ oleum cerebella & medulle animalium sunt vt theriaca turbidarum aquarum, ita quod reprimunt earum malitiam & prohibent a nocumentis ipsarum, sic theriaca venena reprimit & a suis nocumentis præseruat corpus. Sed instabit aliquis, quia vnctuosa fastidiunt stomachũ & natant in eo sicut docet experimẽtum. conueniunt ergo cum turbidis aquis in tardo descensu earum a stomacho, malitias igitur earum aggrauant. Itẽ dulcia oppillant hepar propterea quod attrahuntur ante sui digõnẽ, concurrunt igitur cum aquis turbidis in oppilando. Ad primum dic quod dulcia & unctuosa sumpta moderate cum mensura qua delectant neque fastidiunt stomachum neque natant in eo, sed fortiter & delectabilr̃ amplexatur ea stomachus & cito digerit. Insuper reprimunt suis caliditate & humiditate tẽperatis et sua lenitate terrestreitates aquis turbidis immixtas maxime si fuerint salsæ vel amare. Ad secundum dic quod nõ omnia dulcia oppillant hepar, sed dulcia grossa naturæ valde dilecta sicut vina grossa dulcia vel porcinæ carnes. Attẽde quod ad correctionem aquæ turbidæ multum conferunt allea & cępe. Iuxta illud Prin. primi tertia. doc. quinta summa singulari. c. 7. Super aquas quoque grossas & turbidas utendũ est alleis. Ex eis quoque quæ diuersarum aquarum remouent malitiam sunt cœpe, quoniam sunt vt theriaca huius, & proprie cœpe cum aceto & allea etiam.

Calculosorũ canon practicus. — Theriaca seu reprimentia malitiã aq̃rũ turbidarum.

Aqua autem salis armoniaci uentrem resoluit si in ea sederint, aut ex ea biberint, aut ex ea factum fuerit clystere.

Raſis. Sal armoniacus qd. Aq̄ ſal armoniaci duplex. Serap̄.

In hac tertia dicit ꝙ aqua ſalis armoniaci laxat ventrē ſiue bibatur ſiue clyſteriçetur ſiue in ea ſedeatur per modum balnei. Et tertio Almanſoris.c.4.dicit Raſis. Aquæ uero ſalſæ armoniaco ſalitæ ac malum habentes ſaporem vētrem laxāt cūm bibuntur vel cum in eis ſedent aut clyſteriçantur. Attēde primo ꝙ ſal armoniacus a loco ſic dictus vnde defertur extrahitur a lapidibus duris claris et eſt ſalſus mordicās multum, & melior ex eo eſt albus clarus ſicut cryſtallus, & eſt ille qui plus ingreditur in medicinis & ē calī & ſiccus in quarto gradu abſterſiuus ſubtiliatiuus lauatiuus. Hæc Serap̄. I aggregatorio.c.de ſale armoniaco auctoritate Iſaac. Attende ſecundo ꝙ duplex eſt aqua ſalis armoniaci, quædam naturalis manans a mineris vel per eas fluens ex quibus hoc ſal trahitur alia artificialis ex commixtione ſalis huius plurimi cum aqua communi & vtriuſq; harum eſt eadem virtus. Sed arguet aliquis ꝙ balneum eius non laxat ventrem quia de proprietate ſalis armoniaci eſt ꝙ attrahit ab inferioribus ad exteriora, vt ait Serap̄.c.prædicto diuertit igitur humiditates ab inteſtinis trahens eas verſus cutem. videt ergo ex hoc ꝙ ſtringit uentrem. Dic ꝙ conceſſo ꝙ iſtud ſal exterius applicatum ſtringat ventrem, non eſt idem quod de aqua eius, quia ꝓfundius penetrat & ſedendo in ea maſculos ani penetrans ſtimulat & humores grtos cōcitat & congelatos eliquat & fluxui adapiat. Attende tertio ꝙ laus ſalis armoniaci et aquę ipſius non ſolum conſiſtit in laxando ventrem, ſed maxime in releuando pendentem vuulam & conſumendo vngulam oculi.

Aquæ præterea aluminoſæ menſtruorum ſuperfluitatem currere non permittunt, necꝙ ſpuere ſanguinem. Et prohibēt illud quod de hemorroidibus ęgreditur, ſed corpora quę febribus ſunt apta fortiter ad eas perducunt.

Raſis. Hemoptoicus quid. Alumē duplex. Aq̄ aluminoſæ modus exhibendi.

In hac quarta dicit ꝙ aquæ aluminoſæ prohibent ſuꝑfluitatem curſus menſtruorum & ſputum ſanguinis & ipſius fluxum per hemorroides ſed inducunt febres in diſpoſitis vehementer ad eas. Cauſa primi eſt earum ſtypticitas q̄ꝫ contrahunt ab alumine. Cauſa ſecundi eſt, quia claudūt poros & ꝓhibent fuligines exire & humores euentari, quare ſupercaleſiunt & de facili putreſcunt inducentes febrem. De his dicit Raſis tertio Almanſoris.c.4. Aquæ autem calidæ quæ ſuper alumē currunt hemoptoicis.i.ſanguinem ſpuētibus atq; mulieribus menſtruorum nimietatem patientibus & hemorroidibus cōferunt febres tamen in calidis generant corporibus. Attende primo ꝙ ad nos duplex defertur alumē. Vnum ꝙ vocatur alumē de pluma, quia eſt leue tenerum ſicut pluma, & dicitur alumen iameni a loco vnde venit. Dicitur etiā alumē ſciſſū propter ſciſſuras inuentas inter partes eius, & iſtud eſt ſtypticior cæteris, & iō ſtypterea vocatur. Aliud ē alumē de rocha ſplendidum paruum ſicut cryſtallus ſolidū vt lapis tener. Aliud eſt liquidum & illud non vidi, nec ad nos defertur ſicut exiſtimo. Attende ſecundo ꝙ quia alumē eſt de genere corroſiuorum licet debilium non eſt tutum dare ī potu aquam aluminoſam ſiue naturaliter talis fuerit ſiue facta ab arte, ſed in forma balnei miniſtrari ſolet pro dictis caſibus & quibuſdam alijs. Iuxta illud Prin.c.19.ſumę pñtis. Sed aquis aluminoſis et attramentalibus cōfert balneari ſputo ſanguineo & egreſſioni ſanguis ab ano & a menſtruis & nauſeę & vomitui ſine cauſa & cachexię & multo ſudori. Attende tertio ꝙ aquæ aluminoſæ multum ꝓficiunt vlceribus humidis, quia conſumunt humiditates ipſorum & nbiurant vias per quas imbibuntur ſuperfluitatibus Iuxta illud Gal. primo ſimplicis medicinæ.c.4. Aqua uero cui admiſcet alumē ſicut aqua q̄ eſt in regione Italiæ confert vlceribus, uerū tū in ulceribus ad quę attrahitur aliquid ex materijs eſt velocius agens propter hoc ꝙ exiccat ea omnia

Gal. de aq̄ aluminoſa.

Et ferre quidem ſplenem reſoluunt & non coīre ualentes adiuuant

In hac quinta dicit ꝙ aquæ ferreæ reſoluunt ſplenē, i. extenuant ſplenē ingroſſatum & adiuuant eos qui nequeunt coire. De a q̄ ferrata dicit Serap̄. I aggregatorio auctoritate Diaſcoridis. Aqua in qua extinguitur candens ferrum & uinum in quo extinguitur conferunt fluxui ventris & vlceribus inteſtinorum & duritiei & tumori ſplenis & cholericę paſſioni et fluxui qui fit a ſtomacho. Nam corroborat ſtomachum relaxatum & debilitatum maxime a cholera. Et paulo poſt dicit auctoritate Pauli. Quando extinguitur ferrum candēs in aqua illa deſiccatiua, & propter hoc confert groſſitiei ſplenis.

Serap̄. aqua ferrea.

Sed inſtabit aliquis. Primo quia aqua ferrata eſt frigida & ſicca & ſplenis groſſities communiter fieri ſolet ex melancholia quæ ſimiliter eſt frida & ſicca. creſcit ergo diſcraſia ſplenis per aquam ferratam. Item ipſa eſt oppilatiua, & ſic auget oppilationem ſplenis indurati. Item ipſa indurat magis exprimens humidū liquidum a groſſo & cōpingens ſplenem. Item nō videtur valere coitu, quia reprimit calorem ſua frigiditate & deſiccat ſemen ſua ſiccitate. Attende primo ꝙ aliquando ſplen intumeſcit & ſentitur durus tenſus tactui reſinens ex ſpumoſitate quadam ſine collectione melancholię Idurātis & īflātis ipm̄. Iuxta illud Gal. 2. de apoſtematibus ad Glauconem. Multotiens autem tangenti videtur renitens ſplen, non tamen ſcirrhoſus eſt tumor, ſed ſpumoſus magis in quo vtiq; prima die faciendo per abſinthium pharmacum emplaſticum ſupapponere oportet mixte virtutis quale eſt quod per ſulſur & alumē Hæc Gal. In hoc caſu ſpecialr conferre videtur aqua ferrata, tum quia conſumit ſua ſiccitate ſpleneticam ſpumoſitatē, tum quia confortat, et vnit ſplenē de natura rarum mollem & laxū quo fortior redditur ad expellendum quod diſtendit ipſum. Attende ſecundo ꝙ aqua ferrata ſpālr in potu confert ſpleneticis. Iuxta illud Pri. tertij.15.trac.2.cap̄.de cura ſpleneticorum. Et potus eorum ſit aqua ferrariorum & omne in quo extinguitur ferrum ignitum multotiens. Et quia reperio ferratas aquas plus a medicis laudari in paſſione ſplenetica q̄ꝫ conferre videantur ex ꝓpria complexione, & ſimiliter acetum credo ꝙ eis inſit proprietas aliqua qua conferunt ſpleni. Ad primum ſecundū & tertium obiecta reſponde ſi uis per primum notabile. ſ. ꝙ aqua ferrata cōfert in ſplene ſpumoſo. Vel dic ꝙ licet noceat frigiditate & ſiccitate oppilatione & induratione in ſplene indurato a melancholia, confert tamen ipſum confortando ſuꝑ expulſione materiæ & a tota ferri proprietate. Ad quartū dic ꝙ aqua ferrata non conuenit impotentiæ coitus in frigiditate vel ī paucitate materiæ, ſed impotentiæ prouenienti a remollitione nimia vel ſuperflua apertiōe vaſorꝫ ſpermatis, ob quam ſemen inuoluntarie affluit abſq; vereti tenſiōe.

Splenis tumor. duplr.

Aereę uero corruptioni cōplōnis utiles exiſtunt

In hac ſexta dicit ꝙ aquæ æreæ conferunt corruptioni cōplexionis. Et Intellige per corruptionem cachexiam quę eſt diſpoſitio mala hepatis añtecedens hydropiſim. Iuxta illud Pri. tertij.14.trac.4.ca.3. Quando corrumpitur diſpoſitio hepatis & communicat ſuper ipſum debilitas accidit in primis diſpoſitio añs hydropiſim & nominatur cachexia, & appropriatur nomine corruptionis complexionis. Sed tertio. Almā.ca. de virtute aquæ ſcribitur. Quę vero ſuper terram ex qua fit æs tranſit complexionem habentibus corruptam perutilis eē comprobatur. & in glo. marginali ordinaria ſuper illis verbis complexionem habētibus corruptam ſcribitur. ſ. incipiētibus pati lepram. Alias laudes pſes attribuit Prin. aqs æreis ſecundo cañ. cap. de aqua. Primo quidē de eis dicit, aq̄ ærea confert ori & auri. ſecundo dicit, aqua ferea confert ſpleni & ſtomacho, & aqua ęrea proxima eſt illi. tertio dicit, aquæ vero ferreę & æreæ ſunt bonæ renibus & colicæ. Sed exquo tot bonas virtutes communicat aquæ, quare tantum vituperātur vaſa ærea ad comedendum & bibēdum in eis. Ait. n. Serap̄. in aggregatorio cap. de ære. Quidam faciunt ex ære vaſa ad comedēdum & bibendum in eis et nocet eis multū, & maxime illis qui aſſueſcunt hoc diu. nam parati ſunt tales incurrere elephantiam & cancrum & dolorem hepatis & ſplenis & malitiam complexionis maxime comedentes I eis res

Cachexia quid. Aq̄ ęreę laus & proprietas. Serap̄.

acres

acres & bibentes in eis uina dulcia. Et quando comedūt cibū qui stat in die vna & nocte in eis peius multō est. Et quando ponitur vas æneum super pisces assatos calidos fiunt venenū mortiferum. Hæc ille. Dic q ista non uituperantur ex parte æris, sed propter erugin̄em quam colligunt & communicāt cibis & potibus reseruatis in eis. Et hęc pris erugo dicta arabice çimar & çinçar est venenum perniciosū. Iuxta illud Pri. secundo canonis caplō de ere. Oportet quidē vt caueat̄ vsus dimittendi illud in quo est salsedo aut amaritudo aut pinguedo sicut sunt olea & carnes, aut acetositas aut dulcedo in vasis æreis & bibendi ex eis. ipsi enim transmittunt proculdubio çinçarlam & çinçar est venenum. Hęc. Princeps.

Erugo

Cunque aquæ diuersæ & bonæ & malæ commiscentur fortior superabit. Et nos quidem declarabimus regimen aquarum corruptarum in capitulo de regimine iter agentium. Et quod de iudicijs aquæ & suis proprietatibus & modis suarum proprietatum remansit in capitulo aquæ, quod est in medicinis simplicibus nominabimus si deus uoluerit.

In hac parte, i. 2. dicit primo q in commixtione diuersarum aquarum bonarum cum malis fortior superat. i. vincit aliā & trahit commixtum ad sui naturam, vt licet flumina quāplima dulcis aquæ fluant in mare & sibi commisceantur, mare semper manet salsum. Attende q fortitudo vnius aquę super aliam non attenditur penes excessum in multitudine uel magnitudine q̄titatis sed uirtutis, ut si posueris unum sextarium aquæ amaræ in decem sextarijs aquæ puræ dulcis totū constans ex his reddetur amarum. Secundo dicit q de correctionibus malarum aquarum tractabit inferius. s. primi tertia. doctrina quinta. ca. 1. summæ singularis de regimine iter agentium. Tertio dicit q tractabit secundo canon̄. qui est de medicinis simplicibus. caplō de aqua. id quod restat tractandum de iudicijs & proprietatibus & modis proprietatū aquarum, si deus voluerit, id est sibi gratiam dederit ad perficiendum dictum secundum.

Capitulum. xvij. De eis quę pueniūt ex retentione & euacuatione.

Retentio eius quod naturaliter euacuari debet aut est ex debilitate uirtutum expulsiuarum. Aut ex fortitudine uirtutis retentiuæ & retinetur ab ea. Aut propter debilitatem uirtutum digestiuarum, unde elongatur mora rei in receptaculo ideo q retinent eam ibi uirtutes naturales donec digestio compleatur. Aut propter uiarum coangustationem. Aut propter oppilationes quæ sunt in eis Aut propter grossitudinem materiei. Aut propter ipsius uiscositatem. Aut propter eius multitudinem quam expulsiua nequit superare. Aut propter defectum sentiēdi illud quod necesse ē expelli quemadmodum accidit in colica & icteritia, quoniam est cum uirtus uoluntaria adiuuat in expellēdo. Aut quia uirtutes naturales ad aliā partem tendunt sicut in crisibus accidit retentio urinæ aut stercoris propterea q euacuatio critica est in parte altera.

In hoc cap. primo agit de causis retentionis euacuandorū, secundo de malis contingentibus ex eorū retētione. ibi[Cūque retentio.] Tertio de causis euacuationis retinēdorum. ibi[Euacuatio autem.] Quarto de malis euenientibus ex horum euacuatione. ibi[Cunq; euō.] Quinto de retētione & euacuatione moderatis. ibi[Retentio vero.] In hac prima parte quę ē pñs textus ponit decē causas retentionis huius, quod naturaliter debet euacuari. Prima est debilitas virtutis expulsiuæ vel ex malitia complexionis vel ex imbecillitate villorum latitudinalium quibus ipsa operatur. Secunda est fortitudo virtutis retentiuæ, vel ex fortitudine villorum transuersalium, vel ex complexione aut compōne idonea ad fortiter retinendum, puta ex siccitate vel aspitate superficiei corporis continentis & retinetur ab ea quod debet eūari. Et intellige hoc fortitudinem non commensuratam alijs virtutibus, quia fortitudo commensurata perfecte retinet q̄diu conuenit & non amplius. Tertia est debilitas digestiuæ, causa cuius retentiua virtus receptaculi retinet quod ī eo est donec fuerit digestum. Sed hæc retentio cum sit corrñdens & commensurata digestioni non videtur esse retētio excedens illius quod debet eūari, nisi esset q non corrñdet digestiuę sanę sed debilitatæ, quare et ipsa & digō peccat in morositate. Quarta est strictura viarum per quas fieri debet eūatio, quare passim pars post partem transit eius quod eūatur. Quinta est obstructio dictarum viarum qua transire prohibetur. Sexta est grossities materiæ rei euacuandæ quare non obedit expulsioni. Septima est viscositas seu tenacitas expellēdæ rei qua fortiter heret parietibus receptaculi vel lateribus viarū. Octaua est multitudo materiæ tanta q superari non potest ab expulsiua virtute, sicut contingit in apoplexijs & catarrhis suffocantibus. Nona est defectus sensationis illius quod debet euacuari vt in colica & icteritia, quia virtus voluntarie expulsiua quam præcedit sensus rei contrariæ sæpe iuuat expulsiuam naturalem in expellendo. Sed nunquid in colica est sensus rei euacuādæ cum sit dolor intensissimus. Dic q sic, sed frequenter accidunt icteritia & colica propterea q non sentitur aggrauatio vel mordacitas choleræ cuius offm̄ est abstergere & stimulare intestina quatenus expellant quod ī eis est, qua cessante fex in eis induratur & phlegma multiplicat̄, ex quibus fit colica, & interdum cholera non expellitur a chisti quia non sentitur ex ea grauamen, regurgitat igitur ad hepar & venas, & cum sanguine transiens causat icteritiam. Attende q expulsiua nunq̄ exit in actum expulsionis, nisi prius irritata fuerit grauedine pūctione vel distensione rei depellēdæ. Iuxta illud Gal. 3. naturalium virtutum. cap. 16. Et deinceps illud sciendum q non prius excernit excretiua aut vniuersam, aut etiam aliquam superfluitatem eius anteq̄ in contrariam transierit dispositioem commune vero omniū suppōnum anxietas. Et huius causa trina, aut tumor superfluus aut aliqua grauedo, aut mordicatio. Et ideo defectus sentiendi anxietatem ab aliqua harum trium causarum potest esse causa retentionis huius quod debet euacuari. Decima ē applicatio virtutum naturalium ad aliud opus vel ad aliud genus euacuationis, sicut in crisibus per sudorem vel fluxū sanguinis narium retinentur interdum fex & vrina propter occupatiōem naturalium virtutum circa aliam criticā euacuationem. Sed quis dedit naturę non cognoscendi discretionem hanc vt proprias deseras euacuationes solitas & naturales & communi non solitæ insistat. Dic q virtus regitiua vel naturæ instinctus ad melius & magis necessarium.

Retētionis cā decuplex.

Cunque retentio eius q euacuari debet acciderit prouenient inde ægritudines. Quæ autem sūt ex ægritudinibus compositionis sunt oppilatio & laxitas & spasmus humidus, & quæ eis similia existunt. Sed ex modo ægritudinum complexionis sunt putredo & caloris innati cōstrictio et ipsius in igneitatem conuersio & caloris etiam innati extinctio ex prolixitate cōstrictionis & eius fortitudine, quapropter eam frigus sequitur & superantia etiam humiditatis super corpus. Communes uero ęgritudines sunt receptaculorum fissura

& eorum disruptio. Fastidium quoq; est una ex causis deterioribus harum ęgritudinũ, & proprie cum euenerit postq̃ consueuit euenire uacuitas, sicut accidit in multa saturitate in annis fertilitatis post multam superfluam famem in annis sterilitatis. Ex ægritudinibus uero compositis sunt aposte ma & bothor.

In hac parte secunda dicit primo q̃ ægritudines generãtur ex retentione huius quod euacuari debet. Ab hoc enĩ sumit principium quisq; morbus materialis. Et sanitas corpis maxime consistit in hoc q̃ viæ sint expeditæ quatenus a mẽbris superflua abscedant & ad membra libere trãseat cibus non infectus superfluitate. Et vtrunque impedit euacuandorum retentio, velut prægnãs mater omnium generum materialium ægritudinum sicut declarat hic Prin. primo de organicis, secundo de complexionalibus, tertio de cõmunibus, quarto de compositis. Secundo dicit q̃ ægritudines organicæ quæ generantur ex retentione euacuandorum sũt oppilatio quæ est morbus in via vel receptaculo, & laxitas .i. remollitio neruorum, vt in paralysi vel remollitio ligamentorum vt in sciatica qua vertebrum resilit a scia propter mucilagines remollientes ligamentum vel relaxatio panniculi continentis intestina, quare pars eorum ad inguem descendit versus testiculos & spasmus humidus repletionalis quo a membro tollitur proprius situs propter nerui retractionem versus suam originem, & alij morbi consimiles istis vt tortura oris remollitio ligamenti liguæ lenitas nimia superficiei stomachi & matricis. Tertio dicit q̃ morbi complexionales puenientes ex retentione euacuandorum sunt morbi putredinales, vt putridæ febres propter defectum euentationis hũorum & conculcationum eorum ex retentis & coartatio caloris innati, & ipsius inflãmatio seu conuersio ad igneitatẽ propter eius cõstrictionem, & extinctio seu suffocatio caloris innati propter diuturnam & fortem ipsius constrictionem a superfluitatibus retentis. Sicut enim calor igneus coopertus & constrictus primo crescit & fortificatur ex vnitione ipsius, & fortiter ac diu constrictus tandem extinguitur ex defectu sibi necessariæ euentationis, sic calor innatus nostrorum corporum ad cuius extinctionem sequuntur frigus & humiditatis excessus. Quarto dicit q̃ ægritudines communes .s. solutiones continuitatis quæ communes sunt mẽbris consimilibus & organicis prouenientes ex retentione euacuandorum sunt fissura & discruptio receptaculorum, vt venarum & arteriarum & pãniculorum ex eorum distensione superflua propter excessiuam repletionem. Quinto dicit q̃ vna de peioribus causis ægritudinum contingentium ex retẽtione euacuãdorum est fastidium .i. repletio ad saturitatem maxime dum continuata fuerit post longam vacuitatem, sicut cum succedit anno multæ sterilitatis annus multum fertilis, & hoĩes lõga fame attriti voraciter se replent ad saturitatem, tunc stomachus grauatur & male digerit, & passim repletur crudis humoribus, & hepar ac membra fame tabefacta sibi auide trahunt chimos indigestos, quos nec bene digerunt nec expellere valent superfluitates relictas ab eis præ debilitate unde fit ut quidam subito pereant extincto calore, quidam febricitent febribus putridis, alij tumescant hydrope carnosa. Sexto dicit q̃ ægritudines compositæ ex diuersis morborum generibus sequentes retentionem euacuandorum sunt apostemata & bothor .i. paruæ eminentiæ seu pustulæ procedẽtes ex accumulatione paulatina superfluitatum nutrimenti proprij partis, in qua sunt vel ab expulsionibus superfluitatum retentarum de membris fortibus ad debiliora.

Bothor quid.

Euacuatio autem huius quod debet retineri ẽ aut propter fortitudinem uirtutis expulsiuæ. Aut propter debilitatem retentiuæ. Aut propterea q̃ materia nocet grauitate propter sui multitudinẽ. Aut distensione propter sui uentositatem. Aut propter mordicationem sua acrimonia & acuitate. Aut propter materiei subtilitatem qua fiet sicut q̃ eliquatur per se unde ad expellendũ fiet facilis. Est etiam cum ipsa uiarum iuuat amplitudo quemadmodum accidit in eliquãdo sperma. Aut propterea q̃ in longitudine finduntur. Aut quia inciduntur in latitudine. Aut quia earum aperiuntur orificia, sicut accidit in exitu sanguinis ex naribus. Et est cum accidit hæc largitas ppter cãm quæ exterius accidit aut interius.

In hac parte tertia ponit decem causas propter quas id euacuatur a corpore vel membro quod deberet retineri. Prima est fortitudo virtutis expulsiuæ, non quidem moderata qualis est in sanis, sed præceps, effrenis. Secunda est debilitas retentiuę virtutis ex malitia complexionis vel compositionis receptaculi puta lenitatis vel lubricitatis eius quod debet esse asperum. Tertia est anxietas illata receptaculo ppter grauitatem ex multitudine materiæ, & nõ solum ex multitudine materiæ sed etiam ex pondorositate eius, vt citonia sumpta in fine mense quandoq; laxant ventrem & descendere faciunt cibum a stomacho sua grauitate prius q̃ sit digestus. Quarta est anxietas receptaculi propter sui distensionem ex ventositatem, nam sentiens inde nocumentum conatur expellere quod in eo est. Quinta est anxietas receptaculi propter mordicationem materiæ ab ipsius acrimonia vel acuitate, quare nititur expellere quod in se est. Sexta ẽ subtilitas materiæ qua fit fluxibilis vt res de se liquida fluida, q̃re facilis est ad expellẽdum maxime ad iferiora cum de se labatur. Hac de causa prohibemus in superfluis hemorroydibus & menstruis tam rubeis q̃ albis fructus aquosos pure rã piscium aquam decoctionis carnium & similia, quia reddunt sanguinem aquosum facile fluxibilem, & suademus vti cibis inspissantibus sanguinem sicut sunt assaturæ pedes & aures porcorum & extremitates aliorum animalium. Septima est amplitudo superflua viarum sicut i eliquatione et cursu indebito spermatis in pollutionibus supfluis & gonorrhęa propter amplitudinem nimiam vasorum ipsius. Octaua ẽ fissura receptaculi vel viæ in ipsius longitudine per quã elabitur id quod continet. Nona est incisio ipsius in latitudine vel ex transuerso. Decima est apertio nimia orificiorũ vasorum sicut apertio orificiorum venarum nisi quandoq; est causa fluxus superflui sanguinis narium. Et huius apertionis nimię seu largitatis orificiorum causa quandoq; est extrinseca corpori sicut calor solis ignis aut stufarum superfluus motus q̃nq; intrinseca sicut acumẽ humorũ vel nimia multitudo.

Euatio nis inde bite cã decu plex.

Hemorroydarum & menstruorũ fluxuum vtrorũ q̃ cantõ practicus.

Cunque euacuatio huius quod retineri debet acciderit prouenit propter ipsam complexionis frigiditatem propter euacuationem materiei quę erat apta ad accendendum ex qua calor nutritur innatus. Et fortasse proueniet inde calor complexionis, cũ illud q̃ euacuabitur, complexionis fuerit frigidę sicut phlegma. Aut fuerit circa ęqualitatem complexionis sicut sanguis, quare calidũ, calore superabit superfluo sicut cholera & calefaciet. Et ex ipsa quidem semper accidet siccitas essẽtialiter Et est cum ex ipsa prouenit humiditas secundum considerationem quam nominauimus in accidentalitate caliditatis. Et hoc est cum humor siccans euacuabitur nõ superflue & propter caloris innati defectum, qui nutriens perfecte digerere nõ ualet, unde phlegma accrescit. Hæc tamen humiditas complexioni non confert innatę.

neq;

neque est innata sicut calor ille non est innatus. Quod si superflue euacuetur sequitur ipsam frigiditas & siccitas in substantia membrorum & in eorum natura, licet alicui ipsorum calor accidat extraneus & humiditas non bona.

In hac parte quarta primo agit de morbis complexionalibus sequentibus euacuationem huius quod debet retineri. secundo de organicis. ibi [Et egritudines quod.] Sed quare non agit de morbis communibus & de cōpositis sequentibus euacuationem superfluam, sicut egit in parte de morbis sequentibus euacuandorum retentionem, nunquid ad superfluam ventris solutionem sæpe sequuntur excoriationes & vlcera intestinorum, & ad superflua menstrua, excoriatio matricis, & ad supfluas hemorroydes vlceratini. Item ad superfluam euacuationem humiditatis oris sequitur fissura labiorum, & similiter in ano & vulua fiunt fissuræ vocatæ ragadię ex superflua sue humiditatis diminutione. Item ad euacuationem superfluam sanguinis vñcunq; fit sæpe sequitur hydropisis, & excoriationes & vlcera sunt morbus cōmunis. s. solutio continuitatis, & hydropisis est morbus compositus, ut delicet apostema ventris. Dic q; isti morbi non proprie & per se veniunt ex euacuatiōe retinendorum. Sed excoriationes & vlcera prædicta procedunt ex acuitie humorū, & hydropisis sequens fluxum sanguinis prouenit ex debilitate digestiuæ, & sic non retentione euacuandorum. retenta enim de se quandoq; dissoluunt vnitatem membrorum & interdum generant apostemata. In hac prima particula dicit primo q; frigiditas complexionis prouenit ex euacuatione retinendorum, quia retinenda sunt velut pabulum innati caloris & nutrimētum membrorum vel nutrimēti pars, & sunt apta accendi. i. informari calore innato membrorum vel fieri spūs, & ita augere calorem saltem q̄titatiue. Nā quod retineri debet est humor bonus, de cuius substantiæ proprietate est vt fiat pars nutriti solum vel cum alio sicut ait Prin. primi prima. doc. quarta. cap. primo. Secundo dicit q; calor complexionis quandoq; forte prouenit ex euacuatione retinēdorum. s. quando id quod euacuatur est complexionis frigidæ sicut phlegma vel proprie temperatam sicut sanguis, tunc. n. calidus humor. s. cholera remoto freno eius superaccendet & calefaciet corpus extraneo calore. Id sæpe videmus i cholericis & tertianarijs dum phlōmantur non præcedēte purgatione cholerę, frequenter. n. propter id cholerici incurrunt febres & tertianarum, de simplici tertiana incurrunt duplicem, quia fuerit cholera remoto sanguie per phlōmiam quo reprimebatur. Tertio dicit q; ex euacuatione retinendorum semper in corpore prouenit essentialiter siccitas. i. per se proprie & directe, quia euacuatur id quo debet fieri restauratio deperditi humidi, quare corpus redditur siccius. Verūtamen ex ea quandoq; prouenit humiditas accidentaliter eo modo quo dicta est ex ea quandoq; caliditas accidentaliter puenit. Et hoc dupl'r. Vno modo quādo siccus humor et cholera uel melā per ipsum educetur non multum superflue, tūc. n. per euacuatione sicci humoris corpus quodammodo reddetur humidius. Secundo ex debilitate caloris innati quæ consurgit ab euacuatione retinendorum, & prohibet calorem perfecte digerere cibos assumptos, quare phlegma multiplicatur vel indigesta humiditas. Sed ista non confert innatæ cōplexiōi. i. non est vtilis ad nutritionem vel restaurationem deperditi sicut calor accidentaliter acquisitus ex euacuatione retinendorum non est naturalis, nec corpori vtilis, immo hæc humiditas calorem hebetat digestionem impedit & frequent' hydropisim efficit. Quarto dicit q; si multum superflue euacuetur humor siccus vel quicunq; alius non euacuandus ad hanc euacuationem necessario sequuntur frigiditas & siccitas in substantia membrorum & eorū natura. i. naturali cōplexione, quia calor naturalis & humidum radicale diminuti per continuam resolutionem non decenter neq; sufficiēter restaurantur propter euacuatiōem superfluam materię illius quæ dēt restaurari. Verumtamen ex euacuatione huiusmodi quandoq; superuenit alicui membrorum calor extraneus ꝓpter eleuationem innati caloris supra suum humidum ex defectu pabuli circa quod occupat, & humiditas extranea non bona nutritioni ꝑ viā indigōnis ex diminutiōe caloris inati.

Ragadiarū in ano & vulua materia.

Cōplo nis frigidæ cā.

Cōplo nis calidæ cās

Siccitatis causa

Et ægritudines quidem instrumentales quæ euacuationem sequuntur superfluam sunt oppilatio, propter superfluam etiam uenarum siccitatem & propter earum distensionem. Et sequitur eam spasmus & cuzez.

In hac secunda dicit q; ægritudines organicæ sequentes euacuationem superfluam retinendorum sunt oppilatio. i. cōstrictio receptaculorum & viarum ex superflua desiccatione & distensione. i. corrugatione, sicut corium pelles & pergamenum fortiter siccati ruganātur & contrahuntur, & talis cōtractio euidenter apparet in pupillis moriētium ex siccitate, vt ex hectica vel phthisi. Accidunt etiam ex dicta euacuatione spasmus & cuçeç. i. thetanus ex inanitione neruorum. quare contrahuntur & ad suam tendunt originem vel irrigidantur & fiunt implicabiles sicut chordæ cytharæ tensæ cum desiccantur retrahuntur adeo q; sæpe rumpuntur. Sed mirū videtur q; hectici & phthisici qui extreme desiccantur nō cōmuniter spasmantur. Cuius ratio est vniformitas desiccationis totius corporis & liquefactio neruorum ab hituato calore, & multiplicatio humiditatum inaturalium madefaciētiū ꝑ viā indigestionis, licet substantial' humiditas consumpta fuerit.

Cuçeç.

Hectici & phthisici quare nō sæpe spasmū incurrūt

Retentio uero & euacuatio quæ sunt ęquales scilicet illæ quæ in hora proueniunt, qua est necesse, conferentes sunt & uitam conseruantes sanam. Et iam quidem locuti sumus de rebus quæ sua generalitate sunt necessariæ, licet sit cum plurimum suarum specierum non est necessarium. Nunc ergo ad alias causas procedamus.

In hac pte q̄nta dicit primo q; retentio & euacuatio æquales. i. moderatæ. s. quę fiunt quando qualiter, & q̄tum oportet conferunt corpori conseruantes eius uitam cum sanitate. Secundo dicit q; iam completus est sermo de rebus hoī necessarijs secundum genus ad custodiendum sanitatem eius, videlicet de sex rebus non naturalibus. Primo quidem de aere. secūdo de motu & quiete. tertio de somno & vigilia. quarto de accidentibus animi. quīto de cibo & potu. sexto de inanitione & repletione, sine quibus est impossibile permanere corpus, ita q; careat penitus vna harum gñaliter, licet persistere possit absq; multis harum spēbus, nō enim sunt ei necessariæ omnes ciborum species neque oīs aer. Dicto ergo sufficient' de causis necessarijs ad alias non necessarias consequenter accedendum est.

Cap. xviij. Sermo uniuersalis de causis. quæ causaliter corpori accidūt, & nō sunt nec̄iæ neq; impedientes.

LOquemur nunc de causis non necessarijs & nō impedientibus. Et sunt quæ sua generalitate nō sunt naturales neque naturæ. cōtrariæ. Et istæ quidem sunt causæ corpori obuiantes pręter aerem qui ē necessarius, sicut balneatio et fricādi spēs, et aliæ.

In hoc cap. primo aperit intentum & describit causas de quibus intēdit. secundo diuidit & subdidit causas exterius occurrentes. ibi [Incipiemus autē.] Tertio diuidit res corpori aduenientes in illas quæ lædunt exterius & interius nō, & illas quæ lædunt interius & exterius non, & illas quę neutro modo lædunt. ibi [Sunt autē ei rebus.] Quarto reddit

causas istarum diuersitatum. ibi. [Et huius quidem causa.] In prima parte dicit primo q loquetur nunc. s. in hoc cap. & illo quod sequitur ipsum immediate de causis quæ nec necessario occurrunt hoī sicut sex res non naturales, neq nocēt ei vel impediunt ipsum ab operibus suis, ita vt de se sint cāę ægritudinis aut neutralitatis eius. Secundo dicit q hæ cāę nō sunt naturales sicut illæ de quibus agitur prima fē primi, nec contra naturam sicut illę de quibus agitur summa sequēti. sed non naturales possunt appellari sicut sex causę necessariæ hōi, de quibus modo actum est & ideo de ipsis determinat Princeps statim post illas in summa pn̄ti. Tertio dicit q istæ causæ non necessariæ sunt quæ corpori deforis occurrunt absq impedimento, excepto aere quæ connumerat inter causas necessarias sicut balneum & stufæ, lociones capitis & pedū, fricationes diuersæ pectinatiōes scalpendi actus cum moderamine & similia.

Incipiemus autem & dicemus q causæ quę in corpore hominis sunt agentes exterius propter obuiationem duobus operantur modis. Operātur enim in ipso, aut penetratione illius quod ex eis subtiliatur in poris per uirtutem penetratiuam quæ est in ipsis. Aut quia membra sibi attrahunt eas per poros suos. Aut ideo q unum istorum ab altero iuuatur. Alter uero modus est ut nulla operentur commixtiōe, sed qualitate pura conuertente corpus. Et istud quidem est aut ideo q hæc qualitas est in effectu sicut episthema infrigidatum in effectu quod infrigidat, aut emplm calefactum in effectu quod calefacit. Aut ē propterea q qualitas hæc est in potentia, sed calor innatus qui inest nobis commouet uirtutem agentem in ea, & adducit ipsam ad effectum propter proprietatem.

Cāę nō necessariaę modus opōnis duplex.

In hac parte secunda dicit primo q causæ non necessarię nec impedientes obuiantes exterius homini duobus modis operantur in ipsum. Secundo dicit q primus horum modorum est per penetrationem subtilium partium istarum rerum ī poros corporis. Et penetratio talis subtilium partium vel fit a virtute penetratiua rei exterius occurrentis, vt cum fomentamus partes aliquas cum decoctione anodinorū, vel ab attractione membrorum per poros cutis, vt quando hectici vel macri sicci balneantur in lacte membra attrahunt aliquid de subtilioribus lactis partibus quibus humectātur & refocillantur, vel vtroq modo sic, quia virtus attractiua membrorum coadiuuatur a virtute penetratiua rei exterius occurrentis & econuerso. Tertio dicit q secundus istorum est vt res occurrens corpori deforis operetur in ipsum cum pura qualitate sine commixtiōe ipsius cum eo, sicut fricatio vel pectinatio sua virtuali caliditate calefacit corpus. Et iste modus operationis diuiditur in tres. Primus est cum res exterius occurrens operatur actuali qualitate quæ in ea ē in effectu vt epithema infrigidatum effectualiter infrigidat, & emplm actu calidum calefacit. Secundus est cum res exterius occurrens habet in potentia virtutem vel qualitatem quam reducit ad actum calor nostri corporis, vt piper aut sinapi exterius occurrens calefacit corpus post reductionem eius de potētia ad actum, dato q ei occurrat cum actuali frigiditate. Tertius est cum res exterius occurrens operatur a proprietate sicut peonia collo appensa præseruat ab epilepsia, & corallus appensus supra stomachū confert dolori eius. Iuxta illud Prin. secundo cañ. cap. de corallo. Et dixit Gal. ego expertus sui ipsum, & suspendi in collo eius qui habebat dolorem stomachi, ita vt esset corallus super os stomachi & remotus fuit dolor. cum ergo accepi ipsum rediit, sicut exter⁹ suum lignum crucis in habente epilepsiam. hæc Prin. Et

Peonię ppriettas et coralli

Alexander inter græcos habitus magnus philosophus et medicus secundo practicę suę cap. de physicis ligaturis ait. Quoniam multi qui colum. i. colicam patiuntur & maxime diuites, neq ex toto aliquid bibere volunt, neq iniectionem sibi consentiunt fieri, propterea necesse est nobis de physicis ligaturis aut caracteribus aliqua dicere, quæ si fiant mox relaxari solent vel amputari dolores. In primis ergo si est possibile accipies fimum lupi, & si est possibile ex eo qui ossa comedit, & claudes in testro vase & ligabis ī dextro bracchio aut in humero aut in collo aut adicoxas suspendes in ipsa cōmotione doloris. Hęc ille, quibus nō credere non est error fidei.

Alexã.

Physica ligatura caracter

Sunt autem ex rebus quæ obuiando mutent, & cum ingrediuntur corpus non mutant, sicut cępe cum exterius ad modum emplri corpori supponuntur uulnerant, sed interius receptæ nō uulnerant. Et sunt ex rebus aliæ quæ ad hoc cōtrariæ existunt, sicut cerusa quæ cum bibitur uehementer mutat, sed cum ex ea fit epithema nihil ex hoc operatur.

In hac parte tertia Prin. innuit hanc diuisionem q rerum corpori aduenientium quędam mutant ipsum, mutatione lędente quando applicantur ab extra, & non mutant ipsum tali mutatiōe interius sumptæ, sicut cępe & allea exterius applicatæ vlcerant & vesicant cutem, & interius sumptæ sunt cibus non nocens his qui eis vti consueuerunt. Alię sunt cōtrarię quæ sumptæ interius mutant & nocēt, & exterius adhibitę non solent nocere, sicut cerusa valet vlceribus replēa carne dum deforis occurrit, & interius sumpta lędit vt uenenum. Iuxta illud Prin. quarti sexta. trac. primo. summa prima. cap̄. 4. Accidit ei qui bibit ipsam, ut albificet lingua eius & mollificentur membra ipsius, & vehementes fiant tussis & singultus ipsius, & permisceatur eius ratio & infrigidetur corpus eius, & superueniat ei syncopis. Et similiter aloe sępe interius assumptum sine freno aperit venas apertione sanguinem manare faciente, & exterius adhibitum sistit fluxū sanguinis & incarnat vlcera. Aliæ sunt quę neutro istorum modorum operantur, sed vniformiter se habent intus & extra, vel lædendo vtrobiq sicut arsenicum & vitreolum vtunt intus & extra, vel nullibi lædendo sicut vinum & mel.

Cerusæ proprietas ad uulnera.

Et huius quidem causa in diuisiōe prima una sex rerum existit. Vna est q cū tale aliquid quale est cæpe ingreditur corpus uirtus digestiua incipit constringere ipsam & cito mutat eius complexionem & debilitat eam, & non dimittit eam incolumen tanto tempore, ut in tali quale illud possit efficere suam operationem & interius uulnerare. Et alia est q secundum plurimum comeditur mixta cum re alia. Et tertia est q commiscetur in receptaculis nutrientis aliis humiditatibus quæ ipsam submergūt & eius frangunt fortitudinem. Et quarta est q cum est exterius in uno figitur situ, sed interius non quiescit se mouendo. Et quinta est q exterius multum strictæ tenetur, sed interius tangit non adherēdo. Et sexta est quoniam cum est interius præparationem eius ipsa uirtus naturalis regit, & cito eius expellit superfluitatē, et bonū in sanguinem conuertit.

In hac parte quarta primo reddit causas quare cępe et res ei similes mutant corpus extra & non intus. secundo quare cerusa & res ei similes mutant intus & non extra. ibi [Eius vero.] In prima particula dicit q sex sunt causæ in diuisione prima. i. in primo membro prædictæ diuisionis. s. q̄re

Cur cæpe & similia exterius data mutãt

cæpe

corpus interius uero nō cā sed duplex.

cæpe & res ei similes exterius datæ mutant corpus & interius sumptæ non. Prima est quia statim post earum acceptionem interius virtus digestiua incipit constringere ipsas .i. strictæ amplecti, vel confringere suam malitiam cito mutans & debilitans earū complexionem, & non sinit eas in suo vigore tam diu manere incolumes q̄ cōplere possint opus suum & interiora vulnerare. Secūda est quia tales res frequentius sumuntur alijs permixtę suam malitiam corrigentibus, vel per decoctionem correctæ, & raro sumuntur, solæ crudæ vt sunt. Tertia est q̄ in vasis nutritionis vt stomacho hepate & venis commisceri solent alijs humiditatibus & in eis sumergi & quodāmodo occultari quæ reprimūt earum malitiam. Quarta est cum exterius applicantur fixe permanent in eodem loco, & interius sumptę continue mouētur saltem motu digestionis separantis malum a benigno. Quinta est q̄ exterius adhibitæ communiter strictæ cum ligaturis supra membrum tenentur vt quasi adhereant, sed interius sumptæ tangunt membra sine adherentia. Sexta est q̄ interius sumptæ stant sub regimine naturæ quę pręparat eas & cito expellit partes superfluas & ex bonis sanguinem efficit. Et hæc sexta similis est primę, nisi q̄ prima ē de correctione earum in prima digestione, & ista est de correctione earum in secunda.

Eius uero quod cerusa dispositione diuersificatur causa est, quia cerusa est grossæ naturæ & grossarum partium, qua propter cum est deforis non penetrat in poros, & si penetrat non peruenit ad poros spiritus neque ad membra principalia, sed cum comeditur est res huic contraria. Et etiam natura uenenosa quæ est in ea non efficit impressionem, nisi impressione superflua a calore innato qui est in nobis in ea. & hæc quidem nō acquiritur ipsa obuiatione extrinseca. Et nos fortasse reiterabimus tibi in libro de simplicibus medicinis uerba istius modi.

Cerusæ nocētis interius & nō exterius cā duplex.

In hac secunda particula dicit q̄ duæ sunt causæ diuersitatis in opere cerusæ nocentis interius sicut venenum & nō nocentis exterius. Prima est q̄ cerusa propter grossitiem suæ substantię vniformiter in suis partibus deforis occurrēs non penetrat in poros. Et si penetret in poros cutis nō peruenit ad poros spūs .i. vias anhelitus, nec ad membra principalia. Sed interius sumpta peruenit ad hęc cum sua substantia vel suę virtutis fortitudine. Secunda causa est quia virtus cerusæ potentialis non reducitur ad actum propter grossitiē nimiam suę substantiæ nisi a forti calore innato vehemēter in eam imprimente, & talem non recipit impressionem deforis occurrens. Vltimo dicit q̄ fortassis iterato tractabit de hac materia libro de simplici. medicinis .s. secūdo huius trac. primo. ca. primo vbi resoluere videtur diuersitatē operationis earumdem medicinarum intus & extra ad diuersitatem partium componentium eas. Ait enim ibi. Et hac de cā

Coriandri proprietas.

plurimę medicinarum cum homo eas sumit infrigidāt vehementer. Et cum ex eis fit emplm resoluit, verbi gratia sicut coriandrum, cum .n. sumitur eius infrigidatio fortior fit, & cum ex eo fit emplm quādoq̄ resoluit. verbi gratia scrophulas & proprie pmixtum cum sanie .i. tritico cocto cum multa aqua fracto, & illud ideo quoniam ē compositum ex substantia terrea aquosa multæ infrigidationis & ex substantia subtili resolutiua. cum ergo sumit per os, s. aduenit calor innatus & resoluit ab ea materiam subtilem, & non est plurimæ quantitatis, ita vt in complexione impressionem faciat, imo deficit & remanet substantiæ singularis eius in infrigidatione vltima. cum autem ex eo fit emplm videtur q̄ substātia terrea non penetret in poros, neq̄ efficit in eis impressionem omnino, sed substantia subtilis penetrat in eos & digerit. si ergo associatur aliquid ex substantia frigida iuuat ad repellēdū

& vincit calorem innatum. Et hoc quidem propinquius est ei quod ostendimus in libro primo de adustione cæpe. cum ex ea fit emplm, & de eius incolumitate cum comeditur hęc

Gal.

Prin. ibi. Et Gal. 3. simplicis medicinæ cap̄. 12. similiter resoluit diuersitatem operationum medicinæ eiusdem in diuersitate partium componentium eam in quibus fundātur contrariæ virtutes. Ait .n. ibi. Quāuis vnaqueq̄ medicinarum cuius est hæc via sit in speculo oculi vna simplex singularis. tamen in natura sui secundum plurimum est composita. Et fortasse sunt in ea virtutes contrariæ valde sicut virtus solutiua & virtus constrictiua, & virtus rarificatiua, & virtus inspissatiua, & virtus quæ conglutinationem facit, & virtus q̄ abstergit, & virtus quæ extendit, & virtus quæ mollificat, & virtus quæ ingrossat, & virtus quæ subtiliat, & reliquæ virtutes contrariæ oēs sicut ostē dā illud in eo q̄d sequit. Hęc Gal.

Caplm. xix. De his quæ proueniunt ex balneatione & fricatione ad solem.



Vidam ornate loquentium dixit, ex balneis melius est cuius fabrica est antiqua, & cuius aer ampliatur, & cuius aqua est dulcis. Et alius addidit, & ut balneator ignem suum mensuret secundum cōplexionem eius qui ipsum uult ingredi.

In hoc cap̄. primo agit de meliore balneo & operatione eius naturali & suarum casarum. secundo de mutationibus alijs per accidens & per se prouenientibus a balneo, & de aq̄ balnei quando calefacit & quādo infrigidat, & de balneo resolutiuo quādo calefacit. ibi. Sed plerunq̄ ex balneo. Tertio ex diuersitatibus effectuū balnei penes suam siccitatē & humiditatem & moram in eo paruam vel multam, & ingressum eius corpore repleto vel innanito. ibi. Et præterea cū. Quarto de obseruandis in balneo siccorum vel hecticorum vt per ipsum humectentur. ibi. Quod si quis eorum. Quinto de nocumentis balnei. ibi. Preterea cum multis. Sexto de differentijs balneorum penes suas aquas. ibi. Balneū quoq̄ differentias. Septimo de effectibus prouenientibus ex vsu solis & sepultura ac volutatione in arena & balneo olei & roratione faciei cum aqua. ibi. De his quæ proueniunt.

In prima parte quę est pręsens textus primo describit melius balneum. secundo memorat effectus ipsius. ibi. Debes autem. Tertio effectus suarum casarum. ibi. Et prima ē. Quarto tollit errorem quorūdam circa aquā balnei. ibi. Et neque. In prima particula dicit primo q̄ quidam ornate loquētium .s. Plinius secūdus egregius philosophus & medicus eloquentissimus inter romanos sui temporis, qui librū edidit de hystoria naturali descripsit melius ex balneis per

Plinius secūdus

tria. Primum est q̄ eius fabrica sit antiqua .s. pariete tectū & fundamentum. Ex nouis .n. maxime cum fuerit calce uel luto liniti redditur aer balnei grossus reumaticus pfocatiuus. Et intellige q̄ istud balneum antiquę fabricę cum antiquitate sua fuerit frequentatum alioquin est mali & impuri aeris, eo q̄ aer in eo reclusus & suffocatus non renouatus putrescit. Secundum est q̄ aer balnei sit amplus, quia in strictis balneis se balneantes recipiunt anhelitum alter alterius quādoq̄ fetentes, & coguntur sæpius inspirare iterum aerem emissū cum expiratione veluti inutilem ad cordis refrigerium sicut

Balnei melioris condō tripłr.

facti illis qui cibos euomitos iterum resumunt. Tertium est q̄ aqua fluens & effusa per ipsum sit aqua dulcis nō hñs extraneam qualitatem qua corpus immutet imutatione alia q̄ quæ ex balneo cōiter queritur. Secundo dicit q̄ descriptioni melioris balnei per tria prædicta quidam addidit quartam conditionem, scilicet vt balneator .i. rector & director balneorum mēsuret ignem balnei proportionaliter ad illius complexionem & conditionem qui balneandus est. Quidā enim calidi rari facile resolubiles balnea caliditatis intensæ non sustinent, & si se coegerint ad sustinendū, vel syncopizāt

Balneatorū vel balneādorū cautio nō pctiscus.

vel febrem incurrunt. Alij frigidi vel densi compacti non sudant nec assequuntur balnei beneficium nisi vehementer fuerit calidum. Alij inter hos medio modo se habent.

Debes autem scire q operatio naturalis balnei est calefacere suo aere & humectare sui aqua.

In hac secunda particula dicit q operatio naturalis balnei est q calefacit per ipsius aerem & humectat per suam aquã. Attende primo q græci & arabes nomine balnei communiter vtuntur pro loco artificialiter præparato ad extergendam sordiciem humanæ cutis & mundificandum membra exteriora & tollendum corporis lassitudines, licet submersio corporis in fluminibus aut in mari vel in alijs aquis frigidis aut calidis arte vel natura soleat etiam balneum vocari. Et dicitur balneum græce balinon a balin quod est eijcere & noys quod est mens quasi mentis eijciens anxietatem. facit .n. dormire suauiter, et mentem exhylarat.

Balnei ethymologia.

Attende secundo q triplex est artificiale balneum. Quoddam est aquæ tantum quod proprie tina vel lauacrum dicitur, s. cum in tina vel cuua plena aqua corpus nudum ponitur. Aliud aeris vel vaporis tantum quod vocatur proprie stufa, & cum igne calefit pyria appellatur. Fit etiam quandoque in cuua duplicis fundi cum lapidibus candentibus vel lateribus vel quarellis ignitis inter duos tinæ fundos reclusis vel cum ferro ignito in vasculo aliquo occultato. Aliud est aeris & aquæ simul cum. s. in stufis sunt tinæ aqua plenæ. Et de tali balneo loquitur hic Prin. dicens q naturalis operatio balnei est calefacere suo aere & humectare sui aqua.

Balneũ artificiale triplex.

Attende tertio q talis balnei multæ sunt vtilitates. Iuxta illud Rasis quarto Almansoris. Sunt etiã de iuuamentis balnei corpus humectare & renouare porosque aperire & sordes congregatas detergere repletionem quoque minuere & ventositatem dissoluere & ad somnum ducere & humores subtiliare. Balneũ præterea dolorẽ reprimit, ventrẽ stringit, lassitudinẽ remouet, corpus nutrientibus aptum efficit.

Balnei vtilitates quæ.

Et prima causa est infrigidans & humectans. Et secunda calefaciens & humectans. Et tertia calefaciens & desiccans.

In tertia particula dicit q prima casa balnei infrigidat & humectat corpus, & secunda calefacit & humectat, & tertia calefacit & desiccat. Attende primo q græci & arabes alij curiosi magis & solliciti circa sanitates hominum seruãdas q̃ hodie simus sua balnea ædificabant cum tribus casis seu stationibus vel domunculis sibi inuicem proximis quibus erat aditus de vna in aliam, vt gradatim balneaturi incederent de frigido in calidum & ita recederent. Sed hodie balnea seu stufas edificant homines grossiori modo vnica casa contenti, et se spoliant in cameris distantibus a stufis & vnico linheo cooperti de cameris frigidis subito se transferunt ad stufas, & consimiliter linheo solo cooperti se subito transferunt a stufis calidis ad cameras frigidas, & si velint in tinis lauari lauant se extra stufas vnde euenit vt frequẽter qui sani stufas adeunt infirmi redeant, & qui infirmi intrant exeant infirmiores.

Balneorum modus secũdũ antiquos diuersus a modernorum vsu.

Attende secundo q stufarum hodiernarum vnicam casam habentium quibusdam calor aduenit desubtus per pauimentum sicut parisijs alijs a latere per poros inferiores alteri parietum, vt in istis bassis regionibus, & in istis est similitudo maior cum stufis trium casarum q in prioribus, propterea q in prioribus calor veniens desubtus quasi vniformiter totam calefacit stufam. Sed in istis calor dispergitur ita difformiter, vt in eis possint tres diuersi gradus proportionales gradibus casarum trium assignari. Primus iuxta parietem appositum illi qui pori infinguntur vnde venit calor. secundus in medio primi & tertij. tertius gradus est prope parietem vnde venit ignis. Attende tertio q apud arabes vnde fuit princeps casæ balnei sic distinguebantur q prima erat domus parationis ad aliam frigida & humida, sed in se erat quasi tepida. Et in ea spoliabantur homines suis vestibus; erat enim propter ipsius teporem conueniens omnibus; eo q tepida infrigidat calefactos & calefacit frigidos. Secunda erat casa & humida, calida quidem per igneum calorem quo calefiebat. Humida vero propter effusionem quasi continuam aquæ calidæ per eam. Et in ea tinæ plures erant plenæ aqua calida, quas balneantes intrabant & in eis se lauabant et fricabant. tertia erat calida & sicca propter fortem ignis caliditatem sibi aduenientem absque multa in ea aspersione aquæ. Et hanc subintrant cupientes abundanter sudare, & humiditates plurimas a profundo corporis educere. Et sicut gradatim per istas casas intrabant sic gradatim per eas redibant se reuestientes in prima casarum vbi se spoliauerunt. Attende quarto q Gal. .10. de ingenio sanitatis cap. .11. casas balnei distinguit opposito ordine vocans illam tertiam quam Princeps hic primam vocat & econuerso. Ait enim ibi. Sed prima pars balnei. i. calidus aer magis cæteris corpus totum calefacit dissoluens liquefaciens & extenuans humores eorum etiam diuersitatem & inæqualitatem atque angustiam facit æquam & insimul etiam poros dilatat purgans quod acutum esse prohibeamus. Secunda pars balnei. i. aqua calida si fiat propter. i. contra siccitatem potest imminere suam humiditatem vsque ad fundamenta membrorum eis etiam suscipientibus & custodientibus. Tertia pars balnei. i. aqua frigida totum corpus infrigidat, cum constringit & confortat. quarta pars balnei. i. exiccare sudorem purgat humores corporis cum sudore sine vllo nocumento quod fit ex frigiditate. Balneum tamen hæc omnia facit si aqua eius fuerit dulcis & fiat in congruo tempore. Hæc Gal.

Gale. de diuisiõe balnei.

Attende quinto q Gal. & Prin. super hac controuersia sic possunt concordari q Princeps describit casas balnei sanorum tali ordine quo debent eas ingredi. Sed Gal. describit passu nunc allegato casas balnei hoc ordine quo debent hectici eis vti. Primo quidem debent casam subintrare quæ calidior est, vt & fumi capinosi resoluantur in quibus abundant, & sic pori aperiantur q per eos possit aqua profundari. consequenter debent intrare secundam & immergi in tina plena aqua calida mediocris caliditatis vt per eam humectentur, deinde debent intrare casam frigidam quam tertiam vocat, Et illic subito mergi in tinam plenam aqua frigida vt pori claudantur, vt aqua quæ penetrauit in corpus retineatur humectans interiora. Iuxta illud Gal. cap. nunc allegato. Iubat ergo in siccis & calidis capinosum fumum purgari. Istud est iuuamentum ex prima parte balnei factum si prout oportet existat, secunda vero pars. i. balneari quodammodo prodest ei eo q humectat, sed quoniam calefacit nociuum est. tertia pars balnei refrigerat calefactum corpus præter vllam læsionem, virtutem confortat, membra quoque ex balneo vltra modum dissoluta ad naturalem modum reducit. Hæc Gal.

Et neque attendenda sunt verba illius qui dixit q aqua nõ humectat membra interiora cum bibitur aut cum ei obuiatur.

In quarta particula dicit q non est credendum illi qui asserunt q aqua non humefacit membra interiora neque cum bibitur neque cum corpori deforis occurrit. Attende q aliqui affirmauerunt aquam non humectare nos neque bibitam neque nobis exterius occurrentem, quia cum sit elementum non potest sic immisceri corpori q fiat pars eius, nisi in prima compositione ex elementis in qua fit pars materiæ hominis non pars formalis, non ergo humectat intime membra nec restaurat aliquid resoluti humidi. Item aer quo nihil est humidius non humectat corpus neque penetrans in ipsum neque deforis occurrens, immo continue desiccat corpus nunquam perueniens ad tantam frigiditatem quin semper aliquid resoluat de nostris corporibus. Prima istarum rationum soluitur concedendo q aqua bibita vel nobis exterius occurrens non humectat nos substantialiter, ita q fiat pars nostri sed madefacit nos & profunde imbibit & non sinit innatum calorem resoluere libere radicale humidum. Ad secundã dic q nec aer sic imbibitur membris, nec tam stabiliter permanet in eis sicut aqua propterea non sic humectat. Iuxta illud Auer. sexto colliget. cap. .1. Et quamuis aer sit humidior aqua

Auer.

sicut

sicut alibi declaratum est, tamen non humectat corpora sicut aqua eo quòd non applicatur corpori sicut aqua, immo desiccat corpora.

Sed plerūq; ex balneo post illud quod nominauimus de suis impræssionibus & mutationibus aliæ accidunt mutationes. Quarum quædā sunt per accidens, & quędam sunt per essentiam. Est nanq; cum accidit balneo, ut suo infrigidet aere, propterea quòd multum caloris resoluit innati, & ut membrorū etiam substantias exiccet, ppea quòd uehementer humores resoluit naturales, licet extraneos augeat humores. Cūq; eius aqua multæ est caliditatis cutis ex ea horripilat & inspissant eius pori. Quare ex eius humiditate nil uadit ad corpus neq; inde resoluit.

In hac parte secunda primo diuidit mutationes quę a balneo fiunt & declarat qualiter balneum quādoq; suo aere infrigidat & sua aqua non humectat. Secundo declarat qualiter aqua balnei quandoq; calefacit quandoq; infrigidat ibi [Et est cum.] Tertio qualiter balneum calefacit interdum resolutionem ibi [Est etiam.] In hac prima particula dicit ꝙ duo genera mutationum prouenire solent ex balneo ultra operationes eius modo tactas cum dicebatur ꝙ suo aere calefacit & sua aqua humectat. Vna est operatio balnei per accidens, alia per essentiam. i. per se & directe. Secundo dicit declarando operationem eius per accidens ꝙ balneum quandoq; suo aere infrigidat resoluendo nimium de calorę innato, sicut flamma maior extinguit minorem, quia vastat humidum quod minorem seruat, quādoq; etiam balneum suo aere exiccat substantias membrorum, quia resoluit naturales humores solitos nutrire membra, quibus resolutis calor innatus membrorum resoluit seipsum & proprium humidum, & nō solum resoluit aer balnei bonos humores, sed etiam humiditates coniunctas membris & eis intimas cum nimium continuatur, & licet bonos humores resoluat puta sanguineos malos, tamē auget atq; multiplicat uidelicet choleram & melancholiam. Choleram quidem inflammando sanguinem melancholiam vero resoluendo subtile grosso relicto terrestri, quod melancholia est. Tertio dicit ꝙ aqua balnei vehementer calida cutis horripilationem inducit & claudit poros ipsius, ex quorum clausione euenit vt nec humiditas aquæ profundetur in corpus nec humiditates corporis libere resolui possint calore aquæ vel aeris balnei. Et hęc est operatio aquæ balnei per accidens contraria illi operationi naturali, qua balneum dicebat sub aqua humectare. Cu-

Gal. ius operationis ante Principem Gal. meminit tertio de regimine sanitatis capl'o secundo dicēs ꝙ dulcium aquarum calidarum virtus siquidem eucratæ sunt est calida et humida. Si vero calidiores magis q̃ oporteat calida quidem est virtus, non tamen humida adhuc similiter. horrere enim cogit corpora & inspissari poros eorum, vt neq; patiant vltra exteriori humiditate neq; quid interioris superfluitatis euacuetur. Et intellige per horripilationem horridam pilorum cutis eleuationem cum diuersitate in frigore & punctione. Iuxta illud Principis quarti prima trac. 1. capl'o sexto. Horripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore & punctionem in cute & lacertis. Et fit qñq; a caliditate superflua corpori occurrente, qñq; a frigiditate: teste Aris.

Aristo. quærente particula octaua pblematum: problemate. 10. propter quid horripilantur & calido & frigido infusi.

Et est cum eius aqua calefacit & est cum infrigidat. Sed eius quidem calefacere est ideo ꝙ multum est calā et cum ipsius calor paruus est minor quàm tepipæ infrigidat & humectat. Et pp constrictionem cum fuerit frigida, quia calorem constringit, quia ex eius aere est habitus & coniungit ipsum uisceribus cum obuiauerit corpori ipsa exñte frigida. Eius uero infrigidare erit cū in ea aliqui se multū balneauerint, duobus nāq; infrigidat modis. Vnus est qm̄ aqua natura in ultimo rei frigida existit, licet calore accñtali calefaciat qui non permanet, sed tollit & remanet eius opō naturalis pp illud quod ex aqua penetrauit in corpus et est infrigidatio. Et ē̄t quia aqua siue sit calā siue frigida ē humida. Iō cū multū humectauerit calorē cōstringet innatum, pp multā sui humiditatē & extinguet ipsum & infrigidabit.

In hac secunda dicit primo ꝙ aqua balnei qñq; calefacit quandoq; infrigidat. Secundo dicit ꝙ calefacit ꝓpter hoc ꝙ est multum calida & hæc est operatio per se aquæ calidę. Tertio dicit ꝙ infrigidat & humectat quādo calor eius est modicus & minor q̃ sit calor aquę tepidę, & hæc ipsius operatio est iterum per se. Quarto dicit ꝙ aqua balnei calefacit interdum cum fuerit frigida, quia calor habitus. i. acquisitus ab aere balnei constringitur & impellit ad interiora corporis per frigiditatem aquæ cum corpori obuiauerit actualiter frigida, & hæc est operatio per accidens aquæ frigidę. Et secundum hanc expositionem hoc quartum dictum debet coniungi secundo hoc modo. Sed eius quidem calefacere est ideo ꝙ multum est calida & propter constrictionem cū fuerit frigida quia calorem constringit &c. Vel intellige si vis ꝙ aqua frigida refrigerat exteriora, quia depellit ab eis calorem ad interiora. Et hæc est operatio per se qua vnum contrarium depellit aliud. Quinto dicit ꝙ aqua frigida balnei tunc infrigidat, cum quis multo tempore se balneauerit in ea. Nam per longam in ea moram frigus eius penetrat ad interiora maxime si vehemens fuerit, & hęc est operatio per se. Sexto dicit ꝙ aqua balnei dulcis infrigidat corpus duobus modis siue calida fuerit siue frigida. Primo a sibi cōnaturali & habituali frigiditate. Ipsa. n. per naturam eius est in vltimo frigiditatis. i. summe frigida, licet cum calefit vel calefacta est calefaciat corpus accidētali calore. Talis enim calor nec in aqua nec in nostro corpore diu permanet, sed cito auferetur vtrisq; se reducētibus ad propriam naturam. Remanet igitur in aqua balnei, quæ nos penetrauit operatio propria, scilicet infrigidatio, licet calida penetrauerit, quia se reducit ad suam naturam. Secundo quia est humida siue calida siue frigida sit: & ideo postquam multum humectauerit constringet & suffocabit calorem innatum præ multitudine suæ humiditatis & extinguet ipsum & sic infrigidabit sic aqua plurima licet sit feruentissima supra ignem proiecta extinguit ipsum.

Est etiā cum balneum resol'one calefacit cum inuenerit nutrimentum quod non fuit digestum aut inuenit humorē frigidum qui non fuit maturatus. illud enim digerit & hunc maturat.

In hac tertia dicit ꝙ qñq; balneum resoluendo calefacit .s. vel quia resoluit humiditates quibus hebetatur calor digestiuus & suscitat sopitum calorem, vel quia resoluit ventositates quæ prohibent stomachum & alia vasa digōnis a perfecto amplexu cibi. Et hoc opus facit balneū dum reperit cibum qui tempore debito non fuit digestus vel humores crudos. hos enim maturat & cibum decoquit. Sed instabit aliquis quia balneum resolutiuum spargit & dissoluit calorem innatum & trahit spiritus ad exteriora. Cuius rei signum est quòd æstiuo tempore digestio debilitatur propter resolutionem & hyeme fortificatur. Dic quòd sicut phlegmatici ęstate bene se habent & melius digerunt calore aeris adiuti, sic his quibus cibus tarde digeritur, uel in quibus multi sunt humores crudi melius digerunt auxilio balnei dummodo non tanta sit in eo mora neq; tantus eius calor quòd calorem spargat aut cibos vel chymos nōdum

digestos penetrare cogat in vias strictas aut poros membrorum quibus oppilentur.

Et præterea cum ingrediuntur balneum ipso sicco, & exiccat, & confert hydropisim habentibus & laxitatem. Et est cum ingrediuntur ipsum eo humido & humectat.

In hanc parte tertia primo agit de diuersitatibus effectuū balnei penes suam siccitatem & humiditatem. Secundo penes moram in eo paruam vel multam ibi⌊Et est cum in ipso.⌉ Tertio penes ingressum eius corpore repleto vel inanito ibi⌊Et est cum balneum.⌉ In hac prima particula dicit primo quòd cum aliquis intrat balneum quando ipsum est siccum desiccatur ab eo. Et balneum tale confert hydropicis consumendo aquositates in asclite, & ventositates in tympanite, & phlegmata in hyposarcha. Confert etiam habentibus laxitatem, idest remollitionem membrorum, vt vt paralyticis & tremulosis a frigiditate & humiditate & pinguibus superflue mollibus. Attende quòd balneum quandoq; fit siccum propterea quòd suus aer vehementer calefit sine multa sparsione aquæ. Et quandoq; redditur siccum propterea ꝙ aqua eius est de genere desiccantium, scilicet salsa sulfurea vel aluminosa. Secūdo dicit ꝙ cum quis intrat balneum quando est humidum humectatur ab eo. Et tale confert macris siccis hecticis, & redditur humidū pauca aeris calefactione & multa ac frequenti irroratione cum aqua dulci tepida & præsentia tinarum tali aqua plenarum.

Balneū siccū dupliciter.

Et est cum in ipso diu morantur, & exiccat propter resolutionem & sudorem. Et est cum in ipso parum morantur et humectat cum corpus ab eo exiccatur antequam egrediatur sudor.

In hac secunda particula dicit primo ꝙ balneum desiccat diu morantes in eo maxime in tertia casa ipsius & post in secunda propter resolutionē fortem, quam efficit & sudorem quem exuberare facit. Secundo dicit ꝙ balneum humectat parum morantes in eo cum corpus ab eo exiccatur, idest post lotionem cum aqua dulci statim abstergitur cum lintheo & educitur a balneo anteꝗ̄ sudare incipiat.

Et est cum balneum ingrediuntur ieiuni et uacui & uehementer exiccat & macrescere facit & debilitat. Et est cum ipsum ingrediunt̄ ilico post saturitatem & impinguat propterea ꝙ materiā ad exteriora trahit corporis. Verūtamen oppilationes efficit propterea quod sui causa a stomacho & ab hepate nutrimentum ad membra trahitur non coctum. Et est cum in fine primę digestionis & antequam adsit uacuitas ingrediuntur & confert & impinguat mediocriter.

Balneū exiccās.

In hac tertia particula dicit primo ꝙ balneum vehementer exiccat & demacrat & debilitat illos qui ingrediuntur ipsum ieiuni & vacui, quia cum tales inopia nutrimenti per resolutionem præuiam iam debilitari incipiant ex resolutione per balneum aucta plus debilitantur & desiccantur educta a membris non solum nutrimentali, sed etiam substantiali humiditate etiam ab intraneo ꝗ̄ extraneo calore. Secundo dicit ꝙ baloeum impinguat illos qui subintrant ipsum repleti ad saturitatem, quia trahit abunde ad membra exteriora alimentum, in quibus pinguedo manifestatur. Sed oppilat ideo quòd a stomacho & hepate trahit alimentum non coctum ad membra, quod quia a membris non perfecte vincitur & integre assimilatur & relinquit in poris superfluitates quibus oppilantur, vnde tandem continuato errore mala crassities tumens introducitur vel hyposarcha. Tertio dicit ꝙ balneum confert & impinguat mediocriter illos qui ipsum intrāt in fine primæ digestionis et antequam adsit vacuitas, idest completa prima digestione & antequam membra nutrimento careant & sint inanita.

Balneū ipiguās.

Quæritur autem tempus aptius balneo sit statim post complementum primæ digestionis. Videtur ꝙ sic, quia tunc balneum confert & impinguat mediocriter, vt dicit hic Princeps. Item dicit magnus Auençoar capitulo primo theisir. Et dixerunt medici ꝙ moderatus motus in ambulatione & equitatione confert multum in conseruatione sanitatis quando tempus multum calidum excessiue nō fuerit. Balneum quoq; hoc idem faciet quando steterit in ipso mediocri modo & euacuato stomacho a cibo absq; fame & in tempore non multum calido & hoc quolibet die decimo. Hæc ille. In oppositum arguitur quia sicut balneum post saturitatē penetrare facit cibos indigestos et oppilationes inducit, sic post primam digestionem & ante secundam factum penetrare facit chylum indigestū.

Auençoar.

Item dicit Princeps primi tertia. doc. secunda cap̄. quinto. Qui vero impinguari desiderat balneum post cōmestionē ingrediatur si securus fuerit ne oppilationes accidāt. Qui autem vult resolutionem & macrefieri balneandus est dū est famelicus & ibi multum moretur. Sed qui sanitatem tantū vult conseruare balneum ingredi debet postꝗ̄ digestum est quod est in stomacho & in hepate. Hæc Princeps. Item balneum fieri debet post exercitium, teste Gal. secundo de regimine sanitatis capl̄o tertio dicente. Cum iuuenis est exercitandus est & durius fricādus & post exercitia facta est balneandus. Sed exercitium competit post digestiones celebratas instante iam hora sumendi cibum. Teste Galeno dicto libro capl̄o secundo dicente ꝙ tempus exercitij est optimū quando externus cibus fuerit perfecte digestus & qui in ventre & qui in vasis. i. in hepate & alterius cibi instat tempus.

Balneādorū canon practicus.

Dic primo ꝙ in regimine pure conseruatiuo temperati corporis si competat balneum competit hora qua plene facta est digestio tertia in venis capillaribus & approximat hora qua nutrimentum subingressurum est poros membrorum, vt cutem abstergat poros aperiat & mundificet a suis superfluitatibus præparans eos libere receptioni proprij alimenti. Dixi signanter si competat balneum, quia Gal. in hoc visus est hesitasse tertio de regimine sanitatis capl̄o secundo dicēs ꝙ exercitatus iuuenis ducendus est ad balneum, & si paruā inde habuerit utilitatem, quia iam ab exercitio moderato curatus est & fricatus, sed tamen dura & tenera membra inde mollientur & euaporabitur, si quid superfluitatis & liquefactionis carnis mollis vel pinguedinis intus a cute contineatur, quod in immoderatis contingit exercitijs. Sed & hęc euacuata sunt nec hic immoderate exercitatur. Indiget igit̄ hic iuuenis balneo ad hoc solum vt a sudore lauetur & puluere. Hæc Ga. Si ergo neq; puluere neq; sudore sordidus fuerit, ut sæpe contingit non competit ei balneum. Dic secundo ꝙ macris volentibus mediocriter impinguari balneum competit post primam digestionem vt membra humectētur & suus calor innatus minus depascat de radicali humido & tractio cibi ad membra acceleretur & copiosior fiat. Nec timetur ex eo de graui oppilatione, sicut ex balneo post saturitatē quia chylus qui attrahitur est multum subtilis, immo subtilior humore postꝗ̄ a fecibus separatus est. Rationes post oppositum sunt pro primo dicto. Prima ante oppositum est pro secundo. Secunda vero non expresse innuit ꝙ immediate post primam digestionem competat balneum, sed ꝙ fieri non debet nisi stomacho vacuo a cibo absq; fame. Attende primo ꝙ balneum multipliciter diuersificatur in suis operationibus vltra tres diuersitates modo tactas. Iuxta illud Auer. sexto colliget. capl̄o quinto. Et dicimus ꝙ balneū in nobis diuersas imprimit operationes primas, videlicet & secundas & tertias. Nam ipsum humectat & desiccat infrigidat & calefacit, & superfluitates quæ sunt in poris & sub cute euacuat. Et aliquando oppilat, ventositatem dissoluit, inflationem remouet & corpora nutrimento præparat. Et aliquando commouet appetitum & materiam de uno membro ad aliud spargit, & humores fluxibiles facit, & etiam dolores mitigat & aliquando commouet.

Balnei tēpus.

Balnei opō multiplex.

Attende secundo ꝙ harum diuersitatum tres sunt cãe principales. Iuxta illud Auerrois ibi. Et harum contrarietatum causa vna ex tribus rebus existit. vna est diuersitas partium balnei. alia est diuersitas corporum patientium. tertia est diuersitas moræ in balneo.

Qui autem balneum ingrediuntur propterea ut humectentur, sicut hecticam patientes faciunt debent in aqua mergi, nisi debilitentur. Et postea ex oleo inungi, ideo ut in humectatione fiat augmentum, & ut teneatur aqueitas qua in poris penetrauit & cõstringatur intra cutem. Et nõ longa ibi morentur mora. Et locum eligant temperatum. Et in balnei terram multam proijciant aquam ideo ut uapor elargetur & aer humectetur. Et a balneo deferantur sine sollicitudine & labore quæ eis accidant super lectum. Et inungantur. Et odorent ilico cum egrediuntur ex bene redolentibus frigidis. Et dimittãtur in domo in qua homines denudantur hora una donec eis attractio aeris temperata ad eos redeat. Et ad potandum tribuatur eis parum ex humectantibus sicut aqua ordei & lac asinæ.

Hectici quo pacto balneandi.

In hac parte quarta tangit decem conditiones obseruandas ab his qui se balneant vt humectentur sicut hectici & macri cholerici dispositi hecticę. Prima est ꝙ debent in aqua mergi moderate calida, nisi nimia absit eorum debilitas vnde timeatur aduentus syncopis, vt per dictam aquã membra sua mollificentur & humectentur. Secunda est ꝙ in exitu a dicta aqua inungantur vel oleo oliuæ vel violaceo quatenus plus humectentur & vt aqua quę penetrauit in poros teneatur intra cutem clausa & constricta propter olei adhęrentiam, qua pori clauduntur. Tertia est ꝙ non diu morentur in balneo, quia longa in eo mora siccat et resoluit & corpus demacrat. Quarta est ꝙ eligant locum temperatum, idest casam balnei magis temperatam qualis est prima: & post hanc secunda moderatę calefactionis in aere & aqua. Quinta est vt aqua copiosa effundatur supra terram balnei vel ipsius pauimentum vt aer balnei multitudine vaporum per ipsum sparsorum fiat humidior & minus resoluens. Sexta est vt patientes supra lectum suauiter & secure deportentur sine labore suorum membrorũ & absq; sollicitudine ne cadant aut syncopizent & debilitent in via.

Aromata frida.

Septima est vt in exitu a balneo rursus inungantur gratia amplioris humectationis & vt sudor prohibeatur. Octaua est ut in exitu balnei olfaciant ilico frigida aromata sicut rosas violas flores nenufaris citonia sandalos pro confortatione virtutum. Nona est vt quiescere dimittãtur hora vna in domo vbi se spoliant homines donec sedata fuerit frequẽtia suorum anhelituum quam ex balneo acquisiuerunt & redierit ad eos aeris attractio temperata sicut ante balneum.

Hectici ueniẽtia in phthisim balneandi cañ. precticum.

Decima est vt post hęc in potu tribuatur eis aqua ordei uel lac asinę vel mulieris vel capre. Attende ꝙ Ga. 10. de ingenio sanitatis cap̃. 9. sub alia serie scripsit obseruãda in balneis hecticorum dicens. Quapropter dico ꝙ omnis habens hecticam maxime ueniens io phthisim, idest atefactionem si nõ habeat aliquam febrem de putredine uel de apostemate uiscerum oportet in balneum mittatur. Sed studeamus ne patiatur laborem ne uirtus per hoc dissoluatur. Portetur ergo usq; ad balneum in lecto, & postea suauiter in lintheo calefacto deponatur. cumq; in primam balnei mansionem peruenerit exuat pannos, deinde in secundam mansionem mittatur quæ secundum complexionem mediocriter extendenda est, ubi uero oleo tepido ungaẽ, quo facto ad tertiam est perducendus & in fontem calidum mergendus. In his mansionibus nullam habeat moram sed solummodo suauiẽ pertransfeat. In fonte quoque parum maneat, in aqua frigida subito, deinde exuccetur, cum mappa et ad lectum feratur, & cum spongia aut molli lintheo exuccetur, tandem domum feratur & nutrimento reficiatur, domus tamen sicut dixi balneo uicina sit. Hęc Gal.

Quod si quis eorum multam in balneo facit moram timetur ne superueniat ei syncopis, propterea quòd calefacit cor & commouetur primo syncopis. In balneo præterea cum multis eius iuuamentis assunt nocumenta. Facit.n. superfluitates ad membra in quibus est debilitas leuiter descendere & laxat corpus & impedit neruos & resoluit calorem innatum & comedendi desideriũ deijcit & coeundi debilitat uirtutem.

In hac parte quinta dicit primo ꝙ si quis eorum, scilicet hecticorum in balneo diu manserit timendum est de syncopi, quia per balneum cor supercalefit & depauperatur suis spiritibus & syncopis primo commouetur, idest maxime commoueri solet quando hi balneantur propter causam dictam. Et ista clausula cum pręcedenti coniungi potest, quia est de balneo hecticorum & sequenti, quia est de balnei nocumento. Secundo dicit ꝙ cum iuuamentis balnei plurima sunt eius nocumenta. Primum est facilis fluxus superfluitatum ad membra debilia quem balneum commouet. Primo quia superfluitates quietas agitat et subtiliat uias aperit & membra debilia laxiora reddit. Secundum est ꝙ laxat corpus, idest molles reddit carnes neruos uenas arterias panniculos & ligamenta eius sua humectatione. Sed contra dicit Rasis quarto Almansoris capitulo de balneo. ꝙ balneũ tollit lassitudinem. Dic ꝙ hoc uerum est sed ingerit laxitatẽ. Differunt enim lassare & laxare quemadmodum laxitas & lassitudo. Nam lassare est fatigare & lassitudo fatigatio, sed lassare est remolire & laxitas remollitio, & laxitas est omnium partium mollificabilium, lassitudo vero musculorum ꝓprie neruorum & iuncturarum. Tertium est impedire neruos quorum substantia calore dissoluitur, teste Galeno aphorismorum quinta commento illius cañ. Calidum nocet. Nam balneum neruos mollificat & rarificat vnde perdunt robur & firmitatẽ motui necessarias. Quartum est resoluere innatum calorem, & id maxime facit caliditate sui aeris aperiente poros & trahente spiritus & partes sanguinis subtiliores ad exteriora sub forma vaporis. Quintum est ꝙ deijcit appetitum. Sed instabit aliquis, quia prima & principalior causa appetitus cibi est inanitio membrorum quam balneum inducit, nam membra inanita trahunt a venis, venæ ab hepate, hepar a stomacho & tũc adest fames. Dic ꝙ licet balneum primam causam desiderij cibi suscitet scilicet inanitionem membrorum, tollit tamen eius causam coniunctã replens orificium stomachi vaporibus remollientibus ipsũ & inducens dispositionem cõtrariam illi quam inducit melancholia illic profluens gratia suscitationis appetitus. Huius simile fit a calore æstiuo. Sextum est debilitatio virtutis, seu potentię coeundi, quia balneum ventositates et calorem resoluit qui faciunt erectionem, & spermatis materiam minuit, & virgam mollificat & rarificat quæ tempore coitus debet esse pura & tensa. Aliqua ex his nocumentis meminit & aliqua addidit Hippo. aphorismorũ. 5. dicẽs. Calidum nocet hoc frequenter vtentibus, facit.n. carnium effœminationem, neruorum incõtinentiam, mentis stuporem sanguinis fluxum, defectiones spirituum, quibusdam mors sequitur. Et Rasis similiter. 4. Almansoris cap̃. de balneo dicens. Nocumenta vero eius sunt vires destruere & cor vsq; adeo calefacere, vt quandoq; ad snycopim perducat nauseam commouet & malis humoribus occasionem cito descendendi tribuit. Ideoq; febricitantes vel qui cõcussionẽ est perpessus vel apostemata vel plagam vel excoriationem habentes

Balneĩ nocumẽta.

balneum timere dicunt. Sed dicet aliquis si balneum tot parit incommoda quare dicit Hippo. 3. regiminis acutorum prope finem. Balneum non nocet amantibus & si bis in die percepis. Dic ꝙ delectatio & cōsuetudo & pauca mora in balneo quasi temperato faciunt vt prosit & parum noceat si in aliquo nocet & maxime si corpus fuerit mundum. Iuxta illud Auerrois sexto colliget. caplo quinto. Et scias ꝙ omnes partes balnei in corporibus puris bonas actiões operantur vna alteri non resistente. Quod est quia dissoluunt superfluitates & euacuant sine læsione virtutum, & membra mollificant sine neruorum relaxatione, & humectant sine calefactione & oppilatione & refrigerant absq; inuiscatione. Et hæc omnia non nisi cum partibus frigidi & calidi complentur, & si aliquid damni in eis percipitur illud est in corporibus impuris, quia nullum damnum puris euenire solet. Hæc Auerro.

Balneũ quoq; differẽtias habet a parte aquarum quæ in ipso fluunt. Si enim fuerint nitrosæ, aut sulfureæ, aut marinæ, aut cineritiæ, aut salsæ natura, aut ingenio, scilicet quòd in eis aliquod horum apponatur, aut in eis coquatur, sicut staphisagria, aut sicut baccæ lauri, aut sicut sulfur, aut his similia resoluent & subtiliabunt & auferent laxitatem & prohibebunt humorum descẽsionem ad apostemata, & uenam habentibus ciuilem conferent.

In hac parte sexta primo agit in gñali de effectibus aquarum nitrosarum sulfurearum marinarum cineritiarum salsarum & similium. Secundo de effectibus ærearum ferrearum & salsarum in communi, & postea in speciali de quaq; earũ ibi⌊ Æreæ vero. ⌉ Tertio de effectibus aluminosarum & atramentalium ibi⌊ Sed aquis aluminosis. ⌉ Quarto de effectibus sulfurearum ibi⌊ Sulfureæ vero. ⌉ Quinto de effectibus marinarum ibi⌊ Marinæ autem. ⌉ Sexto de modo balneationis in thermis ibi⌊ Qui autem. ⌉ In hac prima particula dicit primo ꝙ balnea diuersificantur penes diuersitates aquarum, quæ per ipsa fluunt uel in ipsis sparguntur, vel in tinis suis compræhenduntur, quia magna pars operũ balnei procedit ab eius aqua & ipsius aer ab aquis mutatur & diuersas recipit impressiones. Secundo dicit ꝙ aquę nitrosæ, aut sulfureæ, aut marinæ, aut cineritiæ, aut salsæ, siue per naturam, siue per artem sic ꝙ eis misceatur vel in eis bulliatur nitrum sulfur sal aut cinis vel staphisagria vel baccę lauri quinq; effectus imprimunt corporibus nostris. Primus est resolutio vaporum fumorum aquositatum humiditatũ humoralium ventositatum caloris & spirituum. Secũdus est subtiliatio humorum faciens eos trahere ad naturam vaporis. Tertius est ablatio laxitatis. s. mollitiei nimiæ carnis neruorum panniculorum & ligamentorum, ita ꝙ conferũt hyposarchæ paralysi tremori torturę relaxationi syphac cominanti de ruptura. Quartus est prohibitio descensus humorum ad apostemata trahendo. s. humores ad contrarium sui resolutione. Quintus est conferre habentibus uenam ciuilem. Et hos omnes faciunt suis caliditate & siccitate. Et est vena ciuilis seu vena meden passio sic appellata quia multiplicaꝛ in ciuitate medena. Quam describit Prin. quarti tertia tractatu secundo. caplo vltimo dicens. Est vt accidat super partem corporis pustula quædam inflans, deinde vesicat, postea egreditur ex ea quiddam rubeum ad nigredinem decliue: deinde non cessat prolongari & prolongatur & fortasse est ei motus voluntarius sub cute ac si esset motus animalis & quasi in veritate sit vermis donec æstiment quidam quòd sit animal quod generatur, et æstimant quidam quòd sit ramus vili nerui per vehementiam grossitudinis. Et plurimum quidem accidit in cruribus de hac dicit Galen. ꝙ eam non vidit.

Vena ciuilis uel uena meden qd.

ÆReæ uero aquæ & ferreæ salsæ etiam iuuãt in ægritudinibus, quæ sunt ex frigiditate & humiditate & doloribus articulorum, & podagræ, & conferunt laxitati, & astmati, & ægritudinibus renum, & fracture restaurationem fortem efficiunt, & conferunt carbunculis & ulceribus. Et æneæ quidem ori conferunt & uuulæ, & oculo laxo & humiditatibus auris. Ferreæ uero stomachum iuuant & splenem. Et nitrosę quidem & salsæ capitibus & pectori auxilium præbent quæ materias recipere solent, & conferunt stomacho humido, & habentibus hydropisim & inflationem.

In hac secunda dicit primo ꝙ aquæ æreę & ferreæ & salsæ præstant nouem iuuamenta. Primum est generale. s. in ægritudinibus prouenientibus ex frigiditate & humiditate, consumunt. n. sua siccitate materias earum. Secundũ est in doloribus iuncturarum, consumunt. n. humiditates qbus iuncturæ imbibuntur & corroborant iuncturas prohibẽtes ne faciliter alias recipiant. Tertium est in podagra. i. gutta pedum propter easdem causas. Quartum est in laxitate seu mollitie superflua membrorum consumendo humiditates quibus relaxantur. Quintum est in astmate. i. ægritudine pulmonari cum qua patiens non inuenit excusationẽ ab anhelitu frequenti sicut est anhelitus quo laborat præfocatus. Sed quomodo cōfert in casu hoc aqua ferrata cum sit multum styptica quare videtur materias magis in pulmone conculcare ꝙ̃ foras educere. Dic ꝙ sua siccitate aliquid materiæ consumit & sua stypticitate calorem in interioribus recludit & fortificat in hoc coadiuuans ad digestionem materiæ, nec sua stypticitate cum administratur in forma balnei pertingere potes vsque ad pulmonem. Sextum est in ægritudinibus renum vt in diabete & laxitate eorum & debilitate ex pollutionibus frequentatis & cursibus inueteratis alborum menstruorum & crudorum. Solent. n. grauiter dolere renes frequenter polluti & menstruaræ cum superfluitate. Septimum est in fracturis ossium. Postꝙ̃ enim partes ossis fracti fuerint inuicem reiunctæ si fomentetur locus fricationis cum aliqua ex istis aquis porus sarcoydes q partes coniungit indurabitur & pene similis ossi efficieꝛ. Octauum est in carbũculis. In principio quidem quia partim repercutiunt materiam quæ fluit. partim resoluunt illam quæ fluxit. In declinatione vero quæ post casum escharæ: quia mundificant, & siccant vlcus relictum ibidem post casum carbunculi. Nonum est in vlceribus quorum sanatio est mundificatio desiccatio & prohibitio aduentus superfluitatum ad ea quæ per dictas aquas efficiuntur. Secundo dicit quòd aquæ æneæ seu æreæ præstant nobis in speciali iuuamẽta quatuor. Primum est in passionibus oris, scilicet pustulis vlceribus & fissuris sordidis cum ex eis colluitur os abstergunt enim & siccant oris humiditates & confortant partes eius. Secundum est in tumore vuulæ vel relaxatione vel casu ex humiditatibus sibi imbibitis cum dictæ aquę gargariçantur vel gutturi supponitur pãnus intinctus in eis post purgationes vniuersales. Tertium est in oculo laxo. idest remollito & humectato superfluitatibus ad eum fluentibus si cum eis lauetur oculus. Quartum est in humiditatibus fluentibus ab aure vel vlceribus eius inueteratis lota sępe cum eis aure. Tertio dicit ꝙ aquæ ferreæ specialiter iuuant stomachum, quia consumunt superfluas eius humiditates & sua stypticitate confortant tam orificium stomachi ad appetitum cibi quàm fundum ipsius ad digestionẽ. Conferunt etiam spleni a tota proprietate sicut supra memini, & in tumore eius vaporoso & in relaxatiõe ipsius. Quarto dicit ꝙ aq̃ nitrosæ & salsę quinq; iuuamenta spãlia pstãt hoibus. Primũ capiti humido loto eis vel embrocato, quia resoluũt ab eo fumos et uapores et desiccãt humiditates eius

Aq̃ æneę uis.

Aq̃ ferreę uis.

Aq̃ nitrosę & salsę uis.

superfluis ad quas est pronum. Et balneum earum diuertit a capite fumos & vapores & trahit ad cutem. Sed vapor ipsius per nares attractus nocet capiti. debet ergo caput extra balneum earum teneri & ab eis caueri. Secundum pectori disposito catarrhis, siccant enim eius superfluitates et humores fluentes ad ipsum diuertunt. Tertium stomacho superflue humido propter dictas causas. Quartum hydropicis resoluendo & consumendo suis caliditate & siccitate aquositates ascitis ventositates tympanitis & phlegma hyposarche. Quintum inflationi.i. ventoso apostemati vel ventositati inflatiuae vbicunq; fuerit. Attende primo q̄ nitrum baurach & sal sunt fere eiusdem virtutis & origis, nisi q̄ baurach & nitrum sunt fortiora sale & carent stypticitate. Iuxta illud Principis secundo huius caplo de baurach. Baurach est fortius sale & est ex genere virtutis eius, sed stypticitas non inest ei. Et Serapion in aggregatore caplo de nitro ait, Nitrum et baurach.i. nitrum et spuma nitri. species baurach & minerae ipsius sunt sicut minerae salis. Nam ex eo est q̄d est aqua fluēs, deinde petrificatur, & ex eo est quod est i minera sua sicut lapis. Attende secundo q̄ sicut nitrum differt a sale quia caret stypticitate, sic aquę nitrosae ab aquis salis. Iuxta illud Plinij. Aquae vero nitrosae plurimis locis reperiūtur, sed sine viribus densandi. Attende tertio q̄ licet Princeps secundo cañ. ca. de nitro dicat nitrum esse baurach armenū, baurach tamen proprie spuma nitri dicitur et aphronitrum ab aphros graece quod est spuma latine.

Nitrum & baurach sal quid.

Sed aquis aluminosis & atramentalibus balneari confert sputo sanguineo & egressioni sanguinis ab ano & a menstruis & nauseae et uomitui sine causa & cachexiae & multo sudori.

Aq̄ aluminosae & atramētalis vis.

In hac tertia dicit q̄ in aquis aluminosis & atramentalibus balneari sex corpori iuuamenta praebet. Primum est in cura sputi sanguinei passionis emoptoicae. stringunt enim vias sua forti stypticitate. Secundum est in fluxu superfluo haemorrhoydarum propter causam similem. Tertiū est in superfluentibus menstruis tam rubeis q̄ albis. Quartum est in nausea, idest appetitu vel conatu uomendi sine effectu, & in vomitu spontaneo sine causa manifesta, videlicet absque sumptione cibi aut medicinae suscitantis vomitum vel titillatione linguae aut palati vel imaginatione circa abominabile, sed ex phlegmatibus paulatim cōgestis & inuiscatis in tunicis stomachi, quia desiccant remollitum stomachum et consumunt partem superfluitatum eius. Quintum est in cachexia, & est dispositio antecedens hydropisim in qua superfluitates aquosae multiplicari incipiunt, quas cōsumunt balnea dictarum aquarum. Sextum est in superfluo sudore quem compescit balneum ex dictis aquis oppilando poros sua stypticitate. Attende q̄ atramentum est substantia mineralis media inter metalla & lapides rancidi saporis styptica adurens cuius pars liquefit & dissoluitur in aqua per decoctionem, & alia eius pars est lapidosa & indissolubilis. Et enumerantur a Principe secundo cañ. capitulo de atramento quatuor modi eius, scilicet album, rubeum, citrinum, & viride, a quibus extrahunt substantiae quatuor homogeneae dissolubiles in aqua similium colorum quarū alba dicitur calcadis, rubea assuriae, citrina colcatar, viridis calcantum siue vitreolum. Et vltra has species est quoddā fuscum ad nigredinem declinans quod ponitur in incausto & dicitur atramentum scriptorum ab atro colore, & q̄a scriptores eo solēt vti & fit artificialr diuersis modis, & ab atramentis mineralibus denolantur aquae atramentales.

Atramētū quid.

Atramēti modi q̄uor.

Atramētum scriptorum.

Sulfureae uero aquae neruos mundificant & dolores distensionis & spasmi sedant & corporis superficiem a bothor & ulceribus malis antiquis & signis uiolaceis mundificant & a panno & morphea & albaras & resoluunt superfluitates ad iuncturas & splenem & hepar descendentes et uuluae duritiei conferunt, sed stomachum laxant & desiderium deijciunt.

Aq̄ sulfureę effectus.

In hac quarta dicit quòd aquae sulfureae septem in nobis operantur effectus. Primus est mundificare suis caliditate & siccitate neruos a superfluitatibus quibus imbibuntur. Secundus est pacificare dolores distēsionis neruorum qualis in thetano est, & dolores spasmi prouenientes ex repletione liquefaciendo & consumendo humores a quibus causantur. Tertius est mundificare sua abstersione superficiem corporis, scilicet cutem a pustulis & vlceribus malis antiquis qualia leprosis accidere solent & signis violaceis, idest liuoribus seu persuris cutis ex percussione vel sanguine sub cute mortificato & panno faciei qui fit ex sanguine sub cute praefocato postquam venam exijt. De quo dicit Prin. quarti sexta tract. secundo capitulo sexto. Et ille qui est ad rubedinem decliuis est lentigo. Et qui de eo delinitur est pannus & morphea & albaras quae sunt cutis foeditates quaedam albae aliae nigrae sicut supra declaratum est. Quartus est soluere suis caliditate & siccitate superfluitates tam uentosas q̄ aquosas & humorales descendere solitas ad iuncturas splenem & hepar. Quintus est minuere duritiem vuluae sua liquefactiua dissolutiua & resolutiua virtute. Et de eis dicit Princeps secundo cañ. capitulo de aqua. Aquae sulfureae conferunt doloribus matricis. Sextus est laxare stomachum non quòd remolliant ipsum cum sint vehementer desiccatiuae, sed suis foetidis vaporibus abominationem inducunt qua stomachus seipsum laxat & fit quasi nauseans vt multis contingit quando vident apostemata materiae foetentis aperiri vel olfaciunt aliquid horribilis odoris. Possunt etiam laxare liquefaciendo materias in concauitate stomachi contentas, quae postq̄ liquefactae sunt imbibuntur forte pelliculis eius. Septimus est deijcere cibi appetitum per similem modum quo stomachum laxant.

Marinae autem aquae caput eius qui in eis balneatur replent. Ideoq; qui in eis balneantur caput in ipsis ponere non debent, & in eis tempore post tempus eorum calefiunt complexiones & proprie matrix & uesica & colon, et ideo omnes sunt malae & graues.

Balnei aq̄ marinę nocumētum duplex.

In hac quinta tangit duo nocumenta balnei marinarum aquarum quę supra omiserat cum de effectibus ageret aquarum salsarum et nitrosarum. Primum est replere caput se balneantis in eis, & ideo caput eius non in balneo sed extra tenere debet. Nam sicut aquae marinę sunt grossiores dulcibus, sic vapores earum uaporibus dulcium, quare magis replent & aggrauant caput, & praeterea liquefaciunt & distendunt humores capitis quibus obuiant quare magis replent & plus loci occupant. Sed contra. vapor aquae marinę cōfert epilepsiae quae est morbus capitis repletionalis, sicut scribit Princeps secundo cañ. capitulo de aqua. Dic quòd si conferat hoc est in epilepsia phlegmatica post euacuationes sufficientes vaporatione facta exterius cum embrocis non recepta per nares ad consumptionem residui materiae & desiccationem cerebri. Secundum est supercalefactio corporis maxime matricis vesicae & intestini colon successu temporis cum assiduatur balneum earum. Et propterea dictę aquę sunt malae in balneis & graues id est grauantes vel graues in pondere sua plurima terrestreitate.

Qui autē in thermis uoluerit balneari oportebit ut balneeť in eis quiete & suauiter & ordinatim & nō subito. Et nos fortasse reiterabimus in cap. de cōseruatione sanitatis sermonē de eē balnei: & cōtinuandū erit quod ibi dicimus ei quod

hic ante diximus, & similiter loquemur quando de potu aquæ frigidæ tractabimus.

Thermæ qd.

In hac sexta dicit primo q balneari volẽtes in aquis thermarum debent non subito, sed gradatim ad eas accedere, et quiete ac suauiter in eis balneari. Et sunt thermæ proprie loca subterranea calida. Et aquæ thermarum sunt quæ scaturiunt a dictis locis actu feruentes super terram ad instar fontis, & a fonte manãtes in pluribus locis recolliguntur quędã fonti proprius, aliæ remotius cum præparatione habitaculorum ad balneationes idoneorum vt gradatim possint balneantes se transferre a locis minus calidis ad calidiora fonti proxima, qui quandoq; est ita feruidus vt homines non sustineant balneari in ipso. Secundo dicit q forte iterato loquetur de balneo cap̃. de conseruatione sanitatis. s. cap̃. 5. doctrinæ secundæ. fen tertiæ primi quæ est de regimine sanitatis continuando dictis hic ea quæ dicentur ibi. Et iterum loquetur de balneo cum de potu aquæ frigidæ tractabit quod non facit cap̃. 8. doc. nunc dictæ, quod est de regimine aquæ & vini, sed. 2. cañ. cap̃. de aqua tangit plures effectus aquarum quos exercent sub forma balnei. Vel lege hic ablutione loco de potu. post q̃. n. Princeps fen tertia primi doc. secunda ca. 5. de balneo egit immediate subiungit capĩm de ablutione cum aqua frigida, quæ modus balnei est.

De eis quę proueniunt ex usu solis. In arena sepeliri & uolutari in ipsa & in oleo balneari & super faciem aquam rorare.

In hac parte septima primo ponit quatuor titulos tractandorum in particulis quatuor istius partis ac si hic inciperet nonũ capĩm. Primus titulus est primæ particulæ de his quę proueniunt ex vsu solis. Et incipit ibi. Et in sole calido. Secundus est particulæ secundæ incipientis ibi. Et arenę quidem. Et est de eis quæ proueniũt ex sepeliri in arena & volutari in ipsa. Tertius est tertię incipientis ibi. Semicupiũ uero. Et est de eis quæ proueniunt ex balneari in oleo. Quartus est quarte incipientis ibi. Faciẽ vero. Et est de eis quę proueniunt ex rorare aquam super faciem.

Et in sole calido fricari & præcipue se mouendo & quanto plus se mouendo motu forti sicut cito eundo & saliẽdo est ex eo q superfluitates uehementer resoluit & diminuit & sudorem efficit & inflationem egredi facit & resoluit apostemata laxa & hydropisim & confert in astmate & in aeris attractione, in qua est necesse alas extendere, & resoluit dolorem antiquum frigidum capitis & cerebrum cuius est complexio frigida fortius efficit. Cum autem quod est sub eo non fiet lentum, sed remanebit eius locus siccus confert doloribus sciæ & renum, & doloribus lepræ & suffocationibus matricis, & mundificat matricẽ. Quod si aliquis in sole steterit inspissabit corpus & indurabit et exiccabit ipsum, quẽadmodũ cauteriũ supra pororũ orificia & prohibet resolutionẽ. In sole autẽ in uno loco morari est deterius in adurendo cutem quàm in ipso ambulare, & est plus prohibens resolutionem.

Effectus fricationis corporis in sole.

In prima particula tangit octo effectus fricationis corporis in sole quos præcipue operatur qñ cum ea mouetur corpus de loco in locum, & maxime motu forti sicut motu cursus. Primus est resolutio vehemens superfluitatum & earum diminutio. Primo quidem a calore solis. Secundo a fricatione. Tertio a motu. Secundus est sudor. nã fricatio poros cutis aperit & humores a motu subtiliantur, quos solaris calor trahit ad superficiem cutis. Tertius est egressus inflationis. i. resolutio ventositatis inflatiuæ a caloribus solis fricationis & motus. Quartus est resolutio apãtum laxorũ. s. mollium phlegmaticorum quæ çimiæ seu œdemiæ dicũtur ex calefactione desiccatione & resolutiõe caloris solis fricationis & motus. Quintus est resolutio hydropisis de frigida causa siue ascites siue tympanites aut hyposarcha propter causam dictam in apostematibus. Sextus est in astmate & in spẽ anhelitus in qua necessarium est alas extendere. i. extremitates spatularum & collum. Et a Principe talis anhelitus vocatur præparatio anhelitus tertij decima trac. 1. cap̃. 30. dicente. Præparatio anhelitus est anhelitus qui non aduenit habenti ipsum nisi præparet & æquetur & extendat collum suum extensione tendente ad superiora, quare aperitur propter illud meatus, & quandoq; fit in veritate propter humores replentes & oppilantes sicut astma quos dissoluunt & cõsumunt calor fricatio & motus post purgationes vles. Septimus est resolutio doloris antiqui frigidi capitis. In recenti vero dum materia adhuc fluit per hæc augeret dolor ex nimia distensione & attractione nouæ materiæ. Octauus est fortificatio cerebri cuius complexio excedit in frigiditate, per hæc. n. continuata reducitur ad temperamentum.

Secundo dicit q cum res super quam cadunt radij solares fortes non fuerit lenta. i. humida reumatica, sed permanet locus ipsius siccus adiuuabit in cura sciatici doloris & doloris renum prouenientium. s. ex humoribus frigidis vel aquositatibus aut ventositatibus quia materias eorum resoluit. Adiuuabit etiam in doloribus lep̃. s. in pruritibus & pũctionibus & formicationibus, quibus vexantur extremitates leprosorũ propter vapores & humores nitrosos intercutaneos, quia resoluunť a re quæ participat virtute solis, et licet leprosi abundẽt in humoribus adustis corrosiuis, sunt tñ depauperati naturali caliditate maxime in suis extremitatibus, ita ut sint ueluti mortificatæ & insensibiles & gaudent calore solis. Adiuuabit etiam in suffocatione matricis & mundificatione eius cum mulier sedet super eam resoluendo sanguinẽ menstruũ corruptum vel sperma putridum venenosum ex cuius retẽtione dicta suffocatio causatur. Tertio dicit q sol inspissat indurat & siccat corpora quieta stantium sub eo crispando. s. & contrahendo cutem sicut cauteriũ cuti applicatum sup orificia pororũ inspissat ea gñando crustam quæ dř eschara, et ignis crustam inducit in superficie assaturarum vñ clausis poris ꝓhibetur resolõ. Quarto dicit q in sole quiete manere sine motu locali plus nocet & operatur in adustione cutis q̃ sub ipso ambulare & magis prohibet resolõnem a corpore fieri efficiendo cutem duram & sesteam. Sed contra æthiopes sole adusti & denigrati sunt debiles resoluti adeo q senescunt trigesimo anno vel ante, nec cutes eorum sunt siccæ duræ spissæ, sed humidæ molles lenes. Dic primo q æthiopes non stant in sole, sed latitant in cauernis terræ maxime in æstate. Dic secundo q quia vexantur continuo caumate sunt debiles resoluti. Dic tertio q quia caumata suorum locorum trahunt humiditates successu temporis ab interioribus versus cutem lenes fiunt suæ cutes & quodammodo splendidæ q̃diu sufficiunt intrinseci humores eas imbibere, sed eis deficientibus crispantur & indurantur. Dic quarto q Prin. hic loquitur de illis qui se exponunt subito soli forti non consueti quiescentes in eo. In talibus enim cutis induratur & desiccatur vt in assaturis propter fixionem vehementer agentem supra suum passum.

Eschara quid.

Æthiopes cur debiles et cito senescãt.

Et arenæ quidem quæ in resoluendo humores sunt fortiores in parte cutis sunt arenę marinæ. Et est cum super eas calidas existentes sedẽt. Et est cum in eis sepeliuntur. Et est cum super corpus paulatim asperguntur. Et resoluunt dolores & ægritudines prædictas in capitulo de sole. Ad ultimũ uero uehementer exiccant corpus.

In hac

Arenę maris modus resoluēdi triplex.

In hac secūda dicit primo q arenę maris sunt ceteris fortiores in resoluendo, quia resoluunt & consumunt humiditates sua ariditate unde sumunt nomen, resoluunt insuper sua salsugine quam ex mari acquisierunt. Secundo tangit tres modos quibus corpori applicantur ad resolutionem faciendam. Primus est sedere super eas calidas nudis natibus. Secundus est sepeliri in eis vel volutari nudato corpore. Tertius est superaspergi eis. Tertio tangit earum effectus dicens q resoluunt dolores frigidos & humorosos & uentosos & sanant ęgritudines prędictas in capitulo de sole, idest in prima particula istius partis cuius titulus est de eis q proueniunt ex vsu solis. Et finaliter dictę arenę applicatę corpori modis prętactis uehementer siccant ipsum, & ideo laudantur in paralysi & hydropisi de frigida causa post purgationes uniuersales.

Semicupium uero ingredi plenum tali quale est oleum est cum confert laxitudinem habentibus & febres patientibus longas frigidas & eis qui cum febribus dolores habent neruorum & articulorum: & habentibus spasmum & cuzez, et urinæ retentionem. Et oportet ut oleum extra balneum sit calefactum. Quod si in ipso uulpes cocta fuerit aut dabaon & factum fuerit quemadmodum nominabimus, erit medicamē melius quod esse poterit dolorem habentibus iuncturarum et podagram.

Semicupiū qd. Olei fotus usus

In hac tertia dicit primo q intrare semicupiū plenum oleo vel aliquo tali quinq; iuuamenta corpori exhibet. Et intellige per semicupium paruam tinam, & per oleum oleum oliuarum, & per aliquid tale alia genera oleorum uel lac animalium vel decoctiones vulpium aut catulorum. Primum est tollere lassitudinem maxime illam quæ cursu vel ambulatione vel equitatione inducta est, quia membra inferiora plus alijs tacta oleo demulcentur, & eorum siccitas ex motu acquisita corrigitur, & tensio laxatur, & caloris ac spirituum resolutio viscositate olei prohibetur. Secundum est i febribus longis frigidis. i. a frigida materia procedentibus ut quotidianis & quartanis. Primo ad mitigationem typi. s. frigoris & horripilationis. Secundo ad confortationem caloris naturalis. nam de pprietate olei oliuarum est vt calefaciat corpus sicut est calefactio vestimenti & cooperimenti. Tertium est in doloribus neruorum & articulorum cum febre quales sæpe quartanarijs accidunt. Videtur. n. pluribus eorum maxime in typo q habeant ossa fracta vel quasi essent percussa baculis & stridorem aliquem se audire iudicant ex ossium suorum concussione. Et istos dolores mitigat oleum, & similiter illos qui iuncturis & neruis accidunt in extremitatibus corporis per viam crisis imperfectæ febrium. Sæpe etenim diuturnæ febres tumoribus & doloribus extremitatum criticant, quos mitigat oleum sine repercussione maturando materias eorum & fouendo simul calorem innatum.

Quartum est in spasmo & thetano. Sed contrarium huius asserit Gal. secundo simplicis medicinæ. caplo. 20. dicens. Et vidi esse de sententia q per hanc causam, scilicet qa oleum est æqualis caliditatis fit q non confert neq; nocet in habentibus spasmum & habentibus saltum & habentibus tremorem & in eo cuius sensus destruitur & cui aduenit difficultas sensus iuuamento neq; nocumento cui sit quantitas de qua sit curandum. Et id est, quoniam non est possibile in eo vt iuuet istos, quoniam non calefacit calefactione vehementi, neq; sufficit iterum lędere illos, quoniam non infrigidat penitus. Dic primo q in spasmo & thetano de inanitione confert sua humiditate. Dic secundo q si in spasmo & thetano de repletione non ex se conferat ita vt sufficiat eos curare, confert tamen plurimum eis vel ex caliditate acquisita ab igne vel ex rebus calidis secum permixtis. Iuxta illud Galeni statim post verba eius nūc allegata. Si autem acquirat caliditatem accidentalem fortem confert iuuamentū multum, sicut videmus ipsum facere cum facimus sedere habentes huiusmodi ægritudines in semicupio olei calidi cū quo decoctæ sunt quædam radices aut aliquæ herbæ calefacientes corpus. Et ppter illud fit sicut materia & instrumentum reliquis medicinis. Et illud ē quoniam situ permisceas cum eo medicinas fridas fit medicina permixta ex eis simul frigida, & si permisceas cum eo medicinas calidas fit medicina calida. Hæc Gal. Quintū est in retētione vrinæ, quia vesicam mollem tractabilem & aptam motui reddit & ipsius collum sua humectatione relaxat & sua caliditate ipsam confortat. Iuxta illud Hippocratis aphorismorum quinta. Anq pudendo vesicæ matrici calidum quidem amicum & determinans: frigidum vero aduersum & occidens. Secundo dicit q oportet vt oleum sit calefactum extra balneum si debeat exhibere dicta quinq; iuuamenta. Nam si foret actu frigidum sua frigiditate noceret, & non potest moderatius & vniformius calefieri q̄ extra semicupium ad ignē. Tertio dicit q si vulpes cocta fuerit in dicto oleo, vel dabaon modo qui dicetur tertij vigesimasecunda trac. 2, cap. 12. erit medicamē optimum omnium in doloribus iuncturarum et in podagra. Iuxta illud Ebēmesue distictione. 12. sui grabadin seu antidotarij. Oleum vulpinum est medicamē vltimum ad arthriticam & podagram & dolorem renum & dorsi. Quod ita fit. Accipe vulpem integram interioribus euulsis, pone in vase & funde desuper aquæ fontis & aquæ maris ana chist. 1. olei antiq et clari chist. 2. et. ß. decoque lento igne cum salis vncijs duabus vsque ad aquæ consumptionem & dissolutionem membrorum vulpis. Et est chist pondus octodecim vnciarum. Et dabaon est animal rapax siste lupo maius leopardo, quod de more claudicat, ideo claudicans solet appellari, & quia caremus eo loco ipsius capimus vulpem vel canū catulos ad istos effectus.

Iuncturarū & podagrę optimū remedium.

Dabaō quid.

Faciem uero madefacere & super ipsam aquā rorare uirtutem uiuificat quæ est laxata a nocumento & inflammatione febrium, & cum adest syncopis & proprie ex aqua rosacea & aceto, & est etiam cum desiderio medicatur & ipsum erigit & obest reumatismos patientibus & dolorē frigidum capitis habentibus.

Aq̄ frigida irrorando faciem effectus.

In hac quarta tangit quatuor effectus madefactionis & irrorationis faciei cum aqua. Primus est viuificare virtutem laxatam seu fatigatam vel resolutam a nocumento & inflammatione febrium. Et cum adest syncopis erigere & confortare virtutem vitalem maxime cum tales madefactio & irroratio fiunt cum aqua rosacea & aceto. Attende quòd non solum in debilitate vehementi & syncopi prouenientibus ex acutis febribus conueniunt madefactio & irroratio faciei cum aqua frigida, immo fere in omni defectione cordis. Nec istud vulgus ignorat. Solent enim simplices medicinæ ignari quadam consuetudine dum vident aliquos subito deficiente seu syncopizātes cum impetu spargere supra suos vultus aquam multum frigidam. Et illud approbat Princeps tertij vndecima tractatu secundo capitulo octauo dicens. Et ex eis quę necessaria sunt in speciebus pluribus syncopis est inspissatio corporis exterius vt cōprimatur spiritus resolutus nisi sit solutio uentris fortis valde, aut sit causa frigus vehemens. Et cum non est illic causa frigoris manifesta prohibens rorationem aquæ & frigidæ & euentationem & sorbitionem aquæ frigidæ & aquæ rosaceæ proprie & indui ea quæ odore sandalorum infecta sunt cum odoramento odorum frigidorum multotiens sanātur cum istis. Secundus est medicari desiderio, idest appetitui cibi cadenti aut deficienti & erigere seu excitare ipsum, Et istud fit cum frigiditas illa faciei communicatur

Aq̄ frigida irrorare faciem valet ad oēm defectum cordis.

orificio stomachi per neruos qui ad ipsum a cerebro descendunt. Appetitus.n.frigido iuuatur,& maxime cum vapores aut fumos exprimit os stomachi replentes quadam phantastica repletione. Tertius est nocere patientibus reuma, quia frigiditas aquæ super faciem roratæ cerebrum debilitat & exprimit,& sic causam reumatis auget. Attende ꝙ non solum in reumate,sed etiam in ęgritudinibus solitis ab eo generari & aggrauari nocet madefactio vel irroratio faciei cũ aqua frigida etiam si sit aqua rosacea vel aceto mixta sicut in pleuresi periphleumonia & opthalmia, & ideo licet his ægritudinibus grauati sint inquieti & insomnes non debent frõs eorũ & tympora infrigidari sine magna cautela. Quartus est nocere habentibus capitis dolorem ex frigiditate, quia causam doloris augmentant. Attende ꝙ prædictæ madefactio & irroratio continuatæ canos accelerant maxime in barba,propter quod Rasis quinto Almansoris cap̃. de tardãda canitie dissuadet eas dicens.Hoc autem summope est cauendum ne capilli aqua rosacea infundantur & præcipue si camphoram habeat admixtam.

Quia sequentis summæ capla sunt satis clara, ideo solus eorum textus ponet omissa Iacobi de partibus expositione.

Vt omnia huius doctrinæ tertiæ capitula melius intelligantur ponetur expositio Iacobi de partibus.

Doctrina tertia Fen secundæ cuius sunt.xi. capitula & duæ summæ.

Cap.i. De accidẽtibus et significationibus.



Ccidentia et significationes secundũ unam trium prædictarum dispositionum unam trium declarant significationum. Aut rẽ præsentem de qua dixit Gal. ꝙ soli confert infirmo in eo quod facere debet. Aut rem præteritam de qua dixit Gal. ꝙ soli prodest medico: quoniam declarat ipsum in sua arte excellentem,& eius consilio magis credunt. Aut rẽ futuram de qua dixit Gal. ꝙ utrisq; confert. Medico uero quia demonstrat ipsum in sua scientia excellentem, et infirmo quia demonstrat qualiter ipse sit regendus.

In hoc cap̃. primo agit de diuisione signorum, quę sunt indicatiuum memoratiuum & prognosticum & vtilitatibus eorum. Secundo de diuisione & declaratione signorum sanorum. ibi ⌊Significationum sanarum.⌉ Tertio de diuisione & declaratione signorum ægrorum penes demõstrare morbum vel locum vel causam eius. ibi ⌊Accidentium autẽ.⌉ Quarto penes tempus quo morbũ associant. ibi ⌊Amplius accidentium.⌉ Quinto de signis significantibus in eo quod de membris apparet sumptis ex his quæ propeie vel communiter sentiuntur. ibi ⌊Significationum prąterea.⌉ Sexto de signis demonstrantibus ægritudines occultas, ad quarũ cognitionẽ necessaria est notitia anatomię. ibi ⌊Et de signis quę.⌉ Septimo de sex regulis noscendi morbos occultos scita anatomia. ibi ⌊Cunctq; anatomię.⌉ In hac prima parte

Signum triplex.

primo innuit hanc diuisionem, ꝙ signorum quædam significant pręsentem & dicuntur indicatiua. Alia rẽ præteritam & dicuntur rememoratiua. Alia rẽ futuram,& dicuntur prognostica. Ait.n. ꝙ accidentia & significationes secundũ vnã trium prædictarum dispositionum. s. sanitatis ægritudinis & neutralitatis declarant vnam trium significationum.i. rerum significatarum. s. vel præsentem vel pręteritam vel futuram. Eiusdem snię meminit Gal. 1.techni. canoñ. primo secundo & tertio dicens. Sunt autem & horum ipsorum. s. signorum, sana quidem quęcunq; pręsentis sanitatis sunt signa demonstratiua & futuræ prognostica & prius factæ rememoratiua. Ægra vero signa & præsentis ægritudinis demõstratiua sunt,& futuræ ꝑgnostica,& prius factæ rememoratiua. Secundum vero hoc & neutra et quæ neutrarum dispositionum demonstratiua sunt & prognostica & rememoratiua. Attende ꝙ significationes et accidentia sunt realiter idem, sed dicuntur accidentia respectu corporum quibus accidunt. & significationes respectu medici qui per eas cognoscit dispositiones corporis. Iuxta illud Prin. cap̃. primo. doc. primę huius secundę fen. Accidens autem vocatur accidens respectu suæ essentię, aut comparatione eius cui accidit, & uocatur significatio respectu considerationis medici ad ipm & processionis eius ab eo ad sciendum ægritudinis essentiã.

Secundo dicit ꝙ vna significationum sanitatis ægritudinis vel neutralitatis significat rem pręsentem, vt syncopis morbum cordis, cęcitas morbum oculi, hernia intestinalis fissuram syphac. Et de hac significatione dicit Gal. vt asserit hic Prin. ꝙ soli confert infirmo in hoc quod facere debet. Sed contra dicet aliquis quia prima intentio curandi morbum sumitur ab essentia morbi. teste Gal. 4. de ingenio cap̃. 4. dicente. Dico ergo ꝙ essentia morbi primam nobis intentionem insinuet, ergo significatio indicans morbum maxime medico confert monstrans ei quid agendum. Itẽ dicit Gal. primo prognosticorum cõmento illius canonis. Interest artificis vt vires ægri atq; ægritudines bene perpendat. Et similiter enunciatoris de rebus p̃sentibus pręter ꝙ prius viderit eas non est laus minor laude enunciantis ista duo. s. pręteritum & futurum. Signa igitur indicatiua medico conferunt ad laudem & gloriam. Pro solutione attende primo ꝙ signorum significantium rẽ pręsentem quędam notorie indicant eam sic ꝙ a vulgo velut a medico peritissimo percipit̃ eorum significatio, vt quilibet uidens syncopizantem percipit ilico ꝙ cor patit̃,& uidens cęcũ ꝙ oculus est æger. Alia non sic notorie indicant, sed a peritis indicare noscuntur, ut uehemẽs rubor pomorum maxillę cum magna anhelitus difficultate significat periphleumoniam, & pulsus serratus apã in membro neruoso. Attende secundo ꝙ si Gal. asserat signa significantia rẽ pręsentem non conferre medico, sed soli infirmo debet sic intelligi, ꝙ signa notoria rei pręsentis non conferunt medico quo ad assecutionem glorię & honoris, licet ei conferant quo ad directionem in opere. Nã de primo commodo loquitur Hip. primo ꝑgnosticorum, ubi ait. Cũ qui medicinę artis studio seu gloriam seu delectabilem amicorum copiam consequi desiderat adeo prudentum regulis rationem suam muniat ut in singulis ualitudinibus pręsentia pręterita & futura cognoscat, ei ęgro reuelet quę de seipso ęger minime pręsenserat, si enim se per eũ cognosci totũ se illi certius committit. Et de secũdo commodo loquit̃ Haly. 1. techni. commento illius canoñ. Et utilitas quidem magna & demonstratiuorum & ꝑgnosticorum dicens. Vtilitas uero signorum rẽ pręsentem significãtium est necessaria in arte medicinę, ꝑpterea ꝙ operationes medicinę particulares omnes pendentes sunt ex eis, & propterea ꝙ per signa indicatiua scitur ꝙ futurum est, & præparas eis quod necessariũ est. Hęc Haly. Et per hęc facile soluuntur obiecta. Tertio dicit ꝙ alia significationum significat rẽ pręteritam, ut madefactio corporis & pannorum circunstantium ei significat ꝙ sudor pręcessit, & urina habens filos & ramos permixtos adinuicem significat pręcessisse coitum aut pollutionem: vt ait Prin. tertij. 20. cap̃. 13. Et de hac significatione dixit Gal. ꝙ soli medico prodest, quia declarat ipsius excellentiam in arte sua narrantis ęgro quę ei contigerunt absq; hoc ꝙ uiderit uel audierit unde plus in eo confidit ęger & ei plus credit. Sed nullum ingenium curatiuum sumitur a re quę pręterijt directe & immediate. Quarto dicit ꝙ alia significationũ significat rẽ futuram ut signa digestionis apparentia in urina die quarta in ęgritudinibus acutis significant crisim uenturam in septima. Iuxta illud Hyppo. aphorismorum secunda. Septimę quarta est indicatiua. Et citrario labij inferioris significat uomitum uẽturum. Et de hac significatione dixit Gal. ꝙ cõfert utrisq;. s. tam medico q̃ ægro. Medico quidem quia monstrat eum sufficientem in sua arte & quasi ꝑphetam

Gal.

Signum signans rẽ p̃ñtẽ duplex.

Haly.

Signũ p̃teritorũ.

Vrina indicãs coitum aut pollutionem.

Signũ futurorũ.

phetam

phetam cum uentura prædicat. Et excuſat eum ab ignominia ſi quid ſiniſtri contingat infirmo ut deterioratio ſui uel mors per eum ꝓgnoſticata. Infirmo uero quia cum ſibi denuntiantur quæ uentura ei ſunt minus ab eis terretur & patientius expectat: & medicus noſcens uentura infirmo ſcit qualiter eum digtare debet & medicinis occurrere malis uẽturis. Et quia hæc ſignificatio reddit medicum quaſi uatẽ ſimul conferens medico & infirmo & cæteræ tantum uni cõferunt uidetur alijs præſtãtior & utilior. Et id certificat Gal. primo prognoſticorum commento illius cañ. Intereſt artificis dicens. Verum iuuamentũ quod acquiritur in unoquoq; horum trium diuerſificantur diuerſificatiõe multa, quod eſt quia prognoſticatio de eo quod futurum eſt magis eſt iuuatiua q̃ enunciatio de eo quod præterijt de enunciatione & quod eſt præſens, quia non iuuatur per enunciationem de eo quod iam præterijt in aliqua diſpoſitionum infirmus, immo medicus tantum, ſcilicet quãdo uult oſtendere infirmo prudentiam ſuam per artem medicinæ.

Significationum ſanarum quædam ſunt quæ complexionis ſignificant æqualitatem, quas in ſuo loco nominabimus. Et quædam ſunt quæ ſignificant coæqualitatem compoſitionis.

Signum ſanorũ duplex. In hac parte ſecunda primo diuidit ſignum ſanum in cõplexionale & compoſitionale. Secundo ſubdiuidit compoſitionale. ibi [Ex quibus ſunt.] Tertio agit de cognitione diſpoſitionis membrorum principalium per operationes. ibi [Modus autem.] In hac prima particula dicit ꝙ ſignorũ ſanorum quędam ſignificant temperamentum complexionis de quibus agetur loco ſuo. ſ. cap. 4. doctrinæ præſentis. Alia ſignificant coæqualitatem compoſitionis. i. commenſurationem membrorum organicorum tam in ſeipſis q̃ cõparatione ad alia in ſua organiçatione.

Ex quibus ſunt ſubſtantiales, quæ uerbi gratia ſunt ut ſint forma & ſitus & quantitas & numerus ſecundum ꝙ oportet. Et hę quidem diſpoſitiones iam diuiſæ fuerunt. Et ex eis ſunt accidẽtales ſicut decoratio et pulchritudo. Et ex eis ſunt finales, & ipſæ ſunt quæ ſunt ex cõplemento operationum, & quæ incedendo ſecũdum perfectionem proueniunt. Omne enim membrum cuius operatio completur eſt ſanum.

Signũ coęqualitatẽ ſignificans triplex. In hac ſecunda dicit ꝙ ex ſignis ſignificantibus coæqualitatem compoſitionis quædam ſunt ſubſtantialia ſicut forma. i. plaſmatio & ſitus & quantitas & numerus conuenientes ſeu debite inuicem proportionati: Et iſtæ diſpoſitiones ſeu compoſitionis iam diuiſæ fuerunt. i. prædiſtinctæ. ſ. cap. 3. doc. primæ iſtius fen. Alia ſunt accidentalia ſicut decor & pulchritudo ſeu formoſitas. Alia ſũt finalia. ſ. ſumpta ab operationibus quæ ſunt cauſæ finales complexionis & compoſitionis membrorum vt ait Prin. primi prima. doct. prima cap. 2. dicens. Cauſæ autem finales ſunt operationes, & ipſę ſunt quæ ſunt ex complemento operationum. i. quæ attenduntur penes complementum & perfectionem operationũ, & quæ incedendo. i. trãſcurrẽdo per ætates ab infantia vſq; ad ſenium ſecundum perfectionem proueniunt. i. complete & perfecte aguntur qualibet ætate ſecundum ipſius exigentiam, vel quæ incedendo. i. tranſeundo de membro in membrum, vel de virtute aliqua in ſuum obiectum cõplete fiũt. Nam quodlibet membrum cuius operatio perfecte completur ſanũ eſſe dicitur. Attende primo ꝙ Gal. 2. techni pertractans de ſignis ſanis. Primo diuidit ea in ſigna ſumpta a ſubſtantialiter inhærentibus, & in ſumpta ab operationibus neceſſario conſequentibus ſubſtantialiter inhærentia, & in ſumpta a caſibus ſeu accĩtibus. Scribit. n. ibi. Cognitiones vero eorum & ab inhærentibus ſecundum ſubſtantiæ rõnẽ debent fieri, & ab his qui ex neceſſitate hæc conſequunẽ effectibus & caſibus, quæ etiam accidentia proprie vocamus. Attende ſecũdo ꝙ Gal. adaptat hic tria ſigna tam optimæ complexioni q̃ optimę compoſitioni dicẽs. A ſubſtãtia quidem ipſa eorum quę in optima compoſitione ſunt contemperantia, ſimiles quidem partes habentium in caliditate & frigiditate & ſiccitate & humiditate. Organicorum uero in quantitate & qualitate componentium ea et adhuc in formatione & poſitione particularum vniuſcuiuſq; & totius organi. Sed Prin. hic videtur ea adaptare ſoli compoſitioni. Attende tertio ꝙ ſigna neceſſario cõſequentia complexionem temperatam ſic deſcribit ibi Gal. Ab his vero quæ ex neceſſitate hęc ſequuntur ſimiles quidem partes habentia quantũ quidem ad tactum in duritia & mollitie mediocritas, quantum uero ad uiſum bonus color, & ſecundum lenitatem & aſperitatem mediocritas. Deinde addit. Secundum vero effectus operationum perfectio quam & virtutem nominauimus. Attende quarto ꝙ ſigna neceſſario conſequentia optimam compoſitionem ita deſcribit ibi. Eorum vero quæ organica conſequuntur in coęqualitate & pulchritudine oĩs corporis organicorum. Amplius & inhęrẽtium eis effectuũ virtute. Attende quinto ꝙ inter hęc ſigna magis certa ſunt hęc quę ſumuntur a ſubſtantialiter inhęrẽtibus, deinde ſumpta ab operationibus, & vltimo ſumpta a caſibus. Iuxta illud Haly. 2. techni commento illius cañ. Cognitiones uero. Signa corporum ſanorum tria ſunt. Vnum eorum eſt quod eſt aſſumptum ex eo quod in eis eſt ex diffinitione ſubſtantię eorum. Et iſta ſigna ſunt neceſſarię verificationis. Et ſecũda ſumpta ſunt ex operationibus membrorum. Et iſta iterũ ſunt apparentis veritatis. Et tertia ſunt ſumpta ex accidentibus & conſequentibus ab eo quod eſt eis in diffinitionibus ſubſtantię eorum conſequentibus iterum ab operationibus. Et iſta multotiens ſunt veridica. Haly. Signum ſanorũ corporũ triplex.

Modus autem ex operationibus cognoſcendi membrorum principalium diſpoſitiones ſecundum cerebrum quidem eſt per diſpoſitiones operationum uolũtariarum, & per operationes ſenſus, & per operationes æſtimationis. Et ſecundum cor quidem eſt per pulſum & per anhelitũ. Et ſecundum hepar quidem eſt per egeſtionem & urinam. Ipſius nãq; debilitatem egeſtio & urina loturæ recentis carnis ſimiles ſequuntur.

In hac tertia dicit ꝙ modus noſcẽdi diſpoſitiones membrorum principalium per operationes talis eſt ꝙ diſpoſitiones cerebri noſcuntur per operationes uoluntarij motus & ſenſus, & æſtimationis, & imaginationis: & memorię, quia cerebrum eſt earum fons & origo. Et diſpoſitiones cordis cognoſcuntur per operationes pulſus & anhelitus quę a corde dependent, & gratia conſeruationis caloris ipſius fiũt. Et diſpoſitiones hepatis cognoſcuntur per egeſtionem & vrinam. Per egeſtionem quidem, quia recipit ab hepate cholerę tincturam. Per urinam uero quia deſcinditur a maſſa humorum genita in hepate vt ſerum a lacte. Et hepatis debilitatem ſignificant ſpecialiter egeſtio & urina ſimiles loturæ recẽtis carnis adhuc ſanguinolentę. Nam per talem egeſtionem magna debilitas hepatis ſignificatur in attrahẽdo chylum vel oppilatio in hepate: quare chylus in meſeraicis incipiens ſanguificare, & aliquid ruboris ſanguis acquirere regurgitat ad inteſtina inde exiens ut lotura carnis. Sed per talem urinam ſignificaẽ mala ſequeſtratio ſanguinis ab aquoſitate & debilitas digeſtiuę hepatis. Hepatis diſpõ cognoſciẽ dupľ.

Accidentium autem quæ ægritudines ſignificant quædam ſunt quę ipſam demonſtrant ægritudinẽ ſicut diuerſitas pulſus in feſtinatione ſui in febre. Ipſe nanq; ipſam ſignificat febrem. Et quædam ſunt quæ ægritudinis ſignificant locũ,

sicut pulsus serinus cum in parte pectoris fuerit dolor, quoniam significat ꝙ apostema est in panniculo & in diaphragmate, & sicut pulsus undosus qm̃ significat ꝙ apostema est in corpore pulmonis. Et quædam significant ægritudinis cām sicut significationes repletionis per diuersitatem suarum dispositionum, quarū quisq; modus aliquem repletionis modum significat.

Signum ægrotū triplex.

In hac parte tertia Prin. innuit hanc diuisionem: ꝙ signorum ægrorum quædam significant ægritudinem, alia locū ægritudinis, alia causam eius, vt pulsus diuersitas. i. differentia a naturali in festinatione seu velocitate vel frequentia significat calorem extraneum accensum in corde q febris dicitur, propter cuius extinctionem natura plus solito festinat in motu pulsus. Et pulsus serrinus cum dolore acuto in partibus pectoris significat locum ægritudinis. s. apostema esse in loco neruoso seu panniculoso. v3 in diaphragmate vel in panniculo cooperiente costas, vel in panniculo mediastino. Et pulsus vndosus cum magna difficultate anhelitus & grauitate in pectoralibus significat etiam locum ægritudinis. v3 apostema esse in corpore pulmonis. Et intellige per pulsum serrinum pulsum velocem frequentem durum, cuius partes in magnitudine diastolis diuersæ existunt et in duritie & in mollitie: vt ait Prin. cap̃. 3. summæ primæ fen præsentis. Et dicitur serrinus, quia dum tangitur sub digitis apparet vt serra dentata. Sed pulsus vndosus est pulsus diuersus in magnitudine partium venæ & earum paruitate et eleuatione ipsarum ad superiora, & in latitudine & in consecutione & præcessione & in principio motus pulsus cum mollitie quæ est in ipso. Et dicitur vndosus quia sub digitis tangentibus ipsum similatur undis, quarum aliæ alias sequunt secundum rectitudinem cum diuersitate quę est inter eas in eleuatione earum ad superiora & descensione ad inferiora et in velocitate & tarditate, vt aň Prin. cap̃. nunc dicto. Sed signa significantia causam ægritudinis sunt significationes repletionum penes diuersitatem suarum dispositionum, vt ꝙ vna est ex sanguine, alia ex cholera, alia ex phlegmate, alia ex melancholia, alia ex aqua, alia ex vento. Et quilibet modus harum significationum significat aliquem modum repletionis, vt signa replõnis sanguinis plethoriam, & signa repletionis choleræ, cacochymiam cholericam, & sic de alijs. Et hæc signa repletionum cuiusq; humoris narrabuntur infra caplo. 7. doctrinæ præsentis.

Pulsus serrinus qd et pl̃sus vndosus.

Amplius accidentium quædam sunt prodeūtia quæ cum ægritudine incipiunt & finiuntur, sicut febris acuta & dolor pungitiuus & coangustatio anhelitus & tussis et pulsus serrinus cū apostemate lateris. Et quędam sunt quæ notam horam non habent, & ægritudinem quandoq; sequuntur quandoq; non, sicut dolor capitis cum febre. Et sunt quędā quæ in fine rei eueniunt, de quibus sunt ægritudines crisis & maturitatis significationes, & significationes ꝓhibitionis maturitatis & signa mortis. harum autem plurime sunt in ægritudinibus acutis.

Accñs ægritudinis triplex.

In hac parte quarta tangit hanc diuisionem ꝙ accidentiū quædam simul incipiunt & desinunt cum ægritudine cuius sunt accidentia. & dicuntur prodeuntia quasi simul procedentia. Alia sunt quæ non habent horam sui aduentus determinatam, sed quandoq; veniunt in principio, quandoq; in augmento, quandoq; in statu ægritudinis. Alia veniunt in fine ægritudinis, sed circa horam crisis seu terminationis ægritudinis ad bonum vel ad malum. Exemplum primorū sunt accidentia quinq; sine quibus nunq̃ est vera pleuresis. Primum est febris acuta propter vicinitatem apostematis ad cor. Secundum est dolor pungitiuus, quia apostema est in membro panniculoso fortis sensus. Tertium est difficultas anhelitus seu coangustatio ex apostemate partem concauitatis pectoris, in qua pulmo dilatari debet impediente. Quartum est tussis ꝓpter conatum virtutis expulsiue pectoris ad eductionem materiæ pungentis. Quintum est pulsus serrinus, & hoc accidens est commune apostematibus euenientibus membris neruosis & panniculosis propter tensionem. Exemplum secundorum est dolor capitis in febre vel vomitus vel nausea. Exemplum tertiorum est ægritudines crisis, sicut apostemata partium exteriorum euenientia per viā crisis & signa perfectę digõnis materiæ & signa corruptionis maligne contraria digõni qualia apparent in crisi mortifera, & signa mortis & pulsus formicans casus virtutis.

Significationum præterea aliæ sunt quę in eo quod de membris apparet significant quæ sunt ex eis sumptæ quæ prope sentiuntur sicut colorū dispositiones, & dispositiones tactus in duritie & in mollitie & in caliditate & frigiditate, & in reliquis. Aut ex his quę cõmuniter sentiuntur & sunt ea quæ sunt sumpta ex forma membrorum & ipsorū sitibus & motibus & quietibus. Et fortasse illa significabunt ipsorum dispõnes occultas sicut labij saltus uomitum. Ipsorum præterea quantitates augmentatæ si fuerint aut diminutæ & eorum numeri fortasse occultorum dispositiones significabunt membrorum, quemadmodum curtitas digitorum quæ hepatis paruitatem significat: & econtrario.

Signum ęgritudiñ ex sensibilibus dupl̃r.

In hac parte quinta. Primo diuidit signa significantia in eo quod de membris apparet in sensibilia propria & sensibilia communia. Secundo exemplificat de his. ibi ⌊Et cognitiones quidem.⌉ Tertio diuidit signa sumpta ex motibus diuisione quadrimembri, & subdiuidit duo ex membris illius ibi ⌊Et earum sunt quædam.⌉ Quarto tangit diuersitates motuum prædictorum penes diuersitates suarum essentiarum & numeri suorum motorum & quantitatis timoris & instrumentorum quibus iuuantur & suorum principiorum & suarum materierum. ibi ⌊Hi autem motus.⌉ In prima particula primo innuit hanc diuisionem, ꝙ signorum quędā significant in eo ꝙ apparet in membris, alię significant ęgritudines occultas. Primum membrum tāgit in principio huius quintæ partis dicens. Significationum præterea alię sunt quæ in eo quod de membris apparet significant. Secundum in principio sextæ partis dicens. Et de signis etiam sunt quæ ægritudines demonstrant occultas. Secundo innuit hanc diuisionem: ꝙ signorum significantium res manifestas in eo quod de membris apparet, quædam sumpta sunt ex sensibilibus ꝓprijs, vt colore sono sapore odore, calido frigido sicco humido duro molli quæ propria dicuntur, quia qđ q̃ eorum vnico sensu sentitur & est ei appropriatum. Alia sumpta sunt ex sensibilibus communibus, vt figura situ motu et quiete numero & magnitudine, quæ omnia dicuntur qa sentiuntur pluribus sensibus, iuxta illud Arist. 2. de anima tra. 3. cap̃. 4. Communia autem sunt motus quies numerus figura magnitudo. Huiuscemodi. n. nullius unius sunt propria sed communia omnibus. Tertio dicit hic Prin. ꝙ fortasse aliqua ex prædictis signis significant dispositiones occultas, sicut saltus labij inferioris seu motio vel oscitatio significat vomitum venturum. moto. n. stomacho super humore grauante commouetur labium ex colligātia ipsius cū eo. Et dicit fortasse, quia non semper ad motum labij sequitur vomitus. Quarto quia non antea connumerauerat inter sensibilia communia quantitatem & numerum membrorum hic innuit eos debere connumerari. Dicit enim ꝙ

quantitates

quantitates membrorum ſi fuerit augmentatæ aut diminutæ vel eorum numeri forte ſignificabunt diſpoſitiones aliq̃s occultorum membrorum, vt curtitas digitorum paruitatẽ hepatis & eorum longitudo magnitudinem.

Et cognitiões quidem diſpoſitionum eorum per egeſtiõem ſi eſt nigra aut citrina & ſup quod ſignificat ſunt res uiſibiles. Et ex rugitu per inflationem & malitiam digerendi eſt audibile, huiuſmodi quoque ſunt cognitiones per odores & ſapores oris & relique. Et cognitiones phthiſis & hecticæ per unguium gibboſitates ſunt uiſibiles, ſed ſunt de capitulo eorum quæ ſentiuntur cõmuniter. Eſt autem cum quod manifeſte ſentitur rem ſignificat occultam quemadmodum rubor pomi maxillæ pulmonis portendit apoſtema, & gibboſitas unguis ulcus pulmonis. Ex cognitionibus uero quæ habentur ex motibus & quietibus trahũtur res quas modo narrabimus. Significationes uero quæ ſumuntur ex modo quietis ſunt ſicut apoplexia & epilepſia & ſyncopis et paralyſis. Et quæ ex motibus ſumuntur ſunt ſicut horripilatio & tremor & ſingultus & ſternutatio & oſcitatio & alyces & tuſſis & ſaltus & ſpaſmus cum incipit ſpaſmare.

In hac ſecunda dicit primo q̃ cognitiones diſpoſitionum membrorum per egõnem ſi nigra ſit aut citrina, & illud ſup quod ipſa ſignificat ſunt res viſibiles. i. viſu pceptibiles mediante colore, & cognitio inflationis ſeu inflatuæ ventoſitatis ſeu malitiæ digerendi ex rugitu eſt audibile. i. auditu perceptibile mediante rugitu, & ſimiliter huiuſmodi cognitiões diſpoſitionum membrorum ſunt ſenſu perceptibiles per ſapores & odores oris, & reliquæ cognitiones. ſ. a tactu ſũptæ.

Gal. Accñs uel ſignũ a q̃litatibus ſenſibilibus ẽ q̃druplex.

Attende primo q̃ Ga. tertio morbi. cap. 10. tractans de ſignis ſeu accidentibus ſumptis a qualitatibus ſenſibilibus. ſ. de his quæ compræhenduntur auditu dicens. Dico ergo primo accidentia huius quatuor eſſe, quædam enim comprehẽduntur cum viſu, quędam cum odoratu, quædam cum guſtu, quædam cum tactu, & id ideo eſt quia pauciora ſigna diſpoſitionum corporis nobis præbet auditus. Attende ſecundo q̃ accidentia ſumpta a viſu ſic declarat ibi. Quæ autem percipimus in colore extra naturam erũt aut in toto corpore aut in vno membro aut in pluribus. Color autem extra naturam erit in toto corpore ſicut in icteritia & paſſione hepatis videmus & ſplenis & hydropiſis, in vno autem membro vt eſt nigredo linguæ. Attende tertio q̃ accidẽtia ſumpta ab odoratu maxime percipiuntur per reſpirationẽ anhelitus & euaporationem quæ fit a membris. Iuxta illud Gal. ibi. Quæ autem compræhenduntur per odoratum vſr percipiuntur per anhelitum & flatum. Per anhelitum autem intendo aerem attrahi a gutture et pulmonis cãnalibus. Per flatum vero actionem intendo quæ fit in toto corpore ſimili ratione. Per hæc ergo duo puto rem extra naturam ita poſſumus ſecernere. Poſſumus quoq; per iſta foetorem auriũ cõprehendere, narium quoq; titillici & plurimorum membrorum in morbos mutatorum. Item ructus eſt percipiendus ſi ſit fumoſus vel acetoſus vel abominabilis vt foetẽtes piſces & alias qualitates putoris percipimus. Attende quarto q̃ accidentia ſeu ſigna ſumpta a guſtu ſtatim poſt iſta meminit. Accidentia vero quæ guſtu percipiuntur ab ipſis infirmis ſciuntur. Multoriens. n. ex ipſo ſudore quædam pars in os ægrotantis ingrediuntur & ſapor eius percipitur. ſimiliter per ſalivæ ſaporem cognoſcitur. Idem fit ſi ſanguinem per os eijciat quandoq; ſentit dulcem quandoq; ſalſum. Similiť q̃ ſcreat ex pulmone, & vomitum a ſtomacho exeuntẽ q̃nq; ſentit eum acetoſum, quandoq; ſalſum, quandoq; amarum, aliquando dulcem, quandoq; ponticum. Deinde ſubdit accidentia ſumpta a tactu dicens. Similiter q̃ a tactu comprehẽdimus vnum ex accidentibus eſt cum a naturali cutis egreditur quandoq;. n. fit durum quandoq; ſiccum, quandoq; extenſum, nõnunq; molle, & aliquando alio mõ eſt. Hæc Gal.

Anhelitus qd et flatus.

Secundo dicit hic Prin. q̃ cognitiones phthiſis & hecticæ per gibboſitates vnguium ſunt viſibiles. i. viſu perceptibiles, ſed ſunt de cap. primo ſumma ſenſibilium cõium, q̃a pẽdent a figura quę eſt ſenſibile commune. Et ꝓuenit talis gibboſitas in phthiſi & hectica parti ex cõſũptione carnis ſubiectæ vnguibus, parti ex conſumptione ſubſtantialis humiditatis ipſorũ vnguiũ. Tertio q̃a pdixerat ſenſibile cõe q̃nq; ſignare diſpões occltas, ut ſaltũ labij vomitũ & digitorũ curtitatẽ hepar puũ. Hic ſimile dicit de ſenſibili ꝓprio & de cõi etiam, vt rubor pomi maxillę ſignificat aſa pulmõis, & gibboſitas vnguis vlcus ipſius. Rubeſcunt autem poma maxillarum in piphleumonia propter multitudinem vaporũ ſanguineorũ latorũ in ea a pulmone ad genas. Quarto dicit q̃ ex motibus & quietibus qui ſunt ſenſibilia cõia trahunť res. i. ſig̃atões vel cognitiones q̃ mõ dicenť. Ex q̃etibus q̃dem apoplexia ſig̃naľ ſi fuerit vľis quies ſeu priuatio motus in toto corpore, & ſimiliter ſyncopis. Sed ſi priuatio motus fuerit partialis ſignificatur epilepſia vel paralyſis. Ex motibus autem ſignificationes ſumptæ ſunt ſicut horripilatio tremor ſingultus ſternutatio oſcitatio alyces, ſeu brachiorum extenſiones, tuſſis ſaltus ſpaſmus incipiẽs ſpaſmare, ipſo enim facto iam ceſſat motus, de quorum naturis & differentijs late tractat Gal. quinto morbi.

Vnguiũ gibboſitates.

Et earum ſunt quædam quæ proueniunt ex operatione naturæ principalis ſicut ſingultus. Et quædam quæ proueniunt ex operatione naturæ accidentalis ſicut ſpaſmus & tremor. Et earum quædam ſunt uoluntariæ puræ ſicut æſtimatio & reuolutio de latere ad latus. Et quædam ſunt compoſitæ ex naturali & uoluntaria ſicut tuſſis & mictus & egeſtio. Et iſtarum quidem quædã ſunt in quibus natura ſuperat uoluntatem ſicut tuſſis, & quædam in quibus uoluntas ſuperat naturam, ſicut mictus & egeſtio cum uoluntas non cito uult efficere. Accidentium autem a natura ſine uoluntate prouenientium quędam ſunt quę demõſtrant ſenſus ſicut horripilatio, & quædam quæ ſenſus non demonſtrant quoniam nõ ſentiuntur ſicut ſaltus.

In tertia primo ponit hanc diuiſionem quadrimembrẽ, q̃ motionum nunc dictarum & ſimilium quædam proueniũt ex operatione naturæ principaliter vt ſingultus, quædam ex operatione naturę accidentaliter vt ſpaſmus & tremor, quędam ſunt purę voluntarię ſicut ęſtimatio. i. motus perſecutionis aut fugę ſequens iudicium ęſtimatiuę vel lege eſtuatio, ut quidam libri habent. & intellige motum irę & reuolutio ęgri de latere in latus. alię ſunt partim naturales ptim uoluntariæ ſicut tuſſis vrinatio & egeſtio. Attende primo q̃ licet ſingultus ſit motus naturę. ſ. virtutis naturalis expulſiuę ſtomachi, numeratur tañ a Gal. 5. morbi. cap. 1. inter accidẽtia q̃ ſunt ex toto gñe contra naturam, quia nõ fit a natura regulr operante, ſed irritata per aliquid lęſiuum. Attẽde. 2. q̃ ſpaſmus qui dicitur hic fieri ex operatione naturę accidentali non fit ex operatione naturę membri, ſed naturę morbi vel materię eius. Iuxta illud Gal. 5. morbi. cap. 1. Actio vero quę a ſolo morbo fit eſt iectigatio & ſpaſmus. Attẽde. 3. q̃ tremor quẽ Prin. hic fieri dicit ex opatione naturę accidẽtali numeratur a Gal. 5. morbi. inter motus fcõs ptim a virtute partim a morbo. Ait enim illic cap. 1. Ab vtriſq; autem fiunt omnes motus congelationis & motus omnis qui fit membris mollificari incipientibus, tremor quoque. Et cap. 4. eiuſdem libri

Singultus qd.

ait. Tremor fit ex duobus motibus, vnoquoq; membrũ grauitate mouetur inferius, & alio virtute sursum leuatur. Secundo ponit hanc diuisionem bimẽbrẽ q motionum parti naturalium prim voluntariarum q̃dam sunt in quibus natura vincit voluntatẽ vt tussis, alię sunt in quibus voluntas superat naturã vt vrinatio & egestio. tunc non fiunt cũ virtus voluntaria non uult eas cito efficere, licet natura pręsto sit ad eas efficiendum. Attende q natura stabiliuit in tussi q voluntaria virtus vinceretur a naturali propter necessitatẽ custodię cordis ne suffocatio contingat. Iuxta illud Gal. 5. morbi. cap. 7. At qñ aliquid vias instrorũ spũs impedit necesse est vt natura fortissimo atq; multo spũ excludat, hęc vero sufflatio vocatur tussis. Huius rei signum est q pñte forti cã tussis ilico tussimus velimus nolimus. Sed in retentõe fecũ & vrinæ cum quis occupatur in republica vel seruitio diu non tale iminet periculũ, quare statutum est vt voluntas ad tps prohibere possit has purgatões. Tertio ponit hanc diuisionẽ q accidentium tã voluntariorũ q̃ naturaliũ q̃dã mõstrant̃ a sensu sicut horripilatio quę manifeste percipitur & a medico & ab ęgro. quędam non monstrantur, quia non sentiunt̃ a medico supple sicut iectigatio quã non sentit medicus, sed cognoscit eam narratione patientis a quo sentitur. sentit enĩ quandoq; ęger motum dilatationis in suis membris a ventositate interclusa qui iectigatio dicitur, & cum multiplicat̃ est præsagium spasmi vel apoplexię futurę.

Motus tã naturalis q̃ voluntarius duplex.

Gal.

Accñs tã naturale q̃ volũtarium duplex.

Hi autem motus diuersificantur aut per diuersitatem suarum essentiarum, quoniam tussis in seipsa fortior existit quàm saltus. Aut p diuersitatem numerorum motorum, quoniam sternutationis numeri motorum plures sunt quàm motorum tussis. Tussis. n. completur motione membrorum pectoris. Sternutatio autem complet̃ ex coniunctione motuum membrorum pectoris et capitis simul. Sed quantitas timoris in eis est differens, quoniam motus singultus sicci maioris ẽ timoris quàm motus tussis, licet sit tussis fortior. Per quod autem natura iuuatur est cum quãdoque adiuuatur per instrumentũ essẽtiale & principale, sicut cum iuuatur in expellendo stercus a musculis uentris. Et est cum per instrumentũ iuuatur extraneum, sicut iuuatur in tussiendo ab aere. Principiorũ uero earum diuersitates aut sunt ex membris, sicut tussis & nausea, aut ex diuersitate uirtutum agentium, quoniam saltus principium est naturale & tussis principium ẽ animale. Sed & per materię diuersitatem, quoniã tussis est ab excreatione & saltus a uentositate. Hæ ergo significationes significant in eo q de mẽbris apparet. Et plurima earum demonstratio est secundum dispositiones manifestas. Et tamẽ cum occultas demõstrãt dispõnes, sicut rubedo pomi maxillæ, quę pulmonis apostema declarat.

In hac quarta tangit septẽ modos diuersitatis istarũ motionũ abinuicem. Primus attenditur penes diuersitatẽ suarũ essentiarum seu naturarũ, vt tussis in seipsa ex propria natura est fortior saltu. Secundus attẽditur penes diuersitatem numeri motorum, vt sternutatio differt a tussi, quia numeri motorum sternutationis sunt plures numeris motorũ tussis, eo q tussis completur per motum membrorum pectoris solum, sed sternutatio completur per motus membrorum pectoris & capitis sil̃. Sed contra dicit Hippo. aphorismorum septima. Sternutatio fit a capite excalefacto cerebro & hũectato, quod est in capite vacuo. Et prin. tertij quinta trac. 2. cap. 13. Sternutatio est motus proprius cerebri ad expellendum humorem aut materiã aliã cũ auxilio aeris naribus attracti subito per viam nasi & oris, & sternutatio quidem cerebro est sicut tussis pulmoni. Dic cum Galeno in cõmento dci cañ. q non est vẽr verum ex solo cerebro sternutationẽ fieri. pẽna. n. (vt ait ibi) siue festuca in naribus posita sternutamur, & aliquando vẽtus cum tussi ascendit ab inferioribus, quæ fit sternutationis causa ad narium veniẽs foramina. Falluntur ergo arbitrantes esse causam sternutandi solũmodo aerẽ a capite exeuntem. Tertius attenditur penes q̃titatẽ timoris, vt singultus de inanitione differt a tussi, quia est maioris timoris, licet motus tussis fortior existat. Nam singultus ex inanitione vix vnq̃ sanatur sicut spasmus siccus, & ẽ malum signum. Iuxta illud Hippo. apho. quinta. Spasmus et singultus post nimiam inanitionem malum. Quartus attenditur penes instrũm coadiuuans ad motum. Illud. n. quandoque est essentiale. i. consubstantiale corpori & principale. i. vna ex causis principalibus illius motus, vt musculi ventris in egestione, & quandoq; est extraneum corpori non principale, sed solum adiuuãs vt aer, qui expiratur iuuat in tussi ad expulsionem materierum. Quintus penes diuersitatẽ mẽbrorũ q̃rum sunt motus, vt tussis differt a nausea, quia ẽ motus pectoris & pulmonis & nauseæ stomachi. Sextus penes diuersitatem virtutũ agentiũ, vt principiũ saltus ẽ a virtute naturali nõ cognitiua. s. a ventositate extẽdẽte, & principiũ tussis est virtus animalis seu motiua volũtarie coopãte uirtute expulsiua naturali supple. Et has duas diuersitates dicit hic princeps attendi penes principiorũ diuersitates, q̃a et mẽbrũ est principiũ motus & virtus ipsa. Septimus penes diuersitatẽ materiæ motus ut motus tussis ẽ a screatu seu a materia spuibili, & motus saltus a materia uentosa. Vltimo dicit hic prin. q hic signa significant in eo quod apparet de mẽbris, & plurimũ suæ indicationis est super dispositionibus corporis manifestis, aliquando tamen indicant dispositiões occultas, sicut iam dictum est q rubor pomi maxillæ significat peripleumoniam.

Motionũ diuersarũ modus septuplex.

Hippo.

Gal.

Singultus ex inanitiõe & spasmi sicci indicium.

Et de signis etiam sunt quæ ægritudines demonstrant occultas. Quapropter oportet illũ qui ægritudines uult cognoscere occultas, ut ãte anotomiæ notitiam adeptus sit ad hoc ut per eã sciẽtia substantiæ cuiusq; membri ei acquiratur si est carnosum aut nõ carnosum. Et cuiusmodi ẽ eius forma, ideo ut sciat. uerbi gratia. si apostema hic quod habet hanc figuram est in eo, aut nõ ex parte suæ figuræ, unde est comparatum. Et sciat si est possibile, q in ipso aliquid retineatur uel non sed id labi faciat q recipit sicut ieiunum. Et si est possibile q in ipso aliquid retineatur aut q aliquid ab eo labatur, quæ res sit quã in eo retineri sit possibile aut ab ipso labi donec eius locum sciat quatenus per ipsum iudicet de eo quod in ipso sentitur de dolore aut apostemate si est in ipso aut ab eo longinquum. Et sciat eius societatem ita ut si dicet si habet dolorem per se aut propter societatem, & si materia ab ipsomet processerit aut a suo socio sibi influxerit. Et si superfluunt quod ab eo separatur est de substantia ipsius an ipsum ẽ uia per quam illud penetrat quod ab alio separatur donec sciat illud quod comprehendit ut noscat si est possibile illud quod euacuatum fuit ab ipso euacuatum fuisse. Et ut membri operationẽ sciat donec ipsius cognoscat ægritudinem ex nocumẽto quod in eius consistit operatione. Totũ uero

hoc per anotomiam scire potes. Scias præterea ꝙ medico qui uult ægritudines regere quæ membris existunt occultis necessaria est anotomia.

Anatomię qd cõferat ad dignotionem morborũ occultorum.

In hac parte sexta dicit primo ꝙ quædam signorum significant ęgritudines occultas sicut signa tacta in priori parte significant manifestas. Et adde si vis haoc clausulam ꝑti priori vt membrum secundum primæ diuisionis ipsius. Secũdo dicit ꝙ propterea oportet uolentẽ cognoscere ęgritudines occultas per hęc signa ꝙ prius sciat anotomiã mẽbrorũ. Primo vt per sciam anotomiæ sciat substantiam cuiusq; membri si carnosa fuerit vel non carnosa, ex hoc.n. coniecturare poterit ad quos morbos suscipiendos est aptior, & per uiã cõgõnis & per uiã deriuationis, nã læduntur quidẽ a similibus suę crasi. facile iuuantur ãt a contrarijs moderato usu. Secũdo vt sciat qualis est figura seu forma membri. per hãc.n. scitur aliquando certus locus apãtis, vt si fuerit apã in hypocũdrio dextro sensu perceptũ, & dubiũ fuerit vtrum sit in hepate vel io lacerto coopiente ipsũ hoc scietur ex figura apãtis, quæ figure membri in quo est conformis existit. Iuxta illud prin. tertij. 14. trac. 3. c. 3. In figura vero qm̃ figura eius quod apparet de apãte hepatis est lunaris secundum sitũ hepatis, lacertosum autem est sile stilo, cuius vna extremitatũ est grossa & altera est subrilis, & est quasi cauda muris. 3. ut sciat si possibile sit aliquid retineri in illo membro aut nõ, sed facit effluere & stati expellit id quod recipit vt intestinũ ieiunum. Ex hoc.n. sciri poterit particula patiens, vt si fuerit oppilatio in gracilibus intestis præsumitur magis ꝙ sit io tertio gracili inuoluto q̃ in ieiuno, quia per anotomiam scitur ꝙ porus delator citrinæ cholę ieiuno infigitur vel prope ipm̃ effundens in ipsum choleram citrinã puram vehement' abstersiuam & mordacem, quare statim eijcit eam. Cuius rei signũ est ꝙ io aĩalibus mortuis dum anotomiçaotur semper vacuum Inuenitur vnde ieiunũ dcm̃ est.

Ieiunũ Inestinũ.

Quarto vt scito ꝙ pose est aliquid retineri in aliquo membro vel aliquid ab eo labi, sciat quæ res in eo retineri solet, vel ab eo labi donec sciat locũ talis rei retentæ, vt per ipm̃ iudicet si dolor vel apã q̃ sentiẽ illic sit in illo loco vel distet ab eo. v̇.g. scimus de facili ventositates sq̃bala foecum & phlegma in monoculo retineri, propterea ꝙ habet vnicum foramẽ ad introitũ & exitũ huius quod continet, & in colon ẽt ꝑꝑ multitudinem suarũ inuolutionum. Cum igitur dolor vehemens sentitue vel tumor aliquis in Inferioribus ventris præsumimus colicam esse io monoculo vel colon ex ventositate fece vel phlegmate retenta in eo. Quinto vt per anotomiam sciat societatẽ membri dolentis cum membris alijs. Ex hac.n. primo iudicare poterit si illud membrum per se doleat vel ꝑꝑ societatem, & si materia doloris processit ab ipso vel a suo socio sit ei transmissa. v̇.g. si quis dolens vehementer in orificio stomachi syncopiçet, scita colligantia doloris cum corde scitur dolor cordis & eius defectus non a corde esse nec a materia contenta in eo, sed a materia contenta i orificio stomachi. Et similiter si quis ex emigranea incurrat dolorem oculi sciẽ ille esse non ab oculo sed a cerebro. Sexto vt ꝑ anotomiam iudicet si superfluum quod separatur ab aliquo membro sit de substantia ipsius vel transeat per ipsum sicut per viam & a membro alio sepatum fuerit donec sciat illud quod comprę hendit. i. partem ęgram a qua desciditur quatenus cognoscat si possibile sit id quod fuit euacuatũ ab eo fuisse euacuatũ. i. decisum, vt si cortices tenues cũ fecibus eijciantur ab intestinis medicus scit per anotomiam ꝙ a gracilibus decisi fuerũt & transierunt per grossa sicuti per viam. Et si petala rubea cum vrina a vesica eijciantur scit per anotomiam ꝙ ipsa a renibus decisa fuerunt & per vesicam veluti ꝑ viam depulsa fuerunt. Septimo vt per anotomiam medicus sciat operationem membri & ex consequenti ægritudinem quæ mẽbro accidit ex lęsione operationis eius, ut scito per anotomiã ꝙ operatio cistis fellis & mundificatio sanguinis a cholera scitur ꝙ cistis fellis vel aliquis suorum cãnalium patitur cum sanguis a cholera non mundificatur, vt in ictericia citrina.

Tertio dicit princeps ꝙ totum hoc. i. omnia prædicta septẽ potest scire medicus per anotomiã & occultas ægritudines per eam cognoscere. Quarto dicit ꝙ necessaria est scia anotomię medico volenti recte & artificialiter regere ęgritudĩes occultorum membrorum. Et istud late declarat primi quarta. cap̃. primo ibi. Naturæ vero membri cognitio quatuor rerum continet cognitionem.

Cunque anotomiæ scientia ei acquisita fuerit oportebit post hoc totum ipsum studere in cognitione ægritudinum occultarum secundum sex regulas. Quarum prima est de nocumento operationum. Et tu quidem operationes cum suis qualitatibus & quantitatibus iam sciuisti, quarum significatio est prima & perdurans. Secunda uero est de eo quod euacuatur, cuius significatio ꝑdurans quidem est, sed non est prima, & perdurans quidem est propterea ꝙ in ipsa semper confidũt. Et prima quidem non est, ideo ꝙ significat maturatiõem aut maturationis prohibitionem mediate. Tertia autem est dolor, & quarta ẽ de apostemate, & quinta est de situ, & sexta est de accidẽtibus manifestis & comparatis, & eorum significatio non est prima neq; ꝑdurans. Et in una quaque quidem earum sermonem diuisim faciam.

In hac parte septima primo tangit sex regulas quibus medicus deuenit in cognitionem ægritudinum occultarum scita anotomia. secundo declarat primam regulã ibi⸤ Ex opõnibus vero. ⸣ Tertio secundam ibi⸤ Eius autem quod euacuatur. ⸣ Quarto tertiam ibi⸤ Doloris autem. ⸣ Quĩto quartam ibi⸤ Apostematis autem. ⸣ Sexto quintam ibi⸤ Situs uero significationes. ⸣ In pria particula dicit primo ꝙ postq̃ medicus sciuerit anotomiã studere debet in cognitione ęgritudinum occultarum secundum sex regulas. Prima regula trahiẽ ex nocumento opõoum. Et iam opõnes declaratæ sunt cum qualitatibus suis quibus operantur, & quãtitatibus seu mensuris suis. s. doctrina sexta fen primę primi, quæ est de uirtutibus & opõnibus. Et sigñones ab operibus sũptæ sunt primæ & perdurantes. Primæ quidẽ quia per se & immediate sigñant ægritudines. Oẽ.n. membrum est ægrum quod facere non potest operationem sibi propriam. Perdurãtes vero quia certę sunt firmę & stabiles quibus plus alijs medici Innituntẽ. Secunda trahiẽ ab exeuntibus a corpore vel retentis i eo, vt fecibus urinis sputis mucis & sudoribus. Et sigñationes inde sumptæ sunt perdurãtes. i. stabiles et certæ in quibus medici confidunt. Sed non sunt primæ quia nõ Imediate significant dispõnes ęgritudinales, sed mediante digõne vel indigõne apparente in eis. Tertia trahitur a dolore. Iuxta illud Gal. 2. techni. Dolores uero secũdum quem incũbunt locum aut continuitatis solutionẽ, aut alterationes subitas oñdunt. Quarta trahitur ex apãte, quod triplex genus ægritudinis adesse oñdit. Quinta ex situ membri ægri, ut si tumor sentitur In hypocundrio dextro sigñat apã hepatis, si in sinistro splenis. Sexta regula trahitur ex accidentibus manifestis sensui et comparatis ad ęgritudines occultas, vt ex rubore genarum iudicatur de piphleumonia, & ex gibbositate vnguium de phthisi vel hectica, & ex agitatõe labij inferioris de uomitu. Et sigñatões inde tractæ non sunt primæ, quia non sigñant per se & Imediate occultas ęgritudines, neç suot perdurantes, sed instabiles & incertæ frequenter fallentes. Secundo dicit ꝙ loquitur sigillatim de una quaq; istarũm regularum excepta sexta supple de qua satis locutus est in parte præcedenti. Attende primo ꝙ Gal. edidit sex libros ioteriorum gratia cognitionis ægritudinum occultarum. & c. 6. primi eius ait. Oportet per anotomiam scire essentiã vniuscuiusq; membri qualiter est & uicinorum colligantiã, quia colligantia compositioni pertinet. Item iuuamentum

Ægritudis occultæ dignoscendæ regulæ. 6.

Gal.

uniuscuiusq; membri magnum adiutorium est inuestigandis locis infirmis. Actio enim non est aliud nisi mouendorũ membrorum actiua motio, uerum unumquodq; membrũ, & si nullius sit actionis alicuius est tamen iuuamentũ.

Ex operationibus uero significatio habet̃, qm̃ cum operatio nõ secundũ naturalẽ pcesserit cursum qui est ei significatur ꝙ uirtuti accidit nocumentum & uirtutis nocumentum ægritudinem sequitur quæ est in mẽbro in quo est uirtus. Operationum uero nocumenta sunt secundũ tres modos. Operationes.n. aut minuuntur sicut cũ oculi minuitur uisio et rẽ uidet minorem & a propinquiore spatio, & sicut stomachus cum durius digerit & tardius & minorem quãtitatem. Aut mutantur sicut cum oculus uidet illud quod non est. Aut uidet rem nõ sicut est, & sicut stomachus cũ cibum dissipat & ipsum male digerit. Aut destruuntur sicut oculus cum non uidet & stomachus cum nullo modo digerit.

In hac secunda dicit primo ꝙ significatio super ægritudinibus occultis trahitur ex operationibus, quia cum operatio membri alicuius non seruauerit naturalem cursum qui debetur ei significat accidisse uirtuti nocumentum quod impedit operationem ipsius. Et nocumentum uirtutis sequit̃ ęgritudinem membri in quo est uirtus. s. malam complexiõem malam compositionem uel solutionem continui. Nam nocumentum uirtutis est actus essentialis ægritudinis, sicut in columitas uirtutis & operationum eius est actus sanitatis. Secundo dicit ꝙ nocumentum operationis est triplex, quia uel operatio minuitur uel mutatur a natura propria seu corrupte sit, uel destruitur. Eiusdem sniæ meminit Gal. 2. techni in litera arabica dicens. Et nocumentum accidens in operatiõe est secundum unum trium modorum, aut ita ut debilitetur, aut ita ut mutetur a parte sua, aut ita ut destruatur. Exemplũ actionis diminutæ est uisio debilis, uel quia ocl's de uisibili iudicat ꝙ sit minus q̃ sit, uel quia de prope uidet & a lõge nõ, & dĩgõ stomachi durior. i. difficilior & tardior & minoris q̃titatis cibi. Exemplum operationis mutatæ seu corruptæ est uisio eorum quæ non sunt. s. cum ocl's iudicat aliqua eẽ coram eo quæ non sunt, ut cimices, aut muscas, aut fumũ, aut nubes & tales phantasticæ uisiones apparere solent in principio cataractarũ, uel cum uisus iudicat aliter de uisibilibus q̃ sint, ut ꝙ omnia sunt citrina: uel omnia rubea, uel omnia perforata, uel de unico uisibili quod est duo uisibilia: & digõ stomachi corruptiua cibi. s. conuersiua eius in fumum uel ad acetositatem uel ad putredinem. Exemplum operationis destructæ seu ablatæ est cæcitas ocl̃i & digestio nulla cibi i stomacho recepti, ut in lienteria cibus effluit in ijsdem qualitate & quãtitate, quibus assumptus est absque ulla digestione.

Virtutis actus eẽntialis duplex Opõnis nocumẽtum triplex.

Eius autem quod euacuatur aut quod retinetur significationes multis sunt modis. Aut.n. significant ex parte retentionis non naturalis sicut cum retinetur res quæ solebat euacuari, quemadmodum accidit illi cuius urina retinetur aut egestio. Aut significant ex parte euacuationis nõ naturalis. Et hic quidem aut erit de substantia membrorum aut non erit ita. Sed quod est de substantia membrorum tribus significabit modis. Aut enim per suiipsius substantiam significabit, sicut anuli qui expuuntur, herpetẽ æstiomenũ in cãnali pulmonis significant. Aut significabit per quãtitatem sui sicut cortices cum in dysenteria ægrediuntur. nã si fuerit grossus significat ꝙ ulcus in grossis existit intestinis, & si subtilis significat ꝙ est in subtilibus intestinis, aut significabit per calorem suum quemadmodum est hypostasis petaloides. Quæ si rubea fuerit significat quod est in membris carnosis sicut renibus. Et si alba significat quod est in membris neruosis sicut uesica. Qđ uero significat illud quod non est de substantia membrorũ, significat aut quia ipsius egressio nõ est naturalis sicut humores sani & sanguis cũ exierit, aut ꝙ est non naturale in qualitate sui sicut sãguis corruptus siue cõsueuerit exire siue nõ. Aut ꝙ non est naturale in substantia absolute sicut lapis. Aut ꝙ non est naturale in quantitate sui, licet naturalis sit eius exitus. Et istud est aut propterea ꝙ augetur aut propterea ꝙ minuitur sicut stercus & urina cũ pauca fuerit aut multa. Aut ut sit non naturale in qualitate sui, licet exire soleat sicut stercus & urina quæ sunt nigra. Aut ut egrediatur a parte non naturali, licet exire consueuerit sicut stercus & urina cum in ægritudine ilij per superiora ægrediuntur.

Sig̃natio a retẽtis & eũatis duplex. Eũo nõ naturalis duplex.

In hac tertia ponit diuisiones quatuor significationũ sumptarum ab his quæ euacuantur & retinentur. Prima diuisio est ꝙ significatio sumpta a retentis & euacuatis aut significat ex parte retẽtionis in naturalis. s. quia id retinetur quod euacuari debet, ut fex uel urina. Aut ex parte euacuationis nõ naturalis. s. quia euacuatur id quod retineri debet, sicut sanguis bonus aut laudabilis cibus. Secunda diuisio, id quod euacuatur a corpore non naturaliter est duplex. Quoddã est de substantia corporis, ut anulus per os cum sputo eiectus et cortices egesti ut dysenteria. Aliud nõ ut cibus euomitus uel sanguis rasicatus. Et secundum hoc duplex significatio trahitur ab illo quod eijcitur. Gal. vero secundo techni facit hanc diuisionem trimẽbrẽ dicens. Quæcunq; uero egeruntur hęc quidem ut particulæ eorum quæ patiuntur, hæc uero ut superfluitates, hæc uero ut in ipsis contenta secundum naturam.

Sig̃natio eũstiõis a membris triplex.

Tertia diuisio huius quod eijcitur a membris decisũ significatio est triplex. Vna sumitur a substantia eiecti ut anuli qui expuuntur a substantia sua significant ꝙ in cãnali pulmonis est herpes estiomenus sua maligna putredine vel corrosiõe dissipans substantiam eius. Alia sumitur a q̃titate eiecti, vt cortices in dysenteriis emissi, si grossi fuerit significãt vlcera grossorum intestinorum, si subtiles vlcera gracilium. Alia a qualitate puta a colore, vt hypostasis petaloides, si rubea fuerit significat ꝙ est. i. descinditur a membris carnosis puta a renibus, & si alba fuerit a membris neruosis sicut vesica. Est hypostasis petaloides residentia quędam grossa in urina similis frustis grossis tritici fracti quæ petala vocantur, de q̃ dicit princeps. cap̃. 6. summę secundę doctrinę pñtis. Alia est petaloides magnarum partium albarum aut rubearum quę significãt secundum pħm ꝙ separatę fuerũt ex membris quę sunt propinqua mẽbris qbus diuidunt̃ vrinæ, & sunt membra mingendi. Et albæ sig̃nant ꝙ sunt ex vesica pp̃ vlcera q̄ sunt in ea aut scabiẽ aut corrosionẽ. Rubeæ ãt carnosæ sig̃nant ꝙ sunt ex rene. hæc pñceps. Quarta diuĩsio, huius qđ eijcitur nõ decisũ a subã mẽbrorũ sig̃natio ẽ sextuplex. Pria sumitur ab exitu inaturali ipsius. s. quia est bonũ & utile corpori nõ debẽs eijci, sicut sanguis bonus vel hũor alius vtilis corpori. Secũda a qualitate eius quod eũat̃, sanguis corruptus per mẽstrua vel hæmorroydes vel aliũde exiẽs significat suo foetore vel corruptõe putredinẽ in locis vñ processit siue talis sanguis consueuerit euacuari sicut multis mos est p̃ nasum vel anum q̃ṅq; corruptũ proijcere sanguinẽ siue non consueuerit.

Hypostasis petaloides quid.

Sig̃natio eũonis nõ decisæ a substantia mẽbrorum sextuplex.

consueuerit. Tertia sumitur ab Inaturalitate substātię eius quod ejicit.s.quia est ex toto gñe contra naturā sicut lapis na tus in rene aut vesica exiēs cum vrina. Quarta sumit ab Inaturalitate q̄titatis rei q̄ ejicit.s.quia plus vel minus ex ea q̄ dēat exit, vt vrina vel fex excedēs vel diminuta peccat in q̄tō signans naturā non satis fugere chyli ex cibo & potu. Quinta sumit a qualitate rei q̄ expellitur sicut secunda, nisi q̄ secunda ē generalis tā ad id quod consueuit q̄ ad id quod nō cōsueuit euari. Et ista spālis est ad id quod exire solet, vt fex & vrina nigrę signant sua nigredine vel adustionemuel mortificationē uel expulsionē melicę materię, & fex & vrina cōsueuerit exire, licet raro exeant nigrę. Sexta sumit ab Inaturalitate ptis unde egreditur id quod expellitur, ut cū feces per os exeunt in illiaca perniciosa, & q̄n vrina cū meatus utrarūq; uehementer inferius oppilantur. Et hę superfluitates ex anxio dolore cum impetu sursum depelluntur.

Doloris autem significationes in duobus cōpręhenduntur generibus. Et illud est, quoniam dolor aut significat p suum locum. uerbi gratia, quoniam si fuerit in dextra erit in hepate, et si fuerit in sinistra erit in splene. Et est cum per suā speciē significat quę sit ipsius causa sicut diximus in doctrina cārum. uerbi gratia, quoniam si fuerit grauatiuus significabit apostema quod ē in mēbro non sentiente, aut cuius sensus destructus ē. Et extensiuus multam significabit materiam. Et mordicatiuus materiam significabit acutam.

Signatio egritudi nis oc culte per dolorem duplex. In hac quarta dicit q̄ signationes egritudinū occultarū sumptę a dolore sunt duorū generū. Nā q̄dā sumūtur a loco doloris, vt si dolor fuerit in hypocūdrio dextro signat egritudinē hepatis, si in sinistro, splenis. Alię sumūtur a spē doloris, vt si fuerit grauatiuus significat apā inesse mēbro q̄d nō sentit, vel cuius sensus iā destructus fuit, & si fuerit extēsiuus significat multitudinē materię distendentis membrū cū uiolentia, & si fuerit mordicatiuus significat materiam acutam.

Apostematis autem significationes tribus existunt modis. Aut.n. sunt ex substantia sui sicut herysipela quę cholerā significat rubeam. Aut sicut sclirrhosis quę cholerā demonstrat nigram. Aut ex loco sui. sicut cū fuerit in dextra significat. uerbi gratia. q̄ est ex parte hepatis, aut in sinistra significat quod est ex parte splenis. Aut per figurā sui, quoniam cum apud dextrā fuerit & fuerit lunare significat q̄ est in ipso hepate, & si longū fuerit significat q̄ est in musculo qui ē super ipsū.

Sigñatō ab apati bus triplex. In hac q̄nta dicit q̄ significationes ægritudinū occultarū ab apātibus acceptę sunt tres. Prima sumit a suba apatis vt herysipela signat cholerā rubeā & sclirrhosis nigrā. Secūda ex loco apātis, ut si fuerit in hypocūdrio dextro significat q̄ ē in hepate, si in sinistro q̄ in splene. Tertia ex figura vt si apā existēs in dextro latere fuerit lunare significat q̄ in hepate ē si oblongum q̄ est in musculo cooperiente hepar.

Situs uero signationes aut sunt ex locis, aut ex cōitatibus. Et ex locis quidem apparentes sunt. Et ex communitate quidem sunt sicut cum p nocumentum quod est in digito ex causa antecedēte cognoscitur q̄ est propter nocumentum quod sexto ex paribus neruorum colli accidit.

In hac sexta dicit primo q̄ signationes egritudinū occultarū extractę ex locis sunt duorū modorū. Primus earū modus attēditur penes considerationē loci egritudinis absolute. Secundus penes considerationē loci ægritudinis secundū societatē, qua cōicat cum alio membro a quo recepit nocumētū. Secundo dicit q̄ significationes primi modi sunt apparentes. I. manifestę, vt si dolor profundus fuerit in hypocundrio sinistro cū tumore aliq̄ significat apā splenis, & si dolor fuerit in pectine & uirga cum emissione saniei per vrinā significat vlcera in eis. Tertio dicit q̄ significationes secūdi modi sunt sicut læso digito eueniēs ex cā antecedente. I. non per cām sit in eo, sed in mēbro priori a q̄ recipit sensum & motū, vt cum ex ablatiōe sensus vel motus alicuius digiti significat euenisse nocumētū. 6. pari neruorū colli. sīis casus meminit Gal. 1. interiorū. cap. 16. scribens ita. Dico ergo quēdā posuisse super tres digitos manus cuiusdam medicinā & murmurauit sensum digitorū a triginta diebus esse ablatum & motus digitorū tm̄ permāsit cuius medicina nil ei ualuit. Quod aspiciens cæpi quod in vsu habebā facere vocans ergo medicū interrogaui eū quę esset illa medicina, at audiens huius medicinam huic rei esse opportunam, cæpi inuestigare quare medicina eum non iuuisset. Et pterita accidētia inuestigare incipiens audiui ab eo non habuisse nec frigiditatem nec apā, sed sensus digitorū minutus est paulatī q̄d audiens miratus sum. Et reuersus iterum interrogaui eū an eēt percussus i membris digitorum superiorū, qui rādit neq̄. Sed recordatus manifestauit se habuisse ictū in ossibus dorsi initianiibus. Quod audiens iterum conuersus dixi. q̄uo & q̄tus fuit ille ictus. Qui dixit se ambulasse romā & de eq̄ cecidisse & post paululū tēpis inuenit in dignis hanc passionē se habuisse. Quę audiens arbitratus sum partem nerui quę exit post septimam spondilem habere apostema propter illum ictum & postea induratum esse. hoc Gal.

Signatio egritudi nis oc culte a loco duplex.

Gal.

Capl'm. ij. De signis distinguēdi inter egritudines pprias, et quę sunt in cōitate.



Et quoniā est cum ęgritudines in principio accidunt in membro & est cum accidunt per associationē quędam odum caput stomacho in suis associatur ęgritudinibus, tūc oportet ut determinemus differētias inter has duas res p signū distinguēs.

In hoc cap. primo proponit intentū. Secundo dat vno modū discernendi inter principalē egritudinē & illā q̄ est a societate ibi. Dicemus ergo. Tertio tāgit errorē circa modū illū cōtingere solitum ibi. Est tū cum ex hoc. Quarto dat cautelas virandi dictum errorem ibi. Semita vero. Quinto tangit alium modum per quē discernitur egritudo principalis ab illa q̄ est a societate ibi. Primū vero. Sexto remittit nos de quibusdam signis ad sequētia ibi. Et nos q̄dē.

In prima parte primo innuit hanc diuisionē, q̄ ægritudinū q̄dā primo accidunt & principales dicuntur, quia non depēdent ab alia priori ęgritudine, sicut febris tertiana vel ephemera ex putredine cholere vel inflāmatione spūum. Alię accidunt ex societate vt cum a digitis manuum aufertur sēsus aut motus propter læsionē alicuius neruorū spōdiliū colli, uel ab hūore crystallino oculi tollit visio pp vngulā vel telā q̄ est in coniunctiua. Secundo dicit q̄ oportet hic dare drīā inter has ęgritudines per propria signa distinctiua quatinus sciat cui primitus occurrendū est. Prius.n. principali q̄ cā alterius est intendere oportet. Iuxta illud principis primi quarta cap. vltimo. Cum vna egritudo cā fuerit alterius sicut cū accidit oppillatio & febris medicabimur oppilationē prius, deinde febrē, & si necessarium fuerit oppilationem apire cū eo in quo aliqua existit caliditas non curabimus de febre.

Ægritudo p̄ cēn tiā & p cōsensū quæ.

Dicemus ergo quòd oportet considerare quę prius accidit & autumabimus quòd ipsa ē principalis & altera est ei associata.

In hac ſecunda dicit ꝙ ad diſcernendum inter principalẽ ægritudinem & illam quę ex ſocietate ſeu colligantia cũ alio membro ægro oportet attendere quę ipſarum primo eueniet & autumabimus .i. extimabimus vel imaginabimur ꝙ ipſa eſt principalis, vt ſi quis in ſtomacho prius doluerit ex repletione putredinali, deinde doleat caput iudicabimus ęgritudinem ſtomachi principalem, & ægritudinem capitis ex colligantia ipſius cum ſtomacho maxime ſi nõ appareat cã alia manifeſta dicti doloris vel morbi capitis, & ſi inter mẽbrum primo ęgrotans & aliud quod poſt ægrotat ſit cõmunicatio ſeu colligantia notoria.

Eſt tamen dum ex hoc prouenit error. Et hoc eſt, quoniam fortaſſe ægritudo principalis non erit pcepta ſenſu neq; doloroſa in principio ſui, ſed poſtea ſentietur ipſius impedimentum, poſtquam aſſociata ægritudo apparuerit quæ pro certo eſt illa quæ poſt ipſam accidit & eſt eã ſequẽs. Exiſtimabitur ergo ꝙ aſſociata & accidentalis ſit illa quæ eſt principalis ægritudo. Et ẽ cũ non percipitur niſi accidentalis tãtum & principalis origo obliuioni traditur.

In hac tertia dicit ꝙ aliquando interuenit error in iudicio primę & principalis ægritudinis altero duorum modorum. Vnus eſt quia principalis ęgritudo in ſui principio qñq; nõ ſetit neq; eſt doloroſa, ſed poſtq̃ alteri ęgritudini ſociata fuerit quę ſequitur eam apparebit nocumentum ipſius, & forſã inde credetur ꝙ ægritudo accñs ex ſocietate ſit principal', vt oppilatio ſplenis vel cãnalium eius nec ſenſu percipitur nec doloroſa eſt donec aucta fuerit in tm̃ tumorem ꝙ diſtendat ſplenem & ipſum apoſtemet. Sed inſtabit aliquis qa ægritudo differt generaliter a neutralitate per hoc ꝙ ſenſibil' lędit operationes & neutralitas non, oĩs igitur ægritudo ſẽſu percepta eſt. Dic ꝙ oĩs ęgritudo lędere dicitur ſenſibiliter, qa cogit deſiſtere membrum vel corpus in quo eſt ab operationibus ſolitis taliter & intm̃ ꝙ medicus aut ęger perſpicacit' intuens percipere põt eius nocumentum. Vel dic id itelli de ægritudinibus totius corporis quę deſiſtere cogũt ipſum ab operationibus ſolitis. Vel dic ꝙ q̃libet ęgritudo ſenſibiliter lædit & perceptibilis eſt ſecundum genus, licet non ſecundum ſpẽm vel indiuiduum, vt hecticus ignarus artis medicinæ ſentit ꝙ ęgrotat & exercere non põt opõnes ſolitas, ſed neſcit quo morbo vel ſpecie morbi. Secundus modus quo interuenit error in diſcernendo morbum pricipalem a morbo ex ſocietate eſt cum non percipitur morbus principalis neq; per ſe neq; cum alio ſequẽte eum, ſed ſolum percipitur morbus eum ſequens, & principalis origo ignoratur, ut cum prima ſpẽs hecticę q̃ vix cognoſcitur ẽt a pitiſſimo medico choleram putreſcere faciens tertianam genuerit febrem iudicabitur de tertiana ꝙ ſit morbus principalis cum ſequat' hecticam. Et in turbatione rationis ex vehementi ſuffocatione matricis iudicatur interdum ꝙ ægritudo principalis ſit in cerebro pp ignorãtiã ſuffocatiõis matricis, q̃ ẽ cã ipſius.

Ægritudo ſenſibil' lædens pceptibilis eſt duplex.

Semita uero obſeruandi ſe ab hoc errore ẽ, ut medicus membrorum noſcat cõmunitatẽ, quod quidem erit ex ſcientia ſua in anotomia. Et ut nocumenta ſciat quæ unicuiq; accidunt membro, quorum quædam ſunt ſenſu percepta quædam non percepta Et moretur in ægritudine & non iudicet de ea ꝙ ſit principalis, niſi poſtquam conſiderauerit quid ſit poſſibile ꝙ accidat ipſam ſequens. Egrum ergo interroget de ſignificationibus ægritudinum quas membris ægro membro aſſociatis poſſibile eſt accidere, quæ non prius erant ſenſu perceptæ nec doloroſæ, ita ut appareant primo nec comouentis accidentia quæ ſũt eis propinqua, ſed nec etiam eas ſequuntur res niſi quæ ab eis ſunt longinquæ nõ ſenſu perceptę. Aeger ergo ignorat ꝙ ſint accñtia illi longinqua radici. Iſtud tamen non dignoſcitur niſi ſapientia medici.

In hac quarta dicit ꝙ ſemita ſeu via qua medicus poteſt a dcis erroribus ſe pſeruare triplex eſt. Prima eſt vt ipſe ſciat cõitatem ſeu colligantia membrorum adinuicem. Et hanc ſcire poterit ex anotomia. nam cognito per anotomiã ꝙ a cerebro ad ſtomachum deſcendunt duo nerui, & a corde ad cerebrum duę aſcendunt arterię ſcit cerebrum cũ ſtomacho & corde magnam habere colligantiã. Secunda eſt vt ſciat ſpẽs & modos nocumentorũ q̃ vnicuiq; mẽbro cõtingere ſolẽt, q̃rũ q̃dã ſunt notoria ſubiecta ſenſibus, vt cęcitas ex tela oculi, alia non, vt oppilatio hepatis vel ciſtis fellis. Sed quæret aliquis qũo ſciemus nocumenta non percepta ſenſu, cum omnis noſtra cognitio intellectiua dependeat ab aliqua ſenſitiua pcedente, & deficiente nobis aliquo ſenſu deficiat nobis ſcĩa ſenſibilis eius. Dic ꝙ licet aliqua nocumentorũ nõ percipiantur ſenſu per ſe & immediate, percipiuntur tamẽ aliquibus ſenſibilibus ſignis, vt oppilõ pori ciſtis fell' tranſeuntis ad ieiunũ percipitur ex albedine ſecum & croceitate vrinę. & icteritia ex cholera tranſeunte ad cutẽ. Tertia eſt vt medicus non feſtinet ſuper iudicio ægritudinis ꝙ ſit prima & principalis, ſed moretur in ægritudine .i. moroſe deliberet nec concludat vel determinet ꝙ ſit principalis niſi prius conſideratis accidentibus poſſibus eam ſequi vel præcedere, ſuper q̃rum cognitione interroget ægrum de ſignis ægritudinum poſſium contingere membro aſſociato parti ęgrotanti non antea ſenſu perceptarũ nec ita doloſarũ vt prius appareant, neq; excitantiũ accñtia pꝓpinqua eis, neque canſequuntur eas niſi res intm̃ elongatę ab eis vt nõ ſẽſu percipiantur ab eis oriri. Et ideo infirmus ignarus anotomiæ & colligantię membrorum multam diſtantiam ignorat qñq; ꝙ ęgritudines apparentes ſint accñtia radicis illius. ſ. membri aſſociati a lõginquo vel ęgritudinis ipſius, ſed medicus ſapiẽs iſtud cognoſcit. Verbi gratia. morbus caducus qñq; contingit ab aliquo digito manus vel pedis tranſmitẽte cerebro venenoſos vapores & is morbus non eſt prima & principalis ægritudo ſed ęgritudo ſocietatis ſumens originem a mala complexione cum materia venenoſa alicuius digitorum q̃ prius latuit dum manſit quieta nec commouit accidentia ſenſibilia nec dolorem intulit. Sed dum cõmouetur effumat ad cerebrũ deferentibus neruis vapores eius & iſert cerebro morbum caducum. Debet ergo medicus in morbo caduco diligenter interogare ęgrum ſi pñſerit aliq; commotõem in aliquo ſuorum membrorum inferiorum, & ab illo ad cerebrum aliquid aſcendere, ſi ſic tunc morbus caducus non eſt principalis, ſed ab alio communicatus, ſi non tũc eſt principalis ortus a cauſa priuata latente in cerebro.

Medicorũ uia pſeruatiua ab erroribus eſt triplex.

Plurimum uero quod ex eo ad memoriam reducitur eſt cum operationum impedimentũ cõſideratur. Cunque operationum impedimẽtum inuenerit antecedens iudicabit ꝙ ægritudo illa eſt aſſociata, licet quædam membrorum ſint talia ꝙ plurimum diſpoſitionum ipſorum eſt, ut ſint eorum ægritudines aliorum mẽbrorũ ægritudines ſequentes. Capitis. n. ſecundum plurimũ ſuarum diſpoſitionum ſunt ægritudines per ſocietatem ſtomachi. Sed illud conuertere eſt pparũ.

In hac parte quinta capituli iſtius primo dicit ꝙ pĩm huius quod reducitur ad memoriam medici vel ęgri de prima & principali ęgritudine eſt qñ conſideratur ab eo impedimẽtũ ſeu læſio opõnum. Et cum inuenerit nocumentũ opõnũ

alicuius

alicuius membri præcedere manifestam ægritudinem, quæ prima facie vr̄ prima & principalis iudicabit ꝙ illa ægritudo est associata. i. neq; prima est neq; principalis, sed procedens ex colligātia membri in quo est cum alio membro infirmo. Secundo dicit ꝙ aliqua membra corporis sunt talia ꝙ ęgritudines eorum vtplm sequuntur ægritudines aliorum membrorum, ut caput sæpius ægrotat ex societate stomachi, tum quia est velut caminus ad quem ferri solent vapores & fumi cibi potus & humorum stōi, tum quia cerebrum quod est pars ipsius principalior est spongiforme laxum cito imbibitum vaporibus et humoribus. Tertio dicit ꝙ illud conuertere est perparum. i. raro contingit ꝙ passiones cerebri cōicentur stō, vel si cōicenť multo sępius passiones stōi cerebro cōicantur, quia cerebrum habet emunctoria plurima quibus purgatur, ut nares palatum aures oculos carnes glādulosas quæ sunt retro aures, quare parum ex eo ad stōm descendit. Sed instabit aliquis ꝙ humores cerebri sua grauitate pmptius descendunt & quasi spontaneę ad stōm q̄ ab eo ferātur ad caput. Item Gal. dicit. 2. cōplo. cap̄. 18. Descensus autem phlegmatis a capite ad stōm pluribus accidit hominibus & p̄cipue Romæ & in regionibus quæ secundum similitudinem dispositionis eius sunt humidæ. Dic id verum esse de humoribus nisi essent alia receptacula paratoria recipere & industria emungendi & rascandi eos, sed de fumis & vaporibus non est verum ꝙ descendāt citius q̄ ascendunt. Ad aliud dic Gal. ibi loqui de loco particulari, neq; negat quin in illo plures morbi communicētur cerebro ex stomacho q̄ econuerso.

Cerebri emūcto ria qbus purgať.

Gal.

Et nos quidē coram tuis manibus ponemus signa cōplonū principalium & accn̄talium secūdum modum cōem. Quæ uero unicuiq; mēbro sint propriæ in suo dicentur cap. Quæcunq; aūt ex signationibus ægritudinum cōpōnis manifestæ fuerint sensus dignoscet. Sed quæ ocultæ fuerint exceptis repletione & oppilatione & apostematibus & solone continuitatis in dictione vlī cōpręhendere est difficile. Et similiter illud quod ex repletionibus & oppilationibus & apostematibus & solutione continuitatis unicuiq; mēbro proprium existit. Melius igitur est ut hoc totum dictionibus reseruetur particularibus.

In hac sexta dicit primo ꝙ dabit in cōi signa cōplonū tā principalium seu naturalium, q̄ accn̄talium. s. cap̄. sequenti, sed complexiones propriæ membris dicentur alibi. s. tertio huius in caplis ꝓprijs ad hoc ordinatis. Secūdo dicit ꝙ sensus sufficienter nobis indicat signa ægritudinum organicarũ manifestarum, vt visibiliter cognoscimus luscos gibbosos & claudicantes, nec aliqua super his traditione signorū egemus. Tertio dicit ꝙ difficile est cōpræhendere in dictione vlī. i. in vno cap̄. vel in vna sūma gñalr̄ signa oīum ægritudinum occultarũ exceptis repletione oppilatione apātibus & solutione cōtinuitatis quarũ signa reddūť in doctrina pñti caplis sexto septimo octauo nono decimo et vndecimo. Difficile ēt est sub vna summa tradere propria signa repletionū oppilationum apātum & solutionis continui appropriatarũ vnicuiq; mēbro, & ideo melius est ista non tradere hic, sed in fen seu dictionibus particularibus tertij cañ. & quarti vbi agitur de apostematibus & solutione continui.

Cap. iij. De signis complexionum.

Cōplonis signū x.

SIgnorum genera quibus cōplexionum dignoscuntur dispositiones sunt decē. Vnū eorum est tactus. Et modus quidē quo cognoscitur est ut consideretur an tactus sani sit æqualis in terris temperatis & aere temperato. Nam si æqualis fuerit significabit æqualitatem. Quod si patiatur ab eo tactor complexionem habens sanam & infrigidetur aut calefiat aut ipsum sentiat naturali molliorem aut duriorem aut asperiorem quàm naturalis & neq; fuerit ibi cā ex aere aut balneatione cum aqua frigida aut alia re quæ mollitiem addat aut asperitatem est tunc ex complexione non temperata. Et ex dispositione quidem unguium in mollitie & siccitate ipsorum possibile est cognoscere complexionis corporis dispositionem, licet mollitiei & duritiei iudiciū non sit stabile, nisi prius æqualitatis inter caliditatem & frigiditatem significationes præcesserint. Nam si non ita fuerit possibile erit ut caliditas durum tactum & asperū mollificet, nedum illum qui est temperatus propter resolutionem ipsius, et faciat existimari ꝙ sit mollis & humidus natura, & ut frigiditas mollem tactum induret, nedum illum qui est temperatus, propterea ꝙ multum congelat & inspissat, et opinabitur ꝙ sit siccus sicut nix & sol. Et nix quidē ꝓpterea ꝙ coagulat & cōgelat. Et sol quidem ꝓpterea ꝙ ingrossat. Eorū aūt plurimi qui frigidę existūt complexionis corpora mollia sunt, licet sint macra, quoniam cruditas multa consistit in eis.

In hoc cap̄. præmittit Princeps decem sunt genera signorum quibus cognoscuntur dispōnes complexionum. Deinde exequitur de eis sigillatim. Et primo de naturalibus. Secūdo de accn̄talibus ibi⌊Cōplonū vero extranearum.⌉ In hac prima parte agit primo de primo gñe ibi ⌊Vnum eorū est tactus.⌉ Secundum de secundo ibi⌊Secundum vero est genus.⌉ Tertio de tertio ibi⌊Tertium uero est.⌉ Quarto de quarto ibi⌊Quartū vero est.⌉ Quinto de quinto ibi.⌊Quintum vero est.⌉ Sexto de sexto ibi⌊Sextum vero est.⌉ Septimo pretermisso vel neglecto septimo signo agit de octauo ibi⌊Octauum autem genus.⌉ Octauo agit de nono signo ibi⌊Nonum vero genus.⌉ Nono de decimo ibi ⌊Et genus quidem decimum.⌉ Prima particula est præsens textus in quo dicit primo ꝙ vnum eorum est tactus. i. primum genus cognitionis humanæ cōplexionis est per sensum tactus & per qualitates tangibiles. Nam si qualitates tāgibiles corporis cuius inuestigatur complexio fuerint similes tactui hominis sani in terris temperatis & aere temperato, ita ꝙ nec calefaciant nec infrigident nec humefaciant nec desiccent ipsum nec sentiatur ex eis immoderata mollities uel durities aut asperitas significant æqualitatem seu temperamentum cōplonis. Signāter dr̄ in terris tēperatis et aere tēperato, quia corpus sanū sp̄ cuius cōplo ē tēperatissima scd̄m habitū sentiť in æstate vel regione calā calius tēperato ex cōplone acquisita a tp̄e aut regione, licet sit habitualr̄ tpatū. Sed q̄ret aliqs cū partes corporis sint etherogeneæ p̄lm quadā calidę magis aliæ minus quarũ iudicio plus est insistendū. Dic ꝙ musculosis in qbus carniū calor & frigus neruorũ & ligamētorũ sese cōtēperāt, vel cuti manuū & maxīe pulpis digitorũ suorũ in qbus fere æquať caliditas venarũ & arteriarũ frīditati neruorũ & ligamentorũ. Secundo dicit ꝙ si tactor sanę cōplonis patiať a qualitatibus tāgibilibus corporis cuius complō inquiriť ita ut ꝑ aliquā earũ infrīdetur aut calefiat aut sentiat mollitiē vel duritiē vel asperitatē imoderatā p̄ter hoc ꝙ ueniat a cā extrinseca, sicut aere vel balneo vel aliquo tali mollificante vel exasperante complexio talis corporis est distemperata in illa qualitate uel in illis qualitatibus in qbus sentiť excedere per tactū hoīs sani. Tertio dicit ꝙ cōplō corpis humani ex dispōne unguiū i mollitie & duritie sciri

pot est maxime quo ad qualitates passiuas, vt si molles fuerint significant humidam cōplonem, si duri siccam. Sed ad verificationem iudicij istius firmam seu stabilem pręrequiritur æqualitas seu temperamentum complexionis in caliditate & frigi. quia possibile est vt caliditas durum tactum & asperum mollificet & applanet, & nō solum temperatum. i. rē q̄ dura esset & aspera si non occurreret ei caliditas mollē & lenem reddat, vel trahendo ad eam humiditatem vel liquefaciēdo humidum congelatum in re illa sicut calor mollificat ceram duram liquefaciendo & reddit cutes æthiopū lenes trahēdo ad eas humiditates ex ꝓfūdo corporis. Et hos duos modos mollificationis a calore potes elicere ex his verbis. Propter resolutionem ipsius, intelligendo per resolutionem attractionem humorum ad cutem sub forma vaporis & dissolutionem humiditatū congelatarū quæ faciunt apparere corpus humidum nā cum tñ sit siccū. Poſe etiā est vt frigiditas faciat apparere rem naturalr̄ mollem & humidā siccā, & nō solum rē tēperatā siccā & id opaē cōgelando humidum & inspissando, quare facit opinari de re naturalr̄ humida ꝙ sit sicca. Nec sola frigiditas facit apparere rem mollem duram, sed interdum calor sicut nix & sol. Nix quidem congelando & inspissando humidum. sol vero ingrossando, quia resoluit humidum subtile relinquēs terreum grossum.

Quarto dicit ꝙ corpora frigidæ complexionis sunt vtplm̄ mollia q̄uis aliqua ex eis sint macra, quia pp̄ malitiā digōnis ꝓueniente a frigiditate abundant in humoribus crudis remollientibus carnes eorū. De phlegmaticis id notoriū est, sed de melicis macris terrestribus id mirū vr̄ Gal. tñ id idē de ipsis affirmat. 2. cōplonum. cap̄. 13. dicens. Q̄ si eius. s. corporis melici frigiditas & sicci. fuerit a principio rei, tunc corpus eius erit album molle tenerum lene eruntq; venę ipsius subtiles occultæ, et iuncturæ eius debiles occultæ.

Gal.

Secundū uero est genus signorum ex carne & adipe assumptorū. Qm̄ caro rubea cū multa fuerit humiditatem significabit & caliditatē, & erit ibi soliditas. Et si pauca fuerit & adeps mltus nō ibi affuerit significabit siccitatē. Pinguedo autē & adeps sp̄ frigiditatē significant & est cū eis laxitas. Et si cum hoc fuerit uenarū coāgustatio & sanguinis paucitas & hoc hñti aduenerit debilitas ex fame pp̄ minorationē sanguinis naturalis qui est præparatus ad illud quo mēbra ex nutrimento indigēt sigñabit ꝙ cōplo hæc est secundū naturā. Et si hæc alia signa non affuerint significabit ꝙ est cōplo acquisita. Pinguedinis autē & adipis diminutio sp̄ caliditatē sigñat, qm̄ pinguedinis et adipis materia sanguinis est unctuositas & earū factor est frigiditas. & pp̄ hoc in hepate minoranē & sunt in intestinis multę, & neq; sunt super cor multo plus quàm super hepar nisi pp̄ materiā. non. n. pp̄ cōplonē & formā & pp̄ curam naturæ pēdentem a materia illi sili. Pinguedinis autē & adipis congelatio super corpus minuitur & augeē scd̄m minorationē caloris & ipsius augmentū. Et corpus quidē carnosum absq; multa adipe & pinguedine est corpus calm̄ & humidum. Quod si fuerit caro rubea multa cum pinguedine & adipe pauca sigñabit humiditatē superfluā. Et si superflua fuerit humiditatis & frigiditatis sigñabit superfluitatē, & ꝙ corpus frigidū est & humidū. Et ex corporibus quidē ꝙ magis est macrū frigidū est & siccū & postea calidū & siccum, deinde siccū quod in caliditate & frigiditate temperatum existit, postea calidum quod est in humiditate & siccitate temperatum.

In hac particula secunda præmitiit ꝙ secundū genus signorum quibus cognoscitur hoīs cōplo sumiē a carne et adipe cōsequenē dat vndecim regulas ad cognitionē cōplonis per carnem & adipē. Prima est: multitudo carnis rubeæ sigñat calidam & humidam cōplonem, et est cum ea decēs soliditas seu firmitas carnis & aliarum partium, & nō mollities seu laxitas earum, vt in phlegmaticis. Cuius rō est, quia multitudo carnis rubeæ attestatur super fortitudine virtutis assimilatiuæ & multitudine sanguis q̄ vigent & inualescūt calo & humido. Teste Gal. 2. cōplonū ca. 13. dicente. Multitudo autem carnis a multitudine sanguinis generaē. Calidū vero perfecte digerens & assimilans carnis soliditatē operatur. Secunda est, caro rubea pauca sine multo adipe significat cōplonē siccam, nisi paucitas carnis ex abstinentia vel labore vel vigilijs superfluis aut eūonibus ꝓcesserit. Nam paucitas rubeæ carnis absq; multo adipe sigñat paucū sanguinem membris carniformibus inuiscari & assimilari propterea ꝙ humidum cum sicco non facile vniē sicut plumbū siccū cum plumbo liquido, et cementum cū lapidibus siccis ideo latomi madefaciunt illa quæ cemēto alligāt vt firmius eis cementum adhæreat. Notanter dr̄ sine multo adipe propter phlegmaticos, qui licet habeāt parum rubeæ carnis ex sanguis paucitate, non tñ sunt sicci, sed intense humidi cum adipis multitudine. Tertia est, pinguedo & adeps sigñant semper frigiditatem seu frigidam cōplonem cū laxitate seu mollitie carnium neruorū chordarū et ligamentorū. Cuius rō est quia sanguis vnctuositas quæ est mā pinguedīs cum resudat a venis & obuiat membris frigidis coagulatur ab eorum frigiditate et fit piguedo vel adeps. Sed cum obuiat mēbris calidis fit calori velut cibus & resoluitur ab eo. Iuxta illud Galeni. 2. cōplonum. cap̄. 13. Res piguis & lenis & subtilis sanguinis fit in corporibus quæ caliditati sunt decliuiora cibus caliditatis, & grauat in corporibus quæ frigori sunt decliuiora & resudat ita vt a venis egrediatur. Cūq; obuias frigidis membris sicut pāniculis coagulatur super ea. Et cū obuiat membris quæ in sui natura sunt caliditati decliuiora sicut membra carnosa consumitur a caliditate & resoluitur. Sed si fuerit complexio frigiditati decliuior & fuerit cū hoc regimen quietis coagulatur tunc pinguedo super mēbra carnosa. Et propter hoc inuenimus multa animalia quæ in cauernis suis latitant augmētatæ pinguedinis. Et mulieres etiā pinguiores sunt viris, quoniam foemina in natura sua est frigidior masculo & cum hoc in pluribus dispositionibus est domus custoditiua. Hæc Gal. Quarta est, si cum pinguedine & adipe venæ fuerint angustę & sanguis paucus et aduenerit illi cui hæc insunt debilitas ex fame propter penuriā naturalis sanguinis apti ad hoc, vt fiat cambium & nutriat membra significatur ꝙ complexio frigida naturalis est ex prima origine contracta, quia caloris est dilatare venas, & frigiditatis eas constringere. Iuxta illud Gal. 2. cōplonum. cap. 13. Dico ergo cuius venæ sunt amplæ est in natura sua calidus, & cuius venæ sunt strictæ est in natura frigidus. Et illud ideo quoniam caliditatis proprietas est dilatare venas & aperire eas. Et propter hoc oportet vt secundum plurimum constrictio venarum sit reperta cum pinguedine vel grossitie, & macies vel gracilitas corporis reperta cum latitudine venarum. Hæc Galen. Quinta est, si cum pinguedine, & adipe non fuerint angustia venarum & sanguinis paucitas & debilitas ex fame propter penuriam sanguinis significatur quòd complexio frigida est acquisita non naturalis. Iuxta illud Galen. capitulo nunc dicto. Quòd si inueneris aliquod corpus in quo iam aggregatum est vt pingue sit & sint venæ ipsius latæ tunc huic corpori aduenit pinguedo non propter naturam, sed propter consuetudinem. Et paulopost dicit. Cuius venæ sunt strictæ eius sanguis erit paucus, & non plurimum abstinet a cibo quin ipsum consequatur nocumentum. Sed cuius venę fuerint

Cōplonis cognoscē de p carnē et adipē regulæ. xi.

Gal.

Fœmia cur pinguior masclo.

fuerint amplę erit eius sanguis multus & abstinet a cibo plurimum, ita ꝙ non consequitur ipsum nocumētū. Sexta est, diminutio pinguedinis & adipis semper significat caliditatē quia sanguinis vnctuositas est earum causa materialis, & frigiditas est efficiens causa. Et ideo pauca est in hepate pinguedo propter eius caliditatem & plurima in intestinis propter suam frigiditatem. Sed contra cor est calidius hepate & tamen supra cor est plus pinguedinis q̄ sit super hepar. Item in melancholicis naturalibus est diminutio pinguedinis & adipis: quia sunt sicci macri teste Principe dicente in fine particulæ huius. Et ex corporibus quidem quod magis macrum est frigidum est & siccum, non tamen sunt cal'i sed frigidi. Item diminutio pinguedinis & adipis sæpe procedit ab abstinentia cibi & potus & ab vsu aceti & ab euacuationibus superfluis & hęc non significat caliditatem. Ad primum respondet hic Princeps dicens ꝙ super cor non ē plus pinguedinis q̄ super hepar ratione complexionis & formæ seu caloris cordis, sed ratione materię pinguedinis quam natura mittit illuc abundantius propter curam naturę pendentem a materia illi simili. s. vt pinguedo supra cor existens ꝓhibeat ipsum a nimia desiccatione ex assiduis eius motibus, sicut natura iuncturis transmittit phlegma simile pinguedini ne nimium siccentur ex vehementia vel assiduatione motuum. Ad secundum dic ꝙ licet melici sint diminutæ pinguedinis comparatione ad phlegmaticos, habent tamen suæ carni pinguedinem immixtā. Iuxta illud Galeni. 2. techni. Si vero frigidum cum sicco æqualiter augmentetur naturaliter durum & gracile habetur corpus & non pilosum & tangentibus frigidum, pinguedo vero similiter est eis gracilibus existentibus dispersa est per carnem. Et in translatione ab arabico ibi scribitur. Et hoc corpus q̄uis sit gracile tñ admiscetur carni eius pinguedo. Et Haly. in cōm. canonis illius ait. Non permiscetur pinguedo carni in hac complexione, nisi propter frigus & frigus generat pinguedinem. Ad auctoritatem Principis dic ꝙ intellexit corpus melancholicum cæteris esse macrius ex parte materiæ cum melici minus alijs ex sanguine & eius vnctuositate habeant. Ad tertium dic ꝙ hæc regula intelligiẗ de diminutione pinguedis & adipis non illata ab extrinseco sed innata. Septima regula, congelatio pinguedinis & adipis in corpore minuiẗ & augetur secundum diminutionem caloris & eius augmentū ita ꝙ aucto calore minuitur congelatio, & eo diminuto augetur, quia sicut flamma ignis pascitur humido vnctuoso & ipsum consumit, sic calor hominis pascitur vnctuositate sanguinis et eā consumit non permittens eam coagulari. Octaua regula, oē corpus carnosum sine multitudine pinguedinis & adipis est sanguineum. s. cal'm & humidum quia a calido & humido carnositas fit: & ipsa attestatur super calido & humido sicut super ipsius cā. Nona est: multitudo rubeæ carnis cum paucitate pinguedinis & adipis significat humiditatem superfluam, quia significat sanguinis exuberātiam quæ fit a calore & humiditate & multam ipsius inuiscationem et assimilationem membris ad quā multum confert plurima membrorꝫ humiditas, eo ꝙ humidum humido facilius iungitur & assimilatur. Calor vero coniunctus humido non sinit pinguedinem & adipem multiplicari cum carnositate.

Decima est, pinguedo vel adeps superflua significat excessum frigiditatis & humiditatis & cōplonem corporis frigidam et humidam, quia sanguis unctuositas quæ est vtriusq; materia non coagulaẗ nisi a frigido vel temisso calido. Sed instabit aliquis ꝙ supra cor coagulatur pinguedo & tamen est membrum calidius quod sit in corpore. Dic ꝙ licet cor in suis ventriculis & interioribus partibus sit vehemētis caliditatis, in suis tamen exterioribus & maxīe in capsula eius non est calor uehemens & illic pinguedo solet inueniri. Vndecima est, macrius corporum est melancholicum & post hoc cholericum & post hoc siccum in qualitatibus actiuis tēperatum & post hoc calidum temperatum in passiuis. Instabit aliquis ꝙ corpus cholericum sit melancholico macrius, quia melancholicum habet in se principium actiuum

Corpus gracilius cæteris qd sit.

pinguedinis. s. frigus, cholericum vero neq; actiuum nec passiuum cum sit calidum et siccum. Secundo corpus frigidum & siccum plus abundat in phlegmatibus & humiditatibus indigestis. Iuxta illud Gal'. 2. complexionum. ca. 13. Cuius complexio a principio rei fuerit decliuior siccitati & frigiditati non erit superfluitas eius superfluitas melancholica sed phlegmatica, quia digestio fit a calore qui diminutus est in melancholicis. Ex humiditatibus igitur indigestis melācholici corporis humectantur membra quibus humectatis aptius fit ad receptionem pinguedinis, immo etiam illæ humiditates sunt pinguedinis materia. Tertio melācholicum corpus abundat in grossioribus humoribus minus aptis resolutioni præbentibus membris solidius & permanentius nutrimentum, quare non tam facile demacratur nec ita vehemēter sicut cholericum. Ad primum dic si uis ut tactum est super sexta regula ꝙ corpus melancholicum cæteris est macrius per se & directe ex parte materiæ, quia cum sit frigidū & siccum minus inter cætera sanguinis habet, & per consequens vnctuositatis eius quæ est materia adipis. Sed corpus cholericum simpliciter & absolute macrius est, q̄uia caret vtroq; principio actiuo. s. & passiuo adipis & pinguedinis. Aliter dicunt quidam. s. ꝙ corpus melancholicum est macrius macredine opposita carnositati, quia minus habet de materia carnositatis videlicet sanguine. Cuius rei signum est ꝙ uenæ melācholici sunt paruæ graciles, & cholerici magnæ grossæ plenæ. Sed corpus cholericum est macrius macredine opposita piguedini propter carentiam vtriusq; principij pinguedinis, corpus vero melancholicum propter suī frigiditatem quadam pinguedine participat suæ carni immixta sicut prius allegatum est ex Gal'. & Haly. 2. techni. Ad secundum dic ꝙ melancholici non abundant in phlegmatibus & humiditatibus indigestis ex natura suæ complexionis quæ de se sicca est, sed per accidens ex defectu bonæ digestionis. Vel dic ꝙ hęc ratio probat melancholicos esse minus macros cholericis macredine opposita pinguedini. Ad tertium concede ꝙ secundum viam resoloīs a calore cholerici sunt melicis macriores & vere simpl'r & absolute macriores inueniuntur communiter multum cholerici.

Gal'.

Macredo duplex.

Tertium uero est genus signorum sumptorū ex capillis. Et ipsa sunt quæ sumenda sunt ex parte horum modorum qui sunt uelocitas originis & ipsius tarditas & multitudo eorum & paucitas & ipsorum subtilitas & grossitudo & eorum planities & crispitudo. Et eorum color est una ex radicibus in hoc.

In hac particula tertia primo dat tertium signum noscendi complexionem & quinq; modos eius. Secundo agit de signis uelocitatis & tarditatis ortus pilorum & multitudinis & grossitiei eorum ibi⌊Signa uero ex uelocitate.⌉ Tertio de signis figuræ pilorum ibi⌊Significatio autem.⌉ Quarto de signis coloris pilorum ibi⌊Ex parte autem coloris.⌉ Quinto de consideratione regionis in re pilorum ibi.⌊Post hęc uero aeres.⌉ Sexto de diuersitate pilorꝫ penes ætates ibi⌊Ætates etiam.⌉ Septimo de signis multitudinis pilorum secundum ætates ibi⌊Pili præterea in puero multi.⌉ In hac prima parte dicit primo ꝙ tertium genus signorum quibus cognoscitur humana complexio sumitur a capillis. Secundo dicit quòd a capillis trahuntur signa complexionis quinque modis. Primo ex velocitate & tarditate sui ortus. Secundo ex eorum multitudine & paucitate. Tertio ex ipsorum subtilitate & grossitudine. Quarto ex planitie & crispitudine eorum. Quinto a suo colore. Idem asserit Aristoteles. 19. animalium dicens. Et pili diuersantur multum secundum duritiem, & mollitiem, & longitudinem & breuitatem, & lenitatem, & asperitatem, & multitudinem, & paucitatem, & secundum colores etiam & ætates. Adde si uis istis modis prolongationem capillorum & eorum curtitatem & fissurā eorū & ipsorū continuitatem &

Cōplonis cognoscēdæ p capillos modus quintuplex.

velocem seu festinum eorum casum & longã permanentiã. Prolõgatio quidẽ eorũ significat humiditatẽ fumi extẽsibilis vt in mulieribus quibus coma quãq; protenditur vsq; ad clunes. Fissuræ vero & velocitas sui casus significant siccitatẽ, & horum contraria denotant contrarium.

Signa uero ex uelocitate natiuitatis eorum aut tarditate prohibitione originis ipsorum sumpta sunt q illi qui tarde nascuntur aut qui nõ nascuntur cũ non affuerint significationes quæ corpus penitus sanguinem non habere demonstrãt significant q complexio uehementer est humida. Quod si festinauerint non erit corpus illius humiditatis, immo ad siccitatem declinabit. Ipsius uero caliditas et frigiditas ex alijs signis quæ iam diximus cognoscantur. Cum autem caliditas & siccitas coniungentur capilli multo citius nascentur & erunt multi & grossi, quoniam multitudo caliditatem significat & grossities multã fumositatẽ ideoq; in iuuenibus ẽ amplius quàm in pueris, quoniam puerorum materiæ uaporosæ sunt & non fumosæ. Et horum contraria ipsorum sequuntur contraria.

Pilorũ ortus tarditas & festinatio.

In hac secunda dicit primo q ex velocitate & tarditate uel prohibitione omnimoda nascentiæ pilorum sic sumuntur signa q pili tardi nascentes vel non nascentes neq; cito neq; tarde vbi nasci deberent significant complexionem uehementer humidam, nisi signa assint significantia corpus fere ex toto carere sanguine, tunc. n. possẽ est pilos nõ nasci ꝓpter materiæ defectum. s. fumi sanguinis & complexionem siccam esse cuius rõ est, quia in corporibus vehementer humidis non abundant fumi, qui sunt materia pilorũ, sed vapores aquę maxime cum propinqua sunt ipsorum origini. Secundo dicit q origo festina pilorum significat q complexio non est humida sed ad siccitatem declinat, quia in complexione sicca fumi cito abundant qui sunt materia pilorum.

Tertio dicit q caliditas & frigiditas complexionis noscuntur ex dictis signis alijs a velocitate & tarditate nascentię pilorum. s. a signis tactus & carnositatis aut adipis: quasi dicat velocem aut tardam pilorum originem significare directe super excellentia qualitatum primarum passiuarum nõ actiuarum, quia si complexio sicca fuerit cito multiplicabuntur vapores fumosi qui sunt materia pilorum, verum est q caliditas coadiuuat, sed ipsa non sufficit sine siccitate, quia si cõplexio fuerit humida cum caliditate multiplicabunt in primis annis vapores aquosi & aerei non fumosi. tales autem non sunt materia pilorũ. Quarto dicit q caliditas & sicci. iunctæ simul in eadem complexione festinum faciunt ortũ capillorum & erunt capilli plurimi & grossi. Plurimi quidem ꝓpter caliditatem multiplicantẽ vapores fumosos. Grossi vero & fortes ex multa fumositate densata per siccitatẽ. Sed cito nascentes ex effumatione forti & veloci caloris iuncti cum sicco. Et ista de causa pilorum grossities cum multitudine & fortitudine eorum est amplior in iuuenibus q in pueris, quia materiæ puerorum sunt vaporosæ non fumosæ sicuti iuuenum. Quinto dicit q horum contraria ipsorum contraria sequuntur. s. sicut ad caliditatem & sicci. complexionis sequuntur cita pilorum natiuitas multitudo & grossities, sic ad frigiditatem & humiditatem sequuntur tarditas ortus eorum paucitas & tenuitas.

Gal.

Attende q Gal. 1. com plexionum. cap. 14. sub septem regulis docet ex multitudine & paucitate pilorũ cognoscere complexionem hois.

Pilorũ paucorũ ac multorũ cãe

Prima est complexionem habens calidam & siccam est pilosus & est in vltimo fine multitudinis capillorum & fortitudinis ipsorum. Secunda est. complexionem habens calidam & inter alia duo contraria æqualẽ q̃uis sit pilosus est tñ in hoc secundum quantitatẽ mediocrẽ. Tertia est. hñs cõplone siccam & in calido & frigido æqualem est etiã hic multitudinis capillorũ & fortitudis scđm quantitatem mediocrem.

Quarta est oẽs hñtes cõplones frigidas sunt lenes. i. nudi pilis vel paucorũ & tenuium pilorũ siue in eis sit nimia humiditas siue in quãtitate mediocri. Quinta est. cõplonem hñs vehementer frigidam & humidam est in vltimo fine lenitatis. s. priuationis capillorum vel pilorũ. Sexta est. cõplonẽ hñs frigidam & inter alia duo contraria æqualẽ est minus lenis hoc. Septima est. cõplonem hñs frigidam & siccã est minus hoc lenis. Et quidam existimant q cã suæ lenitatis est, quia sicut non est posse vt herbæ nascantur et crescãt & nutriantur in terra sicca, similiter non est posse vt nascanẽ pili & crescant & fiãt fortes in cute sicca. Sed res inquit Ga. non est ita. etenim in sicca quidem terra nullo modo existit ros, sed cutis sicca corporis hois aut aĩalis similis homini non est penitus priuata rore, immo est cõuenientior omnibus rebus ad hoc vt in ea nascantur pili. Non autem posse est vt pili nascantur super aĩal cuius cutis est testea sicut conchæ & ostreæ, neq; super illud cuius est corticale sicut serpens, neq; super illud cuius corpus est squamosum sicut piscis habens squamas, cutis enim horũ aĩalium est in fine siccitatis sicut testa fictilis vasis vel sicut lapides. Super corpora autem horum alium quorum cutis est mollis sicut corpus hois quantũcunq; fuerit cutis eius decliuior siccitati & caliditati erit conuenictius in ea pilos nasci. Hæc Gal. Cã igitur lenitatis melancholicorum est non siccitas cutis, sed paucitas caloris seu frigiditas prohibens effumationem plurimam.

Significatio autem ex parte figuræ est q crispitudo significat caliditatem & siccitatem. Est tamen cum foraminum & pororum innuit tortuositatem, sed illud nõ resoluitur cum alteratur complexio. Duæ uero primæ res mutãtur & planities huius significat contrarium.

Pili crispi et plani qd significẽt.

In hac tertia dicit primo q figura pilorum. s. crispitudo & planities indicant sic cõplonem, q eorum crispitudo significat caliditatem & siccitatem & planities contrarium. sicut. n. in extrinsecis corrigiæ & chordæ cytharæ crispantur a caliditate & siccitate solis vel ignis, & leniuntur ac applanantur ab humiditate & frigiditate, sic hominis pili a caliditate & siccitate corporis eius crispantur, et ab humiditate cũ frigiditate redduntur lenes & plani. Secundo dicit q crispitudo pilorum quandoq; procedit ex sola foraminum a quibus exeunt tortuositate, sicut plante quæ ꝓdunt ex terra vijs obliquis sunt ut in pluribus non rectę sed tortuosæ. Tertio dicit q crispitudo pilorum a sola foraminum tortuositate facta non remouetur per alterationem complexionis ad contrarium quia remanet causa. Sed duæ primæ res, scilicet pilorũ grossities & crispitudo procedentes a caliditate et sicci. remouentur & cessant alterata cõplone ad cõtrariũ scđm habitum. Dico signãter secundum habitum, quia si crispus capillos a caliditate subito infrigidaret a niue glatie vel opij potu, non perderet ideo statim crispitudinem pilorum suorum.

Gal.

Easdem causas crispitudinis pilorum dat Gal. 1. complexionum cap̃. 14. dicens. Capillus autem crispus prouenit aut a siccitate complexionis aut a poro in quo est radix capillorũ. A siccitate qđ sicut corrigiæ quas ignis desiccauit uehementer. Quæ autẽ mihi necessitas noiandi corrigias cum iam uidemus capillum ipsum cum appropiquat igni super locum flecti. Et propter hanc causam omnes capilli æthiopum fiunt crispi. Et propter naturam quidẽ pori in quo est radix capilli est crispitudo capilli secundum hunc modum. Dico quòd uapor forsitan non potest propter sui debilitatem transire secundum rectitudinem, sed flectitur uel obliquatur. secundum ergo obliquitatem ipsius ponitur fora trãsitus eius ẽt obliqua. Et forsitan uapor est fortis, sed nã cutis est durior q̃ oportet, & ꝓhibet uaporẽ ne scđm rectitudinẽ

transeat

Arist. de crispitudinis cā.

transeat. Et forsitā simul ambæ res aggregantur, scilicet debilitas vaporis primi a quo prouenit porus & durities cutis, & ꝓueniũt ab eis obliquitas radicis pilorum. Hæc Gal. Aris. vero. 19. animalium. cap̄. 2. sic assignat crispitudinis causas. Crispitudo aut lenitas erit ꝓpter vaporem, quoniam vapor quando fuerit fumosus calidus siccus erunt capilli crispi, & inuoluentur quando vadunt per suas uias contrarias. s. quia pars terrestris vadit ad partem inferiorem et calor uadit ad superius, & sic inuoluuntur pili & erunt crispi propter debilitatem suam. Et possumus etiam dicere ꝙ hoc accidit ꝓpter paucitatem humiditatis pilorum & multitudinem partis terrestris. Illa ergo pars terrestris desiccatur ex aere continente & corrugatur & efficitur crispa. Et pili lenes non sunt in animalibus nisi ex multitudine humorum. nam humor decurrit lubricando donec perueniat ad pilos. Et propter hoc sunt pili eorum qui morantur in Thracia lenes. nam complexio eorum est humida & aer continens eos est humidus. Æthiopes autem & homines habitantes in regionibus siccis habēt pilos crispos propter siccitatem cerebri siccitatem aeris continentis. Hæc Aristote.

Ex parte autem coloris nigredo significat caliditatem, & subalbedo significat frigiditatem, et citrinitas & rubedo æqualitatem significant, & albedo significat, aut frigiditatem & humiditatē uehementem sicut canities, aut fortem siccitatem sicut accidit uegetabilibus cum exiccantur, quæ ex sua nigredine aut uiriditate denudatæ transeunt ad albedinem. Et hoc quidem non accidit hominibus nisi in finibus ægritudinum siccantium. Et canitiei quidem cā apud Aristo. est conuersio ad colorem phlegmatis, & apud Gal. est atacharugi quæ nutrimentum comitatur, quod ad capillos uenit cum frigidum fuerit & fuerit tēpus motus eius & ipsius penetratio in poris tardata. Cunq; duas dictiones consideraueris inuenies eas pro certo propinquas, quoniā causa in albedine coloris phlegmatis & causa in albedine atacharugi est una. Et de hoc quidem physicus tractare debet.

Coloris pilorum causæ.

In hac quarta dicit primo ꝙ nigredo pilorum significat complexionem calidam, quia fumi nigri fiunt ex fumis nigris decisis ab adustis humoribus. Secundo dicit ꝙ subalbedo pilorum similis colori lini quem Gallici blondum vocant significat complexionem frigidam, sicut. n. per adustiuum calorem denigrantur humores et eorum fumi, sic massa humorum per frigus declinat ad subalbedinem & ipsius fumi fiunt subalbidi. Tertio dicit ꝙ citrinitas & rubedo pilorum. s. color similis colori pomi citri significat æqualitatem. i. temperatam complexionem, quia color iste medius est inter illum qui significat adurētem calorem & illum qui significat frigus subdealbans. attestatur igitur super cā media inter nimium calorem & nimium frigus. Earundem fere sniarum Gal. meminit. 2. cōplonum cap̄. 14. dicēs. Cūq; caliditas fortis fuerit ita vt adurat illum vaporem & fiat fumosus erit capillus ab eo generatus niger. Et cum fuerit caliditas debilior ita vt adustio illius vaporis sit minor erit capillus tinctus attinens albedini. i. rubicundus quoniam superfluitas fumosa quę coartata est in cute in dispositione illa est ꝓpinquior choleræ rubeæ q̃ choleræ nigræ. Capillus uero albus generatur a phlegmate, sed capillus igneus quēadmodum in colore est medius inter colorem xanctum & colorem album ita materia a qua generatur est media inter fecem phlegmaticam & fecem cholericam. Hęc Gal. Quarto dicit ꝙ albedo pilorum q̃nq; significat vehementiam frigiditatis et humiditatis, sicut canities proprie dicta naturalis vel accelerata, q̃nq; vehementiam siccitatis vt albedo similis illi quæ vegetabilibus accidit cum superflue exiccantur & sua viriditate spoliata fiunt alba. Et differt hoc a priori, quia incipit ab extremitatibus capillorum, prior uero a radicibus eo ꝙ radices prius humiditate putrida imbibuntur, extremitates pilorum velut longinquiores ab humore prius arescunt. Istos duos modos albedinis pilorum notasse visus est Aristo. 3. animalium cap̄. 5. dicens. Et pili mutantur in homine in senectute & canescunt. Et nō accidit hoc alicui aĩali manifeste ualde pręterq̃ in homine & equo, q̃m albedo pilorum apparet in eis valde. Principium vero albedinis pilorũ est ex extremis. i. vltimis eorum partibus. Et multis eorum crescũt albi ex radicibus. Et propter hoc dicimus ꝙ canities & albedo pilorum non est secundum æstimationē vna res. Et forte infirmatur homo & canescit valde, & cum conualescit cadunt cani & crescunt loco illorũ capilli nigri sicut ante. Et forte canescunt pili si cooperiantur multum, aut si multum habent anhelitus. i. euentationis vel transpirationis propter apertionem viarum. Hæc Aris. **Aristo.** Et licet Aristoteles hic **Aristo.** asserat homines aliquos ex infirmitate canescere valde, non tamen id fieri iudicat ex forti siccitate sicut Princeps hic, sed ex debilitate caloris. Ait. n. 19. animaliũ cap̄. 2. Multi homines infirmantur infirmatione magna & canescunt, & post infirmationem reuertuntur ad suam dispositionem. Et causa illius est diminutio caloris naturalis quæ accidit corporibus, & propter hoc est canities in infirmitantibus. nam calor debilitatur in decoctione cibi, & cum venerit sanitas reuertitur virtus & nigrescunt illi capilli. Attende ꝙ vltra modos albedinis pilorum modo tactos est alius modus contractus a cute sicut in albis albaras & morphea in quibus pili sunt albi propter albedinem corij. Et hunc modum memorat Arist. 19. animalium cap̄. 2. Color inquit capillorum nō diuersatur in hominibus prætérq̃ albedo quę accidit eis nō in senectute tantum, sed etiam ex superfluitate sicut albedo capillorũ quæ accidit in albaras, & est genus morphęę, quoniam capilli albescunt cum albedine corij. cum autem albescũt capilli propter senectutem nō albescit corium cum eis.

Quinto dicit ꝙ causa canitiei secundum Aristo. est conuersio coloris materiæ pilorum ad colorem phlegmatis. Et secundum Gal. causa canitiei est atacharugi quod concomitatur nutrimentum veniens ad pilos cum frigidum fuerit, & tardans in suis motu & penetratione in poros. **Atacharugi qd.** Et intellige ꝑ atacharugi quandam muciditatem superuenientem phlegmati similem lanugini quæ supernascitur caseis & lacti, & multis alijs quando putrescunt: vel similem pruinæ congelatæ gallicæ dictæ rimeæ, quæ cadens ex aere ramis plantarũ & capillis hominũ adhærere solet. Attende primo ꝙ Ari. 19. aĩaliũ. ca. 2. tres causas assignat canitiei. s. frigus putredinem et aerē ꝑm interclusum māę pilorũ. **Canitiei cā triplex.** Ait. n. ibi. Canities est propter debilitatem caloris qui exit a corpore & abundantiā frigoris. oĩa senectus infrĩdat et desiccat corpus. Deinde dicit. Cibus autē terrestris qui est in pilis q̃n non bene digeritur putrescit & ex illo gñantur cani. Et statim post dicit. Cā vero albedĩs canorũ est, quia albedo silis est corrugationi corporũ. Et cā illius est q̃m in eo multũ est aeris, q̃m in omni vapore terrestri est virtus aeris grossi. Et corrugatio quæ accidit corporibus est contraria glatiei, q̃m si vapor congelatus erit ex eo glaties, & si putrefiat erit ex eo corrugatio. Et intellige hic Aristo. voluisse, ꝙ cum cutis corrugatur aer exterior intrat poros eius, qui putrefaciens materiam pilorum & eis se immiscens est causa albedinis. Ait. n. dicto caplo. Cum ergo natura pilorum fuerit pauci caloris in aliquibus hominibus, & fuerit humor qui intrat ex extrinseco plus calore q̃ est in corpore, tunc putrescit ex calore aeris continentis propter debilitatem decoctionis & digõnis, & omnis putrefactio non est ex calore nãli sed ex calore accidentali. Attende secundo ꝙ Gal. 2. complonum ca. 15. sic memorat cām canitiei. **Gal.** Illius vero in quo cutis capitis finē siccitatis nō consequitur capilli ꝓculdubio sunt debiles & albi in senectute, supple & est dispositio quæ nominaē canities. Et debilitas

quidem eorum est propter diminutionem nutrimenti cōuenientis eis. et albedo quidem eorum est qm̄ res qua nutriunt egreditur a phlegmate cũ putrescit secundũ lōgitudinẽ tpis. Et illud ideo quoniam porus cum fuerit permanẽs & superfluitates fuerint paucæ, & fuerint cum hoc viscosæ, & fuerit expulsio qua caliditas eas expullit anterius debilis, adueniet tunc ex eis canities ꝓpter putrefactiones. Deinde reddit causam quare caluities in anteriori capitis prius venit, & canities in timporibus dicens, & neq; fit ut homini cum senescit adueniat caluities in caluario proprie, & canities proprie in partibus timporum, nisi propterea ꝙ caluarium est siccius omnibus partibus capitis. Et illud ideo quoniam cutis est illic annexa ossi & nuda. Et timpora sunt humidiora partibus capitis quoniam illic sub cute sunt duo lacerti magni. Omnis autem lacertus est carnosus. Et caro est humidior osse & cute. Hæc Galenus. Sexto dicit ꝙ cum bene considerantur dicta Aristo. & Galeni super causa canitiei reperiunt cōcordantia & proxima inuicem, quia causa albedinis phlegmatis & causa albedinis atacharugi sunt vna & eadem. s. diminutio caloris naturalis. Et philosopho naturali pertinet huius materiei discussio exquisita.

Caluarij cōplexio.

Post hęc uero aeres & regiones in re pilorum operationem habent quæ est obseruanda. Non enim timetur ꝙ in nigro sit capillus flauus qui æqualitatem complexionis eius significet cũ ipsam habuerit, neq; in capillis sclaui nigredo quæ complexionis eius significet caliditatem cum ipsorum genus eam habuerit.

Pili regionũ.

In quinta dicit ꝙ aeris. i. aeris nos continentis dispositiones & regiones. i. terræ habitabiles post dicta de pilis habẽt impressiones in re pilorum quæ sunt attendendæ circa iudicia complexionum ex pilis. et non est timendum nec est expectandum ꝙ in æthiope sit capillus flauus significans temperamentum complexionis cum temperatus fuerit, quia generaliter omnis æthiops habet pilos nigros. Nec expectãda est in capillis sclaui nigredo coloris quæ caliditatem suæ cōplexionis significet cum genus aut gẽs ipsorum eam habuerit fortificato calore in interioribus per antipaeistasim circũstantis frigoris, quia quasi nulli ex eis habent capillos nigros teste Gal. 2. complexionum. cap̄. 15. dicente. Dico ergo ꝙ ægyptiorum & arabum & indorum, & omnium regiones calidas & siccas inhabitantium capilli sunt nigri, tardi augmenti, duri, crispi, asperi, velociter scissibiles. Eorũ vero qui regiones inhabitant istis oppositas. s. frigidas & humidas, ut sunt illyrij & germanici, & sarmatæ & qui sunt de scythia capilli sunt velocis augmenti cum æqualitate, & sunt subtiles & recti, plani ignei colore. Illorum autem qui sunt inter istos: & qui sunt de terra æqualis complexionis capilli crescunt velocissime & sunt in fine fortitudinis: & sunt in nigredine dispositionis æqualis, & in grossitudine sunt etiam mediocris dispositionis, & neq; sunt secundum puritatem rectitudinis neq; secundum puritatem crispitudinis. Hæc Gale. ex quibus apparet ꝙ ad recte iudicandum de humana complexione per signa prædicta sumpta a capillis oportet præsupponere regionis temperamẽtum, vel quod parum distet a temperamento, & ꝙ complexio capitis correspondeat cōplexioni totius corporis & humorum eius. Iuxta illud Haly. 2. techni. commento illius cañ. Quæcunq; vero secundũ capillos. Sequitur ergo ꝙ significatio capillorũ non certificatur nisi regio sit æqualis et complexio chymorum sit secundum multitudinem complexionis cerebri.

Haly.

AEtates etiã in re capillorũ operant̃ qm̄ iuuenes sunt sicut meridionales, & pueri sunt sicut septentrionales & senectus est sicut medij.

In hac sexta dicit ꝙ ætates etiam operantur in re capillorum, ita ꝙ diuersificant iudicia in eis, quia capilli iuuenum sunt sicut capilli meridionalium. videlicet habitantium terras calidas & siccas, & capilli puerorum sunt sicut septẽtrionalium, & capilli senum sunt sicut medij, ita ꝙ neq; ita duri grossi nigri fortes sicut iuuenum neq; ita molles lenes subalbidi tenues sicut infantium. Attende ꝙ Gal. 2. complexionum. cap̄. 15. declarat sic pilos diuersificari secundum ętates sicut diuersificantur secundum complexiones. Ait enim ibi. Et similiter est res in ætatibus. Et illud ideo quoniam infantibus capilli sunt similes capillis germanorum. Et iuuenum capilli sunt sicut capilli æthiopum. Puberum autem & puerorum capilli sunt sicut capilli habitantiũ in locis terrę æqualis complexionis in grossitudine & fortitudine & longitudine & colore. Hæc Galenus.

Pilorũ diuersitas secundũ ætates.

Pili præterea in puero multi significant ꝙ ipsius complexio cum crescet ad melancholiam cōuertetur, & in sene significant ꝙ in præsenti est melancholicus.

In hac septima dicit primo ꝙ multitudo pilorum in pueritia significat ꝙ complexio pueri habẽtis eam cum crescet conuertetur ad melancholiam adustam supple. Et intellige per melancholiam ægritudinem cerebri ex melãcholico humore, vel complexionem melancholicam vel melancholicum humorem, quia multitudo pilorum in pueritia significat exuberantiam caloris passim adurentis massam sanguinariam. Secundo dicit ꝙ in sene multitudo pilorum significat ꝙ est in præsenti melancholicus, quia significat complexionem fuisse in iuuentute calidam & siccam quæ pilos multiplicauit, quæ decidente calore fit in senectute frigida et sicca melancholica. Iuxta illud Galen. secundo techni. Decidente vero calida & sicca crasi in tempore paracmasticæ ætatis in frigidam & siccam, habitudo talium gracilis quidem simul & dura & melancholica est, & præterea nigra simul & pilosa.

Melia tripl̃r.

Quartum uero est genus signorum sumptorum ex colore corporis.

In hac particula quarta præmittit ꝙ quartum genus signorum quibus cognoscitur humana complexio sumitur a colore corporis. Postea dat duodecim regulas super signis colorum corporis aut membri. Prima incipit ibi ⌊Albedo enim.⌉ secũda ibi⌊Et rubeus.⌉ tertia ibi⌊Et ruffus.⌉ quarta ibi⌊Fuscus autẽ.⌉ quinta ibi⌊Et brunus.⌉ sexta ibi⌊Et melõgianus.⌉ septima ibi⌊Sed gipseus⌉ octaua ibi⌊Et stãneus.⌉ nona ibi⌊Et eburneus.⌉ decia ibi⌊Et scd̃m plm.⌉ vndecima ibi⌊Cognoscere vero.⌉ 12. ibi⌊Et fortasse est.⌉

Cōplexionis cognoscẽde ꝑ colorẽ corporis indicia.

Albedo enim signum est priuationis sanguinis aut paucitatis ipsius cum frigiditate, quoniam si cum caliditate esset & humore cholerico esset citrinus.

Prima regula est ꝙ color cutis maxime faciei albus significat paucitatem vel priuationem sanguinis cum frigiditate. Nam si paucus sanguis esset cum caliditate & cholerico humore color esset citrinus non albus. Si vero sit alba cutis absque cholerico humore vel est alba ex phlegmate quod ei subest, vel ex penuria sanguinis quo tingi solet: quare apparet cutis secundum suum proprium & naturalem colorem.

Albedo corpis.

Attende primo ꝙ ad verificationem iudicij complexionis ex colore cutis requiritur ꝙ cutis & humores qui eis subsunt conformentur complexioni & humoribus membrorum interiorum. Iuxta illud Gal. prima apho. cōmẽ. 2. Dominantes autem chymi a qualitate corporis possunt intelligi, nisi quia chymi interiores non idem sunt ꝙ chymi exteriores. Hippo. alibi testante. Color inquit corporis humorum dominantiam ōdit si nō in ꝓfunditate corporis occubuerint. Et. 2. complexionum cap̄. 17. ait. Et cutis quidem in hac nostra regione æquali proculdubio significat membrorum

Chimus duplex.

Gal.

naturam

naturam quæ sunt sub ea. Verum tamē in hac nostra regione non absolute omnium corporum est significativa, sed corporum quorum complexio est secundum similitudinem cutis. Attende secundo q̄ color cutis habitantium in septentrione vel meridie vel alijs regionibus distēperatis raro vere indicat complexionem corporis. Iuxta illud Gal. ibi. Sed propterea q̄ in regionibus quæ in septentrione sunt versus rectitudinem duarum vrsarum calidum ad profundum corporis tendit dominio frigoris exterius super ipsum: & in regionibus sitis in meridie declinat ad cutim attractione caliditatis continentis ipsum ad eam, non est possibile ut per dispositionem cutis cognoscatur aliquid eorum quæ dicimus de re complexionis membrorum interiorum. Et illud ideo quoniam complexio corporis in regionibus distemperatis in complexione est diversa, quoniam membra eius apparētia non sunt sicut membra occulta. Et illud ideo quoniā cutis habitantium regiones frigidas in septentrione sitas sicut Galli & Germanici et reliqua genera eorum qui habitant regionem Thraciæ & terram scytharum est frigida & humida, & propter hoc est tenera & mollis & alba & nuda. Et cū eorum calor innatus in corpore eam sit profundatus cū sanguine ad viscera, tunc ipsi multitudine conturbationis eius illic & coartatione & feruore ipsius fiunt dispositionis qua ipsorum ira & audacia fortiores efficiuntur & velox fit motus mentis eorum. Æthiopum autem & Arabum & vniuersaliter omnium meridiei terram habitantium, & quæ est corā illis nea equalitatis natura cutis propter adustionem ipsius ex caliditate continentis corpora ipsorum & caliditate innata quæ ab eis ad exteriora mouent sit sicca & dura & nigra, & sit q̄ in corpore toto ipsorū non existit caloris innati nisi pars valde, sed est calor casuale extranea acquisita. Hæc Gal.

Et rubeus quidem significat multū sanguinis.

Color rubeus duplex. Secunda regula est q̄ color rubeus cutis significat multitudinem sanguinis. Attende q̄ duplex est color rubeus. Quidam est rubeus viuus cum quodam splendore, & talis significat sanguineam cōplexionem & boni sanguinis abundantiam. Alius est rubeus fuscus qualis reperiri solet in vultibus horum qui libenter & abunde bibunt fortia vina & vtuntur salsis & speciebus acutis & talis portendit lepram futuram. Iuxta illud Principis primi tertia doc. quinta. summa prima. cap. 1. Facies quoq; cum rubet tumet & suscitatur attioet & si sit hæc perdurans portendit lepram.

Et ruffus & subruffus significant caliditatem. Sed subruffus plus significat choleram rubeā. Et ruffus significat sanguinem aut sanguinem cholericum. Est tñ cum subruffus sanguis significat priuationem, licet non sit ibi cholera rubea quēadmodum accidit in conualescentibus.

Color ruffus et subruffus. Tertia regula est colores cutis ruffus & subruffus significant calidam complexionem. Sed color subruffus magis significat cholerę dominium cuius color albedini cutis iuxta positus subruffedini attinet. Color vero ruffus significat vel sanguinis abundantiam vel cholericum sanguinem. Sanguinis quidem abundantiam in carnosis ruffis. Cholericum uero sanguinem in macris respersis maculis ruffis, quos vulgus vocare solet respersos stercore Iudæ. Attendendum tamen est q̄ subruffus color interdum significat penuriam sanguinis vel eius priuationem absq; hoc q̄ ibi sit cholera rubea, sicut euenire solet resurgentibus ex longis ægritudinibus: ad quorum cutes veniunt ichores seu citrinæ aquositates quadam subruffedine tingentes eas. Et quandoq; derelinquitur in cute color talis ex sudoribus cholericis frequentatis licet cholera euanuerit.

Hō respersus stercore iudæ q̄.

Fuscus aūt vehementem significat frigiditatē ob quā minuitē sanguis & cōgelat ille paucus, & ad nigredinē conuertit, & cutis mutat colorem.

Color fuscus. Quarta regula. color cutis fuscus significat frigiditatē vehementem ad quam sequit diminutio sanguinis, & ipse paucus existens congelatur ad nigredinem declinans: & tingit cutem colore ipsius. Talis color in facie & manibus apparere solet tempore vehementis frigoris propter repulsionem sanguinis & spirituum ad interiora, & mortificationem sanguinis remanentis in facie & manibus, quæ qñq; intātum excandescit ut mortificet penitus manus & digitos & mortificati cadant, sicut sæpe apparet in ambulantibus in hyeme per niues alpium. Attende q̄ Rasis. 2. Almansoris. capitulo primo. iudicat aliter de fusco colore dicens. Fuscus si rubedini vicinetur vel ei admisceātur sanguinem grossum dominari demonstrat secundum quantitatem qua ei approximat vel qua ei admiscetur rubedo. Color autem pure fuscus qui viriditati appropinquat choleræ nigræ ostendit dominium. Et eodem libro capitulo de signis cholere nigrę numerat inter ea colorem fuscum.

Rasis.

Et brunus significat caliditatem.

Color brunus duplex. Quinta regula est. color brunus significat caliditatem. Attende quia duplex est color brunus, quidam est brunus terrestris, & talis apparet in his in quibus multiplicatur melancholia naturalis & spiritus sunt pauci, & dicitur a gbusdam fuscus. Alius est brunus aliquid splendoris habens, & talis apparet in melancholicis adustis brunior & in cholericis adustis minus brunus & cum splendore aliquo propter spirituum multitudinem & diffusionem portionis sanguinis cum humore adusto ad exteriora.

Et melongianus frigiditatem significat et siccitatem, quoniam est calor qui puram choleram nigram sequitur.

Color melongianus qd et longia. Sexta regula. color melongianus significat frigiditatem et siccitatem, et ipse consequitur puram nigram cholerā. Attende q̄ melongianus color sic dicitur, eo q̄ sit similis melongijs. Et sunt melōgiæ genus quoddam oleris similis caulis, de quo dicit Auer. 5. colliget. Cum coquūtur in carnibus pinguibus sunt multum delectabiles, & ego reputo ipsum tē peratum cibum postq̄ sic factus erit, ideo quia pars acuta quæ est in eo remouetur pp carnes decoctas in eo. hoc olus abundat in Hyspanijs, sed in Gallijs non. Et intellige per colorem melongianum brunum, terrestrem.

Sed gipseus frigiditatē signat et rē phlāticam.

Color gipseus. Septima regula. color gipseus significat frigiditatem & phlegmaticum humorem. Et intellige per colorem gipseum colorem similem colori gipsi. de quo dicit Rasis secundo Almansoris. capto primo. q̄ vtriusq; cholerę ac sanguinis paucitatem & phlegmatis dominium portendit.

Et stāneus frigiditatē & humiditatē signat cū pauca re medica, qm̄ est albedo cū pauco uiriditatis. Erit ergo albedo sequens colorē phlegmatis, aut cōpōnem humiditatis & uiriditas sequens sanguinē congelatū qui trahit ad nigredinē, qui commixtus phlegmati factus fuit uiridis.

Color stāneus. Octaua regula. stamneus color. i. similis colori stamni significat frigiditatem & humiditatem cum quadam participatione melancholiæ, quia color iste sit ex albo viridi pauco permixto: & albedo eius a colore phlegmatis, et viriditas ipsius a sanguine congelato trahente ad nigredinem qui phlegmati mixtus factus est viridis.

Et eburneus frigiditatem significat phlegmaticam cum pauca cholera rubea.

Color eburneus

Nota regula. color eburneus significat frigiditatē ex phlegmate cū pauca cholæ rubeæ permixtione. Et eburneus vocatur, quia sīlis est colori eboris. Et est compositus ex rubedine multū diminuta permixta albedini. De quo dicit Rasis 2. Almansoris. cap. 1. Rubedo si adeo fuerit diminuta, vt colori approximet eboris sanguinis ionuit paucitatem.

Et secundum plurimum quidem mutatur color pp hepar ad subruffedinem & ad albedinē, & propter splenem ad subruffedinem & nigredinem. Et in ægritudinibus hęmorrhoydarum ad subruffedinem & uiriditatem. hoc tamen nō est semper immo est cum mutatur.

Decima regula est trimembris. Primum eius membrum est. Color cutis corporis frequēter mutatur ad subruffedinem & albedinē pp hepar. i. propter indispōnem hepatis, qua quis dr̄ hepaticus. Iuxta illud Prin. tertij. 14. trac. 2. cap. 2. color est ex rebus quæ significant secundum plm dispositionem. Hepaticus. n. secundum plm est decliuis ad citrinitatem & ad albedinē, & qñq; declinat ad viriditatem & fuscitatem. Et illius quidem hepar cuius colorem vides secundum finem sanitatis ægritudinem non habet. Et medicus quidem expertus cognoscit hepaticum & stomatichū omnem per colorem suum non egens cum eo significatione alia. Idem dicit Prin. tertij. 13. trac. 1. cap. 17. Sed significationes ex via coloris corporis sunt: quoniam color est vehemens significatio dispositionis stomachi & hepatis secundū plm. Plurimæ. n. ægritudines stomachi sunt frigidæ. Et color stomaticorum est plumbinus, & si inest ei citrinitas est citrinitas decliuis ad albedinem. Secundum membrum est. color corporis frequenter declinat ad subruffedinem & nigredinem propter splenem. i. spleneticam passionem. Iuxta illud Prin. tertij. 15. trac. 2. cap. 1. Et plurimæ quidē ægritudines splenis sunt autumnales, & color habentis eas est decliuis ad citrinitatem & nigredinem. Tertium membrū est. color patientium fluxum hæmorrhoydarum superfluū, est decliuis ad subruffedinem & viriditatem, sed nō semper ita est, immo quandoq; cutis transmutatur propter passiones dictorum membrorū ad alios colores. Huius membri tertij præbet Prin. testimonium tertij. 17. cap. 2. dicens. Et plurimum quidem habentibus hæmorrhoydas adest color proprius eis, et est citrinitas declinans ad viriditatem. Et cā subruffedinis in hepaticis spleneticis & hæmorrhosaycis est multiplicatio citrinæ aquositatis cum sanguine peruenientis ad cutem propter debilitatem digestiuæ hepatis sicut in dispositis ad hydropisim fieri videmus. Et hęc debilitas inest hepaticis a causa propria priuata. Et in spleneticis & hęmorrhosaycis per compassionem hepatis ad splenem & sanguinis & spirituum naturalium resolutionem in hæmorrhoydibus qui sunt thesauri naturę, & hepatis et causa vigoris eius. Sed causa declinationis ad albedinem in hepaticis est penuria sanguinis, et ad nigredinem in spleneticis est perfusio melancholiæ ad cutem ppter non bene a splene trahi & mundificari, & ad viriditatem in hæmorrhosaycis propter grossum sanguinem terrestrem paucum declinantem ad nigredinem quæ phlegmati genito per viam indigestionis commixtus colorem viridem reddit.

Hepaticus qs.

Stomaticus qs.

Spleneticus qs.

Hæmorrhosaicus.

Cognoscere uero ex colore linguæ cōplexionē stōi & intestinorū est difficile, et ex colore oculi cognoscere cōplexionē cerebri est difficile.

Vndecima regula est bimembris. Primū eius membrū est difficile cognoscere complexionem stomachi & intestinorum per colorem linguæ. Attende primo q. lingua cū stomacho magnam habet colligantiam propter quam potest aliqualiter iudicare dispositionem stomachi. Nam cutis superficiei eius interioris est continua cum cute meri & interiore parte stomachi, vt ait prin. tertij sexta. cap. 1. Attende secundo q lingua multis modis attestatur super dispositionibus stomachi. Iuxta illud Prin. tertij. 13. trac. 1. cap. 17. Significationes ex dispositionibus oris & linguæ sunt quoniam quando lingua in doloribus stomachi est vehementis asperitatis & rubedinis, tunc significat dominium sanguinis & apostema calidum in ipso sanguineum, & si ad citrinitatem tunc nocumentum est cholericum, & si ad nigredinem tunc causa est melancholica, q si ad albedinem & lenitatē tunc causa est humiditas, & si est siccitas superflua tunc causa est siccitas. Verum significatio complexionis stomachi p dispositionem linguæ non est certa, quia lingua sæpe reddit alba & humida per catarrhos ei missos a cerebro, vel aquositates absq; hoc q stomachus reddatur humidus. Et frequēter lingua est aspera & sicca propter aerem calidum et fumosum expiratum stomacho existente frigido & humido. Secundum membrum est. difficile est cognoscere complexionem cerebri ex colore oculi. Attende primo q licet ex colore oculi difficulter cognoscatur cerebri complexio, magis tamen noscitur ex eo q̄ ex colore linguæ. Iuxta illud Prin. tertij prima. trac. 1. cap. 13. Et non quidem est significatio coloris linguæ sicut significatio coloris oculi. Nam illud vehementiorem habet cum cerebro proprietatem. i. oculus cū cerebro magis affinis est & colligatus. Attende secundo q oculus multipliciter significat super dispositionem cerebri. Iuxta illud Prin. ibi. Significatio autem oculi qui est de summa eorum est ex dispositione venarum eius & dispositione grauitatis & leuitatis ipsius & ex dispositione coloris eius in citrinitate sua ab offuscatione aut plumbeitate aut rubedine eius. Nam sua citrinitate significat choleram, sua offuscatione melancholiam, sua plumbeitate phlegma, sua rubedine sanguinem in cerebro abundare. Attende tertio q nō solum oculi significant super complexionem cerebri sed totius corporis, & similiter pedes & nasus dummodo complexio totius corporis fuerit vniformis. Iuxta illud Gal. 2. com plexionum cap. 20. Cum autem complexio totius corporis fuerit similis, tunc cum pedes fuerint nudi carne totum corpus proculdubio siccum erit, & cum fuerint pedes grossi totum corpus proculdubio erit humidum, & cum fuerit nasus subtilis aquilus tunc corpus erit siccum, & cum fuerit nasus symmus tunc corpus erit humidum. Et secundum quidem hanc considerationem currit res oculorum & res temporū & res omnium aliorum membrorum. Attende quarto q nō solum ex colore oculi iudicatur de complexione cerebri & totius corporis, sed etiam de moribus hominum. Iuxta illud Rasis secundo Almansoris capitulo de significationibus oculorum. Cum pupillæ multa participant nigredine timidus est. Cuius oculi in colore caprarum oculis similes existunt stolidus est. Cuius oculi in rubore prunæ assimilantur homo pessimus est & obstinatus. Oculi varij suo colori citrinitatem habentes admixtam, per quam quasi croco tincti esse videntur pessimos significant mores. Maculæ multæ circa pupillam in oculo apparentes malum significant hominem. Quod si cum hoc etiam oculus varius fuerit erit deterius. Cum pupilla nigra existens talem habet citrinitatem, ex qua quasi deaurata apparēt hominem malum homicidā sanguinem fundentem declarat. Hæc Rasis & alia multa.

Gal. Pedis et nasi signatio.

Rasis. Oculorū signatio mutiplex

Et fortasse est cum in una ægritudine duorum colorum diuersitas in duobus contingit membris, sicut cum albescit lingua & nigrescit facies in una ægritudine quemadmodum in icteritia, quæ propter uehementiam acuitatis choleræ rubeæ accidit.

Duodecima regula est q̄ si cōtingit in una & eadē ægritudine diuersitas duorū colorū in duobus mēbris, sicut in icteritia cāta ex vehementia acuitatis cholę rubeæ lingua albescit & facies nigrescit. Attende q in hac icteritia lingua albescit quia chola nō diffundit ad eā sed ad partes cutis, & so

la facies nigrescit nigredine remissa participante quadam ci trinitate, propterea quod cutis faciei tenuissima et tenerrima existēs fortiter imbibit cholā declinante ad nigredinem propter eius calorem & quasi incendiū, & residuū corporis citrinū efficitur. Et in hac spē icteritiæ sunt tres diuersi colores. Iuxta illud Prin. tertij. 15. trac. primo cap. 4. Et si fuerit cā vehemētiæ caliditatis ęgritudis cholā in felle & inflāmatio eius ī ea, tunc signa eius erunt assiduatio citrinatio coloris corporis & nigredo faciei solius & albificatio linguæ

Quintum uero est genus signorum ex forma membrorum assumptorum.

In hac particula quinta primo tangit quintum signū cōplexionis humanæ. secundo signa sumpta ex eo significantia caliditatem. ibi[Qm̄ complexionem.] Tertio signa significantia frigiditatē. ibi[Et frigiditatē.] Quarto significantia siccitatem. ibi[Et complonem.] In hac prima parte dicit quod quītum ex signis quibus cognoscitur humana complexio sumitur ex forma membrorum. Et intellige per formam cō-
Forma mēbrorū quid. pōnem membrorum organicorum in figura & q̄titate. Nā diuersæ complexiones sibi determinant diuersas figuras & magnitudīes, vt cholerica maciē cum latitudīe corpis, phlegmatica pinguedinem cum grossitie.

Quoniam complexionem calidam sequuntur pectoris amplitudo & extremitatum magnitudo, & ipsarum complementum in quantitate earum absque coangustatione & sine curtitate & præcipue manuum & pedum & uenarum amplitudo & earum apparitio, & pulsus magnitudo & fortitudo ipsius & magnitudo musculorum & propinquitas eorum ex iuncturis, quoniam omnes operationes augmentatiuæ & compositiuæ formæ caliditate complentur.

Cōplonis calę signum quintuplex. In hac secūda pte dat quinq; signa sequētia & significantia cōplonē calidā. Primū est amplitudo pectoris. Nā calidi est dilatare. Et hæc primo & immediate attestatur sup cordis caliditate, & ex consequēti sup caliditate totius. Iuxta illud Gal. 2. techni. Cū vero calitas cordis dñata fuerit augmentabit toracē scdm primā gnationē pportionalr huius caliditati. Ideo & cum ī paruo quidē capite thorax latus fuerit maxima secundū cor fit cognitio caliditatis. Secundū est magnitudo & cōplementum partiū extremalium maxime manuum & pedū sine hoc quod sint angustatæ suæ partes vel nimiū curtę. Nā cū naturaliter cōplo calida est in formatione fœtus calor se diffūdēs ad extremitates creādas multū sanguis trahit vñ format eas dilatando & prolongando nisi materia sua siccitate dilatationi rebellauerit uel fuerit nimis modica vel matrix parua & stricta. Tertiū est amplitudo venarum tam pulsatiliū q̄ nō pulsatiliū, & eminētia earum seu apparitio in exterioribus corporis. Amplitudo qdē pp caliditatem dilatantē. Eminentia vero pp earum grossitiē & plenitudinē ex spiritibus. Et istud est vnum de certissimis signis complonis naturaliter calidę. Verū amplitudo & eminentia venarum non pulsatilium directæ & immediate significat caliditatē hepatis & arteriarū cordis, & ex consequenti totius corporis. Quartū est magnitudo pulsus & ipsius fortitudo. Nā ex magnitudine pulsus significant virtutis pulsatilis fortitudo necessitas euentationis multa propter augmentum caloris & instrumentū obediēs dilatatōi eius in lōgum & latū. Et ex fortitudine pcussionis arteriæ in digitos significat fortitudo virtutis vitalis depēdens ex forti calore cordis. Attende quod licet magnitudo pulsus & eius fortitudo semper significent calorem fortem, quandoq; tñ est cōplo calida sine magno pulsu & forti pp inobedientiam instrī vel debilitatē virtutis, sed tunc fit velox aut frequens ad supplendū necessitatem euentationis. Iuxta illud Gal. 2. techni. Calidis igitur vt ad pprium modum referamus cordis signa inseparabilia quidem & familiaria hæc sunt, magnitudo respirationis, & pulsus velocitas, & frequentia. Et licet hoc signū magnitudinis pulsus nō directæ sumatur a forma membri, sed operatione ipsius talis tñ operatio consequitur formam membri. Quintum est magnitudo musculorum & situatio eorum prope iuncturas. Magnitudo quidem caliditate attestatur, quia omnes operationes formę augmentatiuæ. i. virtutis aīæ perducentis membra ad suam debitam magnitudinem pro rpe caliditate complēt. Situatio vero musculorum ppe iuncturas, quia etiam operationes formę compositiuæ. i. virtutis informatiuæ calore perficiuntur. Cum igitur musculi facti sint vt iuncturas moueant, & eorum situs iuncturis pximus cum sua magnitudine reddat eos fortiores ad id significatur ex eorum magnitudine & ppinquitate ad iūcturas virtutis informatiuæ vigorositas & fortitudo caloris quo perficit opus. Attende quod musculi qñq; parui apparent propter gracilitatē ossium, licet sint de se magni & ecōuerso. Iuxta illud Gal. 1. techni. Similiter oportet considerare in omnibus musculis q̄titatem inuolutorum ossium. Aliqñ. n. gracilior videtur esse pars non existens gracilior q̄tū ad musculos, sed propter angustiam ossium talis vr̄ esse apparēs. Silr aūt & spissior vr̄ esse multotiens nō propter amplitudinem ossium, sed propter carnis multitudinem.

Et frigiditatem sequuntur horum contaria, qm̄ pp ea mminorātur uirtutes naturales, & nō complent operationes natiuas & creationem.

Cōplonis frigidę signa In hac tertia dicit quod signa contraria quinq; prædictis. s. strictura pectoris paruitas extremitatum cum coangustatiōne & curtitate est strictura & latentia venarum, paruitas & debilitas pulsus, paruitas musculorum & elongatio iuncturarum a musculis significant frigiditatem. Quia propter frigus innatæ complexionis virtutes naturales debilitantur & non pficiūt opōnes natiuas. i. pductiuas mēbrorum ab origine, & creationem. i. debitam organiçatiōem partiū organicarū.

Et cōplonē siccā sequuntur asperitas & curuitas, & iūcturarū manifestatio, & appitio chartilaginū in epyglotti & naso, & est nasus æqualis.

Cōplonis siccę signum quintuplex. In hac quarta dat quinq; signa sequentia & significantia complexionem siccam. Primum est aspitas cutis & aliarum superficierum, sicut. n. lenitas & planities ab humiditate procedunt, sic asperitas & durities a siccitate. Secūdum est curuitas membrorum vel per viam contractionis à sicco, vel per viam rebellionis materiæ siccæ in receptione formarum seu figurarum, sicut. n. molle humidum est faciliter imprimibile, sic vix durū siccum. Tertium est manifestatio iuncturarum. sicut enim per humiditatem vestiuntur & occultantur carne & piguedine, vt apparet in sanguineis & phlegmaticis, sic per siccitatem nudæ fiunt excarnatæ & eminentes in cholericis & melancholicis & hecticis, et ex cōsumptione morientibus. Quartum est apparitio manifesta chartilaginum epyglotti & nasi propter excarnationem & tenuitatem musculorum tegentium eas præ nimia siccitate & maxime chartilaginis peltalis quæ in gutture apparet & chartilaginum triangularium & lateralium nasi, ex quarum tenuitate nares apparent acutæ. Quintum est quod nasus est æqualis idest planus sine aliqua eleuatione carnosa propter siccitatem, quæ non sinit carnes super eum multiplicari. Vel lege loco æqualis aquilus. nam nasus aquilus attestatur siccitati. Iuxta illud Gal. secūdo complexionū. capło. 10. Et cū fuerit nasus subdilis aqlus tūc corpus erit siccū.

Sextum uero est genus signorum sumptorū ex uelocitate passiōis membrorum. Membrum enim cum cito calefit absque difficultate est calidæ complexionis, quoniam conuersio in gene-

re proportionali est facilior conuersione ad contrarium. Et si cito infrigidetur res erit ecõtrario.

In hac particula sexta primo assignat sextũ genus signorũ complexionum. 2. mouet & soluit circa illud dubium ibi ❡Quod si aliqs dixerit. ❡Tertio remouet obiectionem quæ fieri posset de calido innato, quod non cito patitur a venenis calidis. ibi ❡Cum uero extrĩseca. ❡ In hac prima parte dicit primo φ sextum signorum quibus cognoscit̃ hũana cõplo sumitur a facili passione mẽbrorũ ita φ corpus vel membrũ quod leuiter patitur a cã aliqua sibi occurrente iudicat̃ eẽ similis complexionis cum re a qua patitur velociter & facilr̃. Secundo dicit φ membrum vel corpus quod calefit & nõ difficulter est calidæ cõplexionis, quia conuersio in gñe proportionali est facilior conuersione ad contrariũ. s. facilius silẽ patitur a suo silĩ q̃ a contrario. Vel ut scribitur secundo de gñone. In habentibus symbolum facilior est trãsitus. Tertio dicit φ si membrum aliquod aut corpus cito infrigidetur illud erit frigidum ob eandem cãm. Instabit aliquis contra hæc dicta. Primo de camphora quæ facillime ĩflãmat̃ & est frĩda. secundo de lacte quod facil̃r inflãmat̃ in cholericis et nõ est calm̃. tertio de cholericis q̃ faciliter penetrantur a frigore hyemis & citius infrigidantur q̃ frĩdę mulieres quę sine nocumento sustinent tpe gelido lauare pannos & tenere nudas tibias, & pedes in aqua vehementis frigoris vt appet in lotricibus. Dic ad hæc & similia φ ad verificationem huius sexti signi sumpti a velocitate passionis præsupponere oportet φ ista velocitas non ꝓueniat ex raritate vel subtilitate subiẽ passi. Vel si aliquid dicatur alio calidius, quia facilius calefit, aut frigidius quia citius infrigidatur intelligatur hoc si ambo se habeant consimiliter in subtilitate & raritate.

Quod si aliquis dixerit φ oportet ut res sit huic contraria, nos nanq̃ pro certo scimus φ res non patitur nisi a suo cõtrario & non a suo simili. Sed ex hoc uerbo quod tu premisisti prouenit ut passio a simili sit dignior. Responsio ad hoc erit φ simile a quo non patitur res est illud cuius qualitas & qualitas illius quod ei simile existit est una in specie & natura. Quod autem calidius est alio non est simile ei quod est minus calidum, immo duo calida quorum unum est calidius diuersificatur. Et illud quidem quod est minus calidum cõparatione eius quod est calidius est frigidum. Patitur ergo ex hoc unde est frigidum comparatiõe illius & non calidum, & patitur etiam ab eo qđ est ipso frigidius & a frigido. Unum tamen eorũ ipsius qualitatem auget & præbet ei augmẽtum quod est in ipso fortius, et alterum in ipso eius minuit qualitatem. Ipsius ergo alteratio ad id quod in sui qualitate prestat augmentũ & mutat illud quod in ipso ẽ fortius erit facilior, licet sit hic alia causa quæ alicui eorum quæ in qualitate cõicãt est propria & contradicit, sicut illud qđ in sui natura calidę existit cõplonis nõ cito recipit in se calidi operationẽ, nisi ꝓpterea φ caliditas destruit operationem contrarij quod est frigidum, eo φ refrenat illud quod complexio calida uult efficere de augmento in calefactiõe. Cum ergo sibi occurrunt & prohibẽs destruitur iuuãt se ambo in calefaciendo, & eorum adiutorium sequitur duarum qualitatum fortitudo completa.

In hac secũda prĩo obijcit cõtra dictũ signũ, qa silẽ non patit̃ a suo silĩ, cũ oĩs actio fiat rõne alicuius cõtrarietatis, & finis agẽtis sit assilãre sibi passũ q̃ iã cessat cũ agẽs ẽ silẽ passo. Et tñ supponit̃ ĩ dicto signo φ a suo silĩ sit dignior passio. Secũdo rñdet huic obiectiõi dicẽs, φ silẽ a q̃ res nõ patitur ẽ simile ĩ spẽ & natura. i. in eisdẽ q̃litate & gradu. Sed qđ est altero calidius nõ est simile minus calido, imo diuersũ ab eo & minus calm̃ cõpatione ad calidius frigidũ censet̃ sicut aq̃ tepida respectu feruentis frigida dicitur, & eã refrigerat ĩmixta sibi. ❡Tertio dicit φ minus calm̃ patitur a tribus. Primo a magis calido respectu cuius non calidũ sed frĩdũ dicit̃. Secundo ab eo qđ ẽ ipso frĩdius. i. minus calm̃, licet sit calidum a dñio. Tertio a frigido ĩ q̃ simplicit̃ p̃dñatur frigiditas. Exẽpli grã. Aqua calida in secundo gradu patit̃ intensionem sui caloris ab aqua feruente & remissionem sui caloris ab aqua calida in primo gradu & infrigidationẽ ab aqua frĩda simpliciter. Quarto dicit φ vnum istorum trium a quibus patit̃ minus calidum. s. calidius eo augmẽtat id quod est fortius in minus calido. s. caliditatẽ ipsius quæ suæ frigiditati predñat̃. Et alterũ. s. frigidum vel minus calidum eo minuit qualitatẽ predñantẽ in ipso. Et iõ alteratio minus calida magis calido qua calefacit amplius est facilior alteratione minus calidi a frigido qua corrumpitur qualitas dñantior in eo, quia caliditas minus calidi p̃bet auxilium ad eius augmentum, sed resistit totis viribus suę corruptioni a frigido. Quĩto dicit φ hic est alia cã facilis passibilitatis a suo simili quæ est ꝓpria alicui eorum quæ cõicant. i. similia sunt in qualitate. Et hęc cã cõtradicit. i. reprimit & cõtẽperat contrariũ sibi ĩmixtũ, vel fundat̃ ĩ cõtrarietate & repulsione vnius cõtrarij ab alio. Verbi grã. hõ calidę cõplonis nõ cito patit̃ & calefit ab aere calido, nisi quia calor hoĩs destruit opationẽ frĩditatis sibi ĩmixtę q̃ñtũ põt, eo φ illa frĩditas refrenat & ĩpedit opationẽ eius. s. augmentationẽ caliditatis quã calor hoĩs nitit̃ efficere. Cũ ergo sibi inuicẽ occurrũt calor hoĩs & calor aeris, & ꝓhibens ab eis destruit̃. s. frigus ĩmixtũ calori hoĩs qđ prohibeat ipm̃ ab augmẽtatiõe caloris, tũc duo calores. s. hoĩs & aeris iuuãt se ãbo ĩ calefaciẽdo. Et cõpleta fortitudo calefaciẽdi cõsequitur adiutoriũ horũ calorũ adiuicẽ, supposito φ calor hoĩs operetur ĩ hoc vt calor nõ vt naturalis ꝓpter illud qđ stati dicet̃.

Cũ uero extrinseca calitas æqualitate destruere uoluerit calor innatus qui ẽ intus erit res fortior in resistẽdo, adeo ut uenena calã nõ refrenet neq̃ expellat neq̃ ipsorũ corrũpat substantiã nisi calor innatus. Calor nãq̃ innatus naturæ est instrumentũ quod caloris aduenẽtis expellit nocumẽtũ ꝓpterea φ ipsum alĩs spũm mouet ad ipsum expellẽdũ, & ad eius uaporẽ remouendũ & ad ipsũ resoluendũ, & ipsius materiã adurendũ. Et frigidi ẽt aduenẽtis nocumẽtũ p cõtrariũ expellit. Hãc uero ꝓprietatem non hẽt frigiditas, non. n. impugnat neq̃ refrenat nisi aduenientẽ caliditatẽ per contrarium tm̃, quia non impugnat aduenientẽ frigiditatẽ. Et calor quidẽ innatus est ille qui humores naturales tuet̃, ne eis caliditates extraneæ dominent̃. Calor nãq̃ innatus cũ est fortis potest natura ipso mediante in humoribus ministrare secundum modum maturandi & digerẽdi, & custodire eos secundum sanitatem, & mouetur humores secundum modum ministrationis ipsius & prohibentur moueri secundum modum ministrationis caloris extranei, quare non putrefiũt. Sed cum calor iste est debilis fatigatur natura, et a regimine humorum abstinet propter instrumẽti debilitatem quod inter ipsũ & humores ẽ medium & stat. Et calor extraneus inuenit hũores

non

non impeditos ab administratione. Comprachẽduntur ergo ab eo & facit eos obedientes, & motu extraneo ipsos mouet & accidit putrefactio. Calor igitur innatus uirtutum omnium est instrumentum, sed frigiditas est ei inconueniens. & neque prodest nisi accidentaliter. Ideoq; dicitur calor innatus, & non dicitur frigiditas innata neq; comparatur frigiditati ex colchodea corporis illud quod comparatur caliditati.

Calor inatus q̃ pacto calidũ extraneũ et fridũ ꝓpellat.

In hac tertia parte quia posset aliqs ex dictis credere ꝙ calor hois innatus facile pateretur a venenis calis ꝓpter similitudinẽ cum eis in caliitate, ad remouẽdũ hunc errorem dicit primo ꝙ caliditas extrinseca cũ conata fuerit destruere equalitatẽ. i. corrũpere cõtẽperantiã hũanæ complexionis caloe inatus interius reclusus fortius resistit oi alia qualitate, ita & intm̃ ꝙ nihil aliud pter aiæ virtutẽ magis refrenat expellit & dissipat substantiã & vires venenorũ calidorum q̃ȝ caloe inatus. Ipse. n. est instrm̃ naturę seu virtutum oium naturaliũ, quod expellit nocumentũ caloris extranei superuenientis, ideo ꝙ mouet spũm vel seipm̃ ad expeliendum ipm̃ calorẽ extraneum vel venenum calm̃, & ad remouendũ & resoluẽdũ vaporem ipsius, & ad adurendũ materiã eius. Sed instabit aliquis ꝙ calor innatus nõ est adustiuus, sed suauis & tẽpatus. Dic ꝙ non adurit ex se penitus materiã veneni, sed ex dispõne materiæ & coopante calore veneni & motu eius subtile ipsius resoluitur, & residuum eius manet incineratũ. Secũdo dicit ꝙ calor innatus non solum expellit calorẽ extraneũ sed ẽt nocumẽtũ frigoris aduenientis, & utrũq; expellit velut cõtrariũ, sed frigus aduenìens est ei contrariũ & inq̃tũ calor est & inq̃tũ est naturalis. Extraneus vero calor solum ei cõtrarius est inq̃tũ est naturalis. Tertio dicit ꝙ frigiditas existens in humano corpe non hẽt hãc ꝓprietatẽ seu propriã virtutẽ vt expellat indifferenter calorẽ & frigus, sed solũ repellit aduenientẽ caliditatẽ per contrariũ non frigiditatẽ, quia nec in corpore humano hẽt dñium, neq; se imiscet alicui naturalium operationum nisi ꝑ accñs, sicut declaratum est primi prima. doc. sexta cap. de virtutibus naturalibus ministrantibus. Quarto dicit ꝙ calor innatus defendit humores a dñio caliitatis extraneæ. Et cum fortis fuerit fortitudine moderata virtus naturalis ministrare põt per medium eius digerendo maturando & custodiendo eos & totum corpus in sanitate. Et tunc mouentur humores motu distributionis & assimilationis eorum ad mẽbra iuxta misteriũ innati caloris & virtutum quibus seruit. Nec permittunt moueri secundum ministerium extranei caloris, quare non putrescunt. Quinto dicit ꝙ cum calor innatus est debilis naturalis virtus inde fatigata seu debilitata abstinet & impedit a regimie humorũ ꝑꝑ debilitatẽ istri mediantis inter hũores & ipsam, & stat quasi cessans a custodia & regimine humorũ, quos calor extraneus inueniens non impeditos. i. occupatos sub regimine naturæ comprehendit & reddit eos sibi obedientes, & mouet ipsos motu extraneo, separando calorem suum naturalem a proprio humido, quare putrefiunt. Sexto concludit ꝙ calor innatus est generale istrm̃ oium virtutum aię, frigiditas vero neq; conuenit eis neq; cõfert nisi per accidens vt calorem tẽperet. Et ideo calor dicitur innatus. i. intus natus ad seruiendũ virtutibus aiæ. Frigiditas aũt non innata dicitur quia nec abundat in interioribus mẽbris nec directe seruit suis virtutibus. Et ẽt illud non comparatur. i. attribuitur frigiditati ex colchodea. i. datione vitę quod attribuitur caliditati. Nam vita consistit in calido & humido, frigidum vero vitæ inimicum est. Et est colchodea nomẽ ꝑsicũ deriuatũ a colchodeo cuius interpretatio est dator vitæ. Attẽde ꝙ Princeps postq̃ȝ hic assignauit sextum signorũ humanę cõplonis relicto. 7. saltat ad octauum. Verum in margine quorundã Auicẽnarũ scribit. Hic deest septimum genus, & similiter deerat in exemplaribus arabicis. In alijs vero librorum marginibus septimum hoc genus scriptum inuenitur modo qui sequitur.

Colchodea qd.

Septimum genus est quod sumitur a cogitationibus & rebus multum desideratis a natura hominis quas plurimum apprachendit uirtus apprachensiua. Et comparatur similitudinibus qualitatum corporis sicut dicemus in somnijs, ideo quoniam corpus est instrumentum animæ.

Attẽde hic ꝙ hoc septimũ genus pria facie vr̃ ꝑs decimi gñis qd' stati dicet, verũ ne coincidat cũ eo sic põt exponi. Septimũ genus ẽ qd' sumit a cogitationibus. i. desiderijs seq̃ntibus cogitatiões et rebus multũ desideratis. s. cibis et potibus a natura hois ꝑꝑ cõformitatẽ eorũ cũ ea vehementer desideratis, quas. s. res desideratas plm̃ apphẽdit uirtus apphẽsiua. s. estimatiua vel sẽsus cõis, & cõparat similitudĩbus q̃litatũ corporis. i. hic septimũ genus cõparatiue trahit a similitudie q̃lĩ q̃litatum corporis cũ rebus desideratis sicut dicemus in somnijs. s. loquẽdo in decimo gñe de somnijs q̃ superueniunt secũdũ hũorẽ dñantẽ in corpore, iõ qm̃ corpus ẽ instrm̃ aiæ, iõ iq̃tũ aia seqt̃ corpus in desiderijs suis & somnijs, qm̃ corpus ẽ istrm̃ q̃ sano aia viget, & q̃ languido non valet propria exercere opera. Dicamus igr̃ ex lr̃a hac seu signo septimo p̃dĩ illud Gal. 2. techni. Ex ægritudinibus tñ in vẽtre distẽperantiæ in hoc drñt a naturalibus secundũ ꝙ cõtraria cõcupiscũt non siĩa queadmodũ & naturales. Si qs igr̃ naturalr̃ cala appetat secundũ plm̃ calidæ cõplonis est, si frigida frigidę. Et licet hic Galenus de stõ spãliter loquat, idem tamen intelligendum est in cęteris membris. Iuxta illud Haly. in commento. Quod autem dixit in ventre intellige etiam illud in alijs membris.

Cõplonis signũ duplex per appetitũ.

Octauum autem genus est quod assumitur ex signis operationum.

In hac particula octaua prio dat octauũ genus signoꝝ cõplonis. 2. tres regulas qbus cõplexiões per opatiões cognoscunt. ibi ⌊Cũ. n. opõnes.⌉ Tertio tres exceptiões ab illis regulis & tria notabilia circa vltimã. ibi ⌊Est tñ cũ earum.⌉ Quarto narrat aliquas operationes caliditatẽ signantes. ibi ⌊Ex gñe ãt operationũ⌉. In hac pria parte dicit ꝙ octauũ genus signorũ qbus humana cõplexio noscit ab opõnibus virtutũ aię sumit. Operationes. n. sunt effectus cõplexionũ, & effectus attestantur super suis cãis, & declant eas cũ sint nobis notiores & sensibus plus detecti. Attendũt ãt in operationibus æqualitas & fortitudis excessus & debilitas earũ & velocitas & tarditas & frequentia & raritas.

Cõplo cognoscẽda ꝑ operationes multipliciter.

Cum. n. operationes secundum naturalẽ cursum procedunt plene & perfecte significãt complexionis æqualitatẽ. Quod si a parte sua ad motus mutantur superfluos significant complexionis inæqualitatẽ & caliditatẽ. Et similiter si properauerint quoniam caliditatẽ significant sicut augmenti uelocitas & uelocitas natiuitatis capillorum & natiuitatis dentium. Quod si debilitentur & ociosæ fiant & tardentur significant complexionis frigiditatem.

In hac secũda dicit primo ꝙ tẽperata complexio significatur ab operationibus ꝓcedẽtibus plene & perfecte secũdũ cursũ naturæ, vt qui bñ digerit ingerit egerit & cætera aiæ opera cõplet ẽ bñ sanus. Et id intelligas in qualibet ætate secũdũ ꝓpriã ipsius naturam. s. in ĩfantibus secũdũ ꝙ eis conuenit in illa ętate, & similiter in iuuenibus & senibus. Secũdo dicit ꝙ operationes excessiui motus significant cõplexionẽ calidã, vt vincere leonẽ sicut fecit Hercules, gestare bouẽ supra suos hũeros vt fecit Milo, extendere manibus ferrũ eq

ſicut fecit karolus magnus. Et ſimiliter operationũ feſtinatio vel acceleratio añ tp̃s ſolitũ vt augmentatio corporis in pueritia plus ſolito ꝓperans, & velocitas inſolita naſcentiæ dentiũ vel capillorũ, & feſtinatio i ſermone & greſſu & operibus alijs vltra ſolitum hoium modũ. Cal'i.n.eſt mouere dilatare vigilem agilem & fortẽ reddere. & tanto amplius cæteris paribus quo fortior fuerit dũmodo maneat i limitibus naturalitatis & ſanitatis non diſproportionatus plurimũ humido proprio. Tertio dicit ꝙ debilitas operationum & ocioſitas ſeu pigritia in eis & earum tarditas frigidã ſignificant cõplexionẽ, vt debilitas curſus aut ſermonis aut depoetatiõis ponderũ & pigritia in ſtudio & ſollicitudinibus hũanis & tarditas corpis augmẽti aut ortus dẽtiũ vel capillorũ ſignãt diminutionem naturalis caloris, q̃ hæc opera fiunt.

Eſt tamen cum earum debilitas & ocioſitas et tarditas ſunt cadentes propter complexionẽ calidam, licet illud eſſe non poſſit abſque mutatione a curſu naturali cum debilitate. Et eſt etiã cũ plures naturalium operationum deficiunt propter caliditatem & minuũtur ſicut ſomnus, quoniam fortaſſe eſt cum deſtruitur ꝓpter calorem complexionis calidæ aut minuitur. Et fortaſſe eſt cum augentur aliquæ diſpoſitionum naturalium propter frigiditatẽ ſicut ſomnus, ſed tamen non erunt ex ſumma operationum naturalium abſolute, immo conditionaliter & per cauſã. Sõni nanq; neceſſitas in uita & ſanitate non eſt neceſſitas abſoluta, immo propterea ut ſpũs ab impedientibus ſeparetur propter illud quod ei accidit ex laſſitudine, aut propterea ꝙ eſt ei neceſſarium incumbere ſuper digeſtionem cibi, & propterea ꝙ non poteſt duas res. Somni igitur neceſſitas non eſt niſi ex parte alicuius impotentię, & eſt exitus a neceſſitate naturali, licet ſit exitus ille naturalis ab eo unde eſt neceſſarius. naturalis enim dicitur de neceſſario communitate nominis. Firmior uero ſignificatio quam hoc nomen habet non eſt niſi ut dicatur de complexiõe æquali, & illud eſt ut operationes ſequantur & compleantur. Eius uero ſignificatio ſuper caliditatem & frigiditatem & ſiccitatem & humiditatem eſt ſignificatio probabilis

In hac tertia dicit prio ꝙ debilitas & ocioſitas & tarditas operationũ ꝓueniunt iterdũ ex cõplone calida, vt in hecticis phthiſicis cauſonicis & tertianarijs apparet, verũtñ id fieri nõ p̃t niſi cũ debilitate operationũ cõplo muteť ab ipſius naturali curſu, ita ꝙ fiat neutra vel ęgra vt nunc. Sed cõtra cholerici vehement' a natura lapſi in calido & ſicco ſunt graciles exiles parũ ſuſtinentes laboris & inediæ paucę reſiſtentiæ contra frigora caumata & ventos male digerẽtes & male nutriti diminute cibos appetentes. Dic ꝙ cholerici plurimũ lapſi a natura non ſunt graciles exiles, parum ſuſtinẽtes laboris & inedię rõne multi caloris innati ſed ſiccitatis ſecũ cõplicatę. Nam ſi multa ſecũ afforet humiditas redderet carnoſum & robuſtum corpus & multę tolerantię. Dic ſecũdo ꝙ paucitas ſuæ reſiſtentiæ contra frigora caumata & vẽtos non ꝓuenit ex fortitudine ſui caloris, ſed ex vehementi raritate corporis. & ſimiliter debilitas digõnis ineſt eis ex raritate cõntexture ſtõi & diminutio nutritionis ex ſiccitate, licet caloris vehementia ad ſiccitatẽ coadiuuet. Dic. 3. ꝙ diminutio appetitus nõ eſt in complexione vehemẽter calida & ſic. naturaliter ex parte caliditatis & ſiccitatis, Imo ſicut caliditas & ſiccitas exceſſiuę ſunt cã magnę reſolutionis ſic cã magni deſiderij ex ſe. ſed quia de leui cholera multiplicať i talibus, & orificiũ ſtõchi vaporibus repleť, qbus relaxatis fit ut cholerici ſint pauci appetitus ſecũdũ ſtõm & dũ mẽbra ſunt vere ſamelica. Secundo dicit ꝙ defectus & diminutio plurĩũ naturaliũ operationum qñq; ꝓcedunt a caliditate ſicut ſõnus propter fortẽ caliditatẽ deſtruiť aut minuiť, & ex cõſequenti uirtutes vitales & naturales debilitãť ex reſolutiõe ſuperflua caloris & ſpũum tẽpore vigiliarũ. Et ſimiliter dimĩutio appetitus a calore ꝓuenit mõ ſtatĩ dcõ. Tertio dicit ꝙ aliq̃ diſpõnum naturaliũ augenť a frigore ſicut ſõnus. Cuius rei ſignũ ẽ ꝙ fortior & ꝓlixior fit i cõplexione regione & tẽpore fridis. Nec deeſt rõ, q̃a ſõnus fieri ſolet a frigiditate cerebri dẽſãte vapores eleuatos ad ipm, q̃a illic inſpiſſati vias arteriarũ aſcẽdentium & neruorum deſcendentium oppilant, donec his digeſtis & ſubtiliatis a calore tẽpore ſomni vix reſeranť. Iuxta illud Ari.cap. 5. trac. primi lib. de ſõno. Oĩum vero q̃ i corpore fridiſſimum cerebrum, quẽadmodum igiť hũidum qđ euaporat a ſolis caliditate cũ venerit ad ſupmũ locum ꝓpter friditatẽ ſuã ĩfrigidať et congeſtum deorſũ ferť factum rurſus aqua, ſic i eleuatione calidi ad cerebrũ ſuperflua qdẽ euaporatio in phlegma redigiť. Sed inſtabit aliqs quia poſt cibum ẽt calidum fortis fit ſomnus, & poſt vini potum & poſt eſum cæparum & alleorum, & poſt forte exercitium. Et hęc oĩa calefaciunt corpus, ſed irrõnabile vr̃ ſõnum a frigore augeri & cãs ipſius eſſe calidas. Itẽ puerorũ ſomni ſunt fortiſſimi & lõgiſſimi & ſenum leues & breues, q ſñ ſunt fridi & pueri calidi. Dic ꝙ pſm ſomnorũ cã prior eſt caliditas eleuans vapores ad cerebrũ, ſed eorũ cã ꝓxima ẽ frigiditas cerebri dictos vapores ĩſpiſſans. Et quia melici et ſenes a ſenio carent prima cã ſunt breuis et leuis ſomni, cholerici vero ꝑꝑ carentiã ſecundæ cãę vigilatiui ſunt et nõ ſomnolẽti. Et quia iã Princeps determinauit pticula ſecũda iſtius octauę partis, ꝙ ſi operationes ſuperfluant ſignificant caliditatem, et hoc vr̃ aſſereť contrarium de ſomno, cuius ſuperfluitas ſignãt friditatẽ. Ad ſaluandũ vtrũq; notat hic tria dcã circa hoc dcm̃ tertium. Primum ẽ ꝙ ſõnus non eſt neceſſarius in vita et ſanitate neceſſitate abſoluta, q̃a ſani viuimus et vigilantes ꝓ maiori p̃te vitæ nr̃ę ſine ſomno ſed eſt neceſſarius aliqbus horis ꝑꝑ alterum duorum. ſ. vt ſpũs ſeparetur ab impedientibus ꝑꝑ illud quod accidit ei ex laſſitudie. i. vt virtutes aĩales et ſui ſpiritus laboribus laſſati ſeu fatigati ſepenť a laboribus, et retrahanť ad ſuum principium qeſcẽtes illic donec cõfortati fuerit et vigorati per nouos ſpiritus tranſmiſſos a corde. Vel q̃a ſpiritui neceſſarium eſt incumbere. i. occupari ſuper digõne cibi. Et quia non p̃t utrũq; facere. ſ. ſubſeruire ſenſibus et motibus voluntarijs et incumbere digõni magis neceſſario per naturã applicať. ſ. digõne cibi. Propter primum qdẽ ꝓfundať ſomnus poſt magnos labores. Et ꝓpter ſecundũ poſt repletionem cibi & potus. Secundum eſt per modum corrolarij ꝙ neceſſitas ſõni aĩalibus ineſt ex parte impotentiæ. ſ. quia virtus aĩalis fatigata labore non põt continuare influxum ſenſus et motus ad membra ſenſibilia ꝓpter quod Ari. ſomnum vocat ĩpotentiã primi ſenſitiui. Et ſomnus eſt exitus. i. remotio vel elõgatio corporis a neceſſitate naturali. videlicet ab his q̃ neceſſario requiſita ſunt ad diſpoſitionem corporis vere naturalẽ et ſaniſſimã, licet ſit exitus naturalis ab eo vñ eſt neceſſarius. i. propter hoc ꝙ aĩal ſine eo diu vere non põt. Et in hoc vult Priceps innuere ꝙ ſomnus eſt exitus ſeu lapſus qdam ab optia diſpõne corporis, et quaſi principium ęgritudis uel neutralitatis. Quod teſtať Ari. cap. 5. trac. primi de ſomno dicens. Simile. o. eſt ſomnus epilepſiæ, et eſt quodãmõ ſomnus epilepſia, et ideo accidit multis pricipiũ huius paſſionis dormientibus, et dormientes quidem capiuntur, vigilantes vero non. Tertium eſt ꝙ naturale tripliciter dr̃. Prĩo cõitate nois. i. gñaliter de oĩ neceſſario ſiue conueniens fuerit ſiue diſconueniens his quibus ineſt, ſic mors animalibus eſt naturalis et ſimiliter ſomnus. Secundo de temperatiſſimo et ſaniſſimo quod non habet rugã neq; maculam per quã deueniet aut degeneret a propria natura et hoc modo ſomnus

Ariſto.

Somni cã duplex.

Somni neceſſitas duplex.

Ariſt. de ſomno.

Nãle dr̃ tripl'r.

non

non est naturalis, immo lapsus quidam. Et hæc significatio dictionis huius naturalis est firmior.i.spālior & maxie propria ita vt dicaē de complexione æquali seu temperata cuius operationes sunt moderatæ perfectæ & cōmpletę. Tertio dr̄ naturale de illo quod a natura inest siue lapsum fuerit siue tē peratū & significatio naturalis hoc modo est probabilis.i.ꝓbabiliter q̄uis in proprie dicta de caliditate frigiditate hūiditate & siccitate excessiuis quæ a natura insunt & ita de sōno. Patet igitur ex his ꝙ aliquo modo somnus est operatio naturalis aliquo modo non.

Ex genere autem operationum fortium quæ caliditatem significant est acuitas uocis & eius grossitudo & loquendi uelocitas & ipsius continuitas & ira & festinatio motionum & palpebrarum citatio, licet sit cū ista adueniunt non ꝓpter causam communem, immo propter causam membro operationis propriam.

Opōnis fortis genus sextuplex.

In hac quarta parte primo enumerat sex gñā fortiū opōnum significantium caliditatē. Primum est acuitas vocis.

Acuta uox q̄̄ tēperatū rā significet.

Aristo.

Instabit aliq̄s primo quia acuitas vocis fit ex strictura tracheæ arteriæ. strictura vero frigiditati attestatur, quia frīdi est constringere sicut calidi est dilatare. Item fœmię gñārr habent voces acutiores masculis exceptis vaccis & tamen sunt frigidiores. Item eunuchi sunt acutæ vocis quia ex carētia testiculorum infrigidantur & effœminantur. Iuxta illud Aris. 16. aīalium cap̄. vltimo. Et omnia aīalia castrata alterātur ī naturam fœminarum. ꝓp ergo debilitatem neruorum erunt voces animalium castratorum similes vocibus fœminæ. Et. 11. particula ꝓblematum q̄rit ꝓpter q̄d pueri & mulieres & eunuchi & senes loquūtur acute. Itē magnitudo vocis de qua tñ est maior apparentia q̄̄ de acuitate nō significat caliditatē. Iuxta illud Gal. 2. techni. Non uero ip̄a vocis magnitudo a caliditate fit quemadmodū neq̄ paruitas a frigiditate, sed hæc quidē āplitudīe tracheę arteriæ fit & exufflatione vehementior, paruitas uero contraria sequitur. Itē grossitudo q̄ cōtraria est acuitati significat caliditatē vt dicit hic prin. ergo acuitas frigiditatē, quia cōtrariorū contrariæ sunt cāæ & signa.

Gal.

Attende. 1. ꝓ solone ꝙ Gal. attribuit acuitatē vocis stricturæ cānę pulmonis & breuitati eius & siccitati, grauitatem vero cāis cōtrarijs lib. de voce ca. 8. dicēs. Cum vero cāna fuerit stricta vox erit acuta, si āpla erit grauis, si curta erit addens in acumine, si longa crescit in grauitate. Humiditas āt epyglottis facit grauitatē vocis, siccitas vero acuitatem. hæc Gal. Attende. 2. ꝙ Aris. 19. animalium ca. vltimo. attribuit acuitatē vocis veloci motui aeris a pulmone impulsi deferentis vocem & grauitatem tardo motui eius dicens. Vox āt grauis est ex tardo motu & vox acuta ex veloci motu. Et paulo infra volens assignare d̄riam īter vocem magnam & paruā ex vna parte & grauē & acutam ex alia parte dicit. Vox autem d̄r magna qñ motū fuerit magnum simplr̄. Et paruitas d̄r vocis qñ motum fuerit ꝑuum simplr̄. Acumē āt & grauitas vocis dicitur secundū cōpōnē moti ad motorem, suppie. s. pulmonis pellentis ad aerē pulsum. Et propter hoc sunt in eis istæ d̄riæ, qm̄ si virtus moti fuerit superans virtutem motoris necessario erit motus moti grauis, si āt virtus motoris vincat virtutem moti tunc erit motus velox. Et intellige per hæc verba ꝙ vox grauis fit ex motu tardo non penetrāte in id quod mouet, sed potius quasi exterius præmendo impellit. Et vox acuta fit ex motu forti & acuto siue penetranti & diuidente hoc quod mouet.

Aristo.

Vocis d̄ria duplex & eius cā.

Attende. 3. ꝙ grauitas & acuitas vocis complicabiles sunt cū magnitudine & paruitate eius ita vt aliqua vox grauis magna sit aliqua parua & aliqua acuta magna alia parua. Iuxta illud Aris. ibi. Grauitas & acumē sunt contraria, & inueniuntur in voce magna & in voce parua, qm̄ pōt esse vox acuta magna & vox parua grauis. Attende. 4. ꝙ vox acuta magna fit cum motor ē fortis diuidens quasi in lineas multum aerem motum & impellens ip̄m cum velocitate. Et tal̄ vox reperit̄ in tauris & quibusdam viris, quorū pectoralia sunt intense cal̄a sine notabili latitudīe cāne, & significat calitatem vt ait hic prīceps. Sed acuta parua fit ex aere pauco sub forma lineę velociter moto talis est in pueris & mulieribus & conualescentibus & eunuchis nec significat caliditatē sicut probant ſadductæ rōnes.

Secundum genus opōnū significātium caliditatem est vox grossa. De qua dicit Gal. lib. de voce cap̄. 8. Vox autem grossa fit ex multo aere sine potentia. 1. absq̄ hoc ꝙ motor possit ipsum graciliare et quasi lineas diuidere. Et ista vox est contraria gracili. Nam gracilem vocem defert aer gracilis ad istar lineę. Sed grossa defertur ab aere corpulento simili columnæ grossæ. Et ipsa significat ex consequenti caliditatem, quia significat amplitudinē cānalium pulmonis & arteriæ vocalis solitam procedere a caliditate. Tertium est velocitas seu præcipitatio sermonis & continuitas ipsius. s. assidua garrulitas quæ ꝓcedūt ex feruore sanguis & spirituum & eorum leuitate. Cuius rei signum est ꝙ pueri & iuuenes sunt loquaciores senibus, aliquibus tñ inest loquacitas ex humiditate & indiseretione sicut mulieribus. Quartū est ira q̄ cum sit ebullitio sanguis circa cor attestatur super caliditate. Quintum est festinatio motionum vt gressus coitus cursus ioculationis & silīū. calor. n. est p̄cipitationis cā sicut frigus lentitatis & somnolētiæ. Sextum est citatio palpebrarū seu velocitas aut freq̄ntia sui motus q̄ quibusdā inest quasi cōtinue & inaduertenter sicut vidi tpe meo ī cardinalibus. Cameracēsi & scī Marci. De tali citatione dicit Rasis. 2. Almansoris cap̄. de significationibus oculorum. Oculi quorum palpebre cum magna palpitant frequentia hominem timorosum & inanimatum declarant. Sed nec illud apparuit in dictis viris, immo fuerunt magnanimi sapientes & audaces. Nec consonat dictis principis hic cum timorositas sit signum frigiditatis, verum Aris. in libello suo de physonomia scripsit. Quicunq̄ palpebrīçant timidi sunt, quia in oculis primi mouentur.

Rasis.

Consequenter post enumeratiōem sex generum opōnum significantiū complexionem cal̄am notat princeps ꝙ ista genera opōnū qñq̄ nō aduenitūt ꝓp cām cōem. i. ꝓp cōplōnē calidā toti corpori communem, sed propter causam propriam membro cuius est operatio. s. propter naturalem caliditatē ipsius solius vt grossities vocis loquendi uelocitas & ira quandoque procedunt ex caliditate sola partium pectoralium.

Nonum uero genus est expulsio superfluitatum a corpore aut qualitates eorum quæ expelluntur. Expulsio. n. cū nō aufertur & illud quod ex stercore & urina & sudore & alijs ægreditur est acutum habens odorem fortem & tincturā ex eis quæ tincturam habere consueuerūt et adustionem & decoctionem ex illis quæ adustionē & decoctionem solent habere ē calidum. Quod uero diuersum est ab hoc est frigidum.

Cōplōnis cognoscendę ꝑ excuntia indicia.

In hac particula nona dicit primo prīceps ꝙ nonū genus signorum quibus cognoscitur humana cōplō sunt expulsio superfluitatum a corpore. i. superfluitates expulsæ a corpore, sicut fex vrina mucus sputum sudor sanguis lachrymę spma vapor uentus aer q̄ si cholericæ fuerint semper uel ut in pluribus significant complexionem cholericam, si phlegmaticæ phlegmaticam & sic de alijs, vel qualitates exeuntium a corpore sicut odor color sonus sapor calor frigus & similia. Secundo dicit ꝙ qñ non aufertur sed more suo fit expulsio superfluitatū & expulsa sicut fex urina sudor sunt acuta pūgitiua fœtida aut fortis odoris & plurimæ tincturę adusta uel multum cocta ex his q̄ tincturam uel adustionē aut decoctionem habere consueuerunt significant calidam complexionem. Notanter dicit ex eis q̄ tincturam habere consueuerūt & ex illis quæ adustionem & decoctionē solent habere

quia aliq̃ ex his q̃ expellimtur carent istis vt lachrymæ ventositates & vapores per os & aliunde emissi. Tertio dicit ꝙ illud qđ est diuersũ ab hoc est frigidum.i.exeuntia qua nõ habent acumẽ neq̃ fortẽ odorẽ neq; tincturã neq; decoctionem, sed sunt velut cruda discolorata quasi carentia odore significant frigiditatem, sicut.n.fortis odor vehementia tincturę & decoctionis vel adustionis a calore superfluo procedũt, sic contraria eorum a frigore & ei attestantur.

Et genus quidem decimum est sumptum ex dispositionibus uirtutum animæ in suis operationibus & passionibus.

In hac particula decima primo assignat decimum genus signorũ cõplonis. Secunda agit de passionibus & opõnibus aíæ significantibus caliditatẽ & frigiditatẽ ibi Sicut ira fortis. Tertio de significãtibus siccitatẽ & humiditatẽ ibi Et perseuerantia. Quarto docet ex somnijs cognoscere complexionẽ & notat vnum circa p̃dicta ibi Et ex hac quidem secta. In hac pria p̃te dicit ꝙ decimum genus signorum q̃bus humana compľo noscit̃ sumitur a dispõnibus virtutũ aíæ in suis opõnibus & passionibus, vt a dispõnibus vel inclinationibus aíæ ad iram vel mansuetudinem temeritatẽ vel pusillanimitatem spem vel desperationem. Attende primo ꝙ istud decimum genus dr̃t ab octauo quod ab opõnibus sumi dicebatur, quia octauum attenditur penes opõnes cuiusq; membri naturales vitales & aíales, & hoc decimum genus attenditur solum penes dispõnes uirtutum aíę concupiscibilis & irascibilis in passionibus & opibus suis & dispõnes somniorum. Attende.2.ꝙ ad verificatiõem huius decimi gñis sumpti a moribus & passionibus animi p̃supponere oportet ꝙ hi mores non sint acquisiti ex disciplinis, sed ꝓcedentes ex iclinationibus naturalibus. Iuxta illud Gal.2.techni. Vnum cõe in oĩbus his q̃ dicta sunt cõmemorãtes quęcunq; de moribus aut nunc aut secundum aliam aliquã scripta sunt orationem ad agnitionem craseos.i. complexionis non pro bonis aut prauis moribus ex philosophia exercitatorum, sed pro naturalibus vnicuiq; dictum est.

Sicut ira fortis & æstuatio & perceptio & intellectus & audacia & inuerecundia & suspicio bona & bona spes & impietas & impigritia & morum uirilitas & pauca ociositas & parum pati ab una quaq; re significant caliditatem. Eorũ autẽ contraria significant frigiditatem.

Cõplo calia & frigida cognoscẽda ꝑ dispõnes aíæ. 13.

Primum est albedo superflua faciei & totius supficiei corporis, tũ ex pprio et sibi inato colore, tũ ex superabundantia phlegmatis in album tingentis eam. Secundum est laxitas carnis & membrorum neruosorum ex imbibitione phlegmatis humiditate sua relaxantis eas. Tertium est mollities earum superflua manifesta ad tactum ex eadem causa.

Quartum est frigiditas membrorum, tum ex frigiditate phlegmatis inuiscati in eis, tum ex suffocatione caloris innati propter eius multitudinem. Quintum est multitudo saliuæ viscosæ tam ex phlegmatibus descendentibus a capite ad os q̃ ex ascendentibus a stomacho. Sextum est paucitas sitis. Primo propter multitudinem phlegmatis circa orificium stomachi. Secundo propter paucitatem resolutionis humidi roridi a membris. Tertio propter paucitatem attractionis talis humidi a venis ad membra, & ab hepate ad venas, & ad hepar a stomacho, nisi phlegma quod superabundat fuerit salsum. tale enim sitim excitat, & præcipue in senectute cum superabundantia phlegmatis non salsi est paucitas sitis propter frigiditatem ætatis & paucitatem resolutionis, & ex eis ob duritiem & terrestreitatem suorum membrorum. Septimũ est debilitas digestionis, qa calor digestiuus frigiditate & hu. phlegmatis hebetatur, & ipsius mul-

Oxyregmia qd.

titudine quasi suffocatur. Octauum est oxyregmia. i. eructuatio acetosa quæ procedit ex digestionis diminutione, sicut videmus in plurimis fructibus ꝙ ex diminutione digestionis acetosi fiunt, & cõpleta eorum digestione dulcescũt.

Nonum est albedo vrinæ propter cruditatem seu diminutionem digestionis, vel propter permixtionem phlegmatis cum ea, vel propter oppilationem ex phlegmate prohibentẽ descensum choleræ cum ea quæ solet eam tingere. Decimum est multus somnus ex oppilatione forti viarum spiritus sensibilis propter phlegmatis abundantiam & aggrauationem organi sensus communis. 11. est ociositas. i. quies plurima corpus. n. vehementi phlegmatis pondere aggrauatum motum odio habet & quærit quietem. Et ad hanc adiuuat impedimentum liberi transitus spirituum motiuorũ per neruos propter phlegma oppilans. 12. est laxitas membrorum. i. iuncturarum propter remollitionem suorum ligamentorum ex imbibitione phlegmatis plurimi, et hæc coadiuuat ad ociositatem. 13. est pigritia animi ad scias artes & virtutes capescendas, & pigritia corporis ad mane surgẽdum: & motus corporeos exercendos propter aggrauationẽ membrorum & diminutionem caloris & prohibitionem liberi transitus spirituum ex superabundantia phlegmatis.

14. est lenitas pulsus attinens tarditati & raritati. Lenitas quidem propter remollitionem arteriæ ex humiditate phlegmatis. Tarditas vero & raritas propter diminutionem caloris ex phlegmatis frigiditate. sicut. n. calor augmentatus reddit pulsum velocem et frequentem, ppter multam necessitatem euentationis eius, sic diminutio caloris reddit ipsum tardum & rarũ diminuta suæ euentationis necessitate. 15. est ætas senij. s. quæ frigida est & hu. per accidens ex multiplicatione phlegmatis per viam indigestionis. Cuius rei signum est ꝙ senes a senio abundant in lippis branchis & corycis sputis & catarrhis. 16. est consuetudo abundandi in phlegmate & ægritudinibus phlegmaticis & euãtationibus phlegmatis. 17. est regimen præteritum multiplicatiuum phlegmatis, sicut vsus plurimus potagiorum & offarum & carnium porcinarum & piscium maxime limosorum & herbarum crudarum & frigidarum & fructuum crudorum & casei recentis & potus plurimus aquæ. 18. est ars seu artificium circa aquas, ut ars piscatorum fullonum & lotricum quibus infrigidata complexio phlegma multiplicat. 19. est regio frigida et hu. frigiditate penetrante ad interiora qua calor innatus hebetatus & remissus phlegmatis abundãtiam operatur & frigiditate circunstante, qua resolutio humiditatum a corpore fieri prohibetur. 20. est hora. i. tempus anni, s. hyemis quæ suis frigiditate & hu. calorem hebetat, & resolutionem humiditatum fieri prohibet vnde phlegma multiplicatur. 21. est somniare se videre aquas & fluuios & niues & frigus, hæc omnia demonstrant illud. s. dominiũ phlegmatis. Adde his si vis phlegmaticam complexionem & dereliquisse euacuationem phlegmatis prius consuetam & frequens balneum aquæ dulcis tepidę. Attende ꝙ Auer. 4. colliget. cap̃. 14. sic memorat signa dominij phlegmatis. Sed signa dominij phlegmatis sunt vrina alba & vt color corporis sit albus & pulsus paruus & rarus, & squaliditas totius corporis & pigritia & somnus, & tarditas digestionis, & pauca sitis cum multo sputo viscoso, & ætas senectutis & tempus hyemis & regimen multæ quietis, & cibaria frigida & humida: & superfluitas comestionis, & somnia quod videt dormiendo maria & pluuias, & sentit aerem frigidum vel aquam frigidam. Auer.

Significationes autẽ dominij choleræ rubeæ sunt coloris & oculorum citrinitas & oris amaritudo & linguæ asperitas & ipsius siccitas & narium ariditas, & uento frigido delectari, & sitis multa, & pulsus festinatio & desiderij comedẽdi debilitas, & nausea & uomitus cholericus & uiridis, & uenter mordicatiuus, & horripilatio ad modum puncturæ acuum. Amplius præcedens regimen, & ætas, & complexio, & consuetudo, & regio, & tempus, & hora, & ars. Et somnia in quibus uidentur ignes & uexilla citrina, & uidere res quæ non sunt citrinæ citrinas, et uidere incensionem aut colorem balnei, aut solis, aut similia significat illud.

Cholerę dñantis signa 21

In hac parte tertia assignat Prin. 21. signa dominij choleræ. Primum est citrinitas coloris cutis & coloris oculorũ propter citrinitatem choleræ suppositæ cuti corporis, & coniunctiuæ oculi vt imbibitæ in eis. Secundum est amaritudo oris propter choleram linguæ imbibitam, uel vapores eius ad os confluentes. Tertium est asperitas & siccitas linguæ. Asperitas quidem propter corrugationem vel fissuram pellis linguæ a desiccatione vel punctione cholerę. Siccitas vero propter imbibitionem choleræ siccantis, vel fumorum seu vaporum eius affluentium ad eam tam ex mẽbris pectoralibus q̃ naturalibus. Quartum est ariditas narium propter fumos choleræ transeuntes assidue per eas cum aere supercalefacto in corde & pulmone cum expiratione depulso. Quintum est delectationem sentire ex flatu venti frigidi sicut boreæ, propterea ꝙ acumẽ caliditatis choleræ reprimit & secum defert aerem frigidum, qui inspiratus per os et per orificia arteriarum terminatarum ad cutem attractus refrigerat cor & arterias, & calorem mitigat humorum suorum. Sextum est sitis plurima propter caliditatem & sic. quas inducit cholera & fumos cholericos, qui a cholera dissoluti perueniunt ad os stomachi & linguam desiccantes eas & suscitantes in eis appetitum irrorationis & refrigerij. Septimum est festinatio pulsus propter calorẽ adauctum in corde & arterijs ex multitudine cholerę. Et intellige per festinationem velocitatem & frequentiam. velocitas. o. pulsus est festinatio I motu suæ diastolis aut systolis, & frequentia est festinatio reditus percussionũ cum morula modica. & quasi nulla inter percussiones. Octauũ est debilitas seu diminutio appetitus cibi. sicut. n. frigidis stypticis vel acetosis excitatur appetitus etiam in non egentibus cibo sic calidis sedatur & debilitatur etiam his qui cibatione indigent, propterea quòd calida multam euaporationem facientia replent os stomachi quadam phantastica repletione, scilicet vaporum multitudine. Nonum est nausea, scilicet appetitus uomendi sine effectu propter infiltrationem vel imbibitionem aliquorum humorum cholericorũ in tunicis stomachi. quos excutere nititur & non potest, quia nimis sunt immersi. Decimum est vomitus choleræ citrinæ vel viridis, scilicet prassinæ aut eruginosæ quę plus in

stomacho q̃ alibi generatur. Et uomitus eius causa est, quia cholera sua leuitate vtpl'm ascendit, quare facilius per superiora educit. Iuxta illud Gal'. apho. quarta. cõmẽ. illius cañ. (Gal.) Melancholicis uero inferius. Cholera rubea propter leuitatem sui est purganda a superiori & cum uomitu, quia ipsa per se pl'm ascendit vsq; ad os stomachi. 11. est uẽter mordicatiuus .i. fluxus uentris cum mordicatione intestinorum. superabundante .n. cholera in propria cysti maxima eius ps per ꝓprium porum intestinis insitum ad ea transmittit̃ quæ suo acumine pungit excoriat & abradit ea. 12. est horripilatio ad modum puncturæ acuum, quæ est dispõ in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore & punctione in cute & lacertis. Nam cum cholera superabundans secundum aliqd sui super lacertos prope cutem spargitur pungit eos, & natura inde territa trahit interius naturalem calorem & cutis se stringit una cum lacertis & pili eius eriguntur. 13. est regimen præteritum ex salsis acutis uel amaris cibis, & ex potu uini fortis & exercitijs superfluis & frequentia stufaꝝ, ab his .n. sanguis etiam si bonus prius fuerit choleriçatur. 14. est ætas iuuentutis .s. in qua cholera plus q̃ in alijs ætatibus multiplicari solet ꝓpter caliditatem & sic. eius & motus uehementes qui in ea fiunt. 15. est complexio cholica q̃ suis caliditate & siccitate superfluis choleram multiplicat. 16. est consuetudo abundandi in cholera & ægritudinibus cholericis, ut tertiana causone erysipela & eũonibus cholerę uomitu secessu uel sudore plurimo. 17. est regio primi secundi uel tertij climatis propter ꝓpinquitatem directi aspectus solis ad çenith capitis ibi morantium unde regio illa uehementer redditur calida & sicca. 18. est tempus anni, scilicet æstas quæ suis caliditate & siccitate excessiuis & perseuerantibus choleram multiplicat, & aliquid sanguinis in eã transmutat. 19. est hora diei, quæ est a tertia hora ante meridiem usq; ad tertiam post meridiem ꝓpter eleuationẽ solis supra nr̃m hemisphęrium & rectitudĩ aspectus ꝓpinquitatem, ita ꝙ tunc quasi perpẽdiculariter ꝓijcit radios ipsius supra capita nr̃a. 20. est ars magni laboris corporei uel circa ignem, ut coquorum, fabrorum, fusorꝝ, aurifabrorum, quæ uel fortitudine motuum uel ignis præsentia continuata supercalefacit & desiccat corpus unde fit choleræ multiplicatiua. 21. est somniare frequenter de ignibus & uexillis citrinis & uidere res quæ non sunt citrinæ citrinas .s. somniare de rebus quæ non sunt citrinæ ꝙ sunt citrinæ, uel uigilãdo uisu iudicare de uisibili aliquo ꝙ est citrinum cum non ita sit. Et hoc q̃nq; fit ex humoribus cholericis inficientibus partes oculi quæ sunt ante crystallinum humorem. Ex his .n. euenit ut omnia quæ uidentur appareant citrina, et sõniare se uidere calorem uel incensionem furnelli balnei uel calorem solis uel montem ardentem sicut est mons ethnæ & similia his. Ad hæc nanq; somnia disponit & excitat multitudo uaporum cholericorum hora somnij eleuatorꝝ ad organum sensus cõmunis & phantasiæ. Similis snĩæ meminit (Rasis.) Rasis. 2. Almansoris. cap̃. de signis dominij choleræ rubeæ dicens. Caloris citrinitas & oris amaritudo ac multa in ore siccitas & sitis multa ac appetitus etiam debilitas, & nausea atq; uomitus citrinus & uiridis & amarus & egestio mordicatiua, ac linguæ siccitas & ipsius asperitas & eorum quę in albis oculorum apparent citrinitas & urina tenuis ignea & clara. Quæcunq; harũ significationum apparuerint si cum hoc tempus æstiuum fuerit, et ætas iuuenilis, et cibaria q̃bus ante usus fuerit pauca & calida: & labor præcessit multus et somnus paucus, atq; corporis complexio inuenit̃ casa tunc fiducia habenda est de eius dominio. Hæc ille.

Dominij uero choleræ nigræ significationes sunt corporis macies, & ut sit fuscus, & sanguinis nigredo & eius grossities, & uigiliæ multæ, & multa sollicitudo, & ardor oris stomachi, & desiderium mendosum, & urina fusca aut nigra grossa, & ut corpus sit brunum & pilosum, quoniam cholera nigra raro generatur in corporibus albis & lenibus, & ut frequenter accidant morphea nigra, & ulcera mala & ægritudines in splene. Et præter hæc ætas & complexio & consuetudo & regio & ars & tempus & regimẽ præteritum. Et somnia terrorem inferentia ex tenebris & cruciatu & rebus nigris & terroribus.

In hac parte quarta dat signa. 18. dominij melancholiæ. (Melĩæ dñantis signa 18.) Primum est macies corporis propter siccitatem complexionis repugnantem multiplicationi carnis & adipis: & propter penuriam sanguinis ex cuius unctuositate generat̃ pinguedo, sicut ex substantia ipsius generatur caro. Nam siccitas & fri. melancholiæ multiplicatæ directe contrariantur complexioni sanguificæ & carnificæ. Secundum est color corporis fuscus seu declinans ad nigredinem propter nigredinem melancholiæ cuti suppositæ maxime sub palpebris oculi, ut ait Auer. 4. colliget. cap̃. 13. (Auer.) Tertium est nigredo sanguinis & grossities eius. Nigredo quidem propter nigredinem melancholiæ secum immixtæ. Grossities uero propter melancholiæ grossam terrestreitatem. Quartum est uigiliarum multitudo, tum propter desiccationem cerebri a melancholia, tum propter sollicitudines & imaginationes phantasticas & timores sine causa, quos melancholia cerebro imbibita afferre solet. Quintum est plurima sollicitudo. sicut .n. sanguinis & spirituum caliditas claritas & multitudo naturaliter reddunt hominem iocundum, liberalem, bonæ confidentiæ & bonæ spei: sic diminutio caloris eorum, paucitas: & obscuritas ex multitudine melancholiæ reddunt ipsum tristẽ, sollicitum cupidum, solitarium desperationi & diffidentiæ expositum. Sextum est ardor oris stomachi propter melancholiam adustam, q̃ splẽ ei mittit per cannalem proprium ad id destinatum. Et si de melancholia non adusta signum istud intelligatur, intellige per ardorem stomachi punctionem quandam ab acredine melancholiæ plurimæ orificium stomachi stimulante sicut fit interdum ex usu nimio fortis aceti. Septimum est desiderium mendosum .i. appetitus cibi membris non egentibus alimento, sicut .n. crapulosi gulones quibus uẽter uelut Deus est & nõ comedunt ut uiuant, sed uiuunt ut comedant acetosis & stypticis cibis sibi prouocant desiderium comedẽdi: membris alimento non indigentibus, sic melancholiæ multitudo depulsa frequenter a splene ad os stomachi ꝓuocat appetitum sui acetositate & stypticitate emulgens humidum quod in eo est inaniens ipsum sicut in una uera fame. Octauum est urina grossa fusca aut nigra propter permixtionem melancholici humoris, qui talis est cum ea. Nonum est corpus brunum & pilosum. Et intellige brunũ in coma & barba & alijs pilis corporis, ut non coincidat istud signum cum signo secundo, quod exponebatur de colore cutis. Et sunt pili bruni dominante melancholia propter nigredinem fumorum decisorum ab ea, q sunt materia pilorum. Et sunt multi propter multitudinem fumorum melancholiæ ex siccitate & terrestreitate ipsius. ipsa enim est magis fumosa quàm uaporosa. Decimum est frequentia euentus melancholicarum ægritudinum, sicut morpheæ nigræ propter sparsionẽ melancholiæ, sub cute & ulcerum malorum. uidelicet cancrosorum ex melãcholia adusta carnẽ corrodente & splene ticæ passionis propter multitudinem melancholiæ congestę in splene facientis ipsum intumescere & indurare. 11. est ætas senectutis, de qua dicit Gal'. 5. morbi. cap̃. 4. (Gal.) Senectus nihil aliud est q̃ mala complexio frigida & sic. & ideo melancholiam multiplicat, & super dominio eius attestatur. 12. est complexio melancholica frigida, quę ex sui natura per se & ꝓprie melancholiam gñat, & per uiam indigõnis multiplicat phlegma uel cõplõ uehementer calã & sic. quæ humores addurit & in mel'iam conuertit. 13. est consuetudo abundanti in mel'ia & mel'icis ægritudinibus & fluxibus melancholici humoris per hęmorrhoydes uel aliunde.

14. est regio vel vehementer calida adustiua humorum, si cut terra æthiopum multiplicans adustam melancholiam vel regio pruinosa tenebrosa grossi aeris vicina paludibus si cut mantuana, quæ melancholiæ naturalis est generatiua. 15. est ars seu artificium tanti laboris q humores aduris & melancholicos efficit, vel artificium quod fit in locis terris turbidi & grossi aeris vt artificium extrahēdi ferrum & alia metalla vel lapides aut terras a cauernis profundis. 16. est tempus anni.s.autumnus qui multiplicat melancholiam quia est frigidus & sic.inordinatus, vt ait Gale.tertia aphorismorum.cōmento illius cañ. Autumnus phthisicis malus. recipit etiam interdū ab æstate quæ præterijt humores adustos melancholiçatos. 17. est regimen præteritum ex cibarijs melancholicis, vt caulibus, fabis, orgeo pane, carnibus bouis, cerui, leporis, cygnorum, anserum, anatum, casei antiqui, quæ grossitie & terrestreitate suæ substantiæ gñant melancholiam. 18. est sōnia terribilia de tenebris aut penis infernalibus vel de cruciatibus vel de rebus nigris aut de terroribus ex casu in abyssum, vel in manus latronum, vel inter serpentes, vel sæuas bestias deuoratrices. Multa ex

Rasis. his signis commemorat Rasis. 1. Almansoris.cap.de signis caliditatibus choleræ nigræ dicens. Ardor stomachi multitudo canini appetitus & fuscus color & sanguinis nigredo ac spissitudo, & vrina nigra vel rubea fusco participans colore vel viriditati appropinquans. Corpus præterea tale fit i quo nigra solet generari cholera. In corporis autem albis & crassis & nudis a pilis cholera nigra vel raro vel nullo modo generatur. In corporibus autem bruno coloratis colore & macris, atq; colorem habentibus ex rubeo & fusco commixtū & musculos & in corporibus russis & rubeis quando multū laborant vel male reguntur, & si cum hoc cibaria quibus prius vsus fuit choleræ nigræ generatiua fuerunt & prius regimen simile & corpori præterea acciderit, scabies & morphea nigra & pustulæ malæ, & splenis augmentum, quando ista affuerint non est amp. dubitandum choleram nigram dominari. Hæc ille.

Cap. viij. De signis quæ oppilationē demōstrāt.

Dum materiæ coniunguntur & significationes eas demonstrant, & sentitur extensio & non sentiunē significationes repletionis in toto corpore oppilationes proculdubio ibi adesse intelliguntur.

In hoc cap. primo dantur signa oppilationis simpliciter. Secundo oppilationis viarum per quas currere solent materiæ plurimæ.ibi⌊ Verūtamen grauitas.⌉ Tertio oppilationis aliarum viarum.ibi⌊ Cum autem oppilationes.⌉ Quarto oppilationis venarum.ibi⌊ Amp. plurimi.⌉ In prima

Oppilationis indicia. parte dicit q quando materiæ humorales fluere solitæ coniunguntur.i.cōmiscentur & retinentur in parte aliqua, & per sua propria signa retentæ monstrantur, et sentitur in parte illa vel prope eam dolor extensiuus, vel extensio insolita sine signis repletionis totius corporis indubie signatur oppilationem ibi adesse. Cuius cognitio valde necessaria est medico, quia est prægnans mater & nutrix assidua fere omniū ęgritudinum materialium prohibens transitum alimenti ad membra, & expulsionem superfluitatum suarum.

Verūtamen grauitas in oppilationibus sentitē cum oppilationes in cannalibus existunt p quos multas currere materias est necesse, sicut oppilationibus quæ in hepate fiūt, quoniam cum illud quod ex cibo ad hepar peruenit oppilationes penetrare prohibuerint colligeē ex eo res multa & retinebitur & grauabit uehementius quàm apostema, & discernetur ab apostemate per multam grauitatem & febris priuationem.

In hac secunda dicit primo q in oppilationibus cānaliū per quos necesse est transire materiam plurimam sentitē grauitas manifesta, vt in oppilationibus hepatis sentitur grauitas in hypocundrio dextro, quia cum oppilationes istæ prohibuerint transitum chyli ad hepar ex quo generari solēt oēs humores, & aquositas vrinalis colligetur ex chylo illo multa quantitas, quæ retenta grauabit seu dolorem grauatiuum infert plus q̄ apa. Secūdo dicit q talis oppilatio differt ab apostemate in quo etiam est grauitas. Primo quia grauitas maior est in oppilatione q̄ in hepate. Secundo per priuationem febris, scilicet quia in oppilatione sola sine apostemate raro est febris. Et in apāte partium interiorum maxime principalium vt plm est febris. Et hoc ideo est, quia materia simplicis oppilationis minus conculcata est q̄ materia apostematis, quare minus putrefit. Attende q oppilatio in corporibus a quibus resoluitur vapor aereus raro parit febrem sed in corporibus a quibus resoluuntur multi fumi capinosi sæpe febrem inducit. Iuxta illud Gal. 1. megatechni. cap. 1. Gal.
Oppilatio pororum aliquando febrem generat, aliquando minime, quia corpora de qbus calidus & capinosus fumus dissoluitur si aliqua claudantur occasione febris generatur. Corpora vero de quibus calidus & humidus vt pote aereus dissoluitur cum oppilantur, rarissime febris oritur.

Cum autem oppilationes in alijs fuerint cānalibus non sentieē grauitas sed sentietur retentio penetrationis sanguinis & extensio.

In hac tertia dicit q cum oppilationes fuerint in cannalibus, per quos pauca solet transire materia sī in venulis mēbrorum exteriorum non sentitur in eis manifesta grauitas, sed sentitur in eis retentio.i. impedimentum penetrationis sanguinis & extensio aliqua siue dolor extensiuus, quia tales cannales propter sui paruitatem non possunt multum comprehendere materiam aggrauantem suo pondere partē oppilatam. Sed quæreret aliquis qño sentiē retentio penetrationis sanguis.dic q per distēsionē mæ dilatantis vel pruritum aliquē inductum ab ea, vel ex discoloratione membri ad quod fluere solebat sanguis e a huiusmodi canalibus.

Amplius plurimi oppilationes in uenis hñtiū colorem habent citrinum, qm̄ sanguis per foramina sua ad cutis superficiem non accedit.

In hac quarta dicit q plures habentium venas habent colorem corporis citrinum quia sanguis totus i integritate sua prohibetur per oppilationem ad superficiem cutis accedere sed ad eam fluit subtilis cholera vel aquositas citrina qua citrinatur. Nunq̄.o. vel rarissime oppilatio est tanta quin sub tile aliquid per eam penetrare possit. Iuxta illud Gal. 9. megatechni. cap. 1. Cum vero oppilationem dicimus intelligimus vias & foramina de quibus fumus dissoluitur oppilata esse neq; arbitreris ea adeo esse oppilata vt nihil fumi ab eis egrediatur, maxime quod subtilissimum est. hoc enim impossibile est fieri io ossibus quanto magis in carne. Gal.

Cap. ix. De signis uentositatem significantibus.

Ventositates cognoscuntur per id qd ex doloribus accidit membris sensibilibus. Et hoc quidem sequitur illud q ipse ex solutione continuitatis efficiūt. & cognoscuntur per motus qui accidunt membris. Et cognoscūtur etiam per sonos. Et cognoscuntur etiam per tactum.

Ventositatis cognoscendæ modus quadruplex. In hoc cap. prio dat quatuor modos noscēdi vētositates. Scđo exeqē de prio.ibi⌊ Dolores.⌉ Tertio de. 2.ibi⌊ Cognitiones.⌉ Quarto de. 3.ibi⌊ Ex sonis.⌉ Quinto de quarto.ibi ⌊ Earum.⌉ In hac pria parte dicit q ventositates noscuntur quatuor modis. Primo per dolores quos efficiunt solueđo continuitatē

continuitatẽ mẽbrorũ. secundo ꝑ motus quos in mẽbris faciuot ventositates, sicut per saltũ q fit id lacertis tertio ꝑ sonos a ventositate illatos vel a percussore, quarto per tactũ tangentis deforis locum reclusionis ventositatum.

Dolores autem extendentes uẽtositates significant, & praecipue si uehementes fuerint. Quod si illic permutatio ex dolore fuerit iam significatio completa erit. Et hoc quidem non erit nisi cũ continuitatis solutio in membris fuerit sensibilibus. In eis autem quae sunt sicut ossa aut caro glãdulosa non apparet hoc per dolorem. est tamen cum in ossibus fiunt uentositates quae ossa rũpẽdo frangunt, ubi non erit dolor nisi sequens pũcturã, qua os fractũ illud quod ẽ corã ipso frãgit.

In hac secunda dicit pñ ꝙ dolores extẽsiui maxie si vehementes fuerint sigñant ventositates. Et si dolor ille vehemeos ꝑmutet cito de parte in partẽ, tũc est certa & cõpleta significatio ꝙ a ventositate procedit. humores. n. nõ sunt ita mobiles vt ventositates. Põt aũt dolor extensiuus & a ventositate fieri & ab humore. Iuxta illud Prin. primi. secunda. doc. secunda. summa secunda. ca. 10. Extensiui vero dolõris causa est ventositas aut humor qui neruũ aut musculũ extendit, ac si ipsum ad suas trahat extremitates. Sed ventosus ab humorali discernitur facili motu eius de parte in partẽ & carentia ponderositatis. Secundo dicit ꝙ cognitio ventositatis ex dolore ꝓpter solutionem cõtinuitatis noo erit nisi qñ solo continuitatis fuerit I membro sensibili. In membris. n. quae suot sicut ossa & chartilagines & ligamenta & caro glãdulosa nullos habeos neruos nõ apparet seu manifestat vẽtositas per dolorem. Tertio dicit ꝙ interdũ fiũt io ossibus ventositates frangentes ossa rũpendo, & non erit ibidem dolor ex pte ossis fracti, sed quia os fractũ rũpit vel opprimit mẽbra sensibilia sibi proxia sicut pãoiculũ q cooperit ipm.

Cognitiones autem uẽtositatum ex motibus membrorm sunt, sicut cognitiones ex saltu accidente ex uentositatibus quae generantur, & mouentur ad hoc ut exeant & resoluantur.

In hac tertia dicit ꝙ cognitio ventositatũ sumpta ex motibus membroꝝ est sicut cognitio ex saltu ꝓueoiente a ventositatibus quę gñantur & mouent ad hoc ut exeaot & resoluantur. i. quas natura gñat ex hũoribus cõtẽtis in neruis aut musculis, quos cum non possit ꝓpter grossitiẽ suae substãtię expellere subtiliat eos & cõuertit ad formã vaporis vel ventositatis vt facilius expellat. Et intellige hic per saltũ dilatationem membri alicuius ex grossa ventositate quę frequenter apparet io supercilijs & fronte & angulis oculorum & cute, et quãdoque circa regionem cordis. Et hunc motum vocat Gal. quioto morbi iectigationem.

Saltus idẽ qd' iectigatio.

Ex sonis autem cognoscuntur, quoniam soli aut erunt in ipsis eisdem, sicut uentris rugitus & eis similia. & sicut sonitus in splene cũ eius dolor ex uentositate fuerit aut ut sonus in eis fiat ꝑ percussionem quẽadmodum dignoscitur hydropisis inter ascitẽ & tympanitẽ per percussionem.

In hac quarta dicit ꝙ uẽtositates cognoscunt ex sono duobus modis. Vno modo ex sono quẽ ipsemet inferunt in mẽbro in quo sunt vel per quod transeuot, vt rugitus vẽtris uel sonitus splenis indicãt vẽtositates in his membris cõtineri. Alio modo ex solo illato a medico percutiente vel aliq alio supra locum in quo ventositas claudit. Et hoc mõ noscit hydropisis, & dñia est Iter ascitẽ & tympanitẽ. Nã vẽter ꝑcussus sonat in ascite sicut venter aqua plenus cũ quadã gurgulatione, & in tympanite sonat ad instar tympani percussi.

Earũ autem cognitiones ex parte tactus sunt. Verbi gratia, quia tactus discernit inter inflationem, & tumorem cum humoribus, propterea ꝙ inflatio est ibi cum extensione & cedit impressioni & non in materia fluida & liquida aut humore uiscoso. sensus. n. tactus inter ista discernit. Et differentia quidem inter inflationem, & uentositatẽ non est in substantia immo in forma motus stationis & comprahensionis.

In hac quinta dicit primo ꝙ ventositates tactu cognoscunt. Nam tactus discernit inter iflationẽ ventosam & tumorem humoralem, quia io inflatione est extẽsio membri maior ꝓpterea ꝙ ventus sub pauca materia multũ locũ occupat & facilius cedit cõpressioni manus propter mobilitatẽ ventositatis, ex qua fit. Non sic autem euenit in materia fluida et humida vel humorali viscosa. Et haec discernuotur per sensum tactus. Sed iostabit aliquis quia in tympanite ventositas minus cedit ꝑcutiẽti q̃ in ascite aqsitas, sicut tympanũ fortius repellit baculũ q ꝑcutit & acutius sonat q̃ vter aq plenus. Itẽ I tũoribus hũoralibus tibiaꝝ hydropicorũ & augmasticorũ impraessio leuit' cũ digitis fit et aliquandiu permaoet.

Ad primũ dic ꝙ ventositas clausa I mẽbro qd' distẽdit nõ hñs spiraculũ neq; viã nõ cedit Ipressiõi sed fortiter resistit. verũ de tali nõ loqt hic Prin. sed de mobili facile de loco ad locũ. Ad secũdũ dic ꝙ licet humoralis tũor cedat digito ꝓmenti, citius tñ cederet ventositas libere mobilis. Secundo dicit ꝙ ventositas non differt in sub̃a ab iflatione sed in forma motus & stationis & comprehẽsionis vel cõpressiõis, ut alij libri hñt. Nam ventositas ꝓprie dr̃ vẽtus mobilis de pte I partẽ sicut I rugitu, uel a corpe exiẽs sicut truila aut bõbus, sed ioflatio dr̃ vẽtus stans in parte aliq constrictus seu coartatus. Et differt a cachexia, quia I cachexia veotus Imiscetur sub̃ae mẽbri, sed in iflatione cõprehendit I concauitate vl' cõcauitatibus membrorũ. Iuxta illud. Prin. primi secũda doctrina prima. ca. 5. Inter cachexiã vero & iflationẽ existit differentia duobus modis. Vnus est eẽntia, & alter est cõmixtura. Et declaratio istius est ꝙ ventus hic. s. in cachexia in mẽbri substantia est admixtus, sed in iflatione ẽ aggregatus & separatus & non admixtus membro. Et cachexiã quidem inuenit sensus mollem, sed inflatio sensui resistit resistentia multa aut pauca. Haec ille.

Ventositas duplr.

Ventositas qd. et iflatio et cachexia.

Cap. x. De signis apostemata declarãtibus.

APparentia quidem declarant sensus & praesentia nominant singulare.

In hoc cap. t. agit de signis apatũ apparẽtiũ & occltoꝝ calorũ et fridorũ. secundo de signis apatum q ad saoiem conuertunt. ibi Cunq; collectionẽ. Tertio de signis permutatiõis materiae apatis de membro in membrum. ibi Est aũt cum inocculcis. Prima pars est pñs textus, in q̃ pño agit de signis apatũ apparentiũ. secũdo de signis occultorũ calidorũ. ibi Occultorum vo. Tertio de signis occultorum fridorum. ibi Frigidũ aũt dolor. Quarto in spãli de signis apatum calidorũ I neruis. ibi Cũ st apata calã. Quinto de gñali signo oium apatum interiorum. ibi Amplius oia. In hac prima particula pño dicit ꝙ sensus visus & tactus nob sufficiẽter mãifestãt apata quae apparẽt, I exterioribus corporis, ita ꝙ ad horum cognitionẽ gñaliẽ secũdum ꝙ apata sunt suff. cit ea videre & palpare digitis sine alijs signis. Secundo dicit ꝙ pręsentia noiant singulare. i. signa indicatiua q apparent io eis declarant singulare esse seu determinatum apatis extrinseci, vt rubor calor dolor pulsatiuus & tumor magnus phlegmonem, rubor crocealis calor adustiuus, dolor pungitiuus paruitas tumoris erysipelam, tumor mollis fridus Idolorosus oedemiam, tumor durus frigidus sine sensu sclirrhosim.

Occultorum uero calida demonstrat febris comitans ea, & grauitas si membrũ in quo existit caret sensu, & grauitas cum dolore pungitiuo si membrum apostemosum, sensum hũerit. Ex eis etiam quæ ipsa declarant aut in declarando iuuant est nocumentum in operatiõibus illius mẽbri ingrediens. Et ex illis quæ ipsa uehementer significãt est sentire inflatiõem in parte illius mẽbri, si sensus ad ipsum semitam habuerit.

Apãtis calĩ cognoscendi signũ quadruplex.

In hac secunda dat quatuor signa apãtum calidorum occultorũ. Primum est febris comitans ea sicut ĩ pleuresibus ꝑiphleumonijs phlegmonibus hepatis & splenis cõit᷑ adest febris continua ꝑpter incessantẽ effumatiõnẽ ipsorũ ad cor. Secundum est grauitas sensata ꝑpe locum apãtis sine acumine doloris, si mẽbrum apãtis sine sẽsu fuerit, vt splen hepar, & grauitas cum acuto dolore si mẽbrum apõsum hũerit sensum, vt pãnicuIi pectoris stomachus diaphragma. In quorum apãtibus vehemens sentit᷑ dolor, tum propter malã cõplõnẽ diuersam partis apõsæ, tum propter solõnẽ suæ cõtinuitatis. Tertium est nocumẽtum opõnis ptis apõsę, vt nocumẽtum anhelitus in periphleumonia & sanguificatiõis in phlegmõe hepatis & mundificationis melæ ĩ phlegmõe splenis. Quartum est sentire ĩflatiõnẽ ĩ parte apõsa si sensus ad ipsã semitã habuerit. i. si sensus tactus medici vel ꝑgtl pertingere possit ad apõsum mẽbrum, sicut pertingit ĩ apãtibus splenis & hepatis declinantibus ad exteriora, maxime si fortis cõpressio fiat & pertingere nõ potest ad periphleumonias et apãta renũ. Et istud ẽ de vehementibus signis apãtis.

Frigidum autem dolor proculdubio non comitatur. Cuius uẽa signa demonstrare est difficile. Quod si facilia facta fuerint necessario erunt tediosa. Melius ergo est ut sermo de eis posterius ad dictiones cuiusq; mẽbri particulares referuetur. Quod autem hic dicemus est ꝙ cum sẽtietur grauitas & non dolor, & fuerint cum eo significationes dñij phlegmatis, existimandum erit ꝙ sit phlegmaticum. Et si cum eo fuerint signa dominij melancholiæ erit melancholicum, & proprie cum tangetur & fuerit durum. Durities nãque est de conuenientioribus significationibus ad ipsum declarandum.

In hac tertia dicit primo ꝙ ĩdubie dolor non concomitatur apãa fridum, qa friditate suæ materię minuit & hebetat sẽsum tactus membri in q ẽ, nec subito sed passim soluit eius continuitatem ꝑpter tarditatem sui motus. Id tñ ĩtellige de dolore graui acuto. In sclirrhosibus. n. hepatis spleni & renũ manifeste sentit᷑ dolor grauatiuus. Secũdo dicit ꝙ difficile est tradere complete signa vẽa fridi apãtis. Et si ipsa essent facta facilia sic ꝙ in ordinem aliqs hæc redegisset. narratio tñ horum est hic tediosa, quia indigeret uerbis ꝑlixis, quare melius est vt determinatio de eis differatur vsq; ad seo seu dictiones particulares. 3. cañ. &. 3. fen quartl. In quibus agit᷑ de cãis signis & curis apãtum membrorum. Tertio dicit ꝙ qñ in parte aliqua interiori sentitur grauitas manifesta sine dolore & signa dñij phlegmatis ibi affuerint sigñabunt apãa phlegmaticum illic esse quod çimia & œdemia vocari solet. Quarto dicit ꝙ si grauitate partis alicuius interioris absq; dolore signa dñij melancholię apparuerint sigñabunt apãa melĩcum, qđ sclirrhosis & sqrrus consueuit appellari, & maxime si perueniente ad ipsum tactu durum apparuerit. durities enim de conuenientioribus signis est ad declarandum tale apostema.

Sclirrhosis qd & sqrrus.

Cum autem apostemata calida in neruis fuerint erit dolor uehemens & febres fortes quæ cito ad extensionem & turbationem intellectus perducent, & in motibus dilationis & cõstrictionis facient nocumentum.

Apãtis calĩ ĩ neruis signũ quintuplex.

In hac quarta dat quinq; signa apãtum calidorum in neruis seu neruosis membris. Primum est uehementia doloris propter multam sensibilitatem particulæ patientis. Secundum est febris fortis propter inflãmatiouem plurimam humorum & spirituum ex vehementia doloris. Tertium est extensio. i. spasmus vel thetanus, tum ꝑpter fortitudiem doloris & febris, tum propter fortitudinem sensus membri patientis, cuius cõtinuitas in apãte soluit᷑. Iuxta illud Gal. 3. techni. Nerui vero & tenantos punctura propter plurimũ sensum, & ꝑpter hoc ꝙ continua est secundum principium particula passa est aduocare spasmos. Quartum est alienatio mentis propter colligantiam magnam nerui apõsi cũ cerebro sicut cum radice, quare facile recipit cerebrum ab eo vapores corruptos perturbantes mentẽ vna cum febre. Quintum est nocumentum seu lęsio in motibus cõstrictionis & dilatationis voluntarijs, tum ꝑpter spasmum, tum ꝑpter oppilationem nerui apostemosi, quæ non finit spiritus motiuos transire ad partes solitas recipere motum ꝑ mediũ nerui lęsi, tum quia dolor augetur in neruo lęso ex motu.

Amplius omnia interiorum apostemata in myrach tenuitatem & macredinem efficiunt.

myrach quid.

In hac quinta dicit ꝙ omnia apãta membrorum interiorum trunci corporis in hoc cõueniunt ꝙ attenuant & demacrant myrach. Et est myrach panniculus exterior ventris cõpositus ex cute & panniculo carnoso cuti immediate supposito & lacertis vẽtris. Iuxta illud Prin. tertij. 13. cap. 1. Cum ergo verificaueris tunc scies ꝙ cutis & pãniculus qui ẽ post ipsam & est carnosus & lacertus positus cum tunica quę est suprema tunicarum lacerti ventris non determinate omnes sunt ĩ summa myrach. Causa uero cur myrach extenuatur in apostematibus interiorum membrorum est propter oppilationes illatas ab eis prohibentes liberum transitum alimenti ad myrach, & quia hæc apostemata cõiter fœdãt uel diminuunt appetitum & debilitant digestiuam.

Cunque collectionem facient apostemata in uisceribus & secundum exituræ semitam processerint infestabit dolor uehementer & febris, & exasperabitur lingua ualde, et uigilię fortiores fiẽt, & accidentia augmentabuntur, & accrescet grauitas, & fortasse sentietur grauitas & infixio. Est etiam cum in corpore subito apparet macies & in oculis repentina concauitas.

In hac parte secunda primo dat signa conuersionis apãtũ interiorum ad saniem. secundo dat signa saniei iam factę in eis. ibi ⌊ Cunq; illud ⌉ Tertio signa ruptionis eorũ & eruptionis saniei ab eis. ibi ⌊ Cunq; aperietur. ⌉ Quarto agit de via per quam expellitur. ibi ⌊ Materia autem. ⌉ Quinto de signis salutis post eruptionem materiæ eorum. ibi ⌊ Et significatio quidem bona. ⌉ In hac prima particula dat nouem signa quibus cognoscitur ꝙ apãta viscerum faciant collectionem saniei, & ꝑcedent secundum uiam eruptionis seu exiturę, nõ secundum viam resolutionis vel indurationis. Primum ẽ dolor vehementer infestãs in loco apãtis & circuitu eius. Secundum est vehementia febris. Istorum signorum meminit Hip. aphor. secunda dicens. Circa generationẽ saniei dolores & febres magis accidunt ꝙ̃ facta sanie. Et Gal. ĩ cõmento dicit. Dolor autem inde fit propter extensionem mẽbri in quo est apostema & calefactionem sui. cor enim calefit ex calefactione membri in quo apãa fit, quod erit cum sanguis mouetur ebulliens ad mutandum in saniem. Tertiũ

Saniei collectionis ĩ apãtis uiscerũ indicia.

Hippo.

Gal.

est asperitas

est asperitas linguæ vehemens ex fuliginibus eleuatis ad eã a loco putredinis et fumis capinosis expiratis a pectoralibus transeuntibus assidue cum aere per ipsam & ex vehementia caloris febrilis, quo quasi torrefit & arefit & crispatur & iterdum finditur. Quartum est superabundãtia vigiliarum, quę dicitur arabice sahara propter fumos acutos ad cerebrũ latos, & super calefactionem cerebri cũ desiccatione ex fortitudine febris. Quintum est augmentatio accidentium si cut debilitatis virium ingetudis corporis, oppressiõis anhelitus, casus apperitus, clamosæ sitis & consimilium propter fortitudinem pugnæ naturæ contra materiã apãtis & rebellionem dictæ materiæ & vehementiam febris & doloris.

Sahara quid.

Sextum est augmentatio grauitatis seu ponderis sensate in loco apostematis, propterea q in digõne materię apostematis & cõuersione eius ad saniem partes eius subtiliores resoluuntur & grossæ graues remanent vt cinis. Cuius rei signũ est q si apostema aperueris añ sui digõnem emanabit uirus sanguineum aquosum subtile. & si post digõnem aperueris exibit sanies grossa compacta terrestris. sanies enim de sanguine est sicut cinis ex multorum lignorum accẽsione, vt ait Gal. secunda apho. commen. illius cañ. Circa generationes saniei. Septimum est q fortasse sentiet in loco apostematis cum grauitate infixio. i. dolor acutus, ac si spina vel acus esset ibi infixa propter acumẽ quod acqrit sanies in sui gñone sicut in pleuresi. Octauum est macies interdum subito apparens propter liquefactionem carnis & adipis ab ardore febris, & vehementia doloris & superfluitate vigiliarum & tenuitate diætæ. Nonum est concauitas in oculis repente apparens ipsis tendẽtibus ad Iteriora, pter desiccatiõem & cõtractionẽ suoꝝ humorꝝ & tunicarꝝ et ligamẽtoꝝ et neruoꝝ opticoꝝ a fortitudine febris & doloris & vigiliarum.

Gal.

Cunq; illud quod collectum est fit maturum febris fortitudo & doloris & pulsus sedatur, & loco doloris res aduenit quæ est sicut pruritus, & si rubedo & durities ibi affuerint minorabitͬ rubedo & mollificabitur durities ut cõpressioni cedat, & sedabuntur accidentia omnia dolorem facientia & grauitas ad sui finem perueniet.

In hac secunda dat quinque signa saniei iam factæ in apatibus membrorum interiorum. Primum est sedatio fortitudinis febris doloris & pulsationis in loco apãtis quando illud quod collectum est fit maturum. i. qñ materia collecta ad apã iam digesta est & facta sanies tunc enim cessat ebullitio materiei apãtis & vehementia extensiõis vnde procedebant febris dolor & pulsatio, propter ea q natura p digõnem subtile resoluit grossum cõmiscuit & cõtemperauit. Secundum est dispositio similis pruritui loco doloris aduenies. sicut. n. phlegma salsum vel cholericus humor cuti suppositus acumine suo pruritum Iducit, sic sanies acuitatẽ adepta pruritum quẽdam vel titillationem infert. Cuius rei signum est q in apãtibus extrinsecis postq̃ digesta sunt vix continemus quin scalpamus ea. Tertium est minoratio rubedinis & mollificatio duriciei si rubedo & duricies illic prius affuerint. Minoratio quidem rubedĩs, quia sanguis prę existens rubeus factus est sanies, quę si bona fuerit & laudabilis naturaliter alba est. Mollificatio vero duritiei ita vt cõpressione digitorum cedat, quia digestiua virtus duritiem liquæfecit, & humidum sicco bene permiscuit. Quartum ẽ sedatio vel minoratio omnium accidentium dolorem faciẽtium, vt debilitatum inquietudinum vigiliatum anxietatis anhelitus, delectionis appetitus, propter diminutionẽ febris ebullitionis & effumationis materiæ ad cor stomachum & cerebrum. Quintum est euentus grauitatis materię apatis ad sũmũ sui, ita q sanie facta grauedo maxima sentit, eo q digestio procedit ingrossando seu Iospissando.

Saniei factæ in apatis Iteriorũ signũ qn tuplex.

Cunq; aperietur accidet prius tremor mordicationem saniei sequẽs, Deinde apparebit febris propter exitum materiei & erit pulsus uacuitati & diuersitati aptus, et incedet secundum uiam debilitatis & paruitatis & raritatis & tarditatis, & in desiderio apparebit casus, & sæpe calefiunt per ipsum extrema.

In tertia dat quinque signa apertionis apostematis Iterioris. Primum est tremor sequens mordicationem saniei, si cut enim frigida vel feruens aqua subito corpori nudo superinfusa tremorem inducit, sic sanies apostematis ab ãtro suæ generationis exiens & membris sensibilibus superinfusa tremorem suscitat conãtibus his membris eam a se excutere, propter sui mordicationem & acumẽ. Secundum ẽ febris apparens pter exitũ mãei. i. cõmotionem vehementem & saniei effumationem ipsius ad cor & infectionem ac agitationem sanguis & spũum ab ea. Tertium est pulsus vacuus diuersus in suis motibus debilis paruus rarus & tardus. Vacuus, quidem propter terrefactionem naturæ vel recollectionem sui ad suum principium, vt fortificetur in expulsione saniei quare spũs & sanguis ad cor tendunt relĩquẽtes arterias uacuas. Diuersus autem propter tremorem & terrefactionẽ naturæ ab insolito & diuersitatem motus saniei. Sed debilis paruus rarus & tardus, vt in subito terrore propter retractionem caloris ad cor, qui per arterias diffusus solet reddeř pulsum fortem magnum velocem frequentem. Quartum ẽ casus seu defectus appetitus cibi manifestus, ptee effumationem saniei motę & humorum cõmotorum ab ea ad orificium stomachi quare repletus abolabilibus fumis & vaporibus cibos abhorret. Quitum est sępe calefieri extrema. s. manus et pedes per ipsum apostema quod erumpitur. Et circa hoc attende q licet hora eruptionis apostematis calor naturalis ad cor reuoceť & extremitates hac de cã infrigidentur, redeunte tamen ad exteriora calore & sanie diffusa p corpus ac effumante libere ad membra supercalefiunt manus & pedes. Et iterum quandoq; supercalefiunt propter arefactionem similem hecticæ præinductam ab interiori apãte & habituatum calorem illic derelictum. Iuxta illud Gal. 2. pronosticorum commento illius cañ. Et ex signis huius quę putribilia sunt cõiectitrabis. Digiti vero q̃uis secundũ plurimum in ægritudinibus chronicis infrigidentur, tamen in hectica sunt calidi, quoniam generatio harum febriũ ẽ in mẽbris radicalibus & caliras effũdit I extremitatibus digitorũ.

Aptiõis apãtis Iteriorũ signũ qn tuplex.

Gal.

Materia autem expellitur per causam suę partis aut in itinere spuẽdi aut mingẽdi aut egerẽdi.

In hac quarta dicit q materia apãtis interioris expellitur ad exteriora corporis per causam suæ partis. i. propter declinationem manifestam partis, in qua est ad aliquam uiarũ communium expulsionis, vt ad uiam sputi vel vomitus uel viam vrinæ vel egõnis. Nã si ipsa fuerit in pectoralibus cõmuniter per sputum eijcitur, si prope orificium stomachi p vomitum, si in sima hepatis, splene, aut Itestinis per secessũ, si in gibbo hepatis, renæ aut vesica pee vias vrinæ. Vel expone q materia apostematis expellitur per causam suę partis. i. erumpit ab antro, in quo est pee partem teneriorẽ & facilius rumpibilem vel aperibilem a sanie sibi faciente uiam suis acuitate & corrosione, & postea declinat ad aliq̃ uiarũ expulsionis. Vel expositione q materia apostematis expellit per causam suę partis. i. per ptes saniei magis acutas & plus corrodentes facientes viam toti apãti seu materiæ eius.

Et significatio quidem bona post apertiõem est, ut febris ex toto quiescat, & anhelitus fiat facilis, & uirtus uiuificetur, & materia cito in parte sua egrediatur.

In hac quinta dat signa bona. 4. portendentia salutẽ post apertionem apostematum interiorum. Primũ est ut febris cesset seu ex toto quiescat, Ex hoc. n. significatur dominium

naturæ completum ſuper materia apoſtematis & elõgatio dictæ materiæ a corde. Secundum eſt vt anhelitus fiat facilis, ex quo ſignificatur ꝙ ne.p materiæ apoſtematis nec fuligines eius ad pectoralia declinãt ſuffocatiõem vel oppreſſionem anhelitus illic inductur. Tertium ẽ uiuificatio virtutis in bene comedendo digerendo & dormiendo pulſu & anhelitu, propter ceſſationem febris doloris & malorum accidentium & elongationem ſaniei a membris pricipalibus.

Quartum eſt facilis & velox exitus materię in parte ſua.i. per partem ſuæ declinationis, ita ꝙ obedit plene & perfecte virtuti expulſiuæ. Similia fere ſigna ſalubria & mortalia his contraria meminit Hippo. ſecundo ꝓnoſticorum de apoſte
Hippo. matibus pectoralium dicens. Et quos febris in die rupturæ dimiſerit eos euaſuros pronuntiabis, nunc cibos appetũt, neque ſitiunt. Et modicum atq; coniunctum eſt quod egerũt. Pus quod faciunt album eſt & lene & per totum æquale, & ſine labore & cum modica tuſſi, & hi in breui ſanantur. Prope hos ſunt qui proxima ſigna ſignis eorum hẽbunt. Quos autem febris in apoſtematis ruptura non deſinit & quaſi iteratiua poſtmodum inuaſerit & afficiuntur ſiti & faſtidio cibi, & egerunt molle & pus quod iactant viret & liuet, & phſari ẽ admixtũ, his ſignis pertractatis perituros non dubitabis.

Eſt autem cum in occultis apoſtematibus materia de membro ad membrum mutatur. Et eſt cum hęc quidem mutatio eſt bona & eſt cum eſt mala. Bona autem eſt cum de membro nobili ad ignobile mutatur membrum, ſicut cum de apoſtematibus cerebri mutatur ad illud quod ẽ poſt aures, & de apoſtematibus hepatis ad inguina. Et mala eſt cum de membro ignobili ad membrum eo nobilius mutatur aut quod minus poſſit tolerare illud quod ei accidit, ſicut cum apoſtema laceris ad ptẽ cordis aut pulmonis mutaẽ.

In hac parte tertia primo agit de mutatione materię apoſtematum de membro in membrum, & diuidit eam in bonam & malam & deſcribit vtranq;. ſecundo dat ſigna mutationum dictæ materiæ ad inferiora & mutationum eius ad ſuperiora. ibi⌊ Mutatio præterea occultorum.⌉ Tertio declarat quæ mutationum ad ſuperiora deterior eſt, & quę minus mala. ibi⌊ Et illud quidem.⌉ Quarto dat ſignum ſalutis i omnibus apoſtematibus interiorum, & remittit nos ad alia ſuper his. ibi⌊ Fluxus præterea.⌉ In hac prima particula dicit primo ꝙ quandoq; contingit materiam occultorũ apoſtematum tranſire de membro in membrum. Et hoc accidit vel ex furioſitate materiæ per uiam ſymptomatis, vel ex fortitudine naturę ſeu membri expellentis & debilitate recipientis, vel ex applicatione repercuſſiuorũ fortium ſupra regionem primi apoſtematis, vel attractiuorum fortium ſuper membrum ad quod tranſit. Secundo dicit ꝙ mutationum materiæ apoſtematum interiorum de membro i mẽbrum quędam bona eſt, qua melioratur ægri diſpõ, alia mala qua deterioraẽ. Tertio dicit ꝙ bona mutatio eſt cũ materia apoſtematis mutatur de membro nobili ad membrũ ignobile, vt cum materia apoſtematis cerebri fluit retro aures, apoſtema illic generans, vel materia apoſtematis hepatis fluit ad aliquod inguinum ipſum apoſtemans. Quarto dicit ꝙ mala mutatio eſt cum materia apoſtematis mutaẽ de ignobiliori membro ad nobilius vt cum materia pleureſis ad cor aut pulmonem tranſit & ipſum apoſtemat, vel cum mutatur ad mẽbrum quod minus tolerare ſufficit apoſtema & accidentia eius, vt ſi materia apoſtematis ſplenis tranſmuteẽ ad orificium ſtomachi & ipſum apoſtemet. Grauius etenim aꝑa ſuſtinet ꝓpter fortitudinem ſui ſenſus.

Mãæ apoſæ mutatio duplex.

Mutatio præterea occultorum apoſtematum & inclinationes magnorum apoſtematum ad ſuperiora aut inferiora ſignificationem habent. Nam ſi in motibus ipſorum ad inferiora declinauerint in hypocundrijs apparebunt extenſio & grauitas. Et ſi in motione ſui ad ſuperiora declinauerint demonſtrabit illud nobis diſpoſitionis anhelitus malitia & eius coanguſtatio & ipſius difficultas, & pectoris conſtrictio, & ardor ab inferioribus incipiens & ad ſuperiora tendens. & grauitas in parte furculæ & capitis dolor. Et eſt etiã cum ſignum apparet in adiutorio & aſſeid.

In hac ſecunda dicit primo ꝙ mutationes apoſtematum interiorum de membro in membrum & declinatione ſuarũ materierum ad ſuperiora vel inferiora ſigna propria habens quibus cognoſcuntur. Et non loquitur hic de mutationibus materię de latere in latus, ſicut cum pleureſis dextri lateris conuertitur ad eam quæ fit in ſiniſtro, nec de mutationibus materierum de iterioribus ad exteriora quia ſunt manifeſtæ, nec indigent ſignis declarantibus eas. Secũdo dicit ꝙ ſi materia apoſtematis interioris declinauerit in motibus eius ad inferiora ſentiẽtur in hypocundrijs ſeu locis ſub coſtis grauitas & extenſio. Grauitas quidem ratione ponderis materiæ deſcendentis. Extenſio uero propter ſtricturam nimiam viarum, quas materiæ moræ ſuo impetu extendſit, maxime cum colliguntur ad apoſtema. Et iſta ſunt iteligẽda cum materiæ mouentur de regione vitalium vel aĩatorũ membrorum ad regionem naturalium, tunc enim tranſeũt vel per hypocundria vel prope. Sed ſi moueantur a cerebro ad fauces vel a gutture ad pectus non neceſſario ſequẽ tenſio aut grauitas in hypocundrijs. Tertio dicit ꝙ ſi materię apoſtematum interiorum declinent in ſuis motibus ad ſuperiora cognoſcitur id ſex ſignis. Primum eſt malitia diſpoſitionis anhelitus.ſ. coanguſtatio & malitia ipſius ex multitudine materiæ per pectoralia tranſeuntis. Secundum ẽ conſtrictio pectoris ita vt in elibano eius non valeant cor & pulmo ſufficienter dilatari propter oppreſſionem materierũ aſcendentium. Tertiũ eſt ardor incipiens ab inferioribus partibus, videlicet a loco primi apoſtematis & ſuperius tendens, tum ex caliditate materierum, tum ex motu ipſarum q eſt cauſa caloris. Quartum eſt grauitas ſeu pondus in directo furculæ. Nam per hanc tranſeunt venæ & arterię delatrices humorum ab inferioribus ad ſuperiora. Cum igitur illac materię tranſeunt & morantur paululum ex ſtrictura loci ſenſus ponderis ingerunt. Quintum eſt dolor capitis tã ex malis humoribus q̃ ex fumis & vaporibus trãſeuntibus ad ipſum & motus in eo. Sextum eſt ſignum aliquod apparens circa adiutorium bracchij & aſſeid.i. arundines ſeu focilia eius. Et hoc ſignum eſt punctio aliqua vel grauitas vel ſupercalefactio propter communicationem in ſtipite uenarum tranſeuntium ad brachia cum venis aſcendentibus ad caput, vnde fit vt de materijs ſurſum tendentibus interdum aliquid ad bracchia feratur.

Aꝑatũ mãæ ad īferiora declinã tis īdicia

Aꝑoſæ mãę aſcẽdẽtis ſignum ſextuplex.

Et illud quidem quod ad ſuperiora declinat ſi cerebro fuerit infixum erit malum et terrefaciẽs. Verũtamẽ ſi ad carnẽ laxã quæ eſt poſt aures declinauerit, euaſionis fiducia in ipſo erit.

In hac tertia dicit primo ꝙ ſi materia apoſtematis ſurſũ lata cerebro īfigatur ita vt ipſum apoſtemet erit malũ ſignũ & terrefaciens, quia omne apoſtema cerebri eſt mortale uel de morte ſuſpectum, ob cerebri dignitatem & febrem continuam quæ ipſum comitatur. Attende ꝙ frequenter in pleureſibus circa ſtatum earum fumi aliqui & vapores corrupti cerebrum petentes efficiunt paraphreneſim, quæ ſi parum duret & virtus præſtiterit non eſt multum verẽda, ſed cum materia pleureſis cerebro infigitur faciens phreneſim peſſimum eſt & mortale. Secundo dicit ꝙ ſi materia apoſtematum

ftematum interiorum furfum afcendens declinauerit ad car nem laxam glandulofam, quæ eft retro aures fiducia falutis & euafionis inde habenda erit. De tali declinatione materię loquitur Hip. fecundo pronofticorum dicens. Quibus peri-
Hippo. phleumonicis poft aurē & infra aurē apīa contingit & putre dinē fecerit cum crepuerit fiftulam parit, & fic euadunt.

Fluxus præterea fanguinis ex naribus in talibus apoftematibus eft fignum bonum, & in omnibus etiam interiorum apoftematibus. Tu autem ad hoc inquirendum expecta in eo quod poftea dicturi, fumus, ubi fermonem de apoftematibus inueftigabimus & difpofitionem cuiufq; occultorum membrorum nominabimus.

In hac quarta dicit primo ꝙ fluxus fanguinis narium fpōte fuperueniens eft bonum fignum in apoftematibus, quorum materiæ tendunt ad fuperiora & in omnibus apoftematibus interiorum membrorum, quia crifis optima & perfectiffima per fluxum fanguis narium fieri folet, cum fit educat groffum & fubtile materiæ peccantis modefte faciliter & fine anguftia. In teftimonium huius dixit Hip. pronofti. prima. Elegantius omnibus fignis fignum fanguis effufio ē ex his quæ funt in prænotatis locis. Secundo dicit ꝙ fermo completus de his expectandus eft & differendus vfque ad fen tertiam quarti, quæ eft de apoftematibus, & vfq; ad tertium canonī. in quo agitur de difpofitionibus cuiufq; mēbrorum interiorum tam apoftemofis ꝗ alijs.

Cap. xi. De fignis folutionis continuitatis:



Olutionem cōtinuitatis fi in mēbris acciderit apparentibus fēfus declarabit.

In hoc cap. primo excufat fe de non affignatione fignorum folutionis cōtinuitatis extrinfecę. fecundo dat figna folutionis intrinfecæ. ibi. Q. fi membris. Tertio remittit nos ad libros particulares tertium & quartum de fignis cuiufdam folutionis continui. ibi. Et eft cum. Quarto declarat quæ folutionum continui & apoftematum funt deteriores. ibi. Et tu quidem. Quinto continuat dicta dicēs. ibi. Et quoniam pulfus. In hac prima parte dicit ꝙ fenfus. f. vifus & tactus fatis nobis manifeftāt folutiones continuitatis exteriorū membrorū, quare non eft opus aliqua de eis tradere figna quibus cognofcantur.

Quod fi in membris acciderit occultis dolor eam demōftrabit perforatiuus aut pungitiuus aut corrofiuus, & præcipue fi non cum eo affuerit febris. Et ipfam multotiens comitatur humoris fpiffi cum fanguine, exitus ad amplitudinem defcendentis. Et purulentæ materiæ egreffio fi poft fignificationem apoftematum fuerit & eorum maturationem. Quæ autem eft poft apoftemata eft cum fignificat apoftematis apertiōem cum maturatione & eft cum non. Si uero cum maturatione fuerit febris cum apertione quiefcet & euacuabitur pus, & quiefcet grauitas & alleuiabitur. Quod fi non ita fuerit dolor fiet maior & augmentabitur. Eft etiam cum continuitatis folutio ex membri diflocatione a fuis locis & ex receffione membri a fuo loco, & fi non diflocetur ficut ruptura dignofcitur. Et eft cum ipfa cognofcitur retentione eius quod euacuari cōfueuerat ex cannalibus, quoniam fortaffe ad cannales. aut ad amplitudinem quam continuitatis folutio facit, defcendet, & non fecūdum naturalem feparatur uiam, quemadmodum illi contingit cui inteftina rumpuntur cum egeftio foras exire ei prohibetur.

In hac fecunda affignat quinque figna folutionis intrinfecę. Primum eft dolor perforatiuus vel pūgitiuus vel corrofiuus, maxime fi non affuerit febris. Iuxta illud Gal. 2. techni. Dolores vero fecundū quē incumbunt locum aut continuitati folutionem aut alterationes fubitas oftendunt. Soluit igit̄ continuitas inciffione & comeftione & fractura & tēfione. Alteratur vero fubftantia caliditate & frigiditate ficcitate & humiditate. Hæc ille. Cum igitur foluitur intra continuitas incifione, tunc fentitur dolor pongitiuus vt in pleurefi, dum comeftione feu corrofione dolor corrofiuus vt i cancris interioribus. dum fractura & tēfione dolor perforatiuus vt in colicis & iliacis, in quibus materia groffa aut ventofitas quæ retinetur inter tunicas membri duri & groffi, ficut corpus inteftini colon inceffāter ipfum rūpit & in ipfum penetrat ftimulādo ac fi cerebro perforaretur, vt ait Pri. c. 10. fummæ fecundæ doc. fecundæ. huius fen. Signanter dicit̄ fi non cum eo. f. dolore affuerit febris, qa ex febre fola vel alia mala complexione diuerfa fine quacunq; folutione continui poteft fieri dolor. Secundum eft exitus humoris fpiffi cum fanguine defcendentis ad amplitudinem. i. aliquam amplā concauitatem vnde effluit, vt fi folutio fuerit in ftomacho effundit in concauitatem eius fanguinem qui cum phlegmatibus vomitu eijcit̄, fi i inteftinis cum fecibus per feceffū exit, fi in renibus aut vefica cū vrina effluit, fi in pectore cū fputo expellitur. Et hoc fignum non femper fed multotiēs comitatur folutionem in interioribus. Nam natura interdum non inuenit viam qua fanguinem expellat quare ibi putrefit putrefaciens partem in qua detinetur. Tertium eft egreffio materiæ purulentæ. f. quę eft vt pus vel fanie fi poft figna apoftematum & eorum maturationem apparuerit. Quod fignanter dicit, quia nihil prohibet faniem i venis aut alijs cōcauitatibus ex corruptis humoribus fieri & foras effluere fine folutione continui, licet tādem vias excoriet acumine fuo fi diu fluxerit. Et notat hic prin. circa hoc fignum ꝙ fanies effluens poft apoftemata quando fignificat apertionem apoftematis cum maturatione, & quandoq; fine maturatiōe ꝑpter violentiam aliquam. Et quando aperitur cum immaturatione febris quiefcit feu ceffat cum apertione & fanies euacuatur a corpore, & grauitas quæ præfentiebatur in loco apoftematis ceffabit & alleuiabitur æger. Quod fi non ita fuerit. i. fi materia apoftematis nō fuerit matura quando aperit̄ dolor fiet maior & augmentabitur malitia accidentium.

Solonis ētrinsecę signū qn tuplex.

Quartum eft diflocatio membri, ficut in ruptura inteftina li diflocantur inteftina, & in ftruma dorfi diflocantur fpondiles vel exitus membri a fuo loco feu fitu fine diflocatione integra, ficut cum torquetur caput adiutorij in pixide fpatulę vel vertebrum in fcia fine exitu totali a propria iunctura vel matrix i fuo loco. Ex his. n. fignificatur folutio aliqua cōtinuitatis. Quintum fignū fumitur ex huius retentione, qđ euacuari confueuerat ex cānalibus, propterea ꝙ illud dereliquit vias folitas & conuertitur ad cannales alios vel ad amplitudioem quam efficit feu cui viam dedit contiouitatis folutio, vt fi poft dyffenteriam vehementem fubito ceffet exitus fanguinis & fecum fine alleuiatione infirmi & fine caufa manifefta præfumitur inteftinum aliquod effe perforatū, & per eius foramen humores & feces defcendere vel effundi in concauitatem ventris.

Et eft cum continuitatis folutio non apparet, nec ꝑ figna cognofcit̄ uniuerfalia quæ nominata funt, unde in eius declaratione dictiones particulares funt neceffariæ quæ funt fecūdum unū quodq; membrum. Et hoc quidem ut membrū fenfū nō habuerit nec humorē fufceperit, qui ab eo effluat, nec a fuo loco moueri poterit, & alij

mēbro nō adhęserit, cuius dislocatione moueat͂.

In hac tertia dicit. primo ꝙ aliqua est solutio continuitatis non apparens nec apta cognosci p. s. signa vniuersalia nunc dicta, & ideo necessarius est sermo particularis secundum vnūquodq; membrum super declaratione signorum eius. Secundo dicit ꝙ talis solutio continuitatis est quę fit membro non habente sensum nec humorem recipiente qui ab eo effluat, nec apto recedere a proprio loco, nec adhęrente alij membro, cuius dislocatione remoueatur a proprio loco sicut ossa serraliter coniuncta vel aliter coniunctione firmissima & imobili vel chartilagines aut ligamenta.

Solutio cōtinuitatis nō apparēs quæ.

Et tu quidem scire debes ꝙ apostemata & cōtinuitatis solutio quæ deteriora habent accidentia sunt quæ in membris existunt neruosis quæ sunt fortis sensus, quoniam cum sunt perniciosa, sed syncopis & spasmus ea semper comitantur. Syncopis quidem propter doloris fortitudinem. Et spasmus propter membri neruositatem. Deinde illa quæ sunt super iuncturas, quoniam tarde meliorationem recipiunt propter uehementem iuncturæ motum, & propterea ꝙ amplitudo quæ est apud iuncturam est apta ut materia ad ipsam descendat.

In hac quarta dicit primo ꝙ apostemata et solutiones cōtinuitatis quibus assunt accidentia peiora sunt quæ fiunt in membris neruosis fortis & plurimi sensus ut in neruis musculis & chordis hę. n. interdum pniciosę sunt siue mortales, maxime quę fiunt in musculis timporum, propter fortitudinem sui sensus & proximitatem eorum cum cerebro & magnitudinem eorum & multitudinem suarum originum a diuersis cerebri partibus. Et has semper cōcomitantur syncopis & spasmus. Syncopis quidem propter superfluam resolutionem sanguinis & spirituum ex fortitudine doloris. Spasmus vero propter membri neruositatem quæ vehementer oppræssa solutione dolorosa vel apostemate retrahit versus suam originem. Secundo dicit ꝙ solutiones continuitatis & apostemata deteriorum accidentium post prędictas sunt hæ quę factę sunt super iuncturas. Primo quia propter assiduationem motus iuncturarum commouetur in eis dolor & melioratio seu curatio sua retardatur. secundo quia iuncturę sunt dispositæ recipere materias superfluas propter amplitudinem suarum cōcauitatum, quibus necessario indiguerunt ad libere explicandum suos motus. Attende ꝙ Hip. solutiones continuitatis deteriores commemorauit. 6. aphor. dicens. Vesicam incisam aut cerebrum aut cor aut diaphragma aut renes aut intestinorum aliquod gracilium aut ventrem aut hepar mortale est. Sed ibi loquitur de solutione cōtinui in membris organicis & interioribus. Hic vero videt͂ loqui Prin. de solutione in simplicibus aut extrinsecis vel ꝓpe superficiem corporis positis.

Et quoniam pulsus & urina existunt ex significationibus dispositionum corporis uniuersalibus de eis igitur loquemur.

In hac quinta dicit ꝙ post prædicta loquetur de pulsibus & vrinis scilicet in duabus summis sequentibus, quia sunt ex signis vniuersalibus, quibus cognoscuntur dispositiones corporis, videlicet, sanitas, neutralitas, & ęgritudo, de qbus quidem signis est doctrina præsens.

Finis expositionis Ia. de partibus.

Sequitur expositio Iacobi Forolitiensis super sūma prima & secunda doc. tertiæ Fen secundæ primi cañ.

Summa prima Doctrinæ tertiæ Fen secundę primi est de pulsibus, cuius sunt. xix. capitula.

Caplm. i. Sermo uniuersalis de pulsu.



Pulsus est motus receptaculorum spiritus ex diastole et systole compositus ad regendū spūm per aerem attractū.

Primo nota. vt quidam dicunt licet tā signa ab vrina sumpta & egestione q̄ a pulsu sint signa cōmunia, per quæ fere super omnia genera ægritudinum possumus significare, merito tamen Aui. visum fuit a pulsu inchoandā fore doctrinam. Est enim signum sumptum a pulsu certius & magis permanens, eo ꝙ significatio sumpta ab operationibus est prima & perdurans. s. magis q̄ sumpta a superfluitatibus, vt in hac secunda fen doc. tertia pmo cap̄. ponit Aui. Signum autem sumptum a pulsu est ab operationibus. Ab vrina vero a superfluitatibus, vt satis patet. Licet expedite dici possit hunc ordinem extitisse ad beneplacitum vt alij dicunt. Huius etiam ordinis potest dari causa, quia cōmunior est significatio sumpta a pulsu super dispositionibus corpis q̄ significatio ab vrina sumpta. Significamus. n. per pulsum imediatius super dispositionem virtutis vitalis. per vrinam vero naturalis. Communior autem causa omnium operationum nostri corporis & generalior est vitalis q̄ naturalis uirtus, vt supra declaratum est doctrina de virtutibus &c. Secundo nota. ꝙ hic terminus motus sumitur dupl̄r. Primo ꝓprie pro successiua mutatione continua cū alijs requisitis ad verum & proprie dictum motum. Et taliter non sumit͂ hic, eo ꝙ pulsus non est vna continua mutatio, immo plures in se continet continuos motus quiete et quietibus interceptos. secundo sumitur hic terminus motus communiter pro aggregatione ex mutatiōibus pluribus & quiete vel quietibus interceptis ad vnum tamen finem uel terminū tēdentibus, vel ordinatis, qualiter dicimus motum quo sor. vadit romā esse motum qui completur in vno mense &c. quia aggregatum ex motibus & quietibus interceptis completur tāto tēpore &c. Et sic in proposito dicimus pulsum esse motū, quia scilicet ex pluribus mutationibus aggregatum ad vnum finem ordinatis vt patebit. Tertio nota per receptacula spiritus in proposito intelligere debemus tam cor quàm arterias, licet quidam proprie arterias intelligant pro quāto sunt membra ad receptandū spiritum a corde trāsmissum & cōtinendum principaliter deputata. Quarto nota penes auctores cōmuniter hos terminos reperiri. s. pulsus anhelitus diastole systole expiratio respiratio & inspiratio. Intelligentes per pulsum motum cordis et arteriarum ad cordis & spiritus refrigerium & conseruatiōem ordinatum. Per anhelitum vero motum pectoris & pulmonis dilatatiuum ad aerem frigidum ab extra recipiendum & constrictiuum ad aerem calefactum et fumos exterius expellendum ad cordis et spiritus conseruationem principaliter ordinatum. Ex quo apparet inter anhelitum & pulsum cōuenientia quędam & differentia. Conueniunt. n. primo, quia ad eundem finem ordinantur. s. ad regimen spiritus & cordis, licet pulsus mediante minus & anhelitus magis. Conueniunt secundo eo ꝙ vterque compositus est ex motibus contrarijs. s. dilatatiōe & cōstrictione. Differūt autem ex parte mobilis, quia mobile motu pulsus est cor & arteria, motu vero anhelitus est pectus et pulmo. Differunt etiam ex parte mouentis, quia mouēs motu pulsus est uirtus vitalis, motu vero anhelitus est animalis & naturalis. secunda apho. in cōmēto illius aphorismi. Apoplexiam fortem soluere, prima tertij cap̄. de apoplexia. Per diastolem intelligunt motum dilatatiōis arteriarū ad expellendum aerem frigidum ab extra recipiendum & spiritū & sanguinem & aerem calefactum & fumos capinosos a corde expellendum quæ omnia tempore dilatationis in arteria recipiuntur. Intelligunt etiam corpus dilatatiōem ad aerem frigidum recipiendum ab arterijs. Contra vero per systolem constrictionis motum cordis & arteriarum ad expellendum aerem calefactum & fumos & spiritus & sanguinem distribuendum toti. Per inspirationem vero intelligūt pectoris & pulmonis dilatatiōem ad aerem frigidum ab extra attrahendum.

Motus duplex.

Spūs receptaculū quid.

Pulsus & Anhelitus qd & ī q̄ cōueniāt ac differentia

Diastole quid.

Inſpiratio & expiratio & reſpiratio qđ

attrahendum. Per expirationem intelligunt conſtrictionem eorundem ad ipſum aerem calidum & fumos expellendum. Reſpiratio vero eſt commune ad inſpirationem & expirationem ſecundum quoſdam, vel ſecundum alios componitur ex his, ſed de hac diuerſitatem non eſt curandū, puto tamen ꝙ proprie loquēdo reſpiratio & expiratio idem ſint. Et ita videtur vti Gal. iſto termino reſpiratio libro de vtilitate pulſus, dicitur. n. reſpiratio quaſi retro ſpiratio, ſed de nominibus non debet eſſe contentio. Quinto nota ꝙ regimē ſpūs ex multis perficitur. Primo prohibendo extenſionem vel inflāmationem ſpiritus. Cum. n. ſpiritus ſit ſubſtātia faciliter inflāmabilis propter caliditatem & ſubtilitatem eius niſi continue eidem occurrat aliquod corpus eo frigidus inflāmationem prohibens inflāmaretur & reſolueretur, tale autem occurrens eſt aer. Secundo perficitur ſpiritus regimen per ſpiritus conſeruationem & generationem, cum. n. ſpiritus ſit faciliter reſolubilis & continue reſoluatur non lōgo tempore vita perduraſſet, niſi ipſius fieret continua gňo ad quam fiendam etiam ſeruit aer frigidus ad cor perueniēs complexionem cordis & ſpiritus debite temperando, alr̄. n. inflāmata caliditate potius ſpiritum reſolueret & corrumperet q̄ de nouo produceret. Ex quo patet diaſtolem in pulſu eſſe cauſam generationis & temperamēti ſpiritus adhuc cordis pro quanto attrahitur aer frigidus ad cor. Conſtritionem vero pulſu: patet ad idem ſeruire. dum. n. dilatatur cor pellit arteria per eius conſtrictiōem aerem frigidum in cor. Tertio perficitur regimen ſpiritus per eius mundificationē, oportet. n. ſpiritum in corde generatum a duobus ſecum mixtis depurari. Primum eſt aer in corde calefactus, qui ꝓpter moram eius in corde factus eſt inutilis cordis refrigerio. Secūdum eſt fumus multiplicatus in corde per actionem caloris in humidum ſanguineum, ex quo ſpiritus generatur & etiā in alias partes cordis qui eſt ſicut ſuperfluitas aduſta ſuperfluens generationi ſpiritus. niſi. n. hic fumus expelleretur inflāmaretur ſpiritus & ipſum redderet groſſiorem q̄ eſſe debet & ſuas impediret operationes & eius expulſioni deſeruit conſtritio. dum. n. cor conſtringitur depellit in arterias aerē calefactum & fumum hunc dictum capinoſum propter neceſſitatem dictam, & vt cedat locum nouo aeri frigido attrahendo. Perficitur etiam regimen ſpiritus per eius diſtributionem ſuper toto. Cum. n. ſpiritus in toto fiat continua reſolutio neceſſaria eſt ſuper toto continua tranſmiſſio. & hoc etiam per conſtritionem perficitur. dum. n. cōſtringitur cor pellit in arterias aerem calefactum & fumos & ſpiritum & ſanguinem arterialem, qui poſtea per arteriarum cōſtrictionem omnibus alijs tranſmittitur membris. Ex quo patet ꝑ aerem attractum regi ſpiritum, quia refrigerari vel temperari, & per conſequens eius prohiberi nimiam reſolutionem et regenerari & multiplicari, & per eundem etiam a fumis capinoſis mundificari, niſi. n. eſſet aer fumus, commixtus tempore conſtrictionis non fieret conueniens fumorum capinoſorum eductio. nam aer egrediens extrahit fumos ſecum cōmixtos, & per conſequens bene dictum eſt in diffinitione ad regendūm ſpiritum per aerem attractum. Et colligitur ſnīa hæc tota virtualiter ſecunda primi, doc. ſecunda cap̄. 1. & in libro de vtilitate pulſus & anhelitus. Ex quibus omnibus colligi poteſt completa diffinitio pulſus. ſ. Pulſus eſt motus receptaculorum ſpiritus. i. cordis & arteriarum ex diaſtole & ſyſtole compoſitus a virtute vitali proueniens ad regendum ſpiritum per aerem attractum. Ly motus ponitur ī diffinitione loco generis. In hoc. n. conuenit cum anhelitu ſaltu iectigatione tremore &c. Per ly receptaculorum ſpiritus differt ab anhelitu, quia eſt motus pectoris. Sed per ly compoſitus ex diaſtole differt a partibus ipſum integrantibus q̄rū nulla eſt pulſus, ſed bene pars eius. Sed per ly ad regendum ſpiritum per aerem attractum differt a iectigatione ſaltu & huiuſmodi quorum nullus prouenit a uirtute ad fines iam dictos. Et per ly a virtute vitali &c. explicatur cauſa efficiens pulſus cum temperamento a quo prouenit, prouenit. n. a uirtute vitali principaliter prout virtus vitalis eſt anima operans cum tali vel tali temperamento, vel etiam per virtutē intelligendo temperamentum, cum quo operatur anima vitales operationes & pulſus. Et hæc eſt deſcriptio data de pulſu cauſalis. Explicat. n. cauſam materialem ſiue ſubiectum pulſus dum dicitur. Receptaculorum. Explicat etiam partes integrantes ipſum dum dicitur. Diaſtole & ſyſtole. Similiť cauſam finalem explicat dum dicitur. Ad regendum. Et efficientem dum dicitur. Proueniens a virtute uitali. Poſſumus dicere ꝙ explicat formā dum dicitur. Motus ex diaſtole &c. Hæc enim compoſitio aliquo modo accipiendo formam poteſt dici forma pulſus.

Pulſus diffō cōpleta.

Conſideratio autem quæ attenditur in pulſu, autem eſt uniuerſalis aut particularis ſecundum unamquāq; ægritudinem. Et nos quidem hic de uniuerſalibus regulis ſcientiæ pulſus loquemur. Et particulares ad loquendum de ęgritudinibus particularibus in poſterioribus reſeruabimus.

Pulſus cōſideratio duplr.

Nota conſiderationem medici circa pulſum poſſe eſſe duplicem ſcilicet generalem & ſpālem. Generalis quidem qua conſideramus pulſum ſecundum eius differētias nō contractas ad particularem uel determinatam, corporis diſpōnem ſecundum ſpeciem. Specialis vero qua conſideramus diſpōnem pulſus contractam ad determinatam corporis diſpoſitionem, ſicut conſideratio pulſus tertianarij aut quartanarij aut pleuretici aut principij paroxiſmi, & ſic de alijs. Ad propoſitum conſideratio pñs eſt generalis. Non. n. conſiderant pulſus differentiæ taliter contractę vt dictum eſt. Ex quo patet ꝙ licet hic determinetur de pulſu apoſtematum, non ē tamen iſta particularis, ſed generalis determinatio cum non deſcendat ad determinatas aꝑatū ſpāliſſimas ſpēs vt patet.

Dicemus ergo ꝙ quiſq; pulſus eſt compoſitus ex duobus motibus & duabus quietibus. Omnis nāq; pulſus ex diaſtole & ſyſtole ē cōpoſitus.

Pulſus duplr.

Primo nota hunc terminum pulſus penes medicos ſumi dupliciter. Quandoq;. n. ſumitur pro quocunq; motu arterię dilatatio vel conſtrictio ad regendum ſpiritum &c. qualiter tam diaſtolem q̄ ſyſtolem poſſumus notare pulſum. Quandoque autem ſumitur pro totali operatione cordis vel arteriarum facta ad ſpiritum debite refrigerandū & debite mūdificandum. Et notum eſt ꝙ iſta totalis operatio includit diaſtolem & ſyſtolem & quietem mediam inter ipſam & ſeqñtem diaſtolem. Et taliter ſumitur in propoſito ſicut etiam ſuperius deſcribebatur, & non primo modo. Ex quo patet ꝙ nullus pulſus eſt verus pulſus niſi ſit ex his quatuor partibus conſtitutus. eſt. n. pulſus operatio qua ſpiritus cordis & arteriarum perficitur euentatio & mundificatio. Non perficitur autem euentatio niſi fiat diaſtole & aliqua quies inter ipſam & conſtritionem ſequentem. Similiter non perficitur mundificatio niſi per ſyſtolem & quietem aliquam ipſam ſequētem, & ꝑ cōſequēs excluſiue durat vſq; ad ſeqñtē diaſtolē.

Poſt hoc uero neceſſe eſt ut inter omnes duos contrarios motus quies interueniat. Impoſſibile eſt nanq; ꝙ motus unus alij motui continuetur poſtquam ſpatio eorum applicatur terminus & extremitas in effectu, hoc tamen in ſcientia naturali declarabitur. Poſtquam igitur hoc ita eſt impoſſibile eſt quin in unoquoq; pulſu antequam alius conſequatur quatuor interueniant partes. ſ. motus duo & quietes duæ. ſ. motus eleuationis & quies inter ipſam & depreſſionem & motus depreſſionis & quies inter ipſam & eleuationē.

Primo nota motuum contrariorum quidam ſunt reflexi,

Motus contrarius dupl'r.

quidam non, sed secundum rectum incessum super eadem linea incedentes. Exemplum primi sicut diastole & systole, ascensus lapidis sursum proiecti & descensus. Exemplū secundi sicut esset motus grauis a polo arctico ad polum antarcticum motu recto mori per centrum mundi. motus. n. a polo arctico ad centrum est descensus a cētro ad antarcticum est ascensus. Sunt ergo motus contrarij nō reflexi. Motuum etiam reflexorum quidam sunt voluntarij & quidam nō. Ad propositum hic est sermo de contrarijs reflexis. in non reflexis. o. non oportet veram interuenire quietem, vt si lapis violenter per longam distantiam vltra centrum pelleretur. Debet etiam intelligi de non voluntarijs, vt sunt diastole & systole, & hoc deducto impedimento extrinseco, cuius causa generalis tangitur in naturali philosophia. Oportet. n. virtutem mouentem graue violēter sursum gratia exempli si debet descendere minorari donec grauitas ipsam excedat. Signato igitur instanti in quo ē grauitas equalis virtuti q̄ prius graue sursum mouebat pro tunc notum est graue non moueri sursum nec deorsum cum virtus illa nō sit diminuta citra potentiam grauitatis deorsum trahentis. Stabit etiam per tēpus anteq̄ sufficiat virtus illa deorsum trahere cum virtuti resistat medium, ideo oportebit virtutem tātum diminui q̄ grauitas vtranq̄. s. virtutem illam & resistentiam medij sibi excedat, sed tempus erit anteq̄ erit, ita ergo notāter dixi deducto impedimento extrinseco. Si. n. superueniret impedimentum extrinsecum contingens est inter huiusmodi motus nō interuenire quietem mediam sicut communiter exemplificatur de faba ascendente cui lapis molaris descendens obuiat. Similiter patet satis si in medio instanti diastolis suæ arteriæ occurret lapis magnus eadem ipsam sine media qete postq̄ eleuaretur deprimeret igitur &c. Secūdo nota dum dicit. Impossibile nanq̄ est. Scientia partis est q̄ non est possibile q̄ duo motus contrarij continuētur adinuicem ex quo vtriusq̄ illorum spatio. i. mensuræ vel durationi applicatur extremitas vel terminus in effectu. i. postq̄ vterq̄ illorum terminatur ad extremitatem vel terminum in effectu, quia pro tunc quando est ille terminus non est motus ille, sed esse desinit vel incipit. verbi gratia. incipiat diastole in. a. instanti & terminetur in. b. non est possibile q̄ postq̄ diastole durauerit vsq̄ ad. b. in quo non est diastole systole continuetur eidem. ita vt ex his fiat motus continuus. Quod faciliter probatur, quia vel in. b. est motus diastolis aut systolis aut neuter illorum est. Si dicatur q̄ i. b. est diastole, sed immediate post hoc non erit diastole, quia immediate post. b. erit systole per aduersariū ponentem istos duos motus esse cōtinuos. ergo. b. est vltimum instans diastolis arteriæ quod non est possibile. Si dicatur pro tunc esse systolem. s. in. b. cum immediate ante. b. non fuerit systole, eo q̄ immediate ante. b. dilatabatur arteria, sequitur. b. esse primum instans cōstrictiōis. Si dicatur pro tunc neutrum istorum esse, quia. s. non dilatatur nec constringitur arteria, sequitur intenta conclusio. s. systolem & diastolem non esse motus continuos, & forte hoc sensit Auic. Alij autem intellexerunt pro spatio applicari extremitatem in effectu mobile peruenire ad terminum illū spatij, quē naturaliter intendebat. Verbi gratia. si arteria naturaliter dilatatur vsq̄ ad. a. cum peruenitur vsq̄ ad. a. non est possibile q̄ non quiescat in. a. anteq̄ recedat ab. a. Tertio nota. hic Aui. nullum medium proprium tangere ad probandum inter diastolem & systolem cadere quietem mediam licet. n. non sint continui motus, non tamen ex hoc cōcluditur euidenter cadere quietem mediam saltem tempore mensurabilem, de qua est in proposito sermo. Pōt tamen hæc persuaderi. Primo ponendo q̄ non secundū eandem applicationem instrumenti ad arteriam mouendam mouet anima arteriam dilatando & constringendo. Si. n. esset applicatio eadem cum agens sit naturale, mobile similiter nūquā nisi motu dilatationis moueretur. alia igitur ē applicatio spiritus ad arteriam dilatandam & alia ad ipsam constringendam. cum ergo huiusmodi applicatio non fiat subito sequit̄ q̄ dilatata arteria complete tempus erit anteq̄ eidem erit applicatum instrumentum applicatione proportionata ad constrictionem, per quod totum tempus quiescit. igitur etc. Et maxime euidentiam sumit argumentum, quia arteria cōstrictionem suam inchoando non a non gradu, sed determinato gradu vehementer inchoat motum suum. Consimiliter p̄ omnia adhuc euidentius arguetur inter dilatationem & constrictionem cadere quietem mediam. Secundo persuaderi potest ex parte finis sic. completa dilatatione nondum cōpletum est spiritus & cordis refrigerium. ergo pro tunc non incipit constrictio. igitur &c. assumptum patet, quia non nisi in tempore post q̄ receptus est aer in corde completur debitum refrigerium. Similiter completa dilatatione nondum ē aer calefactus calefactione & necessitāte ad expulsionem. ergo pro tunc non fit vel incipit fieri constrictio. Consimiliter arguitur q̄ in instanti terminante constrictionem non incipit dilatatio, quia pro illo instanti nondum augmentata est necessitas dilatationis. ergo assumptum patet, quia illa nō acquirit, nisi in tempore postq̄ refrigerans ē expulsū. ergo etc.

Item pro illo instanti pro quo complete constrictum est cor est aer calefactus & fumus expulsus immediatus orificio cordis. ergo si immediate post illud instans dilatabitur cor attrahet aerem calefactum & fumum iam dictum. alias enim per tempus dilataretur anteq̄ aliquid reciperet. iō rationabilius apparet cor per tempus aliquod remanere constrictum, quo aer & fumus expulsus impetuose recedat a corde & frigidus ad cor, qui postea tempore dilatationis cordis ingreditur concauitatem i. hæc tamen media non sunt nisi probabilia. Circa dicta sunt quædā dubia pertractanda.

Dubia.

Primum dubium. Videtur q̄ iudicium vel signum sumptum a pulsu non sit certius q̄ signum sumptum ab vrina, quia facilius variatur & mutatur pulsus q̄ vrina. ergo p̄ma nentior & certior est significatio sumpta ab vrina. assumptū colligitur in introductorio pulsuum, & in commento, & in libro de differentijs pulsuum. vbi ostenditur quodcunq̄ leue accidens aliter variare pulsum, non autem sic est de vrina. *(Indiciū a pulsu an certius Idicio ab vrin.)* Secundum dubiū. Videtur pulsum esse motum continuum ex intentione Gal. 5. de accidenti cap̄. 2. ponentis differentiam inter iectigationem & pulsum, & ponentis pulsū esse motum & actionem continuam, iectigationem autem non. *(Gal.)* Tertium dubium. Cur non ita bene per aquam pōt fieri cordis refrigerium sicut per aerem exanguibus. n. aut piscibus fit conueniens refrigerium per aquam habentibus calorem debilem & non per aerem. Ad primū dicit̄ absolute certius esse iudicium sumptum a pulsu. pulsus. n. est preco verus qui nunq̄ fallit. Fallit autem signum sumptum ab vrina vt secunda quarti tractatu primo cap̄. de iudicijs sūptis ab vrina. Item contrarianotibus signis sumptis ab vrina & pulsu sequimur iudicium pulsus & nō vrinę. ergo &c. assumptum patet secunda quarti allegato cap̄. & supra cap̄. de iudicijs signorum malorum ibi. Et non iudices per illa donec virtus cadat casus nanq̄ virtutis est signum malum qui per pulsum comprehenditur vnde in metro dicit̄. Vrinæ fraudes aperit descriptio pulsus. Certificatq̄ fidem &c. Ad argumentum neganda est consequentia. s. facilius mutatur & variatur pulsus. igitur &c. ex illo. n. potius concludit̄ oppositum. Nota tamen q̄ licet ita sit difficilius, tamen iā per pulsum q̄ per vrinam iudicare possumus, quia minus notæ sunt nobis varietates in pulsu q̄ in vrina contingētes, quibus tamen cognitis certius iudicamus. Hanc s̄niam voluerunt antiqui dicentes q̄ pulsus signa sunt certiora i se, sed quoad nos sunt certiora signa sumpta ab vrina. Quæ omnia intelligenda sunt quantum ad dispositiones corporis super quibus tam per pulsus q̄ per vrinam signare possumus. *(Signū certius dupl'r.)* Notum est. n. q̄ super leuem scabiem vesicæ certius p̄ vrinam q̄ per pulsum significare possumus. Ad secundum dubium dicitur q̄ Gal. in libro allegato non plus voluit, nisi q̄ pulsus est continuus. i. semper reperitur in nobis pulsus. s. sp̄i ē aliqua p̄s pulsus. Vel saltē q̄ nō stat corpus sanū notabili t̄pe sine pulsu, licet nullus pulsus sit motus cōtinuus.

Ad tertiū qualit̄ sit r̄ndēdū vide tertio techni q̄ōne nona.

Depressionis

Depressionis uero motus apud plurimos medicorum nullo modo sentitur, sed apud alios est cum aut in forti pulsu sua fortitudine sentitur, aut in pulsu magno propter eleuationem sui, aut in duro ꝑꝑ multā sui refrenationē, aut in tardo propter longinquitatem temporis sui motus. Gal. quoq; dixit longo tempore non fui sollicitus ex depressione. postea uero non quieui tangendo donec ex eo aliquid percepi & postea illud compleui. nam postea portæ pulsus mihi apertæ fuerunt. Qui uero ista studuerit ut ego, percipiet illud quod consecutus fui. Et licet sit ita ut dicit, in pluribus tamen dispositionibus depressio non est sensu percepta.

Primo nota. motiuum illorum potest esse tale dum arteria deprimitur ipsa recedit a tactu. igitur ipsa non imprimit in tactum: & per consequens non sentitur. Illud autem motiuum non est euidens. licet enim arteria dum præmitur recedat a situ in quo erat tactus. digito tamen continue sequente arteriam & depresso sicut ipsa deprimitur potest oppositum contingere, quia continue tanget & percipiet motū eius ad interiora. Puto tamen illos antiquos non absolute credidisse nihil de depressione posse percipi, sed quod non potest exquisite cognosci quantitas ipsius depressionis, quia uerisimile est tactum non insequi posse arteriam donec quiescat. Contra quos etiam procederet ꝙ non exquisite & distincte scimus quantitatem eleuationis, sicut enim nescimus usq; ad quem terminum constringatur, ita ignoramus a quo puncto incipiat eleuatio. huius autem opinionis uidetur fuisse Rasis. to. Almansoris cap̄. de pulsu. (Rasis.) Secundo nota. quatuor sunt dispositiones in pulsu iuuantes ut percipiatur depressio. Prima fortitudo, fortiter. n. arteria percutiente tactum & resistente deprimenti constringitur & melius percipitur q̄ si debiliter impressisset. Secunda est durities propter idē. Tertia est magnitudo: pulsu. n. multum existente magno multū eleuat arteria & digitum tangentes quare percipitur melius postea depressio. similiter quia facilius & melius percipitur magno q̄ paruus motus. Quarta est tarditas: propter uelocitatem enim pulsus tempore dispositionis quasi insensibiliter euanescit: si uero fuerit tunc melius percipitur, licet tā extrema tarditas q̄ extrema uelocitas modum potētiæ cognoscitiuæ frequenter occultet, ut patet de motu paruæ umbræ stili motum solis ab oriente in occidentem insequente, sed idem in proposito non intelligit Auic. de tarditate sufficiēte ad occultandum modum cognoscitiuæ potentiæ. (Pulsus ꝑcipiēdi dispō q̄druplex)

Causa uero ob quam statutum fuerit tangere uenas bracchij est facilitas præbendi ipsum & ꝙ homo non est sollicitus ut ipsum discooperiat & rectitudo situs ipsius propter rectitudinem cordis & eius quod est iuxta ipsum.

Primo nota tres conditiones propter quas magis arterias bracchij q̄ alterius partis tangimus. Prima est facilitas præbēdi bracchium medico propter facilitatem motus manus & bracchij. Secunda est quia homo non est sollicitus, idest non uerecūdatur discooperire bracchium sicut multas alias partes nostri corporis propter consuetudinem ipsum detegendi & cum ipso exterius operandi. Tertia causa est rectitudo & propinquitas arteriarū illarum ad cor, unde rectius super cordis dispositionem per ipsam iudicamus. Ex quo patet ꝙ licet plurium aliarum partium pulsum ꝑ tactum possimus cōprehendere nō tamen ita bene sicut pulsum bracchij, & ideo illum tangere debemus. Et licet pulsum arteriæ temporum tangere & per ipsum significare possimus, quia tamen non habet illas conditiones non est æqualiter tāgendus, licet illarū tactus conferat. experimento. n. patet ꝙ corpore morti appropinquante cito deficit illarum arteriarum motus. Aliam autem possumus addere causam uel conditionem, scilicet quia illæ arteriæ sunt exterius expositæ ꝓpter carnis paucitatem & pinguedinem paucam locis quare faciliter percipitur illarum motus, quas oēs conditiones in metro taliter explicauit Egidius. Pulsus in arterijs discerni debet honestis. Expositis rectis lōgis cordiq; ꝓpinquis. Et aliq; etiam ibi explicantur si illorum sniam bene consideras. (Egi. sal.)

Et oportet quidem ut sit tactus manu super latus existente, quoniam si manus super uola plātæ extendatur in latitudine augmentum præbet & ex eleuatione diminutionem facit & etiā diminuit ex longitudine & proprie in macilentis, & resupinata augmentat in eleuatione & longitudine diminuit ex latitudine. Oportet præterea ut tactus fiat in hora qua ille cuius pulsus est sit ab ira remotus & gaudio et exercitio et omnibus passionibus & saturitate quæ grauedinē facit & fame & dispositione relinquendi consuetudines & renouandi usus. Et oportet etiam ut sit de pulsu experimentum temperati nobilis ita ut alius ei comparetur.

Primo nota per manum extensam super volam palmæ minoratur altitudo. Primo quia tunc versus interiora comprimitur arteria, & per consequens eius prohibetur eleuatio: & per idem maioratur latitudo vt patet. Secundo quia spiritibus & vaporibus non potentibus sursum eleuari propter arteriæ compressionem diffunduntur per substantiam arteriæ ipsam ampliando. igitur &c. Minoratur etiam longitudo. minus. n. eleuata arteria minus de ipsa secundum eius lōgitudinem eminet & manifestatur in bracchio, quare minoratur longitudo pulsus. Econtra vero ipsa resupinata maioratur altitudo pulsus arteria leuius versus exterius mota. & ex consequenti maioratur longitudo & latitudo minoratur. Ex quo sequitur ꝙ situs medius inter hos est conuenientissimus. per ipm̄. n. medio mō se habet arteria tāgēda. igit &c. Et dixit ꝓprie in macilētis, quia in ipsis magis apparet hoc. Vel forte quia in pinguibus resupinatio aut extensio sup vo lam non perceptibilr pōt latitudinem vel altitudinē vel longitudinem pulsus variare. Secundo nota. hic in lr̄a explicantur tres conditiones seruandæ vt recte iudicemus ꝑ pulsum. Prima iam explicata est. Secūda est vt ille cuius dispō per pulsum est cognoscenda sit remotus ab ira gaudio, et ab oībus passionibus excessiuis. His. n. inualescentibus passionibus fit varius motus in spū ad interius vel ad extra quare variant pulsum ostensiuæ cāæ & per cōsequens pulsus, vñ tunc in iudicio accidere posset error. v. g. si tangis pulsum iuuenis melancholici inuenies ipsum paruum et tardum respectu pulsus temperati cæteris paribus. Si tamen esset melancholicus iratus aut fortiter exercitatus & temperatus nō inuenies pulsum melancholici multo maiorem et velociorem vnde per ipsum nō recte iudicare posses de cōplone eius respectu temperati, & ita de alijs causis primitiuis pulsum notabiliter permutare potentibus est intelligendum, & ita de saturitate faciente grauedinem dicitur, quæ facit pulsum diuersum: vt infra patebit, & de fame similiter per dispōnem relinquendi consuetudinem, & remouendi vsum intelligit subitam mutationem ad inconsueta: quæ proculdubio variat pulsum, vt patet. (Pulsus recte iudicandi cōdō triplex.) Tertio nota ꝙ quemadmodum cōplexio temperata est sicut medium vel mensura complexionum ab ea lapsarum: propter quod in comparatione ad ipsam in suarum perfectionum gradibus graduant, ita vr̄ operationes a temperata ꝓuenientes esse mensuram opōnū ꝓuenientium a cōplonibus lapsis: vt. s. ille sint denominandæ alijs perfectiores quo ad operationes temperatæ complonis

magis accedunt. Magnitudo igitur uelocitas & frequentia pulſus temperatæ complexionis erit menſura magnitudinis uelocitatis &c. pulſuum complexionum lapſarum. Cum ergo menſura ſp debeat eſſe notior & prius cognita menſurato, ſequit̃ ꝙ oportet pulſum tẽperatũ prius eſſe cognitum. appellat autem corpus tẽperatum nobile eo ꝙ habet cõpſonẽ ad nobiles & perfectas opõnes præparantem.

Quarto nota hanc vltimam conditionẽ fore neceſſariam ad cognoſcendam naturalem corporis complexionem. Ad cognoſcendum tñ diſpõnem præter naturam non ſufficienter facit hæc conditio cum alijs: ſed oportet pulſum corporis tempore ſanitatis præcognouiſſe: penes.n. receſſum a ꝓprio & naturali tẽperamento menſurat̃ lapſus corporis prętern-

Raſis.

turalis. Hanc conditionem bene tetigit Raſis. 10. Almanſoris cap̃. de pulſu. Et Auer. 4. colliget. Quam etiam colligere poſſumus ex dictis Aui. ſecunda quarti. trac. 1. cap̃. de ſignis ſumptis a pulſu dum inquir. Et ſcias ꝙ plimorũ boium pulſus ſunt diuerſi mali abſq; ęgritudine, quare oportet vt ſcias hoc.

Pulſus tãgendi cañ. practicus.

Quintam conditionem tangunt quidam auctoritate Raſis. 8. continentis. ſ. qñ ſtatim medicus cum occurrit ęgrotanti ipſum tangat, quia forte erubeſcit ſubito ægrotans aut medicus aut propter laborem vel aliud poteſt turbari iudicium, loquat̃ ergo cum eo ſuauiter per tempus poſtea tangat, ſed iſta poteſt reduci ad ſecundam conditionem. Sexta conditio ꝙ non ſtatim perceptis duabus vel tribus pulſationibus dimittat, immo plures expectet vt recte iudicare poſſit de qualitate vel diuerſitate & ordinatione pulſus bono vel malo põdere pulſus, vt infra patebit. Septima cõditio, vt medicus manu ſiniſtra ſuſtentet bracchium ægrotantis, & dextra tangat pulſum. cum.n. frequenter ægrotans ſit debilis oportet ipſum conari in ſuſtentando: & ille conatus poteſt aliqualr pulſum variare. Sil̃r contingit ſi ſibi relinquat̃ bracchium tremere: tremor.n. confundit iudicium pulſus.

Octaua conditio vt caueatur ne ægrotans teneat pugnum fortiter clauſum aut manum fortiter extenſam, quia ſecundum hoc compreſſa aut nimis tenſa arteria confunderet̃ iuditium, requiritur.n. ſtatus medius. Nona conditio vt primo leuiter tangatur poſtea fortius comprimendo. Decima conditio poteſt addi vt medicus ſit ſanus & bene diſpoſitus ſaltem ad iudicandum de pluribus drĩjs pulſus difficilibus de quibus in littera videbitur. Harum autem conditionum additarum conditionibus quas tetigit Auicen. in littera quaſdam Egidius in metris taliter exprimit. Leua manus medici leuam leuet & regat ægri. Suſtentantis opem pars imbecilla requirit. Quæ ſi ſe regeret modico concuſſa tremore. Falleret artificem fieretque exanimis heros. Sed caue ne digitos &c.

Amplius dicemus ꝙ genera ex quibus medici pulſuus diſpõnem cognoſcunt ſecundum ꝙ ipſi referunt ſunt decem, quãuis eis fuerit neceſſarium ut poſuiſſent ea nouẽ. Genus quidẽ quod eſt ſumptum ex quãtitate diaſtolis. Et genus qđ eſt ſumptum ex qualitate percuſſionis ueneꝫ in digitos. Et genus quod eſt ſumptũ ex tempore cuiuſq; motionis. Et genus quod eſt ſumptum ex eſſentia inſtrumenti. Et genus quod eſt ſumptũ ex eius eũone aut repletione. Et genus quod eſt ſumptum ex caliditate tactus ipſius aut frigiditate. Et genus quod eſt ſumptum ex tempore quietis. Et genus quod eſt ſumptum ex pulſus æqualitate aut diuerſitate. Et genus quod eſt ſumptũ ex eius ordinatione in diuerſitate ſui aut inordinatione. Et genus quod eſt ſumptũ ex pondere.

Pulſuũ genus qđ & eſt decuplx

Primo nota per genus in ꝓpoſito non debere intelligi genus ꝓprie ſumptũ, put. ſ. eſt vnũ quinq; prædicabilium diſtinctum contra ſpẽm drĩam &c. Notum eſt.n. calm durũ & molle non eſſe gña pulſus ꝓprie ſumpta, de nullo.n. pulſu prædicant̃ in quid. Per genus ergo debemus intelligere terminum cõem de plibus prædicabilẽ ſiue eſſentialit̃ ſiue accidentaliter per cuius notitiã peruenimus conuenient̃ ad ſignificandum per pulſum ſuper corporis diſpõnem. Secũdo nota vt infra patebit genus ab ordinatione & inordinatione pulſus non eſſe diſtinctum a gñe ſumpto ab æqualitate & inęqualitate, ſed ad illud reducit̃, ideo dixit q̃uis eis fuiſſet neceſſarium, vt poſuiſſent ea nouem. Tertio nota genus ſumptum a quantitate diaſtolis non ſic ſumptum eſſe a quantitate diaſtolis ꝙ non ſyſtolis, immo ab vtriuſq; quantitate ſumit̃, tñ notior eſt nobis diaſtole ab ipſa potius q̃ a ſyſtole denoſationẽ facit. Quarto nota ꝙ eoꝝ a quibus ſumunt̃ gña vel drĩæ pulſus q̃dam ſunt eſſentialiter, q̃dã autẽ accñtaliter pulſus concomitantia. Voco autẽ eſſentialr cõcomitantia quæ pulſui attributa ſunt rõne qua pulſus, quia. ſ. rõne qua motus compoſitus ex ſyſtole &c. & quietibus interceptis cuiuſmodi ſunt magnitudo, ſpiſſitudo, velocitas, fortitudo &c. pulſui.n. inquantum huiuſmodi attribuitur velocitas, ideo talia dicuntur pulſum eſſentialiter concomitantia. Econtra vero accidentaliter concomitantia ſunt q̃cunq; pulſui attributa ſunt non rõne qua pulſus ſed ratione alterius diſpoſitionis accidentalis in organo vel in inſtrõ reperte, vt calidus, frigidus, durus, mollis &c. Et quia ſeptem pulſus eſſentialiter concomitantur. ſ. magnitudo, paruitas, velocitas, tarditas, ſpiſſitudo, raritas, fortitudo, debilitas, ęqualitas, diuerſitas, ordo, inordinatio, pondus bonum vel malum. Tria autem ſunt accidentaliter concomitantia. ſ. vnũ ſumptum a contento in arteria vt plenum & vacuum, ſecũdum a modo ſubſtantiæ, vt durum & molle, tertium a qualitate tangibili prima, vt calidum & frigidum, ideo concluſum eſt in tota ſumma decem eſſe genera pulſus, licet conuenientius eſſet ſumere ſeptem ſola. ſ. ſumpta ab eſſentialr concomitãtibus: magis enim de talibus videtur ſumendas eſſe differẽtias pulſus: & hæc eſt tota ſententia Auerrois quarto colliget capitulo de pulſu. Ex quo ſequitur ꝙ adhuc reducendo genus ſumptum ab ordinatione et inordinatione ad pulſum æqualem &c. ſolum ſex eſſent differentiæ. Et ex his iſtorum decem generum talis poteſt ſumi ſufficientia. Quodlibet genus pulſus: aut ſumitur ab eſſentialiter concomitantibus, aut accidentaliter. Si ab accidentaliter cõcomitantibus vel ſumitur a contento in arteria vel diſpoſitione inhærente ſubſtantiæ arteriæ. Si primum eſt plenus & vacuus. Si ſecundum vel ſumitur a modo ſubſtantiæ, vel a qualitate prima tangibili. Primum eſt pulſus durus vel mollis. Secũdum eſt pulſus calidus & frigidus. Si uero ſumitur ab eſſentialiter concomitantibus hoc eſt principaliter, quia vel ſumitur a qualitate virtutis ſecundum modum loquendi Auerrois allegato capitulo. ſecundum vero. A. a qualitate percuſſioois: aut a quantitate dimenſionum pulſus, aut a quantitate temporis menſurantis pulſum. Si primum eſt pulſus fortis & debilis: ſumendum eſt enim a qualitate virtutis vel etiam a qualitate percuſſionis vt infra videbitur. Si ſecundum pulſus magnus vel paruus. Si tertium vel in hac menſura attenditur proportio partium. pulſus inter ſe & adhuc ad corporis habitudinem vel non. Si non vel ſumitur a menſura motus & eſt pulſus velox & tardus aut quietis et eſt frequens & rarus. Si autem attẽditur proportionalitas vel partium pulſus inter ſe, vel ipſarum inter ſe & ad corporis habitudinem. Si primum vel ibi denotatur ordo & inordinatio vel abſolute ſimilitudo. Si primum eſt pulſus ordinatus & inordinatus. Si ſecundum eſt pulſus æqualis & inæqualis. Si autem attenditur proportio proportionis menſurę partium ad corporis habitudinem fit pulſus ponderis boni vel mali. Et non videtur eſſe aliud uel alia a quibus ſumi poſſit pulſus genus vel differentiæ, ideo &c.

Pulſum cõcomitans duplex.

Auerro.

Pulſus gñis decimi ſufficientia

Genus uero quãtitatis pulſus ſignat̃ ex quãtitatibus ſuoꝝ triũ diametrorũ quæ ſunt ipſius lõgitudo & latitudo & eius pfũditas. Sũt ergo i eo

nouem pulsus dispōnes simplices & compositæ. Et nouem quidem simplices sunt longus curtus & mediocris, & latus & strictus & mediocris, & profundus apertus, & mediocris.

Primo nota q sicut in alijs quantis naturalibus magnitudo consistit in tribus dimensionibus.s. longitudine latitudine &c. vt secunda aphor. com̄. vltimo. & supra ca. de virtutibus ministrātibus, ita in pulsu ꝓportionabilr est dicendū. Ideo pulsum illum absolute augmentatum appellamus qui temperatum pulsum in tribus dimensionibus excedit. Econtra vero paruum & diminutum. Et colli̇r idē in libro de differentijs & introductorio pulsuum satis ad principium.

Pulsus drię per magnitudinē nouem.

Secundo nota q drīæ sumptæ a magnitudine sunt nouem, cū enim tres sint dimensiones a quarum qualibet tres sumunt drīæ, sequitur has drīas esse nouem. A longitudine.n. sumit pulsus longus curtus & mediocris in longitudine. A latitudine sumit pulsus latus & strictus & mediocris in latitudine. A ꝓfunditate sumuntur tres.s. altus siue apertus, ꝓfundus siue humilis, & mediocris in ꝓfunditate. Et hoc voluit Auic. in littera. Tertio nota hic reperiri duplicē lr̄am. una dicit. Sunt ergo nouem dispōnes simplices & nouem compositę. Alia & compositæ septem. Primā non puto fore lr̄am Aui. Secunda vero est supplenda, & cōpositæ.s. adhuc sunt plres. Alia est etiā lr̄a dicens, & compositæ. 27. & est snia Gal. in libro de drījs pulsuum. Has autē. 27. drīas taliter Gal. docet componere. Componendo.n. longitudinē & latitudinem cum profunditate sola variata ꝓfunditate formabo tres, qa.s. pulsuum taliū cōpositorū quidā est longus latus & altus, quidā longus latus & humilis, & quidā lōgus latus & mediocris in ꝓfunditate. Ex hac igit̄ prima cōbinatione habemus tres drīas. Secunda cōbinatio est longitudīs cum ꝓfunditate sola etiā ꝓfunditate uariata ex qua & extrahuntur tres drīæ taliter. Pulsuum cōpositorū in longitudine & ꝓfunditate quidā est longus & altus, & quidā est lōgus & humilis, & quidam est lōgus & mediocris in ꝓfunditate. Tertia combinatio est latitudīs cum ꝓfunditate sola variata ꝓfunditate ex qua aliæ tres resultant drīæ hoc mō. Pulsuum in latitudine & profunditate cōpositorū quidā est latus & altus, quidā latus & humilis: & quidā latus & mediocris in ꝓfunditate. Sic ergo ex combinatione ꝓfunditas cū drījs alijs ꝓfunditate sola uariata habemus nouē drīas, qa.s. sunt tres cōbinationes & ex oī cōbinatione resultant tres drīæ. Et sicut cōposita est ꝓfunditas cum alijs ita componi pōt lōgitudo, ex qua cōpōne nouē habemus drīas. Verbi grā. pulsuum alius est latus ꝓfundus & longus: alius est latus ꝓfundus & curtus: alius est latus ꝓfundus & mediocris in longitudine & sic habemus tres drīas in hac prima cōbinatione. In secunda cōbinatione qua cōbinat̄ ꝓfunditas cū longitudine variata resultant aliæ tres hoc mō. Pulsuum ex ꝓfunditate & longitudine cōpositorū quidā est ꝓfundus & longus, quidam ꝓfundus & curtus siue breuis, quidam ꝓfundus & mediocris in longitudine. Similiter etiam fit de latitudine secum composita, quia quidam est latus & longus, quidam est latus & breuis: & quidam latus & mediocris in longitudine, variata ergo longitudine & composita cum alijs fiunt tres combinationes ex quibus aliæ nouem resultant differentiæ. Et sicut factæ sunt tres combinationes de profunditate uariata & similiter de longitudine tres, ita de latitudine fieri possunt ex quibus aliæ nouem resultant differentiæ. Arguitur ergo sic. Sicut nouem sunt simplices differentiæ sumptæ a magnitudine: ita ex ipsis fieri possunt nouem combinationes, sed ex qualibet combinatione resultant tres differentiæ, ergo ex omnibus his. 27. differentiæ resultabunt. Ex quo sequitur quòd si istis addantur nouem simplices erunt trigintasex differentiæ sumptæ a magnitudine. Et si addantur tres differentiæ in quibus omnes tres componuntur puta magnus absolute paruus absolute & mediocris erunt trigintam nouem. Et possumus multiplicare adhuc plus secundum alias imaginationes &c.

Pulsuū omnes drię. 39.

Longus autem ille est cuius partes in longitudine plus sentiūtur quàm naturalis absolute, qui est pro certo eius qui cōplōnem habet temperatā aut naturalis qui est eius qui huic est ꝓpinquus & est temperatus, cui est proprium. Et tu quidē iam prius sciuisti differentiam inter eos. Curtus uero est ei contrarius. Et inter eos est mediocris. Et tu quidem iudicabis secundum hanc regulā in sex quæ remanserunt.

Primo nota ex littera hac colligi posse q medicus tāgendo pulsum non cum vno vel duobus digitis solum tangere debet, sed cum quatuor vt pulsus longitudo melius percipiatur. Et visum fuit auctoribus: vt Auer. 4. colliget. allegato. cap̄. q pulsus æqualis in longitudine non percipitur notabiliter vltra quantitatem quatuor digitorum positorum super arteriam, longus autem percipitur notabiliter vltra, breuis autem citra. Et propter hoc taliter descriptus est pulsus longus quod totum intelligendum est vbi paritas in alijs fuerit puta in situ brachij macie pinguedine carnositate &c.

Auer. de pulsu ꝑ tactū ꝑcipiēdo.

Secundo nota pulsum mediocrem soli corpori temperato naturaliter conuenire, eo q extremaliter longus conuenit complexioni lapsæ ad caloris excessum, extremaliter uero curtus oppositę, ideo medius medię competit cōplōni. Dico autem notanter naturaliter quia non repugnat pulsum mediocrem cōplōni lapsæ adhuc præternālr aut merito ætatis conuenire: sicut sanguineus moriturus ex febre per resolutionem, licet in principio habeat pulsum secundum omnem dimensionem temperatum excedentem, procedente tamen debilitate ex resolutione aliqñ habebit pulsum ita longum latū & altum præcipue sicut est mediocris pulsus. Similiter etiā sanguineo in sua ætate procedente ad senectutem. Sed hoc non habet merito suæ naturalis cōplōnis, sed accñtalis vel ætatiuæ. Tertio nota q per corpus huic tēperamēto exñs propinquū intelligit corpus sanū multū cui ꝓpriū est hoc.s. appropinquare optime sano. Quæ corpora qualr differāt visum est primo & secundo techni. & aliqualr secūda prima. 2. ca.

Compositarum uero ex his simplicibus quædam suntquæ nomen habent & quædam quæ nomine carent. Ille.n. qui in longitudine & altitudine & latitudine est augmentatus uocat̄ magnus. Et qui in his omnibus est diminutus uocatur paruus. Et qui inter eos existit tēperatus. Qui uero in latitudine & altitudine est augmentatus uocatur grossus. Et qui in eis est minutus dicitur subtilis, & qui est inter eos est æqualis.

Primo nota per drīas compositas intelligere debemus illas quarū denoīatio sumpta est a pl̄ibus dimensionibus. Per simplices vero illas quarū denoīatio sumpta est ab vna dimensione, sicut longū & curtū est drīa simplex, quia ab una dimensione.s. a longitudine est sumpta, grossum vero & tenue sunt duæ drīæ cōpositæ, quia.s. a latitudine & ꝓfunditate sumptæ. Silr magnus absolute, & paruus absolute. Secūdo nota ex dcis Aui. q ad hoc vt aliquis pulsus sit denoīandus magnus absolute vel paruus oportet ipm̄ esse in tribus dimensionibus supra tēperamentū augmentatū vel diminutū. Magnus.n. est qui in lōgitudīe altitudine et latitudine existit augmentatus. Et ei contrarius est paruus, vt apparet ī littera &c. Primū dubiū vr̄ hanc descriptionē magni & parui pulsus nō esse conuenientē: ponat̄.n. pulsum sor. esse æque longū & æque latū sicut est pulsus mediocris esse tñ altiorē. Et argr̄ sic, pulsus sor. est absolute magnus qui tñ non existit in tribus drījs supra tēperamentū augmentatus, ergo &c. tenet cōsequentia. & assumptū ꝓbat̄: quia in latitudine & longitudine est æqualr tēperato absolute, & in alia drīa, scilicet altitudine absolute ipsum excedit. Igit̄ &c. Item sit. b. pulsus

Pulsus drīa simplex & cōposita

temperatus & sit.a.pulsus for.iam signatus, cuius ad.b.sit proportio dupla & sit.c.pulsus secundum quamlibet dimensionem excedens.b.cuius tamen ad.b. sit proportio præcipue sexquialtera. Et arguitur sic.c. pulsus est absolute magnus sed.a.pulsus est maior.c.ergo.a.pulsus est absolute magnus, patet coosequentia.et prima pars assumpti patet ex casu & arguitur minor, quia minor est proportio.a.ad.b.ꝗ.c.ad.b.ergo.a.est maius.c.consequentia tenet per illud principium. Si aliquorum duorum ad aliquod tertium fuerit proportio maioris inequalitatis maius quidem maiorem minus uero minorem ad illud obtinet proportionem. Item datis descriptionibus illis sequitur aliquem esse pulsum qui nec est magnus nec paruus nec medioeris, quod apparet non rationale. Et arguitur consequentia ponendo pulsum fortis excedi.a.mediocri in longitudine & ipsum excedere in latitudine. Et sequitur pulsum fortis non esse magnum nec paruum quia in tribus dimensionibus non est augmentatus nec diminutus. Q. etiam non sit mediocris argr̄ ex casu quia mediocris soli corpori temperato conuenit. hic autem non est hmōi, igitur &c. Pro primo dubio dr̄ tenendo descriptionem positam magni parui & mediocris absolute, ꝙ pulsus for. In casu primi argumenti signatus est maior ꝗ pulsus temperati, non tamen absolute maior eo ꝙ non est absolute magnus. Ad esse enim absolute magnum respectu temperati sequitur secundum oēm dimensionem illum temperatum excedere. Et negatur ista consequentia secūdum duas dimēsiones est æqualis & secundum alteram excedit. ergo absolute est maior. Et hæc responsio est sustinenda uolendo saluare dicta Auic. ut uerba sonant & Gal. in libro de differētijs pulsum, & in introductorio & commento eius. Posset tamen probabiliter dici pulsum for. esse absolute magnum, et ꝙ illa non est descriptio pulsus absolute magni. licet.n.uerū sit ꝙ omnis pulsus in longitudine altitudine & latitudine augmentatus sit denominandus magnus, non tamen oportet ꝙ omnis magnus sit augmentatus in longitudine &c. Pulsus ergo magnus est qui formaliter in longitudine latitudine & altitudine est augmentatus. Vel æqualenter, quia.s.habet dimensiones alicui in longitudine latitudine & altitudine augmento æqualentes, & taliter est in proposito. Et secundum hoc dicitur ad secundum penes primam responsionem negando consequentiam illam, scilicet.a. pulsus est maior.c.&.c.est absolute magnus, igitur.a. est absolute magnus, nisi poneretur.a.secundum omnem dimensionem esse maiorem.c.quod non ponitur. Qualiter autem penes secundam responsionem sit dicendum satis patet. Ad tertium dicitur concedendo conclusionem istam.s. ꝙ non quilibet pulsus est magnus paruus uel mediocris absolute, ut euidenter deducit argumentum, licet concedendum sit quemlibet esse magnum paruum uel mediocrem absolute aut paruum uel magnum secundum quid. Et sic est de pulsu signato in argumento. est.n.magnus secundum quid, licet non simplr̄ uel absolute ut sequitur in casu. Et penes hoc concedendū primo hanc consequentiam non ualere pulsus for. est magnus absolute & pulsus platonis est maior illo. ergo pulsus platonis est magnus absolute. Sequitur secundo hanc consequentiam non ualere. pulsus for. est magnus solum secundum quid & pulsus platonis est magnus absolute. ergo pulsus platonis est maior pulsu for. Sequitur tertio aliquem pulsum præcise magnum secundum quid aliquo pulsu simpliciter magno esse maiorem & silr̄ minorem, et ex cōsequēti æqualem. Ex quo ulterius sequitur nō quorūcunq; pulsuum æqualium uno exnte magno uel mediocri absolute alterum est hmōi. Ex quo concedenda est hæc cōclo.a.pulsus est absolute magnus qui per totā istam horā maiorabit. in fine tn̄ erit magnus secundum quid licet erit maior ꝗ iā est. Et per consequens sequitur in casu.a.pulsum esse præcise secundum quid magnum qui per totā istā horā minorabitur & tn̄ in fine erit absolute magnus. Et infinitæ quasi tales cōclones pn̄t concludi ex his post quas non currit cōis medicorū speculatio: egrediuntur.n.aliqualiter metas.

Generis autem quod ex qualitate percussionis uenæ in digitos sumptū est, tres sunt species. fortis & ipse est qui apud diastolem tactui resistit. Et debilis qui est ei oppositus. Et æqualis qui est inter eos.

Pulsus fortis duplr̄.

Primo nota. illa appellatur qualitas percussionis.i.modus percussionis qui est fortiter vel debiliter percutere. Secundo nota vt quidam dicunt ꝙ per pulsum fortem duo intelligere possumus. Primo pulsum vehementer seu acute in tactum percutientem siue perseueret ista fortitudo siue acuitas, siue non vel non constet, & isto modo inter fortem & debilem datur medium vt æquale & temperatum. Secundo per pulsum fortem intelligere possumus pulsum constantem & in forti percussione perseuerantem. Et taliter non loquitur Aui. quia inter hunc fortem pulsum & debilem nullū datur medium. talis.n.fortitudo prouenit a temperantia cōplexionis iuxta sententiam Haly.1.techni. Fortitudo.n.virtutis insequitur temperamentum, & infra idem habebitur. Notanter autem dixit. Apud diastolem: vel quia in systole non resistit. vel propter aliam causam statim tangendam.

Arteria resistēs tactui triplr̄.

Tertio notādum ꝙ propter tria potest arteria apud diastolem tactui venientem multum resistere. Primo propter duritiem. Secundo propter plenitudinem. Tertio propter fortitudinem virtutis & constantiam in tenendo arteriam subleuatam tempore dilatationis quare resistit arteria inferius deprimenti. In proposito est sermo de resistentia. Tertio modo vel propter tertiam causam contingente. propter regulā enim primo vel secundo modo contingentem nō fortis, sed durus vel plenus denominatur pulsus. Cognoscitur autē dr̄ia inter has, quia prima stat cum lapsu notabili corporis ad siccum. tertia vero cum eius temperantia. secunda vero non percipitur nisi apud nimiam corporis plenitudinem. tertia vero apud mediocrem corporis habitudinem. secūdo differunt, quia pulsu resistente multum pp̄ plenitudinē percipitur arteria ac si esset quodā liquido vel humido repleta: in resistente uero ꝓpter fortitudinē non: sed percipitur mediocritas silr̄ dū resistit pp̄ duritiē percipit̄ durities & siccitas i arteria, sed in resistentia cōtingente pp̄ fortitudinē virtutis nō sed percipit̄ mediocritas in mollitie & duritie, et quia fortitudo hmōi virtutem sociat̄ mediocritati in alijs dr̄ijs, hæ vero duæ primæ non. Dr̄ot etiam, quia dū constringit̄ arteria in pulsu duro digito arteriam infrequente ipsa adhuc vr̄ resistere ꝓpter duritiem & influxibilitatem suam, silr̄ in pleno ꝓpter plenitudinem suam. In pulsu vero forti non, ꝓpter arteriam in constrictione conuenienter tactui cedere. Et forte propter hoc dixit Auic. in littera apud diastolem, ut propter hoc differentiam tangeret in littera inter pulsum durū & fortem. Et nota bene hoc, quia vidi in discernendo has differētias iam quosdam valde peritos notabiliter errasse.

Generis quoq; quod ex tp̄e cuiusq; motionis sumptum est tres sunt spēs. Velox & est qui motum in breui tempore complet. Et tardus ei contrarius. Et æqualis inter eos existens.

Primo nota vt puto has descriptiones fore itelligēdas cū cætera paria fuerint. Si.n.spaciū describēdū ab una arteria forte multo maius spatio ab alia arteria describēdo, & in eodem tpe adæquate describerent̄, non pp̄ hoc puto pulsus illos eē æque veloces oīno denoiandos, ut alīs per multa deduxi argumēta ex dictis auctorū. Secundo nota ex dcīs dr̄iam esse inter pulsum velocē & fortē silr̄ inter tardū & debilē sicut inter motū velocē & fortē & tardū & debilē. Stat.n.aliquē motū eē debilē & velocē, qa.s. qd'libet occurrēs posset illud mobile ab illo motu īpedire et quietare, ut patet de debili æquo velocit' currēte, aut musca aut papilione velocit' volāte. Silr̄ stat aliquē motū esse tardū fortē tn̄, qa.s. difficile esset hoc mobile a tali motu quietare, sicut æquus fortis tarde motus in palestra facit aliquos debiles existentes quantūcunq;

velociter motos retroire uel resilire. Et ita proportionaliter in pulsu imaginandum est. stat. n. pulsum esse uelocem debilem, tñ quia statim occurrente tactu sine resistentia cadit siue deprimitur. Econtra stat ipsum esse tardum & fortē, uulgus. n. hanc drīam inter fortem & uelocem debilem & tardum non discernit, & frequenter his tanquā synonymis utitur omnem motum uelocem appellando fortem & tardū debilem. Et ex his patet ꝙ ad recte comprehendendum fortitudinem aut debilitatem in pulsu necesse est digito super arteriam aliqualiter comprimere. his enim taliter compressis facilius hæ differentiæ cognoscuntur.

Pulsus cognoscendi ca non practicus.

Generis uero quod ex essentia instrumenti sumit tres sunt spēs, mollis qui est recipiēs reditum ad interiora & cōpræssionē facile. Et durus qui est ei contrarius. Et inter eos est mediocris.

Primo nota per genus sumptum ab essentia instrūti intelligit genus sumptum a duritie vel mollitie, quas qualitates auctores modos substantię consueuerunt nominare. Secundo nota arteria existente molli dum tangiť, licet nō deprimatur totalis arteria, pars tamen quæ tangitur faciliter ad interiora flectitur propter mollitiem esse causam vt molle faciliter ad omnes positionis differentias flectatur. Econtra uero contingit existente dura, licet. n. virtus esset debilis, tacta tamen arteria non faciliter in suis flectitur partibus, sed potius tale Instrumentum cadit virtute ipsum subleuatum sustinere non potente. Ex quo concludi potest esse possibile aliquem pulsum simul esse fortem & mollem: similiter debilē & durum, Ipso. n. existente molli & forti, licet pars arteriæ faciliter ad interiora flectatur, virtus tamen fortis ipsam fortiter & potenter tenet subleuatam, vnde non cadit. Econtra autem contingit in duro debili. Et est simile sicut si for. fortis existēs rem mollem manu sua teneret sursum & conareť tenere subleuatam & tu manum tētares deprimere, licet. n. illam rem secundum partem quam tangis. ad interiora flecteres non tamen posses inferius faciliter deprimere manū for. fortiter illam rem subleuatam tenētis. Et est etiam sicut si quis cum re molli fortiter percuteret. Exemplum de duro debili est sicut si quis cum re dura manum tuam debiliť percutiat, aut si for. debilis existens teneret rem duram sursum eleuatam & tu deprimere coneris ad inferiora. licet. n res illa ꝑpter duritiem in suis partibus ad inferiora non reflecteretur: virtute tñ subleuante existente debili statim totale instrumentū deprimeretur & non teneret subleuatū ut patet.

Generis autem quod est sumptū ex eo quod cōtinetur tres sunt species. Plenus & ipse est qui sentiť sicut si in eius foramine eēt humor implēs, de quo sollicitandū est ut pure euacuetur. Et uacuus ei contrarius. Et inter eos mediocris.

Arteriā eē repletam tripliciter.

Primo nota. arteriam conuenit multum esse repletam tripliciter. s. sanguine & humoribus: similiter spū, & aliquādo fumo capinoso aut omnibus aut pluribus istorum. Hæc autem repletio cognoscitur extensione arteriæ sine duritie, qa. s. arteria multum resistit, licet non duriter in tactum imprimat. De hac autem syllogiȥandum est vt ille cuius est hæc dispositio pure. i. sollicite uel complete & decenter euacuetur. Incurrit. n. periculum suffocationis aut crepaturæ venarum vel extinctionis calidi, vt potest colligi prima aphoris. in commento illius. In exercitantibus ad summum.

Arteriæ tēsio duplex.

Nota tamen tensionem arteriæ esse duplicem. Quædam est coniuncta strictu… & siccitati, & ista potest stare cum vacuitate, ideo de ista non est sermo in proposito. Altera est tensio cum latitudine coniuncta, & de ista est sermo hīc. Primū dubium. Qualiter hoc corpus est curandum, an per phlebotomiam an per pharmaciam. Secundum dubium. Ponatur ꝙ cum duritie arteriæ coniungatur aliqua repletio, sicut non repugnat esse, quomodo cognoscemus hunc pulsum esse plenum. Ad primum dicitur ꝙ si constat repletionem esse sanguineam aut ex materia sanguini commixta sicut ut plurimum in arteria contingit euacuandum est corpus cū phlebotomia venæ communis: eo ꝙ minorata venarum repletione nec tanto ad cor transmisso sanguine sicut prius minorabitur etiam repletio arteriarum, venæ etiam dum per phlebotomiam minuuntur attrahunt a vicinis, & consequēter ab arterijs, & sic minoratur repletio arteriarum, vt colligitur quarta primi. cap̄. de phlebotomia. Si autem fuerit alterius materiæ repletio sanguini non commixtæ multum fiēda est secundum ipsius exigentiam euacuatio per pharmacum. Ad secundum dicitur ꝙ tunc difficile erit compræhendere per tactum pulsum plenum: sed alia poterunt esse signa quibus pulsus plenitudinem cognoscimus quæ narrare propter breuitatem omitto.

Et generis quidem quod ex suo tactu sumptum est tres sunt species. Calidus. Et frigidus. Et temperatus.

Nota ꝙ ita possent poni tres species ex parte humiditatis & siccitatis. quia tamen non ita per tactum percipiuntur, ideo de his non fecit mentionem, aut etiam quia non absoluitur pulsus humidus a molli nec siccus a duro, de qbus sufficienter determinatum est.

Generis uero quod est sumptum ex tempore quietis species sunt tres. Frequens & ipse est in quo tempus sensatum quod existit inter duas ꝑcussiones est breue qui etiam uocatur consequēs & spissus. Et ei cōtrarius rarus qui etiam dicitur lassus & resolutus. Et inter eos mediocris. Et hoc quidem tempus est secundum quod ex systole cognoscitur. Si uero systole nullo modo cognita fuerit erit tempus quod inter omnes duas diastoles continuatur. Et si ipsa cognita fuerit erit secūdum duo tempora duorum extremorum.

Pulsus frequētia & raritas.

Primo nota ex lr̄a penes qd frequentia aut spissitudo pulsus, & penes qd sit eius raritas attēdēda. Attēdiť. o. frequentia penes breuitatē tp̄is mediātis inter diastolē & systolē arteriæ, ita ꝙ quāto tp̄s illud est breuius tāto pulsus est frequētior. Econtra vero raritas. ꝓportionabiliter. n. quāto tp̄s est lōgius tāto est pulsus rarior. Ex quo colr̄ drīa inter velocem pulsum & frequentē. Silr̄ inter tardū & rarū. Alia. n. & alia sunt tp̄a penes quæ hmōi drīæ mensuranť. Attendiť. n. velocitas penes breuitatē tp̄is mensurātis motū pulsus frequentia vero mēsurātis qeiē. Ex quo vlterius sequitur cōtingens esse pulsum eūdē silr̄ eē velocē & rarū silr̄ frequentē & tardū vt infra in pl̄ibus casibus patebit. Nota tñ ꝙ frequent' auctores istis termīs, velox, frequens, tardus, rarus, vtunť permixtiue per pulsum frequentē intelligēdo velocē & ecōtra. paucā. n. sollicitudinē de noībus habuerūt. 1. phy. com̄. 1. hæc tñ est ꝓpria terminoꝝ signō quæ nūc explicata est. Secundo nota hoc totū ꝙ dcm̄ est de spissitudine & raritate intelligendū esse vbi systole arteriæ sit cognita & simple quies intereā & sequentē diastolē. Vbi. n. ipsa ignota fuerit non vr̄ penes illud mensurādā eē frequentiā eo ꝙ frequētia attendiť penes illud qd' est ipsam illo tp̄e mēsurari. Systole autem & quiete illa incognita incognitū est illud tp̄s, ideo non potest frequentia penes illud mensurari. Tunc aūt attēdenda est frequentia grossum penes totum tp̄s inter diastolē & systolem interceptum. Et ille pulsus denotať frequentior in quo inter duas diastoles se consequentes cadit minus tp̄s mediū q̄ in quo cadit maius. Et hanc sequūť descriptionem medicoꝝ vulgus secundū quem vt colr̄. 4 colliget. non poterit conueniens poni distinctio inter velocem & frequentē pulsum. Sed in casu in quo sit cognita systole, & quies ipsam sequens erit frequētia in pulsu secundum duo tempora

duorum extremorum, idest longitudinem & breuitatem ipsorum mensurantium duo extrema.i.duas quietes cadentē.s.inter diastolem,& systolem,& postea cadentem inter systolē & diastolē,quæ duę qetes dn̄r duo extrema,quia.s.terminant duos motus iam dictos. Tertio nota pulsus frequens appellatur &c.consequens quia in illo vnus motus assumptum subito consequitur.Pulsus vero rarus appellatur lassus & resolutus metaphorice, taliter sumpta metaphora, sicut.n.homo lassus & resolutus multum tempus apponit inter motus & actiones suas,ita pulsus denominandus rarus,quia multum tempus ponit medium inter suos motus.

Genus uero quod est sumptum ex æqualitate & diuersitate est aut æquale aut diuersum.s.inæquale. Et hoc quidem est per comparationem similitudinis,aut dissimilitudinis pulsuū, aut partiū unius pulsus,aut unius partis pulsus in quinque rebus magnitudine & paruitate aut fortitudine & debilitate & uelocitate & tarditate, spissitudine aut raritate,duritie & mollitie donec contingit ꝙ unus pulsus est postremus suæ diastoles citius ꝑꝑ uehementem calorem,aut debilior propter debilitatem. Quod si uolueris dilatabis sermonem & considerabis in æqualitate & diuersitate in tribus generibus prædictis alias partes, sed considerationum fortitudo ad istas reducta est. Pulsus uero ęqualis absolute est ille qui in omnibus est æqualis si in aliquo eorum solo fuerit æqualis eo solo dicetur æqualis, sicut si diceremus æqualem in uirtute aut æqualem in uelocitate. Et similiter diuersus est ille qui non est æqualis aut absolute aut in aliqua re.

Primo nota ꝙ æqualitas in pulsu vt quidam dicunt attēditur penes partes comparatas adinuicem,non autem dissimiles,puta comparando dilatationem dilatationi,& constrictionem constrictioni quietem quieti,& motum motui. Ad hoc.n.ut pulsus sit æqualis non oportet quietē æqualem esse motui vel silem in quinq; drījs quas notat Auic. Sed sufficit diastolem in his esse silem diastoli:& systolē systoli & quietem quieti. Stat nanq; pulsum esse ęqualem in quo tn̄ diastole maior est systole aut velocior. Et per pulsum inæqualem vel diuersum in proposito idem intelligit Aui. Et sicut dcm̄ est de æqualitate:ita et de diuersitate dicendum est. Illud notabile habet dubium ꝑꝑ textum qui sequitur statim. Secundo nota ex lr̄a posse colligi quinq; esse drīas secundum quas conuenit pulsum æqualem aut diuersum fieri.s. magnitudo,paruitas:velocitas:tarditas,fortitudo:debilitas ; spissitudo,raritas,durities,& mollities. Secundum.n. quācunq; istarum contrarietatum fuerit in pulsu dissimilitudo pulsum inæqualem vel diuersum nominamus ; vt si vna systole sit magna reliqua parua vna velox reliqua tarda:& sic de alijs dicetur pulsus diuersus siue inæqualis. Tertio nota ex dictis Aui.in littera tribus modis secundum has quinq; drīas in pulsu inęqualitatem vel diuersitatem contingere. Primo stante disparitate totalis pulsus ad totalē pulsum in his q̄nq; contrarietatibus,aut in aliqua vel in aliquibus earum. Secundo ꝑꝑ dissimilitudinem partium eiusdem pulsus inter se in eisdem vel in aliqua vel aliquibus drījs dictis. Tertio propter dissimilitudinem partium eiusdem partes inter se. Tetigit primum dum dixit. Per comparationē similitudinis aut dissimilitudinis partium.s.pulsum totaliū. Tetigit secundū dum dixit. Aut partium vnius. Tertiū tetigit ibi. Aut vnius partis pulsus. Exemplum primi.si primus totalis pulsus socratis esset magnus velox frequens fortis & mollis. Secundus vero esset paruus tardus rarus debilis & durus aut aliquarum illarum drīarum varietas. Exemplum secundi,nō

Pulsus æq̄lis & inęq̄lis.

Pulsus æq̄lis uł inęq̄lis drīa quintuplex.

vr̄ posse poni nisi ponendo diastolem pulsus esse maiorē aut minorem systole aut quietem eiusdem pulsus inæqualē esse quieti. Exemplum tertij. vt si diastole sit in fine velox & in principio tarda,aut econtra,& similiter systole. Et ex his de mente Auic. vr̄ posse concludi primo inæqualitatem pulsus non solum attendi penes dissimilitudinem diastolis ad diastolem:& systolis ad systolem , sed etiam diastolis ad systolem in his differentijs in quibus eōicat. Si.n.diastole non fuerit systoli conuenienter proportionata in magnitudine et velocitate,pulsum possumus notare inæqualem. Ex quo sequitur non esse pulsum æqualem in quo est systole maior diastole aut velocior,nec econtra,sicut nec ille in quo quies sequens diastolem inæqualis est quieti sequenti systolem.

Ex quo vlterius sequitur primum notabile secundum mentem aliquorum in principio huius partis ponendum esse aliqualiter moderandum. Sequitur vlterius pulsum æqualē absolute esse taliter describendum. Pulsus æqualis est ille in quo omnes totales pulsus & pulsuum partes & partes partium in quinq; drījs similant,motum.s.ad motum,quietem ad quietem comparanda. Econtra inæqualis est in quo non similatur sed dissimilatur in omnibus aut aliqua differentiarum iam dictaꝝ semper motū ad motum,quietem ad quietem comparando. Sequitur vlterius quatuor modis secū dum dictas drīas contingere posse in pulsu inæqualitatem. Primo toto pulsui toti pulsui existē dissimili secūdum oēs uel aliquas partes & secundum oēs vel aliquas drīas dictas. Secundo si partes eiusdem sint dissimiles vt diastole & systole. Tertio si partes eiusdem partis. Et hoc dupliciter. vel quātum ad partes arteriæ quæ inæqualiter releuantur vt in pulsu vndoso vel serrino, vel quantum ad partes pulsum integrantes , vt si principium diastolis esset dissimile in velocitate eius fini uel systolis principium fini eiusdem. Ex quo sequitur ꝙ non inter quascunq; partes pulsus reperitur diuersitas etiam inter easdem reperibilis est secundum oēs dictas quinq; drīas,principium enim diastolis non potest esse dissimile suo fini in frequētia vel magnitudine vt patet, licet bene in velocitate. Sed contra hanc descriptionem pulsus diuersi arguit,quia ex illa sequit ꝙ ex quolibet lapsu ad humidum tm̄ aut ad calm aut siccum tm̄ cordis ꝓuenit pulsus diuersus,quia sꝑ corde lapso ad humidum tm̄ in eo est necessitas maior expellendi q̄ attrahendi. igit sꝑ in eo fiet maior systole q̄ diastole,& per cōsequens pulsus diuersus. & per idē ipso lapso ad siccum tm̄ remanet maior necessitas euentandi q̄ mundificandi vel expellendi , & per cōsequēs diastole maior. Q. āt remaneat maior necessitas euentādi patet , qa ipo labēte ad siccū tm̄ decrescit necessitas mūdificādi necessitate euētādi ꝑmanēte. cū ergo prius fuerit æq̄les, qa ꝑpatæ seqt &c. Et ꝑ idē uŕ argui posse ꝙ cholerici sibi sani & phl'atici sibi sani q̄tūcūq; pulsus eēt sꝑ diuersus, eo ꝙ in cholerico sꝑ multo maior eēt necessitas euētādi q̄ mūdificādi, & ecōtra in phlegmatico,iō sꝑ in cholerico erit maior necessitas diastolis q̄ systolis,& ecōtra in phl'atico. Pro isto dici pōt primo cōcedēdo ꝙ ex q̄libet lapsu ad calm tm̄ uel humidū tm̄ aut siccū tm̄ aptus est merito lapsus ꝓuenire pulsus diuersus ꝑ cōpōnē ad pulsum tꝑati, istū.s.diuersum nofando, in quo q̄tū ad ptes eius nō seruat æq̄litas talis q̄lis in tꝑato, licet q̄libet illoꝝ pulsuū posset dici æq̄lis respcū pulsus alterius i illa cōplone ꝑternālr existētis, ut si sor. phlegmaticus febriret putride, fieret i eo pulsus diuersus respcū pulsus sui nālis, qm̄ inter ꝑtes eius nō seruaret æq̄litas neq; ꝓportionalitas talis q̄lis erat in ipo sano, licet tꝑe sanitatis hr̄et pulsum diuersum respcū pulsus tꝑati nō seruātē ęq̄litatē in suis drījs q̄lē seruat pulsus tꝑatus. Et hāc solonē seq oportet et sequētes uiā tactā in prio notabili. Si.n. inæqualitas in tactu argr̄ uel argui pōt ex inæqualitate partiū constituētiū pulsum eūdē totalē, hoc erit uel ex inæqualitate diastolis & systolis, qd' negat illa pō, uel tꝑis motus ad qetis tꝑs: qd' et negat uel tēporū qetis inter se. Cū ergo in phl'atico uel humido tm̄ sit amplior necessitas mūdificādi q̄ euentādi patet ꝙ qes sequēs diastolem minor erit quiete sequente systolē,& per consequēs erit pulsus

Pulsus inęq̄litas secū dū oēs q̄nq; differētias cōtingit q̄druplr.

pulsus diuersus. Econtra vero in cholerico & in complexione sicca tantum. Ideo probabiliter dr̃ concedendo in cholerico phlegmatico calido tm̃ sicco tm̃ humido tm̃ frigido tantum esse pulsus inæqualis vel diuerso respectu temperati vt deducunt argumenta. & hoc merito suorum lapsuum. Cum hoc tamen stat merito alterius accñtaliter contingẽtis ipsos posse æquales fieri. Et ex hoc cõcludi potest primo. In nulla dyscrasia naturali præterq̃ in aliqua calida & hu. frigida & sic. merito ipsorum lapsuum pulsum æqualẽ esse reperibilem. In aliqua. n. calida & humida & siĺr frigida & sicca non repugnat tm̃ augeri necessitatem mundificandi supra temperamentum quantum augeť necessitas euentandi & etiam tm̃ minorari. Et hoc forte sensit Aui. secunda quarti. trac. 1. cap̃. de signis sumptis a pulsu dum dicit. Et scias q plurimorum hoium pulsus sunt diuersi maliabsq; ægritudine. Nota tñ q nisi inæqualitas illa fuerit notabilis hos pulsus non vocamus diuersos. Nota donec contingit &c. postremus. i. tardus respectu suæ diastolis quæ variatur in velocitate & tarditate, aut est citius vel citius fortis, quia frequens, aut velocior aut debilior &c. Et si volueris dilatabis sermonem non solum de velocitate & tarditate, sed etiam de alijs differentijs exemplificando, sed fortitudo considerationum est reducta ad has, quia sufficienter de his exemplificatur.

Pulsus æqualis vel inæqualis dupľr.

Ex his conclude quis est pulsus æqualis absolute, quis æqualis secundum quid, & quis inæqualis secundũ quid &c. quæ omnia in littera satis explicat Auicenna.

Genus autem quod ex ordinatione & inordinatione sumptum est duas habet spẽs diuersæ ordinatus & diuerse inordinatus. Ordinatus autẽ est ille cuius diuersitas habet ordinem conseruatum super quẽ transit. Et est secundum duos modos. Aut ordinatus absolute, & est cum totum illud quod ex eo prouenit non habet nisi tantum diuersitatem unã. Aut ordinatus qui est ꝑprie, et ipse est qui habet duas diuersitates aut plures, sicut si ibi esset circulus & alius circulus ab eo diuersus, sed ambo ad suum redirent ordinem sicut si esset unus circulus. Et inordinatus est qui est ei contrarius. Cumq; certificaueris inuenies q hoc decimum genus est sicut esset noni generis species intrans sub inæquali.

Pulsus ordinatus dupľr.

Primo nota per pulsum ordinatum in proposito duo intelligere possumus. Primo omnem pulsum inter cuius partes priores. s. & posteriores est debita habitudo vel depẽdẽtia. Ordo. n. est posterioris ad prius debita depẽdẽtia, & ecõtra. Et sic capiendo ordinatum pulsum notum est pulsum æqualem & temperatum esse ordinatum. inter partes enim posteriores &c. est conueniens habitudo. Et taliter in proposito non sumitur. Secundo possumus intelligere pulsum diuersitatem vel diuersitates habentem cum qua vel cum quibus ordinatus procedit. Secundo nota q pulsus huiusmodi ordinatus est duplex vt sumitur in littera. s. pulsus absolute ordinatus: & proprie. & talem Auic. appellat absolute ordinatum vt cõiter habet lr̃a. Dr̃ autem ordinatus absolute in quo tm̃ vna reperitur diuersitas, secundum quam tñ ordinate procedit. Econtra autem non ordinatus absolute est qui pl̃es habet diuersitates scd̃m quas diuersimode ordinatus ꝑcedit. Prima diuersitas est sicut si esset vnus circulus. Secũda sicut si essent plures circuli diuersi sibi succedẽtes, tãdem tamen ad vnum circulum vel silem redeuntes. Exemplum primi. sit pulsus for. magnus velox & frequens, & cũ his drĩjs ꝑcedat vsq; ad quintum pulsum exclusiue. Adueniente uero quinto fiat sola diastoles parua alijs seruatis partibus quãtum est poss. Deinde fiant alij quatuor pulsus omnino siles quatuor primis, & sequatur postea pulsus quintus similis quinto & sic deinceps erit pulsus ordinatus absolute. habet. n. maximum ordinem quem hr̃e põt cum diuersitate nimia. Exemplum secundi sit primus pulsus magnus velox & frequens in forte. Secundus mediocris in magnitudine velocitate & frequentia. Tertius sit paruus rarus & tardus, deinde sequatur quartus silis primo. quintus uero secundo & sextus tertio. & sic deinceps. Hic. n. sunt plures circuli diuersi, ad vnum tñ circulum redeuntes vt patet. Hanc tñ diuersitatem vel has imaginari possumus multipliciter. Primo totali pulsu. Secundo in partibus diuersorum pulsuũ. Tertio in partibus eiusdem pulsus. Vnã etiam solam diuersitatem imaginari possumus: aut secundum vnam partẽ tm̃, sicut in exemplo primo in quo aduenit ordo diuersitatis solum in diastole contingente, aut ẽt in pꞇibus, sicut si tam. s. diastoles q̃ systoles esset tardior vel velocior & procederet ordinate secundum hanc diuersitatem tam in systole q̃ in diastole, hunc. n. pulsum appellare possumus ordinatum absolute, licet plures partes eius forent hñtes diuersitatem. Ex his oĩbus potest concludi primo q si aliquis pulsus haberet solum vnam diuersitatem ad quam nunq̃ rediret ille nõ esset ordinatus. Patet secundo q pulsus diuersi pulsus ordinatus & siĺr inordinatus est spẽs. oĩs. n. ordinatus pulsus est diuersus & non econtra. siĺr omnis inordinatus pulsus est diuersus & non econtra. Et hoc exemplificat Auic. in littera & supra dum dixit, q oportebat illa genera solum ponere nouem & non decem. Ex quo patet q non quilibet pulsus ordinatus est quolibet inordinato melior, immo aliquis est multo deterior, vt pulsus hñs vnicam diuersitatem ad quã non redit, melior est ad illam secundum ordine reuertente cæteris paribus vel saltem esse potest. Ex quo vlterius sequitur non quemlibet pulsum esse ordinatum vel inordinatum. pulsus. n. æqualis non est ordinatus, eo q nullam habet diuersitatem secundum quam ordinate ꝑcedit nec inordinatus vt notum est. Ex quo vlterius sequitur responsio ad quæstionem hic ꝑponi solitam. vtrum. s. pulsus æqualis & temperatus sit ordinatus. Dicendum est q capiendo ordinatum primo modo non solum est ordinatus sed ordinatissimus, nisi fuerit ĩpeditus a causa accidentaliter diuersificante, eo q inter partes eius priores & posteriores est debita & conueniens habitudo. Si tñ secundo modo sicut sumiť in proposito non est ordinatus, eo q non habet diuersitatem secundum quam ordinate procedit. Ex quibus sequiť hãc cõsequentiã non valere. hic pulsus est, et nõ est ordinatus. ergo est inordinatus. Siĺr econtra non sequiť: & non est inordinatus, ergo est ordinatus. Bene tñ sequiť. hic pulsus est diuersus & non est ordinatus. ergo est inordinatus. Siĺr est diuersus nõ iordinatus. ergo ordinatus. Et cã satis patet itelligẽti. Pl̃a alia ex his possent concludi: quæ gr̃a breuitatis omitto.

Pulsus inordinatus q°

Debes autem scire q in pulsu reperitur natura musicæ, qm̃ queãdmodum ars musicæ cõpleť per adiunctionem sonorum scd̃m proportionẽ comitãtẽ eos inter acuitatem & grauitatem per circulos casuum & tẽporũ qui sunt inter eorum percussiones, sic est dispõ pulsus, quia proportio suorũ tẽporũ in uelocitate et spissitudine est sicut proportio sonorum eius, & proportio dispõnũ eius in fortitudine & debilitate & in quantitate est sicut proportio adiunctionis eius.

Musica quid.

Primo nota q per musicã intelligere debemus sciam bñ modulandi, siue voces sonosq; bene ꝑportionandi, q̃ vt allegat Conciliator a Boetio primo suæ musicæ taliter describitur. Musica est ars vel facultas sonorum atq; vocum sensuali ratione ꝑcedens. Isydorus vero. 3. ethymo. cap̃. 14. ipsam taliter describit. Musica est peritia modulationis sono cantuq; consistens. Et subdit hanc musicam esse dictam a musis. Ponitur. n. musa triplex. s. mundana, humana, & organica. tertia est de qua est sermo in ꝑposito. Mundana coelorum & elatorum &c. Imo & in corporum coelestium motu

Concil.

Isydor.

Musa triplex.

plurimi phslosophl armoniam suauissimam seruari crediderunt, vt. 2. cœli apparet. propter quod Isydorus tertio ethymolog. cap̄. 16. dicit. Nanq; & ipse mundus quadam armonia sonorum fertur esse compositus: & cœlum ipsum sub armoniæ modulatione reuolui. Humana vero consistit indebita proportione partium componētium humanum corpus inter se, & organicorum ad organica, consimilium ad consimilia virtutum animæ inter se & ad ipsum corpus. Organica autem proportionem vocum concernit & sonorum organis sonoris cantorum, quorum quædam sunt naturalia ut instrumenra vocalia, quædam artificialia vt cythara, psalterium, symphonia, tuba &c. In proposito autem intelligit Auic. de. 3. quæ est ista quæ est superius descripta. Secundo nota secundum varias proportiones vocum inter se naturaliter quasdam voces esse consonantes quasdam vero disconsonantes. Intelligo autem per consonantiam vocū vel sonorum naturalem concordantiam vel debitam proportionem ipsarum inter se consequentem in grauitate leuitate ab alijs differentijs, quę ibidem sic describitur Consonantia est vocum dissimilium inter se simul permixtarum I unum reducta concordantia, lta ut inde sensus auditus delectatio consequatur. Econtra dissonantia est dissimilium vocū &c. discordantia, ut in auditus sensu aspera & indelectabilis motio subsequatur. Tertio nota. q̄ sicut ad debitam sonorū vel vocum concordantiam requiritur ipsarum debita proportio in grauitate acuitate in magnitudine & paruitate &c. ita ad pulsus debitam concordantiam requiritur partium ipsarum debita proportio in velocitate & tarditate magnitudine & paruitate spissitudine &c. Ex quo patet inter partes pulsus debite concordantes esse propotionem aliquam talem qualis inter uoces consonantes reperitur, & per consequens in pulsu reperitur natura musicę. i. inter partes pulsus, pulsus reperitur concordia talis secundum differentias iam dictas vel proportio vel proportionalitas qualis inter voces naturaliter consonantes reperitur. Notum tamen est q̄ ibi non est consonantia proprie, quia non est sonus nec vox in eo, sed similitudo illius vel proportio in consonantia reperta. & hoc intelligit Auicē. in littera.

Vox nāliter duplex.

Cōsonātia & dissonātia.

Et quemadmodum tempus feriendi & quantitas sonorum est, cum sunt conuenientia & ē cū non sunt conuenientia. Silr est cum ibi diuersitates sunt ordinatæ & est cum sunt inordinatæ. Et proportio etiam dispōnum pulsus in fortitudine & debilitate & in quantitate est cū est cōueniēs & ē cū nō, immo diuersa est. Et hoc quidem est egrediens a genere considerandi ordinem.

Primo nota q̄ ars musicæ completur. i. finem eius conuenienter & complete attingit, dum seruatur debira proportio sonorum inter se in grauitate & acuitate, longitudine & breuitate &c. Et hoc circulariter variatur secundum circulos casuum tempoꝝ. i. vocum tempore mensuratarum, uel etiā mensuræ vocum. Circulariter. n. procedunt cantatores nūc eleuando: nunc deprimendo vocem, nunc abbreuiādo, nūc elongando tempus eius, & consequenter ipsam isto tempore mensuratam de quo a musicis plenam inquiras informationem si mihi non credis. Ita silr contingit in pulsu, vt ex dictis pręcedentibus patere potest. Aliter Mundinus secundū circulos casuum temporum. i. quietū inter percussiones cadentium, & hoc magis consonat. Secundo nota vt mihi videtur notandum, q̄ velocitas & spissitudo in pulsu acuitati vocis aliqualiter assimilatur. vox. n. acuta velociter mouet auditum, grauis uero tarde. Ita pulsus velox cito imprimit in tactum & præterit, & silr spissus respectu rari cæteris paribus. Vnde pulsus ueloces & spissi possunt dici metaphorice acuti. Proportio ergo pulsuum in velocitate & tarditate est sicut proportio uocum in grauitate & acuitate. Fortitudo uero & magnitudo proportionatur magnitudini uocum, sicut enim uox magna multum mouet auditū, ita pulsus magnus tactum. Proportio igitur adiunctionis uocum est sicut proportio pulsuum in magnitudine & fortitudine &c. ut tangitur in littera. Ex quo patet q̄ per solam uirtutē altiorem q̄ sit sensus potest illa proportio perfecte comprehendi, licet ad hoc satis seruiat tactus & auditus. Tertio nota sup̄ ista parte. Et quemadmodum tempus. q̄ sicut diuersitates uocū in grauitate &c. quādoq; sunt conuenientes & ordinatę &c. quandoq; sunt disconuenientes & inordinatæ, ita & diuersitates in pulsu repertæ. quandoq; sunt ordinatæ, quia debite proportionate dispositioni corporis, quandoq; uero non, sicut quando licet sint ordinatæ, non tamen illi proportionātur corpori cum tali ætate uel habitudine. Exempli gratia. I uocum diuersitate duplicem imaginamur ꝓportionē. Vna est illarum inter se. Altera est illarum ad circunstantias propter quas fit cantus. Variatur enim uocum proportio secundum circunstantiarum harum uarietatem, alter enim cātus decet lætantem, alter conquerentē: alter infirmum, alter in nuptijs, alter in prælio, alter circa prandium. Ad hoc autem q̄ cantus sit bene ponderatus requiritur primo debita ꝓportio uocum inter se ut dictum est. Secundo debita proportio istius proportionis uocum ad circunstantiam uel circunstātias iam dictas. Et similiter in pulsu duplex notatur proportio. Vna partium pulsus inter se secundum differentias dictas, & ista constituit pulsum ordinatum & inordinatum. alia est proportio illius proportionis partium pulsus ad corporis ætatem uel complexionem, & ista constituit pulsum boni pōderis. propter quod subdit infra. Et hoc quidem est egrediens a genere considerandi ordinem.

Pulsus et uocis ꝓportio.

Cantus ponderati & pulsus proportio duplex.

Gal. autem uidet q̄ id quod potest sentiri ex proportionalibus ponderis est secundum unam ꝓportionem musicarum nominatarum aut nō nominatarum. Nominatarum uero aut secundum proportionem totius, & quandoq; est proportio tripli cum est proportio dupli adiūcta cū proportione addētis medietatem, et ipsa est quæ dicitur proportio per quinq; & secundum proportionem quæ est per totum & est dupla, & secundum proportionem quæ est per quinq; & est addens medietatem secūdum proportionē quæ est per quatuor, & est addens tertiam & secundū proportionem addentem quartam postea non sentitur. Et ego quidem miror quomodo proportiones istæ per tactum discerni possunt. Dico tamen q̄ ei est facile qui in gradu tangēdi consueuit et proportionatur sonos per artē postquam erit ei potentia cognoscendi musicā acquisita & cōparabit factū per notum. hō etiam iste cū suā intentionem ad pulsum reduxerit hmōi poterit discernere proportiones per sensum.

Nota hic q̄ proportio maioris & minoris inæqualitatis est quintuplex, scilicet tres simplices & duæ compositę. Simplices sunt proportio multiplex, proportio superpartiens, ꝓportio superparticularis. Compositæ sunt istæ, scilicet proportio multiplex superpartiens, & multiplex superparticularis. Nota etiam q̄ proportio primi ad ultimum componitur ex proportione primi ad medium, & medij ad extremū: & per consequens proportio tripla est composita ex sexquialtera & dupla, sicut proportio trium ad unum componitur ex proportione trium ad duo & duorum ad unum, quarum prima est sexquialtera, secunda uero est dupla. Nota etiam in musica proportio dupla uocatur dyapeson: sexquialtera uero diapente, sexquitertia uero diatesseron. Ex quibus patet quòd diapeson componitur ex diapente & diatesseron, tripla uero componitur ex diapente & diapeson.

Proportio maioris & minoris inæqualitatis multiplex.

Dyapeson qd, & diapēte & diatesseron.

Proportio dupla sexqualtera, tripla & sexqtertia quae.

Secundo principaliter nota ex littera quinq; proportiones ptiū pulsus iter se percepit Gal.s. duplā triplā sexquialterā sexquitertiam & sexqui quartam. minores autem istis non potuit percipere Gal. Tertio nota q̄ ꝓportio dupla apud antiquos vocatur proportio per totum. est enim prima inter proportiones multiplices, quibus.s.totum pluries continet & minima, ideo forte denominationē illam assumpsit. Proportio vero sexquialtera appellatur proportio per. 5. quia in quinto loco monachordi reperitur. Proportio ergo tripla est composita ex proportione totius &. 5.i.dupla sexquialtera, & hic sonat littera dum dicit. Aut secundum proportionem totius & quinq;. & ista est proportio tripla quae supple ē cū proportio dupli iungitur addenti medietatem.i.sexquialtera vt declaratum est. Proportio vero sexquitertia dicitur proportio per quatuor, vel quia quod se habet in illa proportiōe se habet vt quatuor ad tria, vel quia continetur in quarto loco monachordi quod credo verum.

Genus uero quod ex pōdere est sumptum est per comparationem proportionis quantitatum proportiōum quatuor temporum quę sunt duobus motibus & duabus quietibus. Et si sensus totum hoc discernere non potest, tamen est per cōparationem proportionis quantitatum proportionum temporum diastoles ad tempus, quod ē inter duas diastoles & ad ultimum temporis in quo est motus ad tempus in quo est quies.

Pondus dupl'r.

Primo nota hunc terminum pondus sumi dupl'r. Primo pro re sua grauitate deorsum tractum faciente siue petēte locum inferiorem, & taliter non sumitur hic. Secundo mō sumitur metaphoricae pro tali vel tali proportione motus ad quietem vel temporis motus ad tempus quietis tactu comprehensibili secundum quod est cōueniens vel disconueniēs corpori, & ex cōsequenti pro illa proportione proportionum motus ad quietem. & econuerso corpus vel corporis dispositionem. Dicitur autem haec proportio metaphoricae pondus taliter sumendo metaphoram. Sicut enim rem ponderando scimus & cognoscimus q̄ta & quae sit eius conueniens mensura, ita dum taliter pulsum ponderamus.i.per notitiam talium proportionum cognoscimus & scimus quis pulsus sit conueniens corpori & quis non, ideo dicitur pondus. ꝟ.g. cognosco sor. puerum phlegmaticae complexionis, cuius pulsum scio esse velocem & paruum & valde frequētem, ita q̄ debet esse temporis motus ad tempus quietis dupla proportio, tango ipsum & reperio proportionem hanc, dico ipsum esse boni ponderis. Si autem esset econtra, quia.s.eēt velox & rarus dicerem ipsum esse mali ponderis.

Qui autem ponunt in hoc capitulo comparationem temporis motus ad tempus motus & tēporis quietis ad tempus quietis mittunt capitulū in capl'o, licet huiusmodi missio sit tolerabilis & non sit inconueniens, sed tamen non est bona.

Error Haly. & sequētiū ipsum.

Nota quidā crediderunt q̄ ad cognoscendum pōdus i pulsu suo oportet prīo scire & cognoscere ꝓportionē motus ad motum & postea q̄etis ad quietē, & postea ex hoc cognoscere proportionem motus ad quietem quod quidem non ē sic, immo prius scimus proportionem motus ad quietem imediate sequentem quam etiam statim comparamus quo ad suam mensuram temporalem sequenti motui, quibus scitis scis qualis est proportio motus ad motum similiter quietis ad quietem. Comparatio ergo primi motus ad quietem est vnius capl'i, & alterius est altera. Facientes ergo hoc ponūt capitulum in capl'o, quia quod est in vltima consideratione ponunt in prima & econtra. Et ille fuit Haly. 7.theoricae. & sequentes ipsum. quare &c.

Et pondus quidem est illud in quo proportiones musicae cadunt.

Primo nota non esse itendonem. A. i quolibet pōdere pulsus reperiri consonantiam musicalem. in pulsu.n. valde malo & inordinato non oportet ipsam reperiri, sed uoluit q̄ ubi fuerit ordo in pulsu vt plurimum reperitur. Secundo nota q̄ pondus in ratione sua formali non includit diuersitatē uel inęqualitatem. q̄tumcunq; enim esset pulsus aequalis & tēperatus in ipso potest esse pondus bonum & cōsonantia, immo & in ipso est temperatissimum pondus. quod arguit sic. quia in ipso est debita proportio temporum motus ad q̄etē. & econtra conuenientissima etiam corpori. igitur &c. Ex quo sequitur non quodlibet pondus inęqualitatem includere sicut quilibet ordo. Sequitur etiam. non omnem consonantiā musicalem in pulsu inaequalitatem vel diuersitatem pulsus arguere, vt proportio musicalis motus ad quietem, & econtra inuenta in pulsu temperato. Patet vlterius non omnē pulsum ponderis esse ordinatum vel inordinatū, quia aequalis est hmōi. Et ex hoc patet differentia inter hoc genus & genus sumptum ab ordinatione. Patet vlterius ex parte rei genus ponderis non esse a quarto genere distinctum, licet differant ratione. omnis enim pulsus ponderis est aequalis vel inaequalis, & econtra.

Et dicemus q̄ pulsus aut est boni pōderis aut mali ponderis. Et illius quidem qui est mali ponderis sunt tres species. Vna est illius cuius pondus est mutatum & est iuxta pondus, & iste est cuius pondus est ponderis aetatis, quae ē iuxta aetatem illius cuius est pulsus, sicut cum iuuenes habent pondus pulsuum puerorum. Et altera est separati ponderis sicut cum pueri habent pondus pulsus sicut senum. Et tertia est egrediens a pondere, & ille est cuius pondus ponderi pulsus hominis nō similat. Et ml' ta egressio pulsus a pōdere magnā in dispositiōibus significat mutationē.

Pulsus mali pōderis.

Nota pulsum esse mali ponderis est ipsum corpori aetati vel complexioni esse disconuenientem vel disproportionatum. Secundo nota per aetatem naturalē complexiōem eē intelligendam. Et totum residuum capituli patet usque ibi. Dicunt quòd diuersi.

Capl'm. ij. Est de pulsu aequali & diuerso.

Dicunt q̄ diuersi pulsus diuersitas aut ē in multis percussiōibus aut in uno pulsu. Sed qui in uno pulsu diuersificatur, aut in multis diuersificatur partibus.s. in locis separatis in quibus cadunt digiti, aut in una parte.s. in loco unius digiti.

Primo nota q̄ diuersitas est in multis pulsibus supple totalibus quorum quilibet sit compositus ex duobus motibus & duabus quietibus, aut in vno pulsu totali secundum ptes suas. Exemplum primi, vt si primus pulsus esset magnus uelox & frequens, secundus paruus tardus & rarus. Exemplū secundi patet. Secundo nota, in vno pulsu potest cadere diuersitas, uel q̄tum ad partes pulsum integrantes vel q̄tū ad partes arteriae sub digitis cadentes, sicut si vna pars magis alia minus dilatetur, aut vna pars tardius alia velocius moueatur, & sic de aliis. Tertio nota q̄ in vna parte sub vno digito cadente imaginari possumus cadere diuersitatē pulsus, vel q̄tum ad partes q̄titatiuas eius, vel quantum ad partes istius partis pulsum integrantes, & adhuc partes illarum partium. Exemplum primi, imaginando duo extrema illius partis arteriae & vnum altero magis dilatari aut velocius moueri aut fortius &c. Exemplum secundi. vt q̄ principium dilatationis illius partis sit velox & finis tardus aut dilatatio velox & constrictio tarda.

Pulsus diuersitas cadere potest dupl'r.

Et illius quidem qui in multis diuersis existit pulsibus est diuersus gradatus æqualiter currẽs. Et ipse quidem est qui ab uno incipit pulsu & permutatur ad maiorem eo aut ad minorem, & procedit sic secundum hanc regulam donec peruenit ad finem in diminutione aut in augmento per similem ordinem, deinde intersecatur & ad primam magnitudinem redit.

Pulsus diuersus gradatus, æqualiter currens.

Primo nota hic pulsus est diuersus eo q secunda pulsatio diuersa est a prima & sibi inæqualis, & tertia secundæ, & sic deinceps vsq; ad certum terminum. Et dicitur gradatus, quia per gradus quosdam augmenti vel diminutiõis alicuius vel aliquarum suarum differentiarum procedit, ideo metaphorice gradatus dicitur, sicut si aliquis per scalas gradatim ascẽderet. Dicitur etiam æqualiter currens, quia in eo est vbi augmentum vel diminutio secundum differentiam illam secundum quam dicitur gradatus æqualiter currens. Tantũ enim secunda excedit primam pulsationem quantum tertia secũdã, & quarta tertiam, & sic de alijs. Exẽpli gratia. sit pulsus sor. vnius gradus magnitudĩs in prima pulsatione, in secũda duorum in tertia trium, & in quarta quatuor, & sic vlterius hũc pulsum gradatum æqualiter currentem diuersum appellare debemus. Et est sicut si imaginemur vnam latitudinem uniformiter difformem quo ad tempus tamen vniformiter acq sitam vt patet intelligenti. Econtra vero de diminutiõe exẽplum poni potest. Secundo nota non esse imaginandum solum secundum longitudinem fieri hunc pulsum, immo secundum omnes differentias quinq; superius nominatas. Facile enim est poni exẽplum de velocitate tarditate spissitudine raritate & fortitudine & debilitate & alijs drijs, vt patet.

Aut rediens ex paruitate sua simili reditu in ambabus dispositionibus ad primam regulam, aut diuersificans postquã uenerit a principio quod est huiusmodi ad finem qui est huiusmodi.

Pulsum gradatũ redire ad pristinã dispõnẽ dupl'r.

Nota hic pulsum taliter vniformiter gradatim augmentatum vel diminutũ possumus imaginari redire ad pristinã dispositionem dupl'r. Primo simili reditu & proportionali, secũdo diss. & quod imaginari possumus dupl'r, vel quia difformiter redit, vel quia vniformiter, sed velocius aut tardius procedit q̃ prius procedebat. Exemplum primi. pulsus sor. in prima pulsatione fuit quatuor graduum velocitatis aut magnitudinis, in secunda sex, in tertia octo, in quarta decem, & ibi terminatur augmentum, deinde redit, & in quinta pulsatione sit vt octo graduum, in sexta sex, & in septima quatuor, & sic vniformiter redit ad primam magnitudinem. Exemplũ secundi. pulsus sor. in prima fuit. 4. & processit augendo ad. 10. vt dictum est, & post reuertitur. & in quinta fuit vt. 8. & in. 6. 4. Exemplum tertij. de velociori & tardiori reditu uniformiter patere potest ex dictis. Partes arteriæ sunt sex. i. sex modis situatæ. s. sursũ deorsũ &c. sicut sex sũt positionis drie.

Et est cum ad finem peruenit. Et est cum intersecatur ante ipsum. Et est cum additur supra ipsũ donec intersecatur. Cunque intersecatur fortasse intersecatur in medio cessando. Et ẽ cum agit ab hoc diuersum, & illud est ut in medio sui interueniat motus. Et pulsus quidem cessatiõem habẽs est diuersus in quo expectatur motus & uenit quies. Et ille qui in sui medio habet motum est diuersus in quo expectatur quies & uenit motus. Diuersitas uero pulsus in multis partibus unius pulsus aut est in situ suarum partium, aut in motu suarum partium. Sed diuersitas quæ est in situ suarum partium est diuersitas proportionis partium uenæ ad partes. Et quoniam partes sunt sex erit illud quod in eis cadit ex diuersitate similiter. Diuersitas autem quæ est in motu aut est uelocitate & tarditate, aut in consecutione & præuentione. s. ut moueatur pars eius ante horã sui motus aut post horam, aut in fortitudine & debilitate, aut in magnitudinem & paruitate. Et hoc totum aut curret secundum ordinem æqualem, aut diuersum in augmento & diminutiõe. Et illud quidem aut erit in duabus partibus aut in tribus, aut in quatuor. s. in casu digitorum. Et tu quidem componere poteris & ordinare.

Totum patet vsq; ibi. Ex diuersitate pulsus.

Ex diuersitate uero pulsus in una parte est ille qui est intersectus & redituus & continuus. Intersectus autem est ille qui in partem unam cum paruo motu separatur & partis unius quæ ex eo intersecatur cũ quiete est cum duo extrema diuersificanť in uelocitate & tarditate & in silitudine.

Pulsus diuersitas cõtingens in vna pte

Primo notandum per diuersitatem pulsus in vna pte cõtingentem intelligere possumus duo. Primo diuersitatẽ contingentem in vna parte arteriæ sub vno. s. digito cadente. Secundo per partem vnam intelligere possumus partem vnã pulsus. s. diastolem aut systolem. Secundo nota circa descriptionem intersecti istam litteram duplicem posse habere intellectum. Primus est per partẽ illam intelligẽdo arteriam imaginando. s. q pars arteriæ quæ tangitur hẽt duo extrema difformiter mota, partem vero mediam quiescentem, & sic litteram exponemus. Intersectus est ille qui cum paruo motu. s. extenso per paruam partem separatur in partem vnam. s. illo motu motam. & supple aliam alio motu motam, & est. i. contingit q partis illius. s. cadentis sub uno digito quæ intrinsecatur cum quiete duo extrema intersecta cum quiete. i. parte quiescente diuersificantur in velocitate & tarditate et similitudine & dissimilitudine. s. aliarum differentiarum.

Pulsus itersectus.

Secunda expositio est per partem vnam intelligendo diastolem aut systolem, imaginando q postq̃ arteria incepit dilatari ab. a. termino & peruenit vsq; ad. b. ibi aliq̃ morula, quiescit et prius q̃ deprimať ulterius ad pũctũ altiorem. puta. c. mouetur motu dissimili, puta velociori aut tardiori fortiori &c. sicut in pulsu conuenit bis pulsante. & secundum hanc expositionem exponẽda est littera ut patet.

Redituus uero est ut pulsus magnus redeundo fiat paruus in una pte, deinde in redditu subtili redit. Et huius quidem modi est ille cuius quedam specierum in alias ingrediuntur. Et hoc est ut sit unus pulsus, sicut duo propter diuersitatẽ, aut duo sicut unus propterea q aliæ in alias ingrediuntur. Et istud quidem est secundum sententiam eorum qui in hoc non conuenerunt. Cõtinuus autem est ille cuius diuersitas est ordinata in continuitate non sensu percepta separatione in eo ad quod ipsa mutatur ex uelocitate ad tarditatem aut econtra, aut ad æqualitatem aut inequalitatẽ in eis, aut ex magnitudine aut paruitate aut æqualitate in eis ad aliquod eorum ad quod mutatur. Et hoc quidem est cum secundũ similitudinem sui procedit. Et est cum accidit ut cum continuatione sua sit in aliquibus suarum partium plus diuersitatis & in alijs minus.

Pulsus rediciui dñia ab iterfecto

Nota reddiciuum non videtur differre ab iterfecto, nisi qa in intersecto est vera quies media, sed in rediciuo non, sed prima pars eleuationis est velox, & ē illa pars parua. deinde tardatur & est motus subtilis quasi non perceptibilis, postea uelocitatur & completur diastole magna. Hoc igitur modo rediciuus fit in vna diastole, & eadem etiam parte quantum ad uarias partes imaginando extrema & medium partis arteriæ eadem is sub vno digito, & consequenter q̄ extrema moueantur velociter pro faciendo diastolem magnam. Pars autem media faciat primo diastolem, deinde quasi insensibiliter moueatur & postea redeat ad magnitudinem aliam. Quis autem sit continuus satis patet.

Capitulum tertiū. De speciebus pulsus diuersi quæ nomina habent propria.



EX eis gazelans qui ē diuersus in una parte cum fuerit tardatus, & deinde intersecatur & fit uelox.

Pulsus gaçelās vl' capriçās gd.

Primo nota per pulsum gaçelantem quem Auer. 4. colliget capriçantem nominat debemus intelligere pulsum motui capreti vel caprioli vel gaçeli qui est animal capriolo sisse conforme. Hic autem motus taliter diuersus est vt gaçelus primo faciat aliquem saltum imperfectum paruum & tardum, deinde quiescat vel saltem quiescere videatur, secūdū tenentes ipsum non necessario esse quiete iter ceptum & postea motum faciat velocem & completū. ita similiter in pulsu contingit quem propter hoc dicimus gaçelantem. Secundo nota hunc pulsum tripl'r imaginari possumus.

Pulsus gaçelās tripl'r.

Primo quantum ad diuersos pulsus. Imaginando primum diastolem paruam & tardam, & q̄ post illam sequatur systoles, deinde fiat mora aliqualiter magna, et fiat tūc pulsus festinus valde & maior qui pro tunc intersecari dicetur, quia quiete existente maiori in q̄ debet reperitur arteria aliquando quiescere quando dēret moueri. Secundo imaginari possumus ipsum quantum ad eundem pulsum, secundum tamen diuersas partes, vt. s. diastole tarda & incompleta postq̄ sequitur quies longior propter quod dicetur intesecari. deinde sequiē systole completa & velox. Tertio imaginari possumus quantum ad vnā in piem puta diastolem aut etiam systolē apud conuenienter ipsam percipientem, imaginando arteriam ipsam dēre dilatari ab. a. ad. c. punctum & quiescat in. b. q sit medius inter. a. & c. vel saltem quiescere videatur, fuerit tñ vsq; ad. b. pigriter vel tarde mota. cunq; moram in. b. contraxerit moueatur vsq; ad. c. rapido motu complendo dilatationem suam, hoc enim pulsus est gaçelans quia primo est diuersus in vna parte. s. prima dilatationis in qua fuit tarditas, postea intersecatur, quia quiescit vel videtur quiescere quando debet moueri & fit postea velox dum mouetur a. b. puncto vsque ad. c. punctum.

Et ex eis est undosus. Et ipse quidem est qui ē diuersus in magnitudine partium uenæ & earū paruitate & eleuatione ipsarum ad superiora & in latitudine & in consecutione & præcessione in principio motus pulsus cum mollitie quæ est in ipsa, & ipse quidem non est ualde paruus, & habet latitudinem quandam & assimilatur undis, quarum aliæ alias sequuntur secundum rectitudinem cum diuersitate quæ est inter eas in eleuatione earum ad superiora & descensione ad inferiora & uelocitate & tarditate.

Pulsus vndosū condō multiplex

Primo nota per pulsum vndosum in proposito intelligere debemus pulsum in suo motu motui vndarum aquæ maris proportionalem. In motu autem vndarum multa percipitur diuersitas. vna. n. pars eleuatur & altera deprimitur, una eleuatur magis & altera minus. similiter deprimitur vna magis & altera minus. Etiam mouetur vna velocius & altera tardius, & etiam vna ē altera latior & similiter strictior. Quędam etiam alias citius consequuntur & quædam minus cito, ita vt videatur quandoq; alteram attingere quādo ꝓ post ipsam multum inchoare. Quæ omnes diuersitates in pulsu reperiuntur vndoso, cuius vna pars arterię deprimitur & altera eleuatur, vna magis & altera minus, vna velocius et altera tardius, vna est latior & altera minus lata, & sic de alijs. propter quod conuenienter hic pulsus nominatur vndosus. Secundo nota hunc pulsum non esse multum paruū & quādam habere latitudinem, per quas differētijs differt a formicante & vermiculoso pulsu, vt statim patebit.

Ex eis est uermiculosus qui est illis similis, sed est paruus multæ spissitudinis, cuius spissitudo existimatur uelocitas, sed non est. Et formicans qui est ualde minor & uehementioris spissitudinis. Et uermiculosi quidem & formicantis diuersitas in eleuatione ad superiora et percussione & consecutione in sensu est manifestior ipsorū diuersitate ī latitudine, immo quasi nō appet id.

Pulsus vermiculosus.

Primo nota per vermiculosum pulsum intelligendum esse pulsum cuius motus percipitur, sicut si esset motus vermis cuiusdam parui. Est autem motus vermis vndosus, vt vna pars primo moueatur & figatur, & alia pars insequatur secūdum multitudinem suorum pedum, vt primo moueant āteriores deinde subsequentes, & in hoc similatur. Est tamē hic pulsus tardus valde sicut motus vermiculi, & est tardus ꝓpter virtutis debilitatem, sed est multum spissius cuius causa patebit inferius. Et propter tantam spissitudinem apparet alicui q̄ sit velox, sed hoc non est. eo. n. q̄ in pauco tempore multas facit percussiones, quia vna aliam cito insequitur & completur post aliam videtur velox cum tamen sit tardus. sed huius causa est paruitas cum frequentia. Et illud pōt esse motiuum pro tua pōne ad persuadendum non quēlibet pulsum alio in minori tempore suam complētem diastolem uel systolem adæquate esse eodem velociorem. Secundo nota per pulsum formicantem debemus intelligere pulsum q sub digito percipitur sicut motus formicæ, & ille est multo minor vermiculoso, sed est eo multo spissior sicut motus formicæ spissior est motus vermis. Ex quibus patet differentia inter vndosum ex vna parte, vermiculosum & formicātem ex alia parte. hi. n. sunt multo minores & frequentiores q̄ sit ille. s. vndosus. Tertio nota q̄ quia pulsus vermiculosus & formicans est valde paruus secundum latitudinem, ideo diuersitas in latitudine in eo parum aut nihil percipitur, licet percipiatur diuersitas quo ad alia in littera explicata vt satis patet. Et in hoc etiam differunt ab vndoso pulsu.

Pulsus formicans.

Et est ex eis serrinus qui undoso in partium diuersitate similatur & in eleuatione ad superiora & latitudine & precessione & consecutione, sed est durior & cum duritie ipsius partes in duritie diuersę existunt. Et serrinus quidem est pulsus uelox spissus & durus cuius partes in magnitudine diastoles diuersæ existunt in duritie & mollitie

Pulsus serrinus.

Nota per serrinum pulsum debemus intelligere illū quo existe dum tangitur arteria percipitur velut serra. In serra uero sunt dentes quorum quidam flectuntur ad dextrum, qdā vero ad sinistrum. percipitur etiam in serra quædam partiū eminentia & depræssio. Ita in tali pulsu quibusdam partibus magis, quibusdam minus eleuatis, illis etiam partibus duris valde existentibus, eo. n. q̄ huiusmodi pulsus ē durus valde percipiuntur velut dentes serræ, propter quod conuenienter nominatur serrinus. Ex quo patet primo conuenientia & differentia ipsius ad vndosum. Conueniunt enim quia in vtroq; est inæqualitas in eleuatiōe & depressione velocitate

& tarditate, præcessione & consecutione motus partium arteriæ. Differunt autem quia vndosus est pulsus mollis. Serrinus autem est durus. Patet secundo differentia huius pulsus ad formicantem & vermiculosum vt patet intuenti.

Et ex eis est cauda soricina. Et est ille qui ordinatur in diuersitate suarum partium ex diminutione ad augmentum aut ex augmento ad diminutionem. Et cauda quidem soricina est cum est in pulsibus multis & est cum est in uno pulsu in partibus multis aut in parte una. Et eius diuersitas propria est illa quæ ex magnitudine pendet. Et est cum est in comparatione uelocitatis ad tarditatem aut fortitudinis ad debilitatem.

Pulsus dictus cauda soricia.

Primo nota per caudam soricinam in proposito intelligere debemus pulsum in suis differentijs vel aliqua illarum dispositioni caudæ muris in subtilitate & grossitie proportionatum. Quemadmodum .n. incipiendo ab extremo grossiori caudæ muris, & tendendo ad extremũ subtilius uniformiter inuenitur grossitiem declinare aut econtra incipiendo inuenitur ipsum vniformiter ingrossari vel augeri, ita i tali pulsu inuenit vñe augmentum aut diminutio in una vel in pluribus suarum differentiarum, ꝑpter quod merito nominatur cauda soricina. Ex quo patet hunc pulsum esse diuersum & multum conuenire cum gradato & æqualiter currente.

Pulsum Caudã soricinã eueñ tri pl̃r.

Secũdo nota hunc pulsum dupl̃r imaginari possumus euenire. Primo hac diuersitate seruata in pluribus pulsibus. secũdo in uno pulsu ad plures q̃tum ad partes arteriæ. tertio q̃tum ad vnam partem arteriæ. quarto quantum ad vnã partium integrantium pulsum, puta diastolẽ aut systolem. Exẽplum primi, sicut si sit primus pulsus fortis unius gradus magnitudinis velocitatis & spissitudinis, secundus sit duorũ, tertius trium, quartus quatuor &c. hunc pulsum dicimus caudam soricinam propter proportionalitatem tactam. Simili'r potest exemplificari econtra. Exemplum secundi patet ponẽdo partes arteriæ sic difformiter se habere cadentes. s. sub q̃tuor digitis ꝙ prima moueatur quatuor gradibus, velocitatis magnitudinis & frequentię. secunda pars quę cadit sub secundo tribus. tertia duobus. quarta vno. vni formiter tamen difformiter extensis, patet cauda soricina. Exemplum quarti est si arteria dilatando vel constringendo continue vniformiter intendat vel remittat suum motum. Ex quibus patet caudam soricinam non solum secundum magnitudiem in pulsu facta varietate eẽ repetibilẽ, sed etiam in alijs drñs.

Et ex eis est mesalius. Et ipse est qui ex diminutione procedit ad aliquem terminum in augmẽto postea reclinatur inferius ad suum ordinẽ donec ad primum terminum diminutionis perueniat. Est ergo sicut duæ caudæ soricinæ quę cõtinuantur apud maiores eius extremitates.

Primo nota hic pulsus similatur caudæ soricinæ, quia in isto fit ordinatus & gradatus processus ab augmento ad diminutionem vel econtra, sicut i cauda soricina. Differt tamẽ ab eo quia ille redit cum ordine ad pristinam dispositionem, hoc autem non est necessarium in cauda soricina. Ex quo patet probabiliter sustineri posse hunc pulsum esse speciem caudę soricinæ. Cuilibet enim tali competit descriptio caudæ soricinæ, vt patet intuenti. Nisi quis velit dicere in quid nominis caudæ soricinæ esse supplendum ꝙ eodem ordine non redeat ad pristinam dispositiõem, secũdum quẽ modũ essent species contra se inuicem distinctæ. Et ex his vlterius patet hunc pulsum esse diuersum & esse speciem pulsus gradati æqualiter currentis, de quo in præcedentibus habitũ est. Mesalius est dictus ita ad similitudinem cuiusdam arcus in vtraq; extremitate subtilis & in medio grossi.

Pulsus mesalius

Et ex eis est bispulsans. Et in ipso quidem discordati sunt medici. Sunt .n. quidam qui ipsum unum pulsum ponunt diuersum in processione & consecutione. Et sunt alij qui ponunt ipsũ duo pulsus, quorum unus alterum consequitur & ad ultimum inter eos non existit tempus quod dilatetur ad colligendum systolem deinde diastolẽ. Non enim omne ex quo consequuntur duæ percussiones, oportet ut sint duo pulsus, alioquin ille cuius intersecatᷓ diastoles & deinde redit eẽnt duo pulsus. Neque etiam oportet ut sint duo pulsus, nisi cum incipit & fit diastoles & postea redit ad fundum faciendo systolem, deinde redit iterum & diastolem facit. Et ex eis sunt quietem habens & cadens in medio quos prædiximus. Sed differentia inter cadentem in medio & gazelantem est ꝙ gazelantis secunda ante uenit quàm compleatur prima, sed in cadente in medio est pulsus qui uenit in tempore quietis cum compleatur percussio prima.

Pulsus bispulsans.

Primo nota hunc pulsum nominari bispulsantem, q̃a diastole sua binam causat pulsationem siue percussionem in tactum. v.g. si pulsus sit dilatandus ab. a. ad. c. cuius distantię sit. b. medius punctus, & dum peruenit ad. b. quiescat. deiñ sine systole vlterius dilatetur ad. c. binam in tactum cãbit percussionem, & sic erit bispulsans. Et differt hic pulsus a gaçelante vel caprino, quia in hoc non reperitur diuersitas i ue locitate, quia in capriçante non est vera quies secundũ quosdam. Secundo nota de hoc pulsu apud antiquos extitisse varias opiones. Quidam enim dixerunt esse duos pulsus, eo ꝙ ibi sunt duæ diastoles. non enim videtur ꝙ vnus pulsus debeat habere nisi unam diastolem. Quidam autẽ dixerunt ꝙ est unus pulsus diuersus in consecutione & præcessione. i. velocitate & tarditate, aut spissitudine & raritate. Auic. autẽ dicit hunc esse unum pulsum. si enim essẽt duo pulsus oporteret in eo esse duas diastoles & duas systoles & quatuor q̃etes, eo ꝙ vt supra habitum est omnis pulsus est compositus ex duobus motibus & duabus quietibus. Hoc autem nõ est in proposito, quia post primã quietem bispulsantis nõ sequitur systole, sed altior secunda eleuatio. ideo &c. Ex quo concludit vt tangitur infra hanc consequentiam non valere. In hoc pulsu sunt duę dilatationes. igitur & duo pulsus. Secũdo sequitur, non omnem pulsum solum ex duobus motibus & duabus quietibus resultare, immo aliquis ex tribus vt in hoc pulsu bispulsante, & per consequens, aliquem pulsũ resultare ex sex partibus. Et plura alia ex his concludi possent.

Tertio nota non ideo dici bispulsantem, quia in eo solum fiãt duæ percussiones. sed quia in eo duæ ad minus. non .n. repugnat in aliquo fieri tres aut quatuor vt patet. omnes enim bispulsantes nominarentur. Ex quo sequitur in casu pulsum aliquem vnũ esse compositum ex quatuor motibus & quatuor quietibus totalibus. Et plura alia cõcludi possent ex his.

Quarto nota drñam inter gaçelantem & cadentem in medio, quia in cadente in medio sunt pulsationes completę, sed venit motus quando deberet esse quies. In gaçelante autem non fit primo motus completus, sed completur postea secũdo eueniente, ita ꝙ non interuenit vera quies licet multum tardetur motus. Potest tamen teneri interuenire quietem, & ꝙ non differt a bispulsante nisi ratione.

Ex istis quidem capitulis sunt pulsus spasmosus & tremulus & retortus qui filo quod torquetur assimilatur & est ex capitulo diuersitatis in præcessione & consecutione & in situ & in latitudine. Et chordosus quidem ẽ ex summa retorti

& similatur

& ſimilatur tremulo, ſed tamen in tremulo diaſtoles ē magis occulta, & ſimiliter exitus ab ęqualitate ſitus in eleuatione ad ſuperiora eſt in retorto occultior, ſed tenſio in chordoſo eſt manifeſta, & eſt cum eius torſione ad unam partem tātum.

Primo nota ſpaſmoſus tremulans & retortus ſunt ex his capſ'is pulſus diuerſi. In his.n. reperitur diuerſitas in ſitu partium arterie, ut in chordoſo in quo eſt etiam diuerſitas in pręceſſione & conſecutione, & quemadmodum in ferrino licet ſit minus notabilis. Secundo nota pulſus ſpaſmoſus ē pulſus apparēs in ſpaſmo aut ſimilis iſti qui apparet in ſpaſmo qui eſt diuerſus in altitudine & depreſſione ſicut gutta nunc altius nunc minus alte emiſſa, ut colligitur ſecūda tertij.ca. de ſignis ſpaſmi. Apparet autem pulſus tenſus uel propter duritiem uel tenſionem uel contractionem, ſicut in pulſu mēbri ſpaſmoſi contingit. huius autem cauſa infra patebit. Pulſus autem tremulus eſt in quo arteria uidetur tremere, quia neq; cōplete dilatari neq; cōſtringi, ſed diminute ſunt utræque motiones ut uix diſtinctæ una ab alia percipiatur. Et eſt diuerſus hic pulſus, quia motus in eo ſunt inæquales ſicut in tremore conuenit. Et forte quia multo maior eſt uelocitas et ſpiſſitudo q̄ magnitudo. Et penes hoc corrigenda eēnt mlta ſuperius dicta. ſ. penes quid ſumenda ſit in pulſu diuerſitas.

Pulſus ſpaſmoſus.

Pulſus tremulus.

Plurimū uero tales accidunt quales iſti. ſ. chordoſus & retortus ad unū latus declinans in ægritudinibus ſiccis. Pulſuum uero cōpoſitorū ſpēs quaſi infinitæ ſunt & neq; habentes nomina.

Primo nota q̄ filum contortum manifeſtam habet inęqualitatem. una enim pars eſt eleuatior, altera depræſſior. differunt tamen, quia in filo bene contorto hoc non ita bene apparet etiam non bene uidetur manifeſta. Et hanc diuerſitatē in pulſu multum percipimus. Primo in pręceſſione & conſecutione motuum, quia una pars antecedit & alia ſubſequit. Percipitur etiam ex parte ſitus partium arterię, cuius una ps alia percipitur eleuatior aut depræſſior &c. vt infra patebit, etiam propter ſiccitatem partes arteriæ difformiter corrugātem. Et ex his etiam in eodem reperitur diuerſitas in latitudine ſiccitatis partes arteriæ uario modo conſtringentis & corrugantis, uel forte propter breuitatem difformiter potentem pulſum laſificare. Secundo nota q̄ chordoſus eſt retorti ſpecies. omnis.n. chordoſus eſt retortus, ſed non econtra. Et cauſa eſt, quia ad chordoſum requiritur tenſio, non quilibet autem retortus eſt tenſus. Ex quo patet q̄ chordoſus eſt ſimilis tremulo, quia chorda tenſa mouetur ac ſi tremaret, non tamen eſt tremulus denominandus, tum q̄a ſyſtoles & quies in eo eſt manifeſtior, tum etiam quia pulſus eſt fortior. Differt etiam a retorto qui non eſt chordoſus, q̄m illo arteria magis poteſt æqualiter eleuari propter tenſiōem non impedire ſicut in chordoſo, ideo minor eſt difformitas in eleuatione & depreſſione partium arteriæ apud diaſtolē. Et hoc vult Auic. dum dicit q̄ exitus ab æqualitate ſitus in eleuatione eſt in chordoſo manifeſtior. Ex quo ultimo patet has pulſus d̄ñas maxime ī ęgritudinibus ſiccis cōtigere, cum eueniant maxime propter corrugationem partium arteriæ, quæ ſuperfluam exiccationem a calido vel ſicco prouenientem conſequitur.

Pulſus chordoſus & retortus.

Cap. iiij. eſt de illo qui ex ſpeciebus pulſus eſt naturalis.



CViuſq; generum prænominatorū in quo eſt ſuperfluitas augmenti uel diminutiōis naturalis eſt æqualis niſi fortis, q̄m naturalis in eo eſt augmētatus.

Æquale quid.

Primo nota q̄ per æquale in propoſito non intelľr æquale diſtinctum contra diuerſum, ſed per ęquale intelľr mediū inť extremū. v.g. pulſus duri & mollis velocis & tardi ſpiſſi & rari medium vocatur æquale. Secundo nota q̄ naturalitas pulſus in propoſito eſt duplex. Quædam abſoluta, & eſt diſpoſitio pulſus conuenientis temperatiſſimo. Quędam vero in genere ſiue reſpectu determinati corporis. Ad ꝓpoſitum de vtroq; poteſt eſſe ſermo. v.g. ſor. temperatiſſimus habet pulſum medium inter dictum durum & mollem. et iſte reſpectu cuiuſcunque alterius eſt naturalis. Similiter ſor. cholericus ſibi ſanus habet pulſum naturalem reſpectu ſui non ſani, & ille eſt medius inter pulſum durum ſor. & mollem ſor. tardum & velocem. Tertio nota ex littera iſtam concluſionem, q̄ cuiuſcunq; generis pulſuum mediū eſt naturale præterq̄ in forti. medium enim in fortitudīe nō eſt laudabilius neq; naturalius, quia naturę conuenientius q̄ extremum in fortitudine, ſed potius econtra. Quanto enim pulſus eſt fortius tanto eſt naturalior & laudabilior. Et tota cauſa huius eſſe poteſt, quia vnuſquiſq; pulſus tātum habet naturalitatis q̄tum ſignificat ſuper complexionis temperantiam a qua ꝓuenit. Cum igitur pulſus medius inter magnū & paruum velocem & tardum frequentem & rarum ſignificet ſuper complōnis temperantiam reſpectu extremorum. ſequitur &c. Similiter arguitur de forti. fortitudo enim virtutis inſequitur temperamentum, ideo quanto fortior eſt pulſus tanto magis ſignificat ſupra complexionis temperantiā maiorem, & per conſequens tanto eſt temperatior & naturalior. Quarto nota per pulſum fortem non debemus intelligere ſolum fortiter percutientem ſed bene conſtantem & non faciliter mutationes ſuſcipientem vt patet. Et per ſuperfluitatem augmenti & diminutionis hic intelligo augmētum & diminutionem naturæ diſconuenientem, ſicut ſunt extrema magnitudinis ꝑuitatis velocitatis & tarditatis etc. quia. ſ. vtrunq; illorum extremorum eſt vitioſum. Primū dubium. Defectus & ſuperabundantia ad eaſdem ducūt differentias, ſed defectus fortitudinis ducit ad diſtemperātiam. igitur aliud extremum. ſ. augmentum ducit ad diſtemperantiam. Secundum dubium eſt, quia poſſibile eſt in corpore diſtemperato eſſe pulſum fortiorem q̄ in temperato. igitur &c. patet conſequentia & aſſumptum, quia contingit virtutem plus conari. quare &c. Tertium dubium, quia cōtingens eſt pulſum eſſe medium, non tamen eſſe naturalem, vt in febriente ad mortem tendente. Igitur &c. Ad primum dicitur q̄ illa auctoritas eſt vera de extremis inter quæ cadit medium laudabile ſiue naturale. talia.n. ābo ſunt illaudabilia ī naturalia. ubi tamen eſt contra, quia. ſ. non reperitur tale medium illud non oportet. verbi gratia. Inter prodigalitatem & auaritiam, inter cholericitatem & phlegmaticitatem, ſed non inter ſanitatem & ægritudinem virtutem & vitium. Ad ſecundum dicitur q̄ licet poſſibile ſit fieri percuſſionem pulſus cum maiori conatu. non tamen cū maiori pulſus conſtantia. Vel dicendū illud intelligendum eſſe cæteris paribus & conatu &c. Vel forte melius. q̄ licet virtus plus conetur non tamen fortiorem ſed ſolum maiorem aut velociorem facit. non fortiorem, quia non habet temperamentum optime proportionatum fortiori. Ad tertium dicitur Aui. non velle quēlibet pulſum medium vel æqualē eſſe naturalem, ſed ſolum medium de quo ſupra.

Pulſus nālitas duplex.

Supfluitas augmēti & diminutiōis qd.

Dubia.

Et ſi aliquod aliorum generum non augmentum prebuerit niſi fortitudinis augmētū ſequens & factum fuerit maius. uerbi gratia. ipſe erit naturalis præter fortem.

Primo nota vt infra patebit. virtus neceſſitas & inſtrm̄ ſunt cauſæ contentiuæ pulſus, ſecundum quarum varietatē variantur in pulſu magnitudo ꝑuitas velocitas tarditas etc. Ex quo patet q̄ pulſus magnificari poteſt propter augmentum neceſſitatis alijs paribus. Similiter poteſt magnificari propter obedientiam maiorem inſtrumenti. Similiter ꝑpter fortificationē virtutis. Ad ꝓpoſitū igr̄ uult Aui. q̄ ſi fiat pulſus maior ſolito, & illa magnitudo ſit ſolū depēdēs a virtute

Pulſum magnificari poſſe triplex

forti, illa magnitudo erit solum naturalis, pro q̃to est a virtute forti dependens. Consimiliter dicatur de velocitate & spissitudine & tarditate &c. Et ex isto dcõ Aui. pñt concludi plura corrolaria cõsequenter sustinenda. Primum. Stat pulsum temperati continue fieri maiorem, & tamen ipsum fieri temperatiorem. patet ponẽdo temperatum uersus extremum temperantiæ frigidius vel remissius calidum. & q; ipse reducatur ad æqualitatem secundi modi, sicut puer tẽperatus transiens ad iuuentutem. Secundum corrolarium sequens est. Econtra stat pulsum continue fieri minorem, et tamen fieri temperatiorem. Tertium corrolarium. Stat pulsum secundum omnes differencias variari & tamen ipsum permanere æque naturalem vel temperatum continue. patet de homine de secundo modo æqualitatis, in quo in sõno & vigilia motu & quiete variantur drĩæ pulsus, & tamẽ cõtinue remanet temperatus. Ex quo vlterius sequitur q; magnitudini paruitati &c. non est secundum se naturalitas vel inaturalitas, nisi pro q̃to fortitudini vel debilitati coniungũtur. Non enim semper tanta vel tanta magnitudo arguit dispositionem consimiliter naturalem. Notum est enim q; in sanguineo ægrotante ægritudine frigida aut forte ad mortẽ tendente potest esse pulsus in omnibus differẽtijs his similis pulsui temperato, & tamen ille pulsus non est naturalis. hãc sententiam intellexit Auic. in littera. Nota hic q; nõ facta additione in gradu caloris temperati põt fieri pulsus maior si sit multitudo spiritus in quanto magis solito.

Aliorum uero generum quę neq; augmẽtum neq; diminutionẽ tolerant naturalis ẽ mediocris & ordinatus & qui est boni ponderis.

Pulsus nãlis.

Nota q; in istis tribus generibus. s. æqualis inæqualis diuersus boni & mali ponderis ordinatus & inordinatus non inuenitur augmentum uel diminutio ad intellectum datum, quia. s. non inueniuntur extrema inter quæ datur mediũ laudabile, sed vnum extremum est laudabile & reliquum illaudabile. Naturalis igitur est æqualis & ordinatus & boni põderis. Cum igitur dicitur q; istorum non est augmentũ exponitur. s. superfluitas augmenti & diminutionis. i. naturalitas vtriusq; extremorum. Aliter exponitur vt illud genus dicatur tolerare augmentum & diminutionem siue superfluitatem inter cuius extrema ponitur medium vt magnus extremaliter & paruus extremaliter & medius. Econtra vero inter quæ non cadit medium non dicuntur tolerare augmentum &c. Dicitur enim penes. A. augmentum vel diminutio respectu medij. Et huiusmodi sunt hæc tria genera. s. ęqualis & inæqualis, ordinatus & inordinatus, boni ponderis & mali ponderis. Omne. n. genus sumptum ab æqualitate vel opposito est ęquale vel diuersum, & omne sumptum ab ordinatione & opposito est ordinatus vel inordinatus. similiter omnis pulsus est boni vel mali ponderis.

Pulsus augmẽtũ & diminutio

Cap. v. est de causis spẽrũ pulsus prędictarũ.


Ausarum pulsus quædam sunt communes necessariæ essentiales in constitutione pulsus ingredientes, & uocantur contentiuæ. Et quędam sunt in cõstitutione pulsus non ingredientes, Et harũ quidem alię sunt inseparabiles, quarum permutatione permutatur iudicium pulsus, & uocantur causæ inseparabiles. Et aliæ sunt separabiles quæ uocantur mutantes absolute.

Pulsus cã duplex.

Primo nota q; pulsuum ędem causę quę cõtentiuę, dicũtur sunt communes essentiales & necessariæ. s. virtus necessitas & instrumentum. Dñr communes quia ad quẽlibet pulsum concurrunt. Dicuntur autem essentiales, quia in diffõne pulsus ingredientes. Dicuntur necessariæ propter idem propter quod communes. Dicuntur contentiuę, quia in ipsis cõtinetur pulsus tanq̃ in causa. Ecõtra vero est de alijs ut ętas, sexus, regio. nõ enim necessario cõcurrunt ad quẽlibet &c.

Secundo nota q; sexus & ætas sunt causæ inseparabiles vt patet. Apostemata autem & dolor sunt causæ contingentes &c. Tertio nota q; causæ iste tres contentiuæ non solũ nominantur contentiuę, quia effectus hos. s. pulsuum species in se contineant, sed etiam quia alias causas virtualiter quodammodo continent in causando. nulla enim alia causa põt cãre varietatem in pulsu nisi concurrente varietate in causis contentiuis. econtra tamen bene, propter quod alię vidẽtur in causando ab istis habere dependentiam. merito igitur istæ causę nominantur contentiuę. Circa hoc capl̃m duo occurrunt dubia. Primum videtur q; necessitas extinguẽdi non sit causa essentialis pulsus cordis & arteriarum, quia non semper in corde & arterijs est calor per aerem attractũ vel attrahendum extinguendus, igitur &c. patet consequentia & assumptum arguitur, quia potest esse necessitas puræ conseruationis, quia quandoq; infrigidandi & quandoq; calefaciendi, igitur in eodem potest esse necessitas purę conseruandi, consequentia videtur nota cum añte. Secundũ dubium. Non videtur semper has tres concurrere causas pulsuum contentiuas. Ponatur. n. in corde malam esse complexionem frigidam in primo vel secundo gradu. Et arguit̃ sic q̃diu est cor & spiritus cordis frigidum in secundo tandiu indiget calefactione. sed nunq̃ simul indiget calefactione et caloris extinctione. igitur pro tunc non indiget infrigidatiõe vel euentatione, & tamen pro tunc fit pulsus in eo vt docet experimentum. igitur &c. Item sit cor sor. temperatum in quo surgat necessitas dilatandi cum fuerit sub. a. gradu caloris, ita q; adueniente. a. dilatetur cor, & corrupto. a. per aerẽ attractum non amplius dilatetur nisi iterato intendatur caliditas vsq; ad. a. & adueniat sor. mala complexio frigida in primo duratura per horam. Et arguitur sic. Per totam istam horam est caliditas in corde sor. remissa citra a. gradum, sed non nisi ipsa producta ad. a. gradum insurgit necessitas extinctionis vel dilatationis, & tamen in eodem tempore pulsabit cor & arteriæ. igitur &c. Item signetur gradus caloris existens in corde temperato sor. & non alterato in primo instanti in quo completa est constrictio, & sit. b. Et arguit̃ sic. Si continue post hęc staret cor sor. sub. b. gradu nõ aucto nec diminuto cor sor. non indigeret refrigerio, sed per totam horam signatam in pręcedenti argumento minori indigebit refrigerio q̃ tunc. igitur per totam istam horam signatam nõ indigebit cor sor. euentatione vel infrigidatione & pro tunc fiet pulsus igitur &c. Pro primo dicitur concedendo non semper fieri dilatationem cordis & arteriarum ꝓpter necessitatem extinctionis &c. sed quandoq; solum ad pręseruationem et prohibendum ne cor & spiritus inflãmentur. Et totũ hoc appellat Aui. necessitatem extinctionis, vel forte magis explicauit extinctionem tanq̃ frequentius & manifestius occurrentem & contingentem. Ad secundum dicitur nũq̃ cor indigere simul calefactione et extinctione caloris, simul tamen indiget cor calefactione & prohibitione inflãmatiõis spiritus quę fit per aerem attractum. Ad confirmatiõem vero primã dicitur q; non ideo cor solum dilatatur quia producitur ad. a. gradum caloris, quia multo minor gradus caloris. a. indiget refrigerio, sed tamen non ita frequẽter & uelociter & multum dilatatur sicut quando ad. a. gradum caloris perducitur. ipso. n. stante sub minori gradu. a. indiget aere frigido licet minori tardius & rarius attracto. Ad aliã confirmationem dicitur q; licet cor sor. maneret cõtinue sub isto gradu non aucto &c. adhuc indigeret aere frigido attracto ne fieret inflãmatio. Natura. n. prouida vt cordis temperies conseruetur non solum facit motum cordis & arteriarũ ad lapsum iam factum remouendum, sed etiam fieri posẽm prohibendum, ad quod etiam concurrit q; licet non augeretur. b. gradus caloris signatus multiplicantur tamẽ fumi parati ad caliditatem intendendi, nisi refrigerentur & educantur, iõ adhuc necessaria ẽ attractio. Ex ista igit̃ replicatiõe

Contẽtiuæ pulsus cãæ.

Necessitas dilatatiõis et constrictionis cordis et arteriarum.

non

non videtur argui nisi quod minus & forte tardius & rarius attraheretur aer ipso corpore sic infrigidato. Et penes hoc tenendum est non semper fieri attractionem aeris ad refrigerandum. Tenendum est frequenter necessitatem mundificandi immediatius promouere necessitatem dilatationis quam cordis vel spirituum caliditas. Tenendum tertio quod quantumcunque infrigidatum fuerit cor parum tamen est spiritus merito suae subtilitatis & caliditatis inflammari, quare necessaria est semper aliqualis vel aliquanta attractio. Dicunt autem quidam hic quod spiritus quantumcunque infrigidatus & etiam cor sibi get refrigerio pro remotione illius gradus caloris qui sibi acquiritur tempore quietis mediae inter systolem et diastolem.

Et quod licet tantus gradus & adhuc multo minor cordi & spiritui acquisitus a calefaciente aliquo sufficienter approxima to vt cinamomo croco vel mace esset spiritui & cordi conueniens & in eo conseruandus acquisitus, tamen a fumo capinoso retento est praeternaturalis & remouendus. Ideo conceditur consequenter quod indiget extinctione caloris acquisiti a fumo & calefactione per species aromata medicinas vel cibos calefacientes. Pulchrum autem esset videre huius causam, cum fumus ille non habeat cum suo calore occultam repugnantiam cordi vel spiritui. Verisimile etiam est quod si tot ua pores croci cordi continue approximarentur sicut illius fumi psi laederent cor quam fumus ille. Etiam si manus mea est a causa primitiua infrigidata non video quod referat si frigiditas illa remoueretur a caliditate fumi vel aromatis aut ignis vel panni calidi vel aquae calidae dum tamen non coniungatur alia impressio. Ideo videtur vt illud dictum omnino voluntarium, vel quod oporteat in fumo capinoso poni proprietatem occultam malam &c. quod non apparet rationale. Oportet etiam secundum viam illam tenere fumum illum esse calidiorem spiritu, cum tamen sit a spiritu calefactus & ad gradum caloris quem habet perductus, & hoc est difficile. Et si ponatur illum gradum caloris qui spiritui acquiritur acquiri ab intrinseco, tunc adhuc stat difficultas maior cum ille calor sic sit naturalis spiritui & cordi sicut a cinamomo productus.

Circa istam materiam alias plenius considerabo: Et nota quod per simile fundamentum argui potest quod in febriente nulla debet esse quies inter diastolem & systolem. sit.n. cor sur. in constricto esse, & sit gradus caloris nunc existens in eo. a. & qui in eodem tempore sanitatis promouebat virtutem ad dilatandum. b. Et arguitur sic. Intensior multo est. a. gradus quam. b. igitur fortius promouet virtutem ad dilatandum quam. b. vnquam promouebat, sed quandocunque erat. b. gradus in corde vel arterijs sufficienter promouebat ad dilatationem fiendam, igitur &. a. promouet nunc sufficienter. Cum igitur virtus sit fortis & instrumentum obediens sequitur &c. Sed ad hoc dicitur concedendo. a. fortius caeteris paribus promouere virtutem ad dilatandum quam. b. propter quod merito ab. a. prouenit pulsus maior & forte velocior & frequentior, vel saltem fieret si adessent alia requisita ad motum arteriae. Supra autem dictum est quod secundum aliam applicationem instrumenti motiui ad arteriam mouet anima arteriam dilatando & secundum aliam constringendo, ideo completa astrictione necessarium est virtutem applicare spiritum arteriae mouendae applicatione necessaria ad dilatationem. cum igitur huiusmodi applicatio non fiat nisi in tempore sequitur etc. Negatur igitur illa consequentia virtus est fortis & instrumentum obediens &. a. gradus caloris existens in corde plus promouet dilatationem quam. b. promouebat. igitur nunquam a gradu existente in corde quiescet. Et potest addi causa supra tacta ex parte finis. vt. s. fumus & aer calefactus a cordis substantia longe moueatur, & aer frigidus purus melius ingrediatur tempore dilatationis, igitur &c. Nota etiam non solum secundum exigentiam caliditatis euentandae dilatationis fieri motum, sed etiam propter alia infra tangenda.

Contentiuae uero causae sunt tres. Virtus uitalis quae est in corde mouens pulsum, & tu quidem iam sciuisti eam in. c. de uirtutibus. Et secunda est instrumentum & est uenae pulsatiles quas iam sciuisti cum numerauimus membra. Et tertia est necessitas extinguendi, & est adueniens per quantitatem notam extinctionis quae renouatur in termino caloris opposita in suo incendio aut extinctione aut aequalitate sua.

Primo nota licet omnes causae contentiuae dicantur, non tamen in eodem genere causae concurrunt omnino. Concurrit. n. virtus vt principale agens. arteria vero vt instrumentum virtutis, licet etiam complexio & temperamentum quo uirtus operatur cuius etiam concurrat materialiter ipsa arteria, necessitas vero siue caliditas concurrit in genere causae finalis. Secundo principaliter nota quod cum inter quaslibet systolem & diastolem sequentem cadat tempus medium vt supra ostensum est in quo tempore iterato incenditur caliditas in corde quae aere attracto persequentem diastolem est extinguenda. Ideo bene dicitur in littera quod hoc renouatur in termino. &c. quia cum haec necessitas extinctionis opponatur calori acquisito ipsa renouatur secundum exigentiam caloris acquisiti. Et quia haec necessitas quandoque est ad calorem extinguendum vt in febriente, quandoque est ad conseruandum ipsum intemperie, vt in corpore sano, ideo subditur in littera. Aut extinctione sua aut aequalitate sua &c.

Et harum quidem causarum contentiuarum operationes mutantur secundum id quod adiungitur eis ex causis inseparabilibus & mutantibus absolute.

Nota quod licet sexus regiones tempora cibus potus aqua & dolor & huiusmodi sint causae potentes mutare pulsum, non tamen causant varietatem in pulsu nisi prius facta mutatione in aliqua vel aliquibus de causis contentiuis propter quod dicuntur maxime communes & necessariae. verbi gratia aetas non mutat pulsum, nisi quia mutata aetate variatur fortitudo virtutis aut eius debilitas aut instrumenti obedientia vel inobedientia. Et haec vult Aui.

Capitulum. vi. Est de his quae proueniunt ex causis contentiuis solummodo.



Cum instrumentum fuerit obediens sui lenitate & uirtus fortis, & necessitas ad extinguendum uehemens erit pulsus magnus.

Primo nota ad pulsus magnificationem requiritur instrumentum. Pulsus magnificatio requirit tria. s. arteriam esse obedientem dilatationi. ipsa. n. existente duro dilatationi non obediret, & per consequens non fieret pulsus magnus. Oportet etiam ipsum instrumentum non fore nimis humidum humiditas. n. nimis redderet ipsum in partibus suis nimium flexibilem, vnde non fieret arteriae vniformis eleuatio & vniformis depressio quae requiritur in pulsu, ideo notanter dixit lenitate sua, & non dixit humiditate. Secundo requiritur virtutem esse fortem respectu huius effectus qui est magnitudo. cum. n. hic effectus sit difficilis vt infra patebit, oportet agens producens hunc effectum esse forte, tale autem est virtus, ideo &c. Tertio requiritur necessitatem esse magnam. Aer. n. per diastolem attractus debet esse proportionatus caliditati extinguendae, ideo non debet talis aeris quantitas esse magna nisi caliditate existente multa, oportet enim ordinatum ad finem proportionari fini. Ex quibus ad probationem dicti Aui. potest taliter argui stante instrumento obediente & virtute forti &c. sunt omnia requisita ad pulsus magnitudinem. igitur &c. patet consequentia & assumptum satis intelligenti. Secundo nota ista tria requiruntur. quia quocunque istorum deficiente deficeret pulsus magnitudo vt patet per singula istorum discurrendo, ideo &c. Tertio nota quod necessitas dicitur iuuantior, quia concurrit vt finis ad magni- Necessitas dicitur iuuatior dupliciter.

tudinem pulsus. finis autem principalius causat ꝙ̃ ordinata ad finem. Ex quo potest elici antiqua distinctio hic poni solita. s. ꝙ necessitatem esse iuuantiorem potest intelligi ꝙ̃tũ ad actum causandi, & sic non est verũ. iuuantior. n. ē virtus concurrens ad hoc vt principale agens. Secundo ꝙ̃tum ad modum & genus causandi, & sic est verum et intelligitur dictum Aui. quia necessitas concurrit vt finis. Aliter tamē & puto melius exponi potest ꝙ necessitas est iuuantior ad istum sensum, quia plus dependet magnitudo pulsus ex augmento necessitatis, & plus ad ipsum sequitur ꝙ̃ ad augmentum virtutis & obedientiæ instrumenti cæteris paribus.

Q; autem ita sit patet. stante. n. necessitate æquali in for. ꝙ̃tumcunq; fortificetur virtus aut fiat instrumentum obediens, non tamen fieret pulsus maior, immo continue maneret æqualis vbi primo per suam magnitudinē fuisset proportionatus necessitati. Si tamen virtus maneat æqualit' fortis & instrumentum æqualiter obediens aucta necessitate augeē pulsus vt patet in febribus ideo &c. Similiter econtra de diminutione. Item minorata necessitate & crescente virtute minoratur pulsus. igitur magis consequitur augmentum necessitatis ꝙ̃ fortitudinis virtutis. Et causa est quia necess rate aucta est finis auctus, ideo semper ipsa augmentata sequiē magnitudo in pulsu, semper. n. ordinata ad finem disponuntur secundum exigentiam finis. Quantumcunq; tamen fortificetur virtus aut bene disponatur instrumentum magnitudo non necessario augetur stante necessitate æquali, quia uõ variato fine non oportet ordinata ad finem variari. Ex q̃ solui pñt dubia quædam. Primum. Virtus principalius efficit pulsum ꝙ̃ aliqua alia causa. igitur variata virtute variatur etiam pulsus, ideo &c. assumptum probatur, quia virtus concurrit vt principale agens, quare &c. Secundum dubium. Quælibet istarum causarum est cã necessaria pulsus, vt supra habitum est, ideo &c. Patet ad hoc responsio ex iam dcis, quoniã & sic quælibet est necessaria, vna tamē est iuuantior alia. Contra variato fine variantur ordinata ad finem, igitur variata virtute variaē fortitudo vel magnitudo. Dicitur ꝙ variato fine exigente varietatem ordinatorum ad ipsum illa variantur.

Quod si uirtus fuerit debilis pulsus paruitas eam proculdubio sequitur. Et si cum hoc instrumentũ fuerit durũ & necessitas pauca erit minor.

Virtus debilis dupl. r

Primo nota ꝙ per virtutem debilem in proposito nõ debemus intelligere virtutem debilem respectu tẽperati aut eiusdẽmet corporis sibi sani, sed respectu huius futuri effcũs vt satis, intelligenti patere potest. Similiter dicendum de fortitudine. Secundo nota instrumẽtum multo magis magnæ ꝙ̃ paruæ frequenti vel veloci resistere dilatationi eo ꝙ in magna dilatatione oportet ipsum secundum partes suas extendi, & aliqualiter ultra suas dimensiones naturales rarefieri quare extensioni multum resistit sicut patet in vtre vel vesica dum inflatur, ideo debilitata virtute citius desinit sufficere ad magnificandum pulsum. Et potest addi alia causa. Cum. n. virtus moueat arteriam mediante spũ si dilatatur arteria magis solito non pluri adueniente spũ remanet spiritus arteriæ applicatus ad ipsam magis rarus & expansus & per consequens arteriæ deterius applicatus, quare virtute exñte debili non poterit virtus ad maiores dilatari dimensiones. tertia causa est dum pulsus est maior tam in diastole ꝙ̃ in systole mobile mouendum attrahendum uel expellendum est multo maius ꝙ̃ dum pulsus est paruus. dum. n. dilatatio arteriæ est magna maior est aeris ꝙ̃titas, quem virtus mouet & attrahit & similiter spiritus & fumi. Tantam autem ꝙ̃titatem difficilius est virtuti mouere & attrahere ꝙ̃ paruam adhuc velocius & frequentius. Similiter dum constringitur arteriæ pulsu existente magno magna est ꝙ̃titas fumorum spirituum aeris calefacti & sanguinis arterialis quæ expellē ad extra ad membra & ad membra distribuitur. Tantã aũt quantitatem simul mouere & expellere est virtuti difficilius simul ꝙ̃ diuisim adhuc velocius. iõ debilitata virtute citius desinet pulsum magnificare. Tertio nota cum per cuiuslibet causarum contentiuarum minorationem sit apta fieri diminutio magnitudinis pulsus, sequitur ꝙ omnibus vel pluribus simul minoratis pulsus magis minorabitur. Exempli gratia. minorata necessitate per vnum gradum minoraē pulsus magnitudo ad sexquialterum stãte virtute & obedientia instrumenti. Et notum est ꝙ si superueniat debilitas virtutis cum instrumenti inobedientia, sequitur vlterior minoratio, ideo &c. Hæc tamen intelligenda sunt vbi seruaē paruitas in diminutione pulsuum respectu vnius solius causę cõtentiuæ diminutæ. Posset. n. vna tãtum alia magis diminui ꝙ inde pulsus multo minor proueniret ꝙ̃ si omnes vno certo gradu diminuerentur, vt virtus ad vltimum quasi ꝓsterni stante necessitate & obedientia instrumenti. Intelligendũ est igitur illud totum alijs paribus, vt dictum est.

Est etiam cum durities efficit paruitatem, sed tamen paruitas cuius causa est durities separatur a paruitate, cuius causa est debilitas per hoc ꝙ est durus & non debilis & breuitas eius & profunditas non est mala sicut ē cum est uirtus debilis.

Primo nota duritiem istrumenti efficere paruitatem, ꝙ̃a arteria dura existente non est obediens dilatationi sicut ipsa existente leni, vnde cæteris paribus ad dimensiones minores sufficit virtus ipsam dilatare, & per consequens ꝓuenit pulsus minor alijs paribus. A qua vero causa proueniat durities infra satis patebit. Secundo nota differentiam inť pulsum paruum propter debilitatem virtutis supple stante lenitate instrumenti, & pulsum paruum propter duritiem istrumenti supple stante fortitudine virtutis: Differunt. n. in duobus. Primo quia in paruo propter duritiem percipitur durities & non debilitas. Econtra vero in paruo propter debilitatem percipitur debilitas & non durities. Differunt secũdo quia in pulsu paruo propter duritiem non est breuitas & profunditas tanta, sicut in pulsu paruo propter debilitatem. ille. n. est profundus siue humilis valde & cum hoc est breuis. Cuius quidem causam imaginari possumus, quia pulsu existente paruo & duro propter duritiem instrumenti virtute existente forti fortiorem in tactum facit impressionē, quare plures partes secundum longitudinem sequuntur & per idem minor videtur eius profunditas, quia minus occultaē tactu, ad quod etiam durities aliqualiter videtur conferre cũ duriter in tactum imprimit. Econtra vero dum pulsus ē paruus propter debilitatem virtutis. Debili. n. existente percussione paucæ partes & paruæ secundum longitudinem in tactum suam manifestant impressionem & per idem apparet pulsus profundior minor eius impressione secundum latitudinem manifestam. Quod totum intelligendum est cæteris paribus ex parte. s. diminotionis virtutis & obedientiæ instrumenti. Vbi enim arteria fieret multo durior in uno, & in alio fieret virtus modicum debilior proculdubio econtra contingeret. Quidam autem alij dicunt ꝙ non tamũ impedit durities cæteris paribus elongationem arteriæ & per consequens eleuationem ꝙ̃tum virtutis imbecillitas. Simil'r dicunt minus facere ad depressionem arteriæ ꝙ̃ facit virtus debilitas, de quo non assignant causam. Videtur contra hęc instantia apparens, quia plus minoratur ꝓportio mouentis ad mobile crescente resistentia & potentia manente ꝙ̃ decrescente potentia & manente resistente omnino ęquali, cæteris paribus. cum igitur stante virtute & duritie istrumenti crescente maneat potentia & crescat resistentia, econtra vero debilitata virtute manente obedientia instrumenti minoretur potentia & maneat resistentia sub eodem gradu, sequitur ꝙ cęteris paribus non plus propter debilitatem debet minorari pulsus ꝙ̃ propter duritiem. Exempli gratia sit pulsus tam for. ꝙ̃ psonis tẽperatus cuius arteria est resistena vt quatuor vtrobiq; & potentia uel uirtus motiua ut. 8. Manente potentia crescat in for. durities arteriæ vel resistentia.

Pulsus paruus dupl.

vna.

vt.2. & in psone debilitetur virtus mouens per duo resistentia æquali continue manente. Et patet ꝙ manente ista variatione erit continue in sor. virtus motiua. vt.8. & resistentia vt sex. erit igitur proportio mouentis ad mobile sexquitertia. In psone vero cuius virtus est debilitata erit potentia motiua vt.6. & resistentia arteriæ vt quatuor. & per consequens proportio mouentis ad mobile erit sexquialtera. maior autem est proportio sexquialtera ꝙ̃ sexquitertia. igitur hac variatione facta erit maior proportio virtutis mouentis ad mobile debilitata virtute quàm aucta in obedientia instrumenti cæteris paribus. Ideo apparet probabilius secundum primam expositionem esse tenendum: licet ad illud argumentum dari posset responsio multiplex quam nūc dimitto. Potest etiam alia probabilius assignari causa quare virtute debili existente fiat prius in latitudine augmentū ꝙ̃ respectu altitudinis. Facilius est enim pulsum latum ꝙ̃ altum facere. Augmentata autem latitudine minoratur altitudo & augetur profunditas & minoratur longitudo: vt supra primo capitulo huius.

Pauca quoq; necessitas paruitatē efficit, sed debilitas ibi non erit. Et neq; est aliqua harum triū quæ plus efficiat paruitatem ꝙ̃ debilitas.

Primo nota ex dictis Auicen. hic colligi posse per quamlibet necessitatis diminutionem fieri paruitatem in pulsu, nō tamen est necessario debilitatus cum tali paruitate, supple per comparationem ad paruitatem, quia scilicet non est ita debilis sicut paruus, aliter non erit ibi debilitas, scilicet talis qualis in pulsu paruo propter virtutis debilitatem. Si tamen comparetur hic pulsus ad temperatum proculdubio esset respectu huius debilis. Causa autem propter quam diminuta necessitate oportet pulsum fieri paruum potest esse ista, quia oportet aerem attractum pro euentatione esse proportionatum calori euentando. isto igitur existente diminuto oportet diminutum esse aerem attractum pro euentatione, & p consequens pulsum esse paruum. Secundo nota nulla istarum differentiarum plus efficit paruitatem ꝙ̃ debilitas virtutis. Immo paruitas consequens debilitatem videtur excedere paruitatem excedentem diminutionem necessitatis, aut etiā duritiem instrumenti. Nunquam enim durante uita tantum induraretur instrumentum quin stante virtute ipsum posset notabiliter dilatari. Similiter etiam nunquam ita diminueretur necessitas stante fortitudine virtutis cum obedientia instrumenti &c. quin sit necessarium instrumentum notabiliter dilatari. Prius enim quàm tantum extingueretur calor ꝙ propter ipsum deperdatur magnitudo extremaliter adueniet valde magna debilitas in pulsu. Non sic autem est debilitas virtutis. Existente enim necessitate stāte multum instrumenti obedientia merito suæ lenitatis aliter virtutem prosterni & debilitari contingeret ꝙ̃ pulsus fere ad non quantum diminueretur, vt patet in febribus syncopalibus, aut accidentibus animæ virtutem multum prosternentibus, absque hoc ꝙ corpus infrigidetur saltem notabiliter. nulla.n. est causa contentiua per cuius diminutionem intantum contingat fieri minorationem pulsus statuibus alijs sicut debilitas. ita vt in proposito comparet Auicen. paruitatem consequentem vel aptam consequi solam uirtutis debilitatem stā te obedientia instrumenti &c. ad paruitatem consequētem alias causas contentiuas constante virtutis fortitudine. Forte.n. vult ꝙ cæteris paribus plus minoretur pulsus ex debilitatione virtutis alijs causis conseruatis ꝙ̃ diminuta necessitate vel obedientia instrumenti. Et tu considera.

Paruitatis plus causæ.

Et paruitas quidem duritiei cum uirtute plus est quàm paruitas priuatione necessitatis cū uirtute, uirtus nanq; cum priuatione necessitatis nō minuit multum ex æquali, quoniā a diastole prohibentem non habet, & non declinat ad hoc ut non multum super temperamentum addat nisi ideo ꝙ non multam habet necessitatem.

Primo nota sententiam partis quæ est ꝙ paruitas consequens duritiem instrumenti stante fortitudine virtutis est maior alijs paribus ꝙ̃ paruitas consequens diminutionē necessitatis etiam virtute constante. Exempli gratia. sint sor. et plato temperati pulsus superueniat sor. durities instrumenti conseruata necessitate & virtute de se potente ad magnificā dum: nisi impedimentum inobedientia instrumenti contingat superueniat platoni necessitas diminuta tantum quantum in sor. est factum obediens instrumentum conseruata virtute & inobedientia instrumenti. Dico igitur ꝙ in casu isto ē pulsus sor. minor ꝙ̃ platonis. Et assignat causam Aui. dicens ꝙ virtus .i. fortitudo virtutis cum priuatione necessitatis .i. cum diminuta necessitate nō multum minuit ex quali .i. non facit pulsum multo minorem mediocri, quia nō habet resistens impediens dilatationem .s. sicut pulsus instrumento inobediente, nec est aliqua cā quare nō facit pulsum magnum nisi quia non est ibi necessitas. Si.n. foret cum virtus sit fortis faceret pulsum magnum quod supple non est de instrumento duro. Ideo uidetur fortiorem esse causam impedientem dilatationem in duro ꝙ̃ ubi est necessitas diminuta. Secundo nota ꝙ in hoc duas possumus imaginari cās. Prima est, quia penes positionem meam stante fortitudine & obedientia &c. diminuta necessitate non solum perditur magnitudo in pulsu, sed etiam uelocitas & spissitudo. Quia igitur hæ aliæ differentiæ minorantur hinc est ꝙ non oportet multum diminui magnitudinem. Econtra autem stante necessitate eadem si fiat instrumentum inobediens & cōseruata uirtute diminuitur magnitudo instrō nō obediente, quā tñ uirtus remanet fortis pulsum uelocitat & frequētat uel inspissat. Cum igitur augmentantur aliæ drīæ minus difficiles uirtuti, quibus uirtus cum minori eius debilitate satisfacit necessitatis plus diminuit de eius magnitudine, quare in his sit pulsus minor. Et per idem patet quare est cā pulsus minor uirtute facta debili ꝙ̃ necessitate diminuta stante obediētia instrumenti & alijs paribus. Secunda cā esse pōt, quia nō solum fit diastoles in pulsu pp aerem frigidum ab extra recipiendum, sed pp aerem calm fumos & sanguinem et spūm recipiendum in arteria: ideo non pportionabiliter minorat pulsus sicut minorat quantitas aeris frigidi attrahēdi solum secundum eius exigentiam totius aggregati ex ipso spū & sanguine. Quantūcunq; igitur minoret necessitas dilatat tñ arteria secundum exigentiam corporꝫ in ipsa recipiēdorum ex quo uirtus est fortis & instrm obediens: ideo non multū minuit ex æquali, quia non nisi tantum quantū minus de aere frigido est attrahendū. Sed non sic est instrō exñte duro. pp duritiē.n. phibetur ne dilatet secundū exigentiā corporꝫ in eo recipiendorꝫ quare minor est hmōi pulsus ꝙ̃ a diminuta necessitate pueniens alijs paribus. Et nota ꝙ ista tua. 2. pōne uideris ponere aliq̄ repugnātia his q̄ per te scripta sunt super scd̄m techni circa mām pulsuū: nō tñ sunt repugnātia cū bñ cōsiderabis. Et nota ꝙ penes dcā eē sustētabile plus minorari pulsū ex dbilitate uirtutis q̄ inobia istrī cæteris pibus.

Primo qa uirtus debilis uertitur ad differentias alias, quare cum alijs satisfaciens pauca indiget magnitudine. Stante uero duritie uirtus fortis existens potest tolerare, ut fortiter conetur ad magnificandum, ideo conatur ad illud quod non facit debilis, minus.n. debilitatur ex forti conatu. Et hęc potest esse causa, quare in particula immediate præcedenti dixit ꝙ nulla est causa contentiua quę plus efficiat paruitatem in pulsu ꝙ̃ debilitas uirtutis. Cæteris.n. pibus plus minorat pulsus ex debilitate uirtutis ꝙ̃ ex diminutione necessitatis & duritie instrumenti ut declaratum est. Ex quibus patet ordo istarum causarum in paruificando pulsum, quia cum alijs paribus cōstante uirtute plus paruificat durities quàm diminutio necessitatis, & plus debilitas ꝙ̃ durities, ideo nulla est istarum quæ plus efficiat paruitatem ꝙ̃ debilitas. Vel potest dici hoc non fuisse Auicen. bene manifestum, ideo dixit ꝙ nulla est istarum trium causarum quæ plus efficiat paruitatem quam debilitas, non tamen asseruit ipsam magis paruitatem efficere ꝙ̃ aliquam aliam causam.

Si uero necessitas multa fuerit & uirtus fortis & instrumentū inobediēs pp suam duritiē magnitudini non poterit esse quin fiat uelox & uelocitate restauret id quod deest ex magnitudine.

Pulsus dr̄iarū acgrēdarum gradus.

Primo nota ex hac littera videtur concludi ꝙ necessitate aucta stante fortitudine virtutis & obedientia instrumenti. prima differentia quæ acquiritur est magnitudo, deinde plus procedente necessitate acquiritur velocitas, & postea spissitudo. Huius autem causa potest sumi ex hoc quia per magnitudinem melius satisfit necessitati q̃ per aliquam aliam differentiam: ideo &c. consequentia tenet, quia semper natura de possibilibus operatur melius, & assumptum patet, qa per magnitudinem satisfit in vna vice necessitati, per alias autem non cæteris paribus. Item quia per magnitudinem maior quantitas attrahitur aeris, per alias autem sine magnitudine pauca, sed velocior vel frequentior, fortius autem uidetur magna quantitas aeris similis occurrens operari q̃ parua siue velociter siue tarde alijs paribus, vt patet in alijs alterantibus nostro corpori occurrentibus. Ego autem teneo ꝙ stante fortitudine virtutis & obedientia instrumenti p quemlibet gradum necessitatis supra temperamentum additum apta est maiori tam velocitas q̃ spissitudo q̃ etiam magnitudo. Et motiua tacta sunt secundo techni ubi teneo hanc positionem. Pro auctoritate vero Auic. dicitur ꝙ non plus voluit nisi ꝙ necessitate aucta prius notabiliter augetur magnitudo q̃ velocitas vel spissitudo, cum quo tamē stat alias simul cum augmento magnitudinis augeri. Et modus quo hic tolerari potest satis explicatus est. Secundo nota ex dictis Auic. hic etiam colligi hanc regulam ꝙ stante fortitudine virtutis & aucta necessitate instrumento existente obediente prius deperditur magnitudo & fit pulsus velox, cuius causa sumitur ex his quæ prædicebantur. Instrumēto. n. duro vel inobediente existente plus resistit magoræ extensioni q̃ paruæ velociter factæ vel frequenter. igitur citius desinit virtus propter inobedientiam instrumenti posse facere pulsum magnum q̃ velocem aut frequenter. igitur &c.

Quod si uirtus fuerit debilis & pulsus non poterit magnificari & uelocitas in eo non operata fuerit non poterit esse quin fiat spissus, qua spissitudine restauret illud quod ei defuerit ex magnitudine & uelocitate, & multæ uices tenebunt locum unius uicis sufficientis & magnæ aut duarū uelocium. Et hoc quidem est sicut cum homini necesse est ferre rem ponderosam, quam si poterit una uice totam feret. si uero non diuidet eam in duas partes & festinabit, & si non in multas partes ipsam distribuet & feret quamq; partem quocunq; modo poterit cum spaciositate aut uelocitate, deinde non cessabit inter quaslibet duas oneraturas eius licet sit in eis tardatus, ꝙ si multę fuerit debilitatis stabit tunc & feret eam festine & redibit cum tarditate.

Primo nota per virtutem debilem in proposito intelligēdum esse non sufficientem merito suæ fortitudinis instrumētum mouere debite, scilicet cum debita magnitudine velocitate &c. secundum necessitatis exigentiam, sicut in proposito statim exemplificabitur. Secundo nota ꝙ hac superueniente debilitate prima differentia quę deperditur est magnitudo: cum enim magnitudo vt supra declaratum est sic inter cæteras difficillima differentia debilitata virtute citius desinit posse magnitudinem q̃ aliquam aliam differentiam producere. secunda vero differentia quæ deperditur est velocitas, in principio enim crescente magnitudine velocitas augebatur. Ad tantum tamen contingit debilitatem augeri ꝙ nec velocitatem nec magnitudinem potest efficere, quare efficitur paruus & tardus, & pro tunc augetur spissitudo. virtus enim intendens necessitati satisfacere & non potens per magnitudinem aut velocitatem cogitur in pulsu spissitudinem augere. Et de hoc clarum ponitur in littera exemplum. In illa tamen vltima parte exempli, scilicet illa ꝙ si multæ fuerit debilitatis &c. Illud exemplum videtur contradicere. videtur enim ponere ꝙ si virtus fuerit vltime debilitata est pulsus rarus & velox. ponit enim ꝙ stabit & feret festine, & per consequens prius deperdetur spissitudo q̃ velocitas: cuius oppositum in littera ponitur. Quidam exponunt. Stabit idest perseuerabit in portando: & feret festine, idest festinabit portationem eo quòd inter portationes modico tempore quiescet, sed redibit cum tarditate. Aliter stabit idest quiescet, quia fiet pulsus rarior. & per hoc tangit diuersitatem in pulsu consequentem debilitatem multam postquam in pulsu euenerunt varietates dictæ quia factus est paruus & tardus & remansit frequens. si vlterius procedat debilitas acquiritur dispositio pulsus cadentis in medio: quia necesse est aduenire quietem tempore quo debet aduenire motus, ideo tunc dicitur stare in quo tempore virtus aliquo modo resumitur saltem arteriæ mouendę melius applicato instrumento, vnde tunc fieret festine sicut portator, dum quasi ad vltimam debilitatem ductus est inter labores interponit aliquantulum quietis magis solito, deinde festinat motum suum. Et quia virtus est multum debilis non potest hanc festinantiam diu facere, vnde reuertitur cum tarditate, & sic tandem est remanens motus eius paruus tardus & rarus. Istam forte dispositionem intellexit Auicen. in pulsu, quia primo fit pulsus paruus velox & frequens. deinde perditur velocitas, postea vtplurimum fit pulsus cadens in medio in quo resumit quandam velocitatem & postea reuertitur cum tarditate & remanet pulsus paruus tardus & rarus.

Si autem uirtus fuerit fortis & instrumentum obediens, sed necessitas erit maior fortitudine tēperata uirtus augmentabit uelocitatem cum magnitudine. Et si necessitas fuerit fortior erit cum magnitudine & uelocitate spissitudo.

Pulsus dr̄ia q̃ depdit̄.

Primo nota. ex hoc colligi potest notabile primum in hac lectione positum, scilicet differentiam primam, quæ acquiritur esse magnitudinem. Secundo nota necessitas dicitur maior fortitudine temperata, quando necessitas est tanta ꝙ illi non potest virtus cum sola satisfacere magnitudine, multum enim tunc egreditur a temperamento &c. totum residuum prius expositum est vsq; ibi ⌊Raritatis quidem causa est virtus.⌉ Et potest totum patere vsque ad capitulū. 7. Ibi. scilicet ⌊Masculorum pulsus &c.⌉ Et ibi vsq; ad illam partem. ⌊Omnis quidem pulsus.⌉ Præter alia superius notata aduerte ꝙ secundum Auic. videtur hanc cōsequentiam ualere hic pulsus prouenit a uirtute forti & est magnus & spissus. igitur est velox, licet non econtra sequatur. est magnus & velox igitur est spissus. Contingit enim prius velocitatem q̃ spissitudinem in pulsu acquiri. Ad hanc autem consequentiam declarandam præmittendum primo quòd stante fortitudine &c. & obedientia instrumenti. Prima differentia quæ acquiritur est magnitudo. Secunda velocitas. Tertia spissitudo, & hoc omnem pulsum in pposito spissum appellando qui non est rarus respectu temperati, & sic tenet argumentum Auicen. & non aliter. Vel præsupponendum quòd augmentum spissitudinis respectu præexistentis præsupponit velocitatis augmentum, & hoc visum est expresse supra in littera. Tunc arguitur sic. Pulsus for. stante fortitudine virtutis est magnus & tardus: igitur est rarus. patet consequentia, quia ex opposito consequentis cum altera parte assumpti sequitur oppositum alterius. Sequitur enim pulsus est magnus & non rarus, ergo est magnus, & frequens uel saltem in fre-

quentia

quentia est temperatus, & sequitur est magnus & frequens & virtus est fortis. ergo est magnus & velox per primam suppositionem: & per consequens non tardus. Potest etiam multo clarius deduci argumentum.

Longitudinem quoque magnitudinis causæ pro certo efficiunt cum aliquid prohibens amplitudinem prohibuerit & eleuationem ad superiora non permiserit fieri sicut durities instrumenti. uerbi gratia. quæ amplitudinem prohibet & densitas carnis & cutis quæ sursum eleuari non permittunt. Sed est etiam cum in amplitudine addit macies. Et amplitudinē quidem efficit aut uenarum uacuitas, ut per ipsam tunica superior super interiorem declinet & dilatetur aut multi instrumenti lenitas.

Primo nota quòd uirtute non potente extendere sufficienter arteriam subleuat ipsam secundum partes multas in longum ut saltem per istam longitudinem aliquid recompenset eius quod deficit ex sufficienti amplitudine. Huiusmodi autem impedimenta sunt durities instrumenti densitas etc. Ex quo satis patet quòd macies addit in amplitudinē, quia si carnis densitas impedit latitudinem & auget longitudinem: patet quòd macies auget latitudinem & lōgitudinem in pulsu minuit.

Pulsus amplitudis maximę cā triplex.

Secundo nota tres fore causas maximæ amplitudinis. Prima uenarum uacuitas propter quod arteria potest conuenienter dilatari. Secunda declinatio superioris tunicæ arteriæ supra inferiorem prohibendo eius eleuationem iuuat ad latitudinem. Tertia ē multa lenitas instrī. Sed tertia causa iuuat ad augmentum cuiuslibet alterius differētiæ ut magnitudinis uelocitatis & spissitudinis.

Spissitudinis autē causa est debilitas aut multa necessitas aut caliditas.

Pulsus spissitudinis cā

Primo nota q debilitas multa est causa spissitudinis. cū enim fuerit necessitas magna & uirtus debilis non potens magnificare aut uelocitare pulsum necessario inspissabit ipsum ut habitum fuit in præcedenti lectione. Secundo nota q illa particula necessitas aut multa caliditas potest dupliciter exponi. Primo ut ly aut teneatur expositiue ut sit sensus. multa necessitas aut pro id est multa caliditas, & est cōsuetus modus loquendi quando duo nomina idem præcipue important. Secunda expositio est. multa necessitas, scilicet ex inobedientia instrumenti, quamuis non sit caliditas multa. notum est enim quòd talis multa necessitas promouet uirtutem ad inspissandum pulsum. Tertia expositio. Nota q non solum insurgit necessitas propter caliditatem, sed propter magnam fumorum abundantiam a quibus necessarium est arteriam frequenter mundificari. Et quælibet istarum est bona.

Et raritatis quidem causa est uirtus quæ necessitatē in magnitudine superat aut frigiditas multa diminuta necessitate aut nimia intensio uirtutis & aduentus perditioni proximus.

Primo nota ex isto videtur contra opinionem. s. q aucta magnitudine minorat spissitudo. Dicit enim q cum uirtus non sufficit multum dilatare & magnificare pulsum tūc causatur raritas.

Pulsus raritatis causa.

Dicitur q hoc non est contra me, quia non plus vult hic Auic. nisi q virtute multum potente magnificare pulsum non tantum inspissat quantum spissaret si non tantum magnificare posset, cum hoc tamen stat q semper dum augetur magnitudo spissitudo aliqualiter augeat.

Virtutis intensio quid.

Secundo nota per nimiam virtutis intensionem intelligere debemus virtutem quasi vltimate resolutam. hæc.n. est causa raritatis. Primo quia cum sit difficilius pulsum frequentē q rarum facere uirtute ad non gradum diminuta citius deficiet posse facere pulsum frequentem q rarum: & per consequens illa debilitas erit causa raritatis. Secundo quia virtus vltimate resoluitur per resolutionem spiritus vel calidi naturalis: ad cuius resolutionem sequitur infrigidatio & necessitatis diminutio. Tertio nota q virtutem superare necessitatem magnitudinis est virtutem facere pulsum maiorem q sit oportunum merito necessitatis refrigerij. Hoc autem imaginari possumus. primo præmisso nō solum fieri cordis & arteriarum dilatationem & constrictionem ad aerem frigidum attrahendum: sed etiam calefactum expellendū. Attrahit.n. arteria dum dilatatur quatuor corpora simul. s. aerē frigidum ab extra calidum & fumum ab intra spiritum & sanguinem arterialem: & secundum omnium istorum exigentiam dilatatur & constringitur arteria. Et similiter dum constringitur expellit totidem corpora aerem calidum & fumum ad extra & aerem frigidum ad cor, & ad membra spiritum & sanguinem arterialem: ideo secundum horum exigentiam constringitur. Ex quo sequitur q stante necessitate refrigerij æquali sanguine arteriali spiritu & fumo in arterijs recipiendo ampliori existente uirtute forti & instrumento obediente fiet pulsus maior q fieret si non tantus esset sanguis spiritus & fumus in arteria recipiendus, tunc igitur virtus superabit necessitatem. s. refrigerij magnitudine. s. qui faciet pulsum maiorem q sit aptus prouenire merito illius necessitatis refrigerij. Et ad hoc consequitur plus de aere frigido recipi q exigat tanta necessitas uel caliditas. Sicut.n. arteria multum dilatata multum recipit a corde fumum sanguinem & spiritum: ita a pulmone multum recipit aerem frigidum, quare ampliori recepto huiusmodi aere oportebit ipsum minus frequenter attrahi, quia tardius calefiet et fortius refrigerabit, & per consequens fiet pulsus rarior & maior.

Et penes hoc probabiliter imaginari possumus q stante fortitudine virtutis & obediencia instrumenti crescente necessitate solum spissitudo & velocitas crescēt in pulsu. In casu enim posito si necessitas, idest caliditas augeatur quousq tantus aer quantus nunc in vna vice attrahitur sit sibi proportionabilis stante fortitudine &c. non apparet pulsus augeri magnitudine cæteris paribus. Ex quo enim attrahitur tantus quantus tantæ correspondebat necessitati, et tantum dilatatur arteria quantum alijs corporibus in arteria receptis proportionatur non videtur cur pulsus debeat magnitudinem variare, tunc enim attraheretur plus q virtuti conueniret. Et si arguitur q hoc est contra Auicen. in littera dicentem q prima differentia quæ acquiritur in pulsu est magnitudo &c. Dicitur illud esse verum quando necessitas fuerit sic aucta q quantitas aeris qui primo attrahitur per vnicam attractionem non esset necessitatem euentationis excedens, qualiter non est in proposito. Quod tamen in casu illo aucta necessitate augeatur spissitudo vel velocitas arguitur, quia variæ sunt pulsuum causæ contentiuæ, igitur apparet pulsum variari sed non in magnitudine. igitur &c. Item necesse est cor magis refrigerari q prius, & non per maiorem aeris attractionem. igitur per velociorem & frequentiorem. igitur &c. Et eodem modo potes glossare positionem tuam contra quam videtur procedere cōclusio ista.

Secundo aliter consueui imaginari conclusionem istā imaginando q. a. sit medius gradus fortitudinis virtutis. b. sit medius gradus necessitatis: & c. sit medius gradus in pulsu consequens. b. cum. a. simul. Si enim necessitas esset extremalis & virtus extremaliter fortis fieret pulsus extremaliter magnus instrumento obediente semper. Ponatur cum hoc. a. gradum intendi permanente. b. æquali. Et videtur quòd pulsus fiet maior, quia eodem conatu dilatabit virtus arteriam quo prius, & cum hoc ipsa est fortior & instrumentum æqualiter obediens. igitur maiorem faciet dilatationem. In casu igitur isto virtus superat necessitatē magnitudine, quia virtute plus q mediocriter forti existente plus q mediocriter faciet pulsum magnum, licet gradus necessitatis sit solum medius: & tunc oportebit fieri pulsum rariorem vt supra dicebatur. Causa autem huius est, quia vir-

tus primo satisfaciebat necessitati non solum cum magnitudine, sed cum uelocitate & frequentia, nec deficiebat magnitudo maior, nisi quia non poterat cum tanto gradu fortitudinis & aliis circunstantiis maiorem facere pulsum, nunc autem fortificata potest ideo maiorem facere pulsum. Huius exemplum ponere possumus in corpore temperato quod in medio pueritiæ habebit gradum medium fortitudinis virtutis & necessitatis & magnitudinis sibi correspondentis, procedente autem ætate fit virtus fortior calore manente æquali, quare fit pulsus maior & fit rarior continue & tardior, in casu ergo illo simul crescet magnitudo in pulsu tarditas & raritas. Et similem conclusionem imaginari possumus variata obla instrumenti & eadem fortitudine ac necessitate manentibus. Et plura alia hic imaginari possumus. Et penes hoc moderandum est supra primum notabile præmissum. Item ad persuadendum ꝙ stante medio gradu fortitudinis cum medio gradu necessitatis si fortis virtus fiet necessitate eadem manẽte cur obedientia instrumenti fiet pulsus maior ponatur for. temperatissimus cuius necessitas sit æqualis necessitati platonis: sit tamen in platone solum medius gradus fortitudinis virtutis vbi in for. est summe fortis. Et arguitur sic stante obedientia instrumenti ex medio gradu necessitatis cum summa fortitudine prouenit pulsus mediocriter magnus, sed minor prouenit fortitudo cæteris paribus ex medio gradu fortitudinis virtutis quàm ex summo. igitur &c. Et per idem medium concludi potest quòd ex medio gradu fortitudinis virtutis cum medio necessitatis stante obedientia instrumenti non prouenit pulsus mediocriter magnus.

Causæ uero debilitatis pulsus ex mutationibus quidem sunt, tedium, & uigiliæ, & euacuatio, & macies, & humor nociuus, & exercitium superfluum, & humorum motus, & ipsorum obuiatio membris fortis sensus aut cordi uicinis, & totum illud quod uehementer resoluit.

Pulsus debilitatis cãæ.

Primo nota hic quòd quæcunque virtutem debilitant cordis & arteriarum debilitant pulsum, siue mediate, siue immediate debilitent. Talia autem sunt narrata ab Auicen. Primo tedium debilitat pulsum resoluendo ex eius inordinato motu in tedio. Secundo vigiliæ euacuatio macies, idest causa maciei vel macrefactio omnia propter eandem causam. Secundo nota quòd omnes istæ dicuntur esse mutationes absolute, vt supra tactum est. Et concordat hoc dictum dicto Galen. in introductorio pulsuum vbi inquit. Exoluitur autem virtus ex malo ægritudinum more & accidentium animæ difficultate & forti dolore & immoderatis euacuationibus.

Gal.

Et duritiei pulsus causæ sunt siccitas corporis uenæ aut eius fortis extensio aut uehemens frigus congelatus. Et etiam est cum pulsus in crisibus durescit ex fortitudine pugnæ, propterea quòd membra per ipsam extenduntur ad partem impulsionis naturæ.

Primo nota quòd ad siccitatem sequitur durities, similiter forte frigus condensando. similiter fortis extensio facit ipsum plus tactui resistentem, & per consequens pulsum duriorem, vt patet in vesica multum inflata. Secundo nota quòd in forti crisi potest accidere durities in pulsu propter multas causas. Prima est multa repletio arteriarum euaporatione multa facta. Secunda multa membrorum extensio hora expulsionis materiæ. Et nota hoc dcm̃ hic de crisi maxime verum esse de crisi fienda per vomitum. In crisi enim fienda per sudorem non fit necessario pulsus durus vt infra patebit. Et colligitur hoc notatum tertio de crisi. vltimo capitulo.

Pulsus duritiei cã duplex.

Gal.

Lenitatis uero causæ sunt causæ naturales mollificantes sicut nutriens, & ægritudinales mollificantes, sicut hydropisis & lethargia, aut ea quæ neque sunt naturalia neque ægritudinalia sicut balneatio.

Nutriẽs triplex.

Primo nota nutriens esse triplex remotum: verum, & quasi verum nutriens. Hic est sermo de vero & quasi vero. Tale enim reponẽdo partes in membro humidiores quàm sint dissolutæ reddit pulsum mollem siue lenem & maxime cum fuerit humidum vt lactuca & huiusmodi. Secundo nota quòd tale appellat rem naturalem. Res naturalis sumitur dupliciter. Primo communiter vt distinguitur contra rẽ præter naturam. & sic cibus temperatus dicitur res naturalis. Quandoque sumitur res naturalis vt distinguitur tam cõtra rem præter naturam ꝙ contra rem non naturalem, qualiter dicimus humores & membra esse res naturales, cibum autem & aerem quantũcunque temperatum non. Si sumitur primo modo patet. Si autem sumatur secundo modo per nutriens intelligendo verum nutriens verum est quòd nutriẽs est res naturalis, vt patet intuenti. Tertio nota quòd in hydrope causatur pulsus mollis maxime in hyposarcha. Accidentaliter tamen quandoque fit pulsus durus in ascite. Similiter in lethargia, quæ est apostema partis posterioris cerebri. Apostema autem in membro molli facit pulsum mollem, in duro vero durum sicut infra videbitur. Nota tamen quòd apostema in membro molli facit pulsum mollem vtplurimum, quia materia est mollis a qua eleuantur vapores &c. vel quia propter apostema & calorem euaporat humidum membri nutrimentale & substantificũ quod est molle mollificans arterias, & sic reddit pulsum mollem.

Nãlis res duplr.

Dubium tamen est an iste pulsus debeat dici mollis per comparationem ad pulsum naturalem, an per comparationem ad pulsum prouenientem ab apostemate duro qui dicitur durus propter rationes ab opposito sumptas: ut patere potest intelligenti. Quarto nota. Balneatio in aqua dulci tepida reddit pulsum mollem. In frigida tñ salsa uel sulfurea uel aluminosa potest esse oppositum, quia. s. pulsus redderetur durus, ut patet intuenti.

Et diuersitatis quidem causa cum perseuerantia uirtutis est grauitas materiei cibi aut humoris. Et cum debilitate uirtutis est pugna causæ & ægritudinis.

Pulsus diuersi causa.

Primo nota existente in stomacho multo cibo uirtutem grauante, aut etiam in toto multa materia humorali uirtutem etiam grauante uirtus redditur impotens ad faciendum in arteria motum uniformẽ, propter quod mouetur arteria difformiter, & per consequens fit pulsus diuersus. Ad quod etiam concurrit, quia uirtute taliter grauata spiritus qui est instrumentum motus arteriæ difformiter & diuersis motibus mouetur: & applicatur arteriæ mouendæ &c. modo iam dicto.

Ex causis quoque diuersitatis est repletio uenarum ex sanguine, sed quod huic est simile remouet minutio.

Nota repletio uenarum cum sanguine est causa diuersitatis modo iam dicto, tum. s. quia multo sanguine uirtus multum grauatur & opprimitur, tum etiam quia sanguine euaporante ad cor causatur in spiritu difformis & uarius motus phlebotomia autem remouet hoc, quia remouet causam.

Dubium est. Posito quòd sit repletio sanguinis in arteria utrum phlebotomia remoueret hanc diuersitatem. Et si remoueret unde deberet fieri uel de uenis uel de arteriis. Dicendum quòd phlebotomia remoueret. Et non

de arteriis

Phlebotomia duplex.

de arterijs esset fienda, quia ut dicitur infra caplo de phlebotomia. non debet de arterijs fieri phlebotomia nisi ubi esset particularis læsio in particulari membro. Debet igitur fieri de venis ad quarum euacuationem euacuantur arteriæ propter propinquitatem ipsarum & communitatem inter se per suos poros.

Et plurimum quidem fit diuersitas cum sanguis est uiscosus suffocans spiritum qui mouet in arterijs & proprie cũ diuersitas fuerit circa cor.

Nota q͂ sanguis viscosus maxime est aptus virtutem opprimere et maxime circa cor. Cum.n. sit principium pulsus maxime corde grauato cãbitur diuersitas in pulsu & toto, quia.s. in omnibus arterijs.

Ex causis præterea ipsius quæ eã in breui efficiunt tpe sunt stomachi replõ & tristitia et cogitatio in aliquo. Sed cum in stõ malus fuerit humor non cessabit diuersitas. Et forsitan ex eo proueniet tremor cordis & fiet pulsus tremulus.

Stõi repletio cõicans cordi dupliciter.

Primo nota. Stomachi repletio vt notatum est mediate vel immediate communicatur cordi propter propinquitatem ipsius ad diaphragma. Simili͛ tristitia & cogitatio multum diuertendo virtutem & faciendo spiritum in toto inordinaris moueri motibus causat diuersitatem. Simili͛ tertio humor malus ĩ stomacho existẽs illud idem operat͂, q͂a statim per euaporationem communicatur cordi & diaphragmati. De causis tamen pulsus tremulosi videbitur infra.

Et serrini quidem pulsus causa est diuersitas eius quod in corpore uenæ est fusum in putrefactione sui aut ipsius cruditate aut sui maturatione aut diuersitas dispositionum uenarum in duritie sua & mollitie aut apostema in membris neruosis.

Pulsus serrinus quid & eius cã triplex.

Primo nota per pulsum serrinum intelligere debemus pulsum quem cum tangimus percipimus diuersitatem similem serræ, quia sicut in serra sunt dentes aliqui declinantes ad dextrũ aliq ad sinistrã, et iter partes eius aliqua ẽ eleuatior aliq̃ ẽ depressior, ita inter partes arteriæ illud idẽ percipit͂, & ideo dicitur serrinus. Secundo nota q͂ materia diffusa per arteriam existente valde difformi in putredine cruditate &c. causatur huiusmodi difformitas ex partibus, quibus occurrit materia illa propter quod causatur pulsus hic dictus serrinus. Tertio nota q͂ diuersitas etiam partium arteriæ in duritie & mollitie illud idem operatur cum pars percipiat͂ duriter imprimere sicut dens serræ, et alia molliter sicut pars in serra depressa. Quarto nota q͂ apostema in mẽbro neruoso facit pulsum serrinum propterea q͂ existẽte apostemate in membro neruoso virtus vtplurimum multum debilitatur propter dolorem & pugnam. similiter arteria vtplurimum induratur, vt in præcedenti lectione dicebatur. Ex quibus accidit virtutem non posse arteriam secundum omnes partes eius vniformiter subleuare, quare aliquæ partes ĩ diastole magis sunt eminentes & aliquæ magis depressæ, propter quod tangendo pulsum percipitur serrinus: vt patet intuenti. Ex quo satis patet solutio dubij hic moueri soliti.s. q͂ in pulsu talis apostematis debet apparere pulsus vniformiter durus. Patet secundo hunc pulsum esse pulsum durum, licet non sit vniformiter durus: ut tactum est etc.

Bispulsantis uero causa est uirtutis fortitudo & plurima necessitas & durities instrumẽti, quare non obedit ei quod uirtutes ipsi præcipiunt de diastole in una uice. Sicut cum quis uult una percussione aliquid incidere & non obeditur ei adiutatur ab alia & præcipue cum necessitas subito augmentatur.

Pulsus bispulsans qd & eius causa.

Primo nota per pulsum bispulsantem intelligere debemus pulsum in quo apparet duplex pulsatio vel dilatatio antequam inter primam & secũdam cadat systole media. verbi gratia. si arteria dilatetur ab.a. termino ad.b. terminum, & cum fuerit in.b. termino ibi parũper quiescat vel appareat quiescere, deinde altius eleuetur vsq͂ ad.c. terminũ antequam aliquo modo deprimatur, tunc enim dicitur bispulsans. Secundo nota hoc contingere virtute existente forti instrumento aliqualiter duro & inobediente & necessitate magna. Nisi.n. esset virtus fortis non posset arteriam multũ eleuare. Similiter nisi foret necessitas aucta non conaret͂ virtus illud facere. Similiter si instrumẽtum foret perfecte obediens vnicam faceret pulsationem & dilatationem. Relinquitur igitur hoc ideo contingere, quia virtus & si sit fortis non potest vnica dilatatione instrumentum sufficienter dilatare, vnde oportuit aliquam interuenire moram quousq͂ fieret noua applicatio spiritus ad arteriam mouendam magis alte. Tertio nota hic in littera innuitur pulsus bispulsantis alia causa, quamuis non esset instrumenti durities & est noua necessitas euentandi subito insurgens. verbi gratia. existẽte necessitate vnius gradus dilatatur arteria ab.a.ad.b. terminum ubi quiescit, deinde systolat. Ponatur igitur q͂ arteria dilatata ab.a. usq͂ ad.b. & incipiente quiescere subito cõtingat noua necessitas, tunc continget parum post arteriam nouam facere dilatationem antequam systolet, ideo in casu isto fit bispulsans pulsus.

Soricini uero pulsus causa quandoq͂ est uirtus debilis, quæ de labore ad quietem ordinate procedit & de quiete ad laborem. sed ille qui in una permanet dispositione plus est uirtutis debilitatem significans. Et cauda quidem soricina, & quæ ei similis existit, est plus significans fortitudinem aliquam, & q͂ debilitas non est in fine, sed eis deterior est cauda finitiua, deinde mãsiua, postea, cauda reditiua.

Pulsus dictus cauda soricina quid & eius cã.

Primo nota per pulsum dictum ut cauda soricina intelligere debemus pulsum, cuius processus est a magnitudine in paruitatem uel ecõtra, & est regularis & uniformis sicut cauda soricina quod imaginari possumus: uel quo ad uarias pulsationes sibi inuicem succedẽtes, uel in una, secundum tamẽ uarias partes arteriæ &c. Secundo nota per pulsum hunc manentem in una dispositione intelligere debemus hũc pulsum continue in debilitate & paruitate procedentem, non quia continue sit eiusdem gradus paruitatis & debilitatis, sed quia continue paruificatur licet uniformiter & potest dici ordinate diuersus siue uniformiter difformis, & hic est peior illo qui quandoq͂ a paruitate tendit in magnitudinem, sicut satis patere potest intuenti. Tertio nota q͂ in hoc pulsu reperiuntur tot diuersitates: quia quidam dicitur cauda finitiua, & quidam cauda mansiua, & quidam cauda reditiua. Finitiua terminatur ad non gradum. Mãsiua ad certum gradum remissum. Reditiua quandoq͂ econtra redit a paruo ad magnum uniformiter. Notum est autem quòd prima est deterior significans ultimam uirtutis debilitatem. Secunda minus mala significans satis intensam, sed non ultimatam debilitatem. Tertia iterum minus mala significans adhuc maiorem uirtutis fortitudinem. Nota de labore ad quietam, idest magnitudine ad paruitatem. magnitudo enim labor dicitur.

Cadẽtis autem in medio causa est uirtutis lassitudo & eius defectus aut accidẽs subito ueniẽs ad quod anima & natura subito redeunt.

Pulſus cadens i medio quid & eius cã. Accñs ſubito eueniẽs dupl̃r.

Primo nota per pulſum cadentem in medio intelligi pulſum interſectum quieſcentem, ſcilicet tempore quo moueri deberet, ſicut in exemplo faciliter patere poteſt. Secundo, nota virtutis laſſitudo & pro, ideſt defectus vel virtutis laſſitudo conſequens exercitium & defectus, ſcilicet ab intrinſeco proueniens vtraqꝫ expoſitio eſt bona. Tertio nota ꝙ per accidens ſubito ueniens intelligere poſſumus accidẽs animæ: ut fortis cogitatio, aut timor &c. Et ſimiliter etiã intelligere poſſumus dolorem ſubito uenientem. Et utroqꝫ modo uerum eſt dictum Auic. Primo enim uerum eſt ꝙ ſubito currẽte animali ſpiritu ad locum aliquem ut ad cor uel ad cerebrum ipſum inſequitur uitalis, & ſic per aliquantulũ tempus impedit̃ uirtus ab operatione pulſatili. Idem adhuc euidẽtius dicendũ eſt in forti dolore, vt patet intelligenti.

Et ſpaſmoſi quidem pulſus cauſa ſunt motus non naturales in uirtute aut in malitia in eſſentia inſtrumenti.

Spaſmus duplex.

Nota per motus non naturales intellexit motus pręter naturam quibus natura propter nocumentum contrahit membra ſicut contingit in ſpaſmo non proportionato ad materiam. Per malitiam autem in eſſentia inſtrumenti intelligere debemus malam inſtrumenti diſpoſitionem, ut intẽſam duritiem & extenſionem ſicut in ſpaſmo ſicco.

Pulſus autem tremulus procedit ex fortitudine & inſtrumento duro & neceſſitate forti, ſine iſtis enim non prouenit tremor.

Tremorũ membri cã.

Nota ꝙ tremor membri, ut ſecũda tertij prouenit ex ęqui potentia quadam uirtutis & grauitatis membri, vt quarto de accidenti, ita vt virtus non totaliter dominetur grauitati nec econtra. Ex quo prouenit duellum quoddam vt nũc inſurgat virtus & eleuet membra, quæ poſt debilitata a grauitate membri deprimitur & iterum depreſſa inſurgit. Et ſic proportionatur in pulſu tremulo neceſſitate exiſtẽte magna uirtute forti & inſtrumento multum obediente, unde oritur quædam qualitas uirtutis ad reſiſtentiam inſtrumẽti. Inſurgit igitur virtus neceſſitate cogente et dilatat inſtrumentum qua conſequenter debilitata propter reſiſtentiam deprimit̃ & iterum inſurgit uirtus & econtra, & ſic deinceps.

Vndoſi autem eſt cum eius cauſa exiſtit uirtutis debilitas ſecundum plurimum & non põt fieri diaſtoles, niſi paulatim & paulatim.

Pulſus undoſus quid, & eius cã.

Primo nota per pulſum vndoſum in propoſito intelligere debemus pulſum cuius motus ſimilatur motui vndarum aquæ. Et colligitur hæc notificatio quarto colliget. Sicut.n. aqua ſecundum aliquam partem eius ab aliqua cauſa pulſa cauſat vndam quæ cauſata mouendo aliam partem cauſat aliam & iterum alia aliam &c. ita in pulſu tali apparet non ſimultaneus motus totius arteriæ, ſed apparet ad ſimilitudinem vndarum in aqua propter quod hic pulſus appellatur vndoſus. Secundo nota virtute exiſtente debili multum ita ꝙ non poſſit totam arteriam ſimul eleuare, ſed ſolũ per partem ante cauſatur pulſus vndoſus. Ex quo enim non tota arteria ſimul eleuatur ipſa eleuatur per partem ante partẽ, ſicut in vndis aquarum contingit.

Et eſt etiam cum inſtrumenti lenitas eius cauſa exiſtit, licet uirtus non ſit ualde debilis. Inſtrumentum nanqꝫ molle & humidum concuſſionẽ & motum non recipit, quę in unãquãqꝫ penetrẽt partem quemadmodum ſiccum quod eſt durũ recipit, quoniam ſiccitas concuſſioni eſt apta & tremori. Et duri quidem ſicci finis ſui principij motu mouetur, mollis uero humidi partem poſſibile eſt moueri & aliam partem motu ipſius nõ pati, propterea ꝙ cito recipit ſeparationem & flexionem et diuerſitatem.

Pulſus undoſi caũ. pnoſticus

Primo nota multa inſtrumenti humiditas eſt cauſa pulſus vndoſi hoc modo. Cum.n. inſtrumentum multum molle ſit vel humectatur redditur in partibus ſuis flexibile, vnde vna parte eleuata non neceſſario eleuatur altera, immo cum hoc ꝙ non eleuatur flectitur, ſicut accidit in alijs corporibus flexibilibus, ideo cogitur virtus ſuccurrere, & per partem ante partem arteriam eleuare: & per conſequens cauſare pulſum vndoſum. Ex quo concludere poteris in practica ꝙ ſtante fortitudine uirtutis in declinatione paroxiſmi vel verſus declinationem pulſus apparens vndoſus ſignificat ſuper ſudorem futurum. ſignificat.n. materiam humidã expelli uerſus exteriores poroſitates quæ occurrens arteriæ & ipſam molliens eſt cauſa pulſus vndoſi. Nota tamẽ ꝙ non eſt neceſſarium ante quemlibet talem ſudorem antecedere pulſum vndoſum, quia contingens eſt materiam non fore ſufficientem tantum mollificare arteriam ꝙ ab ea proueniat pulſus vndoſus. igitur &c. Secundo nota hic ex dictis Auic. differentiam inter corpora dura ſiue ſolida & liquida ſiue flexibilia. corporis enim ſolidi vna parte localit̃ mota ſtante continuitate mouetur totum, quod non eſt neceſſarium in flexibilibus vt patet.

Et uermiculoſi quidem pulſus & formicantis cauſa eſt fortis debilitas, ita ut tarditas & ſpiſſitudo & diuerſitas in partibus pulſus coniungantur, quoniam uirtus inſtrumentum in una hora dilatare non ualet, ſed paulatim & paulatim.

Pulſus uermiculoſus qd & formicans & eius cã.

Primo nota per pulſum vermiculoſum & formicantem intelligere debemus pulſum cuius arteriæ motus percipitur ſicut motus vermiculi. Sicut.n. motus vermiculi eſt per partem ante partẽ, quia primo mouetur eius vna particula alijs flexis, deinde alia ſigitur & inſequitur, & ſic deinceps. Et eſt iſte motus paruus valde & tardus, ſed frequens eſt ſiue ſpiſſus, quia inter vnum motum & alium non cadit quies media notabilis, quia ergo in pulſu quandoqꝫ percipitur ſimilis motus arteriæ, ideo dicitur vermiculoſus. Differt autẽ a formicante, quia formicans ẽ minor pulſus. Secundo nota ꝙ cauſa huius eſt multa debilitas virtutis non potentis ſiꝰ totũ inſtr̃m eleuare nec partes quas eleuat potenter multum aut velociter eleuare: vnde cogitur virtus per partem ante partem cum ſpiſſitudine eleuare arteriam.

Cauſa autem pulſus mali ponderis ſi pulſus quidem fuerit in diſpoſitionibus temporis quietis eſt augmentum neceſſitatis. Et ſi in diſpoſitionibus temporis motus fuerit eſt augmentum debilitatis aut neceſſitatis priuatio.

Pulſus mali põderis duplicit̃ & eius cã.

Quid per pulſum mali ponderis intelligatur patet ſupra. Ex quo patet hunc eſſe duplicem, quia quidam eſt mali põderis quo ad tempus quietis, & quidam quo ad tempus motus. Primo nota ꝙ cauſa mali ponderis vbi reperitur motus quando debet eſſe quies eſt augmentata neceſſitas. Cũ enim percipimus arteriam dilatari tempore quo deberet quieſcere arguendum eſt ſtatim fore neceſſitatem auctam, vt ſupra in tertio notabili de biſpulſante pulſu declaratum eſt. Secundo nota ꝙ pulſus mali ponderis, ſcilicet in quo eſt quies quando naturaliter deberet eſſe motus prouenit aut ex multa virtutis debilitate non potentis cauſare motum determinato tempore, aut ex neceſſitate multum diminuta ꝓpter quod non eſt neceſſitas ita frequentis motus ſicut cõſueuit. Et de iſto poteſt poni caſus ſiſis per totum caſui poſito in tertio notabili de pulſu biſpulſante. Notum eſt.n. ꝙ ſi eſſet virtus fortis non fieret pulſus talis mali ponderis.

Sed

Sed pulsus temporis motus propter uelocitatem diastolis alius est ab hoc. Et causæ quidem pleni & uacui & calidi & frigidi eleuati sursum & submersi inferius manifeste sunt.

Nota per pulsum temporis motus propter uelocitatẽ &c. intelligit pulsum in quo diastoles est ita uelox ꝙ citius finit q̃ secundum naturam fieri deberet, unde uidetur ꝙ fit ges tempore quo deberet esse motus. Et sic uidetur quòd sit pulsus mali ponderis, quod remouens Auicen. dicit illud non esse uerum, quia dato ꝙ citius &c. tamen motui correspondet quies & econtra, ideo &c.

Capitulum. vij. Est de pulsibus ætatum & masculorum & fœminarum.



Masculorum pulsus maiores sunt & fortiores ualde propter uehementiam uirtutum eorum & necessitatis ipsorum.

Primo nota q ex somno variantur iudicia pulsus. Primo comparando somnum vsq ad vigiliam. Cum enim in vigilia aliter q̃ in somno se habeat calor naturalis ad membra, alia insurgit necessitas & virtus fortitudo & debilitas, & per consequens aliæ in pulsu differentiæ. Similiter etiam quantum ad tempora somni. Cum. n. in principio calor ad intra reuocetur & in processu expandatur ad extra, & alia sit necessitas tempore expansionis & alia tempore reuocationis, sequitur etiam q ad horam somni variantur iudicia pulsus. cum enim in principio digestionis calor a nutrimento aliqualiter refrigeretur, videtur q in principio digõnis aliter se habere debet pulsus q̃ in processu cum iam spiritus & sanguis per digestionem restaurantur. Similiter ĩ principio digestionis calor ad intra retrahitur in processu expanditur ad exteriora, vt tangitur in littera. Iunxit autem somnũ cũ digõne, quia maxime in somno perficit digõ. Et loquitur de digestione tam prima q̃. 2. q̃. 3. vt patebit.

Pulsus igitur in principio somni est paruus & debilis, quoniam motus caloris naturalis tũc est ad constringendum & submergendum & nõ ad dilatandum & manifestandum, quoniam ipse in hora illa totus tendit ad occultum, propterea q ipsum anima mouet ad nutriens digerendum & maturandum superfluitates, & est sicut superatus & obse lus proculdubio.

Primo nota q per pĩcipium somni vt colligitur hic ab Auic. intelligere debemus tempus in quo calor & spiritus reuocantur ad interiora, & applicantur nutrimento ad ipsum
Pulsus uariati p̃ sõnũ cã digerendum, & superfluitates maturandum. Secũdo nota q ex dictis Aui. colligere possumus plures causas propter quas in principio efficitur paruus & debilis. Prima causa respiciens paruitatem tantum est remissio necessitatis quæ contingit propter duo. Primo quia cibus in principio nos refrigerat, vt superius declaratum est, & per consequens necessitatem remittit. secundo quia calore tendente ad locum digestionis minoratur eius q̃titas circa operationem pulsatilem, & per consequens etiam necessitas. Secunda cã tangit paruitatem & debilitatem, & est quia in principio somni non solum ad locum digestionis concurrit spiritus naturalis sed etiam animalis & vitalis secundum plurimam eorũ partem, vnde virtus pauco vtitur spiritu circa pulsatilẽ operationem, & per consequens facit pulsum paruum & debilem. ideo &c. Tertio nota q pulsum in principio somni comparare possumus aut ad pulsum vigiliarum aut ad pulsum eiusdem in processu, vel possumus ipsum comparare ad alios pulsus in pĩcipio somni sc̃dõs, sicut si diceremus pulsum sor. in principio somni sc̃m fore paruum & debilem respectu pulsus plõnis etiam in principio vel econtra. Ad ppositum primis duobus modis intelligitur in proposito tertio enim modo aliquis est paruus aliquis est magnus. Et ex hoc tanq̃ ex fundamento solui pñt dubia quædam. Primum dubium. Cibus temperatus temperate sumptus facit pulsum magnum vel temperatum & fortem, igitur non facit ipsum paruum & debilem. patet consequentia & assumptum supra in præcedenti cap. ab Aui. quantum ad primam partem disiuncti. sed quo ad secundam arguitur quia cibus calidus in conuenienti q̃titate in principio somni facit pulsũ magnum, frigidus paruum. igitur &c. patet consequentia. Dubia

Secundum dubium. In principio est fortis virtus, necessitas aucta, instrumentum obediens. igitur &c. assumptum probatur. Quod enim virtus sit fortis patet cibo conueniẽti vigorante virtutem in principio, q etiam necessitas patet. cibus enim auget calorem naturalem. similiť eius vapores faciunt instrumentum obediens. Ad primum istorũ patet ex distinctione. Dicitur enim q cibus temperatus &c. in processu facit pulsum magnum & fortẽ respectu inanilitionis, aut temperatum respectu pulsus aliorum ciborum, cũ quo tamen stat &c. Ad secundum istorum dicitur q in principio somni non est virtus fortis respectu operationis pulsatilis. Contra dictum est q cibus temperatus in processu quando conuertitur ad sanguinem &c. facit pulsum magnũ respectu temporis inanitionis. Ponatur ergo sor. tempore inanitionis fore vigilantẽ & cibo temperato temperate sumpto iam conuenienter in sanguinem & spiritum conuerso superueniat somnus. Et sequitur pulsum in sor. esse minorẽ q̃ quãdo erit inanitus, quia est in pĩcipio somni. Sed q ipse sit maior arguitur, quia pulsus proueniens a cibo temperato iã cõuerso & digesto. Dicitur q pulsus est minor q̃ tempore inanitionis, nisi iam fuerit vltimata. Et q illud dictum de cibo debet intelligi nisi aliud impediat vt somnus.

Et pulsus etiam est maioris tarditatis & raritatis, quoniam licet in calore accidat augmẽtum secundum constrictionem & coadunationem, tamen priuatus est augmento quod habet in hora uigiliarum propter motum calefacientem.

Primo nota hic de mente Aui. q tam ex congregatione caloris facta in somno q̃ ex motu eius facto ad exteriora tẽpore vigiliæ accidit augmentum in calore, verumtamẽ augmentum factum in calore tempore vigiliæ plus promouet magnitudinem pulsus. Ex quo videtur patere maius eẽ augmentum in calore, & maiorem necessitatem tempore vigiliæ. Causa autem esse potest, quia in somno proprie non fit augmentum nisi extensiuum. In vigilia vero augeť gradualiter calor ex motu, modo plus promouet magnitudiem intensio q̃ extensio vt patet. Ideo probabiliter dici posset hęc duo augmenta non fore bene comparabilia, licet concedere possumus etiam in somno aliqualiter intendi. Secũdo nota q sicut in vigilia crescit necessitas euentandi ita in somno crescit necessitas mundificandi. Sicut enim in vigilia vapores & fumi exhalare possunt, ita in somno non pñt sed retinẽtur. Ex quo sequitur in somno systolem maiorem esse diastole. Sed contra, quia tunc non minor esset pulsus in somno q̃ ad principium. Etiam quia sicut est maior necessitas euentãdi in vigilia ita maior est necessitas mundificandi ĩ somno. igitur sicut diastole vigiliæ maior est diastole somni, ita systole somni maior est systole vigiliæ, & per consequens q̃tum maioratur in vigilia tantum in somno. Sed ad hoc pbabiliter dicitur concedendo totum. Dicit autem hoc, quia plus pulsus diastolem maxime percipimus, non autem systolem. Et ex hoc conclude q quies inter diastolem & systolem sequentem &c. est minor & systole velocior &c. Tertio nota q ẽ tardus & rarus ppter causas supius assignatas.

Et motus quidem plus est ad inflãmandum

& inclinãdum

& inclinandum ad partem malitiei complexio-
nis. Sed constrictio & eorum coadunatio tempe
ratæ minoris sunt inflãmationis & minus extra-
hunt calorem ad æstuationem.

Motum multũ i-clinaẽ ad itẽsionẽ gradua-lẽ dupl'r.

Primo nota malitia complexionis calidæ maxime proue
nit ex intensione graduali caloris, quia motus plus inclinat
ad gradualem intensionem q̃ constrictio. ideo &c. Secun
do nota motus multum inclinat ad intẽsionem gradualem.
Primo per accidens trahendo spiritum ad exteriora vnde re
cipit lucem & calefactionem. secundo per se cum motus lo
calis naturaliter sit calefactiuus. ideo bene dictum est &c.
Tertio nota notanter dictum esse temperatæ, certum enim
est ꝙ intemperata cõstrictio potest causare caloris extinctio
nem. Item eius inflammationem superfluam, vt patet in pu
tridis, & similiter in effemeris causatis ex pororum constri-
ctione seu oppilatione.

Et tu quidem hoc scies ex hoc ꝙ anhelitus la
xi & ipsius æstuatio multo maiores sunt anheli-
tu & æstuatione eius, cuius calor est constrictus
propter causam quæ similis est somno. uerbi gra
tia. submersi in aqua temperatæ frigiditatis qui
sit expergefactus, licet calor constringatur & fu-
giat ex hoc, non tamen augmentum anhelitus
eius perueniet ad id ad quod perueniet labor &
exercitium quæ sunt ex propinqua causa.

Nota notanter dictum esse temperate, quia vbi foret ex-
cessus in frigido exemplum non videretur conueniens. Vbi
autem in calido valde patet oppositum contingere. Totum
residuum satis patet.

Cunque bene consideraueris non inuenies
aliud quod calorem uehementius incẽdat quàm
labor & motus. Et uigiliæ quidem calorem non
efficiunt motu corporis, ita ut cum corpus quie-
uerit non sit ipsius calor necessarius, immo faciũt
calorem, propterea ꝙ spiritus ad exteriora mo-
uetur, & motus eius ad ea est secundum cõtinui-
tatem & ista est eius generatio.

Nota non esse intentionem Aui. motum plus posse in ca-
lefaciendo q̃ aliqua alia res occurrens nostro corpori, sed in
telligit hoc respectu aliarum rerum non naturalium.

Cum autem cibus digestus est in somno redit
pulsus & fit fortior, propterea ꝙ uirtus augmen
tum recipit a nutriente, & redit illud quod ad p-
fundum descenderat ad regendum nutriens ad
exteriora & ad suum principium. Et, ꝑpter hoc
etiam magnificatur tunc pulsus multum. Et pro
pterea ꝙ complexionis caliditas propter nutriẽs
augetur quemadmodum diximus. Et instrumẽ-
ti etiam augetur lenitas per id quod ad ipsum ex
nutrimento penetrat, uerumtamen sua magni-
tudine non auget uelocitatem neque spissitudi-
nẽ, quoniam hoc non est illud quod in necessita
te præbet augmentum. & hoc etiam non est pro
hibens restaurari ex eo quòd necessarium est
magnitudine sola.

Cibo cõ cocto

Primo nota illud quod ad profundum descendit ad regẽ
dum nutriens est spiritus qui e euertitur ad exteriora & reuer
titur etiam ad suum principium, quia. s. ad cor a quo etiam
tempore digestionis plurimum recesserat, & sic fortificat
cor, & per consequens virtutem pulsatilem, vnde patet ꝙ
virtus efficitur fortior. Secundo nota ꝙ tũc etiam magni
ficatur multum pulsus propter duo. Primo propter virtutis
fortitudinem. secundo propter necessitatis augmẽtum, licet.
n. non sit calor gradualiter intensus, est tamen maioratus ex
tensiue, quia. s. multiplicata est caliditas in q̃to. Ex quo se
quitur in casu necessitatem augeri, & tamen caliditatem cor
dis non fieri intensiorem, sed solum magis extensam. Ex
quo sequitur vlterius hanc consequentiam non valere. pul-
sus est in sor. maior velocior & frequẽtior q̃ in plone, & vir
tus vtrobiq; est fortis & instrumentum obediens. igitur in
sor. caliditas est intensior, sed solum sequitur ꝙ sit intensior
acutior vel extensior. Notum est enim ꝙ plus de aere requi
ritur ad euentandum multam caliditatem extensiue q̃ pau-
cam, cęteris paribus, & magnam spirituum q̃titatem q̃ pau
cam. Et ita de velocitate & spissitudine dicendum est. Et
ex isto sequitur ꝙ stat caliditatem fore intensiue minorem
& necessitatem maiorem. Tertio nota ꝙ instrumẽti obe
dientia augetur propter vapores &c. quia efficitur instrumẽ
tum humidius substantifice facta restauratione, sicut patet
intuenti &c. Quarto nota ꝙ non auget velocitatem &c.
supple notabiliter, quia propter instrumenti obedientiam et
virtutis fortitudinem &c. stat necessitatem non augeri pro-
pter augmentum in gradu, sed solum extensiue. quare suffi-
cit magnitudo. s. notabiliter maiorata. ideo &c.

pulsum magnifi cari cã duplici.

Deinde quando cum dormiente somnus per-
seuerauerit fiet pulsus debilis propter caloris in-
nati constrictionem & uirtutis compressionem
sub superfluitatibus quæ euacuãdæ erant secun-
dum euonis modos qui sũt in uigilijs, ex quibus
est exercitium & euationes quæ non sentiuntur.

Primo nota ꝙ superfluitatum quæ in somno retinentur
quædam sensibiliter quædam insensibiliter expellunt. Exẽ
pla horum satis patent. Secundo nota somno superfluen-
te & non superfluitatibus expulsis tempore quo naturaliter
per exercitium & huiusmodi debent expelli virtus conuerti
tur super eas euandas in somno, & sic fit noua caloris ab in-
tra retentio, propter quod pulsus consimiliter disponit sicut
in principio, & hoc vult Aui. in littera.

Sõni superfluitates ex-pelli dupliciter.

Cum autem somnus in principio euacuatio-
nem inuenerint, & nec inuenit aliquid ad quod
digerendum tendat declinabit complexionem
ad partem infrigidandi. perseuerabunt ergo par
uitas & tarditas & raritas in pulsu & incessan-
ter augmentabuntur.

Nota ꝙ calore intus reuocato & deficiente humido nutri-
mentali in quod agit ipsum membris assimilandum ex ipso
etiam spiritum generando consumitur multum humidum
substantificum, & ad eius multam consumptionem sine re-
stauratione sequitur caloris resolutio & minoratio, & ꝑ con
sequens paruificatio pulsus tarditas & raritas, & hoc intelli
git Aui. Et ex hoc seruetur canõ ꝙ corpora multum inanita
labore ieiunio vel euacuatione non sunt somno exponenda
nisi proueniat cibatio, patet causa.

Sõni cauendi in corporibus inanitis canon practicus.

Vigiliæ etiam diuersa habent iudicia. Cum
enim dormiens euigilabit natura sui declinabit
pulsus ad magnitudinem & uelocitatem ordina
te, deinde ad suam naturalem redibit dispositio-
nem, sed subita causa euigilato accidit ut pulsus
eius ilico cum a somno remouetur quiescat, quo
niam uirtus coram eo quod subito euenit uicta ẽ,
& deinde post hoc redibit ad eũ pulsus magnus

uelox spissus & diuersus ad tremorem. Et quoniam motus iste est similis uiolento ideo non inflãmat etiam ipsum. Et quoniam uirtus subito mouetur ad repellendum naturaliter illud quod accidit, ergo motus accidit diuersi & tremit pulsus. sed tamen secundum hoc non longo perseuerat tẽpore, immo ad æqualitatem cito redit, quo niã licet eius cã sit quasi fortis, eius tñ durabilitas est pauca. et cognitio destructiõis ipsius ẽ uelox.

Primo nota in principio vigiliæ magnificatur pulsus. Primo quia augmentatus est calor in somno, & per consequẽs augmentata est necessitas & fortificata virtus. secundo propter retentionem multorum vaporum calidorum quorum accidit paulatina resolutio in vigilia. ideo dixit ordinate &c. & hoc in corpore naturaliter & non violẽter euigilato. Secundo non in homine euigilato violenter accidit vt pulsus quiescat in principio secundum duplicem expositionẽ. Primo vt quiescat. i. vt non pulset hora qua debet pulsare, vel non statim magnificetur, & sic quiescat a magnitudine. Causa est, quia in subita euigilatione accidit subitus terror, vt tangitur in littera & causa patet.

Explicit expõ sup pulsibus secundũ Iacobũ forolíuiensẽ.

Summa secũda Doctrinæ tertiæ Fen secũdæ de urina & egestiõe cõtinẽs. xiij. capitula.

Cap. I. Est sermo vlis de urina.

Viæ significationis dispositionum urinæ non oportet credere, nisi postquã conditiones obseruatæ fuerint.

Primo nota q vrina a medico dupliciter cõsiderari potest. Primo vt causa quæ corpori approximata conuenienter potest sanitatem corpori inducere vel remouere. secundo vt signum cum eius dispositio per sensum cõprehensa intellectui alicuius dispositionis corporis noticiam relinquit. Signum. n. est quod sensui se offerens in intellectu aliquid derelinquit. Ad propositum hic determinat Aui. de urina secundo modo sumpta prout est signum ppter quod dixit viæ significationis &c. de ipsa enim vt est causa altera tiua vel sanatiua determinat satis secundo cañ. cap. de vrina. Secũdo nota q apud varios auctores vrina dupl' notificatur. Primo quantum ad nominis interpretationem. secundo quantum ad quid rei ipsam perfecte describendo uel diffiniendo. Primo modo dupliciter interpretatur. Quidam. n. dicunt q vrina dicitur quasi vna, id est vnita renibus. Ibi enim propriam vrina recipit formam. Aliter urina dicitur ab vrith græce quod latine idem est quod significatio vel demonstratio, quia per ipsam corporis dispositiones noscuntur siue demonstrantur. Aliter vrina ab vrendo dicta est. Est. n. acuta mordicatiua & fortiter abstersiua calida & sicca existens. secundo cañ. cap. de vrina. Propter quod abstergit morpheam scabiem alpharas saphati, exiccat putredinem fluentem ab aure & est subtiliatiua splenis, vt secundo cañ. alle. cap. vt de splenetico qui somniabat se bibere vrinam ter in die. Has autem interpretationes tãgit Egidius romanus dum dicit.

D citur vrina, quia fit in renibus vna.
Aut ab vrith græco, quod demonstratio fertur.
Aut quia quod tangit mordet desiccat & vrit.

Secundo aliter describitur vrina ab Isaac primo vrinarũ dum dixit. Vrina est colamentum sanguinis cæterorumq; humorum de natura operationibus factum. Et dicitur colamentum. i. aquositas per colationem sequestrata. Sanguine enim ad gibbum hepatis transeunte cum multa aquositate, vt cap. de generatione humorum ostensum est hãc supfluã aquositatem oportet a sanguine remoueri quæ per venas emulgentes ad renes cum aliqua q̃titate sanguinis secum attracta colatur & pura transmittitur ad vesicam. Ex quo patet causa materialis, vrinæ, quia. s. aquosa superfluitas illorum humorum. Formalis vero quia talis modus aquositatis. Efficiens principale est hepar, secundarium vero renes. Et finalis mundificatio sanguinis a superfluitate aquosa, quæ reddebatur disconueniens ad nutriendum, & forte aliqualis refocillatio vesicæ, & vt medicus possit corporis dispositionem cognoscere. Ex quibus patet consequenter se habere vrinam ad humores sicut serum ad lac, vel saltem similiter se habere ad sanguinem sicut serum ad partem casealem & butyrosam lactis vnde Egidius hanc similitudinem & causas aliqualiter explicans inquit.

Vt de lacte serum se limpidus eliquat humor.
Sic liquor vrinæ de massa sanguinis exit.
Sanguinis vrina est serum subtile liquamen. vide ipsos.

Tertio nota. non oportet credere viæ significationis &c. i. significationibus comprehensis per vias vrinæ siue dispositionis nisi psuppositis istis cõditiõibus, q. s. nõ potest euidẽter & certe per vrinã significare nisi his ispectis vt patebit.

Oportet enim ut urina quæ consideratur sit prima urina quæ in mane colligitur.

Primo nota nõ esse Aui. intentionem alias vrinas aliquo modo non fore inspiciendas, immo omnes vrinæ modos debet medicus inspicere. Sed dicit hoc ad oobis ostendendum ex qua vrina certiorem possimus habere significationẽ, quia ista est quam dicit. Quod tamen intelligendum est corpore per sex res non naturales debite recto. Posset. n. ita male regi q ista prima conditio nihil vel parum afferret iuuamenti. Secundo nota. q per vrinam maxime intendimus super dispositionem hepatis & venarum significare & digõnem factam in eis, cum quãtum ad aquositatem decidatur a digestione hepatis, q̃tum vero ad hypostasim a digestione venarum vel membrorum. Per vrinam autem collectã in mane hoc certius significamus. Primo quia cum precesserit somnus nocturnus, in quo fit maxima humorum digestio & sequestratio plus de superfluitatibus horum erit vrinæ cõmixtum q̃ alio tempore, & per consequens magis manifestabitur, quare oportet hanc esse vrinam primam in mane collectam. Ex quo patet, quare vrina in sero completa digestione prandij non est ita certitudinaliter significatiua, & similiter urina qualibet alia diurna. Tertio nota, quia dicit prima. Completa. n. digõne & cõuenienter sequestratis superfluitatibus tentat natura completam euacuationem facere quare per istam poterimus certe significare. Al a. n. longiori tpe retenta longiorem & maiorem quãdam recipit alterationem, & p consequens rectum peruertit iudicium.

Et non permaneat longo tempore. Et non sit ex nocte reseruata.

Primo nota duplicem expositionem. Prima est non permaneat. i. uiolenter in uesica non retineatur. secundo nõ permaneat. s. postquam emissa est ad extra, & est conditio etiã inferius explicanda. Secundo nota causam esse. Ipsa. n. lõgiori tempore in uesica retẽta q̃ debet recipit alterationem maiorem a calore q̃ naturaliter debeat recipere, & per consequens uariatur in substantia colore &c. quare peruertit iudicium. Extra uero nimio tempore reseruata alterat ad corruptionem uel ad aliquam uarietatem disponitur. Et per idẽ non sit etiam ex nocte reseruata etiam secundum duplicem expositionem, ut patet.

Neque sit ille cuius est qui aquam non bibit, & cibum non comedit.

Primo nota. Aquam non bibit, quia. s. abstinuit a potu. Fecit autem maxime mentionem de aqua, quia sarracenus est qui ex lege uinum non bibit. Vel forte per aquam intelligit omnem potum, quia omne liquidum potabile. Et cibũ non

Vrina dupl'.
Signum quid.
Egidius
Isaac.
Vrinæ cã quadruplex.
Vrinæ iudicium.
Vrina matutina.

non comedit, quia scilicet ieiunauit, vel saltem nõ debitam, sed diminutam cibi assumpsit quãtitatem. Causa autem potus est, quia multum minorat quantitatem vrinæ, quare peruertitur iudicium a quantitate sumptum. Secundo quia potu refrigeratur calor & superfluitates subtiliantur, ipso igitur non sumpto confundetur iudicium. Et de cibo similiter dicendum, quia minoratur quantitas & magis aduritur cholera, quare magis tingitur urina & fit ignea acuta & acuti odoris ac si esset febriens. Secundo nota non esse intẽtionem Auic. hanc vrinam non esse inspiciendam, sed vult ꝙ dispositio quam prætendit huiusmodi urina non est corporis naturalis dispositio, ideo non est certa nuncia.

Et non sit qui in cibo aut potu rem tingẽtem accepit sicut crocum & casiãfistulam, quoniam urinam tingendo ad citrinitatem & rubedinem mutant, & sicut olera quæ tingendo mutant ad uiriditatem, & almuri quod ad nigredinem, & uinum quod mutat urinam secundũ suũ colorẽ.

Primo nota non esse intentionem Auicen. semper per assumptionem istarum rerum tingi vrinam. Contingit enim non tingi secundum horum tincturam. Quia tamen tingi potest ideo assumptis his rebus nõ nisi dubie significare possumus an tinctura illa sit in vrina merito actionis caloris naturalis an merito tincturæ illarum rerum. Secundo nota ꝙ casia potest tingere vrinam secundum citrinitatem altero duorum modorum. Primo quia cum sit euacuatiua secundum partem transiens per vias vrinæ secum ducit choleram quæ citrinat vrinam. Secundo imaginando quòd licet casia sit nigra permiscetur tamen rei ad albedinem tendenti. Ex permixtione autem horum resultat color rubeus & citrinus sicut etiam de fuligine dispersa per aquam patet. Similiter crocus penetratiuus existens & multæ tincturæ per vias vrinæ transiens idem operatur. Et olera maxime diuretica, vt sparagus & similia velocis penetrationis. Almuri vero species salsamenti nigri de quo fit mentio secunda aphorismorum commen. illius aphorismi. Quibuscũque iuuenibus &c. tingit tinctura adhuc magis nigra vel obscura, quia obscurum, vel est forte attractiuum meseraicarum materierum. Sic & medicinæ resoluentes splenem. Vinum etiã quod maxime verum est in quibus citissime vinum transit ad renes. In alijs autem non vt docet experimentum.

Vrinã tĩgẽtia.

Almuri quid.

Neque sit qui exteriora sui re tingente infecerit sicut alchanna, quoniam cum ex ea aliquis tingitur fortasse eius urina ex ea inficitur.

Nota alchanna arbustum est, & habet tincturam fortẽ & penetrantem valde, de qua Sarraceni tingunt vngues suas, & facit etiam ad flauedinem capillorum, ideo si quia hac re fuerit tinctus est contingens vrinam inde tingi.

Alchanna quid. Ad capillorũ flauedinem.

Neque sit qui rem quæ cum urina aliquem humorem expellit assumpsit, sicut ꝙ choleram aut phlegma expellit.

Causa patet. Euacuantia enim phlegma dealbant vrinã cum ea phlegma admiscendo, choleram, vero citrinant, melancholiam, denigrant vt patet.

Neque se exercuit motibus corporeis, aut operationibus aut dispositionibus quæ sunt extra cursum naturæ quæ urinæ colorem mutant, sicut ieiunium, aut uigiliæ, aut labor, aut ira, aut timor: Omnia. n. hæc urinam tingunt secundum citrinitatem aut rubedinem. Et coitus urinam ualde impinguat. Et sicut uomitus & euacuatio, quoniam hæc colorem mutant & substantiam quæ in urina esse debet. Similiter cum ipsa multis permanserit horis. Quapropter dixerunt quidam ꝙ post sex horas inspicienda non est, qm̃ ipsius significatio debilitaẽ, & color mutatur, & hypostasis dissoluitur aut mutatur, & fit spissior, quamuis ego dicam ꝙ nec post horam unam.

Nota vigiliæ, labor, ieiunium, tingunt urinam ad colorẽ citrinum uel rubeum. De timore uero dicendum ꝙ licet infrigidet tingit tamen quia trahit materias ad loca euacuationum, & ita potest ducere choleram ad uias urinæ. Propter quod timentes frequenter non possunt urinam et egestiones continere. Secundo quia constringendo calorem potest prouocare febrem. Vel aliter supplendo litteram, ut quidam exponunt omnia hæc urinam tingunt, aut supple ad cruditatẽ mutant sicut timor &c. Totum patet usque ibi.

Vrina præterea tota integre colligenda est in urinali magno ne ex ea aliquid effundatur. Et eius quidem dispositio ilico cum mingitur non est consideranda, neque nisi postquam in urinali residet. Et obseruandum est, ne sol eam tangat, neque uentus, ne perturbetur, & ne congeletur donec hypostasis separetur, & separatio compleaẽ, nõ. n. descendit ilico cũ mingitur, neque in ultimo fine mutationis. Et non colligatur in urinali in quo alia fuerit urina, nisi prius fuerit ablutum.

Primo nota ꝓpter quatuor urina est tota colligenda integre. Primo ut certe super quantitate eius possimus significare. Secundo ne contentis in urina aliquid effundatur, qa per illa etiam significamus aliquid. Tertio quia tota simul melius conseruatur & præseruatur. Quarto quia iudicium coloris uariatur secundum quantitatem magnam aut paruã. Secundo nota non esse intentionem. A. urinam aliquo mõ nõ esse inspiciendam statim cum mingitur. Immo secundum Isaac in libro de febribus secunda particula. urina debet ter a medico inspici. s. dum mingitur, quando facit residẽtiam, et quando fecit. Cuius causa assignatur, quia medicus debet omnes uarietates in urina contingentes aspicere. in his autẽ tribus accidit uarietas. igitur &c. Intellectus igitur Auicen. est ꝙ non solum debet aspici quando mingitur, uel ꝙ significatio tunc accepta non debet acceptari tanquam per se sufficiens ad iudicandum.

Vrinã totã colligẽdam esse cã quadruplex

Isaac

Amplius urinæ puerorum significatio est parua & præcipue infantium propterea ꝙ lacte nutriuntur, & quòd materia tingens in eis est quiescens & submersa, in eorum quoque natura existit ex debilitate & multa dormitione quod maturitatis signonẽ pernecat. Et instrumentũ quidẽ colligendi urinã est corpus puium substãtiã hñs nitidam, sicut uitrum clarum aut crystallum.

Primo nota, licet in puero infante sit calor tantus sicut in iuuene, non tamen eius urina æqualis est tincturæ nec æquale uestigiũ digõnis põt apparere ꝑꝑ multas cãs quas in lra tangit Auicen. Prima est quia infantes lactæ utuntur, quod quia est album facit urinam tendere ad aliqualẽ albedinem scd̃m modum superius tactum. Scd̃a qa mã per cuius commixtionẽ cũ urina magis urina tingiẽ est in pueris ualde submersa & sopita, ꝑꝑ plm phlegma abundans in pueris, & ꝑꝑ humiditatẽ plimam ætatiuã ipsoꝝ. Tertia cã est, qa nã ipsorum uř debilis & somnus in eis est multus, & illa uidentur occultare signa maturitatis, quare etc. Ex quo patet in urina puerorum non apparere signa digestionis quæ merito

sui caloris deberent apparere. Secundo nota nõ esse intentionem Auic. ꝙ ex vrina puerorum nõ debeat medicus significationem accipere, immo debet vt patebit, sed vult ꝙ incertius potest significare medicus supra cõplonem & dispositionem pueri per signum sumptum ab eius vrina q̃ si per dispositionem iuuenis. Et ex hoc soluũtur dubia.

Dubia.

Primum dubium. Videtur per vrinam pueri non paruam immo magnam haberi posse significationem, quia infra capl̃o de vrinis ætatum docet nos cognoscere & significare per illas. Item cap̃. 3. dicit deteriorem esse vrinam tenuem in pueris &c.

Gal.

Secundum dubium. Non vr̃ in pueris esse debilitatem naturæ propter quam occultetur significatio vrinæ, quia virtus digestiua in pueris est valde fortis, iõ &c. assumptum colli̇̃r primo aphorismorũ in cõmento illius. Qui crescunt. &. 6. de regimine sanitatis. 1. cap̃. Tertium dubiũ contra causam vltimã de dormitione puerorum, qa in somno melius perficitur digestio, vt in præcedenti lectione, igit̃ debet in vrina puerorum magis apparere vestigium digestionis post somnum, & per consequens &c. Ad primum istorum patet non esse intentionem. A. &c. sed vult ꝙ non tanta potest esse certitudo significationis. Ad secundũ potest dici in pueris non esse debilitatem in cõparatione ad corpora aliarum ætatũ in digestiua virtute alijs paribus. Quia tamen pueri plurimum sumunt nutrimentum & frequẽter respectu suæ molis in comparatione ad ætates alias, iõ magis a nutrimento eorum calor obtunditur & minus sup̃ suo nutrimento obtinetur. vnde debilis potest dici respectu nutrimenti in eis digerendi, quia. s. super totale nutrimentum in eis digerendum & suas superfluitates resoluẽdum alijs paribus minus obtinet calor eorum q̃ iuuenis, & propter hoc potest dici natura eorum aliquo modo debilis. Ad tertiũ dicitur ꝙ licet per se merito somni maior debeat apparere digestionis impressio in vrina post somnum, per accidens tamen multum in pueris retentis superfluitatibus in somno ex plurimo nutrimento generatis sepelientibus choleram et humores calidos taliter ex somno confunditur iudicium. Et sic voluit Auicen. Non autem fit hoc in alijs ætatibus. De instrumento colligendi vrinam patet.

Scias autem quòd urina quanto plus eam tibi approximas tanto spissitudo augmentatur. Et quanto plus elongas eam a te augmẽtatur in ea claritas. Propter hoc differt ab omnibus fallìtatibus quæ sunt in ea, quibus medici experiunt̃ cũ eis ostẽdunt̃. Cũ urina in urinali colligitur custodienda est a mutatione frigoris & solis et uenti. Et oportet ut in lumine aspiciat̃ ita quòd sup eã nõ cadat radius, ideo ab ipso tegatur & sic in ea iudicetur de accñtibus quæ in ipsa apparent.

Corpus liqdũ diuersarũ partium in se cõmixtionẽ habet triplr̃.

Primo nota ꝙ corporꝫ liquidorum diuersarꝫ partiũ in se commixtionem hñtium quædã hñt partium commixtionẽ manifestam valde sensui. Quædam vero ipsam hñt totalit̃ occultam. Alia licet non penitus occultam difficulter tñ perceptibilem, & non nisi de propinquo. Exemplum secundi ut vinum antiquum clarum & maluaticũ. licet. n. in eo sit partium difformiũ permixtio, ista tamen est sensui penitus ignota & occulta, vt in ea nulla percipiatur in subtilitate & grossitie difformitas. Exemplum primi sicut mustũ nouum ebulliens. Exemplum tertij sicut vrina. In ea. n. est partium grossarum & subtilium aquosarum quæ sunt limpidæ & claræ permixtio. Quia tamen paucæ sunt huiusmodi partes et paruæ non nisi difficulter percipitur illa permixtio vel saltem non æque faciliter, sicut manifesta existente permixtione ꝓpter quod non nisi a parua distantia & propinquo huiusmodi permixtio in vrina percipitur. Ex hoc colligitur causa partialis dicti Auic. Cum. n. permixtio huiusmodi difficult̃ & non nisi a propinquo percipiatur quanto plus remouetur vrina a visu tanto huiusmodi partium commixtio magis occultatur. Vnde partium grossarum aquosis partibus permixtarum taliter a longa distantia uisis prohibetur, quare uisis solum aquosis purijs urina apparet clarior & minus spissa siue grossa. Econtra uero a parua distantia non solum partibus aquosis uisis, sed etiam grossis secum permixtis iudicabitur urina grossior. Huius autem oppositum contingit alijs liquoribus in quibus est partium omnino intensibilis permixtio ut in uino aut alio, quanto. n. illa sunt a uisu magis remota tanto difficilius per illa, & si sint puia potest oculus uidere corpora ultra distantia, & per consequens uidentur minus peruia grossiora & uisum magis terminantia. Econtra uero contingit de propinquo, ut patet intelligenti. Et iste cañ. seruit medico in fugiendo ignominias quas sæpe uulgares medico inferre tentantes uinum aut syrupum acetosum aut aliquid tale pro urina ostendunt. Ex quo infero ꝙ male erat doctus in hoc medicus ille cui Machinardus de arcarisijs de Forolivio in urinali nouo & bene terso ostendit uinum maluaticum, quod aspiciens medicus dixit pro certo ista urina est ualde cruda. Et respondit Machinardus. Dñe medice bonum est ponere eam in loco ubi perfectius coquatur. Deinde aspiciens eam dixit aspicite. Et præsente medico totum uinum illud quod erat in urinali potauit. Et hoc uidẽs trepidus medicus admiratus est ualde. Sed dices contra, quia puluerem uel arenam potero in urinali proijcere & contingit quod dictum est. Dicendum est ꝙ puluis uel arena statim descendet & remanebit illius liquoris puta uini uisio ut prius. Tamẽ has deceptiones difficile foret effugere cum infinitis fere modis urinæ dispositiones uarientur & frequenter urina diabetici non uideatur omnino ut dicit. A. Similiter quia posset cum urina alius liquor permisceri aut ostendi alterius animalis urina, licet conetur Auice. aliquam dare nobis cautelam salubrem. Tamen ingenium in euitando hãc descriptionem est ut medicus fingat se quid tenue in urina aspicere & ori urinalis faciem multum appropinquet, tunc enim distincte odorem urinæ percipiet. Vel etiam ut tantũ flectat urinale ꝙ digiti extremitas urina madefiat, Postea ostendendo se uelle fricare nasum odoret & distincte si urina erit odorem urinæ percipiet. Melius nanqꝫ est hanc paruam tristitiam sensui olfactus inferre q̃ uulgi ignobilis esse ridiculum. Signum tamen ab hypostasi sumptum quando est in urina medicum ualde certificat.

Ignominia a medico fugienda canonis Machinardus illusor medici.

Secundo nota ꝙ cã quare oportet custodire urinam a radio solis est duplex. Prima quia alterat notabiliter subãm urinæ. Scd̃a quia peruertit iudicium a colore sumptum. Radius. n. solis transiẽs per substantiam in raritate & densitate difformẽ uarias colorũ species aliquando repræsentat ut patet in iride. Similit̃ quia lux fortis quandoqꝫ debilia occultare potest uisibilia, ut colligitur primo perspectiuæ.

Vrinæ custodiẽdæ a radio solis causa duplex.

Scito etiam quòd prima significatio quã urina habet est de dispõne hepatis & uiarum aquositatis & super dispõnes uenarum & eis mediantibus alias demonstrat ægritudines. Firmior tamen eius significatio est illa quæ de hepate existit, & proprie de dispõne gibbositatis ipsius.

Primo nota ꝙ urina ut supra diffinitur est sanguinis & aliorum humorum colamentum & superfluitas: ideo super dispositiones partium illarum principaliter significare possumus, in quibus fit humorum quorum ipsa est superfluitas generatio uel ipsius ab illis humoribus sequestratio. Hoc aut̃ est hepar & uiæ urinæ. In hepate. n. generantur humores, iõ ab hepate in aquositate urinali aliqua dispositio imprimitur qua super hepatis dispositionem significare possumus. In effectu. n. aliquo modo relucet dispositio cãæ. Silr̃ etiã cũ urina coletur in renibus alia & alia exñte in renibus dispõne in urina renum uariabitur impressio & ex consequenti sup renum dispositionem poterimus significare. Et silr̃ de uesica intelligendum, tamen ista melius inferius declarabuntur.

Secundo

Secundo nota ꝙ quia principaliter in gibbo hepatis fit humorum gñō quorum ipsa est aquositas, ideo principalius sui per dispositionem gibbi q̃ concaui significare pōt vrina.

Tertio nota ꝙ licet vrina quantū ad partē aquosam decidat ab hepate & renibus, pars tñ hypostatiua vr̄ magis decidi a digestione quæ fit in venis & sic per partem hypostatiuam decisam a venis significat supra dispositionem hepatis & venarum, & postea mediate super aliorum membrorum dispositiones, vt melius infra declarabitur.

Amplius significationes quæ ex urinis habentur ex septem sunt acceptæ generibus genere coloris, & genere substantiæ, & genere claritatis & turbulentiæ, & genere hypostasis, & genere quãtitatis in paucitate & multitudine, et genere odoris, & genere spumæ. Sũt uero quidam qui inter hoc gña ponunt genus tactus & genus saporis.

Vrinæ significatio ex generibus. 7. Nota horum sufficientia potest sic sumi. Quælibet significatio ab vrina aut est sumpta a dispositione aquositatis vrinæ, aut contento in ea. St primum vel sumitur a modo substantiæ ipsius vrinæ, aut a quãtitate, aut a qualitate. Si a modo substantiæ sic est signum sumptum a grossitie & subtilitate. Si a quantitate est signum sumptum a multitudine & paucitate. Si a qualitate vel sumitur a qualitate visibili vel odorabili. Si odorabili est genus sumptum ab odore. Si visibili, vel a colore proprie sumpto, vel communiter & improprie sumpto. Si primum est genus sumptum a citrinitate uel nigredine &c. Si secundum a claritate turbulentia &c. quæ colores improprie nominantur. Aliter autem a qualitate est immediate perceptibili per eius speciem a visu, & sic est color vel mediate & per species non proprias, & sic est turbulentia & claritas. Si sumitur a contento, vel in superficie vel in profundo. Primum a spuma. Secundum ab hypostasi ad quam reducitur nebula. Et non videtur esse aliud signorum genus, Ideo bene sunt septem. Auicen. etiam innuit sumptū a gustabili & tangibili qualitate.

Cumq; dicimus genus coloris intelligimus illud quod uisus in ea sentit ex coloribus. s. albedinem aut nigredinem aut qui inter eas existunt. Et cum substantiæ genus dicimus intelligimus dispositionem ipsius in grossitudine aut tenuitate. Et cum dicimus genus claritatis & turbulẽtiæ intelligimus ꝙ penetratio uisus in ea est facilis, aut non est. Inter hoc autem genus & genus substantiæ existit differentia, q̃m plerũq; est substantia grossa & clara, sicut albumen oui & gluten piscium liquatum & uitrum liquatum & oleũ. Et plerunq; est res subtilis substantiæ turbida, sicut aqua turbida, quæ est magis tenuis quàm albumen oui. Turbulẽtiæ autẽ cã est ꝑmixtio partiũ colores hñtium extraneos fuscos aut alijs coloribus infectos qui ab aspiciente sensu non sunt percepti & prohibent paruitatem & non per se percipiuntur. Inter eam uero & hypostasim existit differentia, quoniam uisus plerũq; cognoscit hypostasim. Et inter ipsam & colorem existit differentia, quoniam color per totam humoris substantiam procedit cum maiori permixtione.

Primo nota. Stat substantiam esse claram & tenuem. Et sic etiam stat ipsam claram esse & grossam, & turbulentã tenuem & turbidam grossam. Exemplũ primi, vt albumẽ oui crystallus vitrum & huiusmodi. Exemplum secundi, vt aer. Exemplum tertij, vt vitrum nigrum. Exemplum quarti, vt aqua turbida vel aer turbidus. Et ex hoc sequitẽ ꝙ grossities & turbulentia nec sunt idem nec se inuicem consequũtur necessario. Similiter nec raritas nec claritas. Et per consequens distincta sunt signorum gña sumpta a grossitie & subtilitate vrinæ ex vna parte & sumpta a turbulentia & claritate. Secundo nota ꝙ cã turbulentiæ est cum rei quiæ permiscentur partes diuersorum colorum, quia. s. opacæ, tãtæ tamen paruitatis vt per se non possint a visu discerni. Impediunt tamen corporis cui permiscentur diaphaneitatẽ seu transparentiam. Exempli gratia. si aquæ limpidæ infundatẽ cinis statim ipsa fit turbulenta, propterea ꝙ per ipsam diffũduntur cinerum partes non potẽtes per se uisum immutare. nullum. n. illorum corpusculorum per se uidet visus, ꝓhibet tamen ne mediante ipsa aqua possit uisus percipere corpora vltra distantia, & hoc est esse turbulentum. Ex isto colligi potest causa claritatis per oppositum. s. abñtia partiũ opacarum cum præsentia diaphanarum. Turbulẽtiæ cã. Tertio nota ꝙ inter hanc. s. turbulentiam & hypostasim est dña, quoniam uisus frequenter percipit hypostasim distincte ab aquositate, sed non percipit turbulentiam vt patet. Claritatis cã. Aliter frequenter percipit hypostasim. s. partes illas sequestratas quæ congregatæ faciũt hypostasim in vrina, sed non percipit partes illas quę diffusæ faciunt turbulentiam in vrina. Aliter visus urina naturaliter se habente percipit hypostasim in vrina, sed non turbulentiam. Dixit autem notanter plerunq;, quoniam hypostasis non est semper quærenda in sanis, vt infra capitulo de hypostasi. Quæ autem sit differentia inter colorem & hypostasim est manifestum &c.

Cap. ij. Est de significationibus coloris urinæ.

EX coloribus urinæ sunt gradus citrinitatis sicut palearis. Deinde citrinus. Post flauus. Deinde ruffus. Postea citrãgularis. Postea igneus qui tincturæ croci assimilatẽ, et ipse quidẽ est uehementer citrinus. Postea croceus qui assĩlatẽ capillis zafarani, & ipse quidem est quem uocãt rubeũ clarum.

Primo nota urinæ colorationem utplurimũ consequi materierum humoralium cum aquositate urinæ commixtionẽ, ut. s. maiori quantitate choleræ permixta cum urinæ aquositate redditur urina citrinior & minori minus, & sic de alijs: licet non repugnet etiam urinam tingi non merito commixtionis huius, sed simplicis actionis caloris in ipsum. In massa igitur humorali quæ in hepate generatur plus de cholera & sanguine generato erit urinæ tinctura maior in corpore se habente naturaliter, minori uero & maiori phlegmate erit urina minus tincta & magis ad albedinem tendens. Vtrũ tamen ista urinæ coloratio fiat in gibbo hepatis uel ibi incipiat & additionem alibi recipiat non est cura. Color citrinus duplex. Secundo nota colorem citrinum sumi primo communiter, & sic dicitur de omni specie coloris nominati, & sic est genus ad omnes illas species. s. palearem flauum & ruffum. Secundo proprie & sic est species contra alias species distincta coloris citrini, & est color talis qualis est citri complete maturi. primo modo sumebatur in pricipio capituli dum dicebatur genus citrinitatis. secundo modo sumitur dum dicebatur, deinde citrinus, & sic est iste terminus calor citrinus æquiuocus.

Tertio nota ꝙ cum istis gradibus colorum adinuicem solum secundum magis & minus intensiue differentibus & non specie, eo ꝙ quilibet est citrinus color non sint imposita nomina distincta: oportuit ut sumeretur eorum distinctio secundum similitudinem ad res exteriores colore citrino uario modo coloratas. Et ille medicus ex istis coloribus scit significare melius q̃ ipsis in urina uisis scit melius rebus exterius notatis, aut sĩibus eis similare. Ex quo patet quare multum diuersificant auctores in notando istos colores. Per colorem igitẽ palearem intelligere debemus colorem similem

paleæ frumenti qui ab albo valde parum diſtat aliquid de tinctura vel citrinitate participans. Per citrinum vero ſecũdo nominatum colorem iam dictum. Per colorem autem flauum debemus intelligere adhuc colorem intenſiue intenſiorem, & dicitur caſtaneatius, quia eſt ſicut color citrinus caſtanearum quando non ſunt bene maturæ, quia ſunt ſatis citrinæ, & eſt medius inter citrinum & ruffum. Ruffus autẽ color eſt adhuc in tinctura & citrinitate intenſior & eſt ſicut color auri. Color autem citrangularis eſt color adhuc in citrinitate intenſior, & eſt ſicut color arantij bene maturi in quo eſt valde intenſa citrinitas. Igneus autem adhuc intenſior exiſtens eſt color talis qualis reſultat in aqua tincta croco, & eſt valde citrinus inter cæteros, vt patet. Maxime vero citrinus inter cęteros eſt color croceus quia plus habet de tinctura & appellatur rubeus clarus. Dubitatur hic. ſi hic color eſt rubeus clarus, quare enumeratur inter citrinos colores. Dicitur quòd ſecundum rei veritatem debet inter colores citrinos numerari. Quia tamen inter cæteros colores maxime appropinquat colori rubeo claro, ideo talem aſſumpſit denominationem.

Color palearis quid & co. flauus & co. ruffus & co. citrãgularis & co. igneus & rube. clarus uel croceus.

Omnes autem qui ſunt poſt citrinum caliditatem ſignificant, ſed tamen ſecundum ſuos diuerſificantur gradus. Et eſt quidem cum accidunt propter uehementiam motus & propter dolores & pp famen & propter aquæ abſtinentiam.

Vrię palearis indicatio.

Primo nota φ color palearis urinæ, quia eſt album multum tendẽs ſignificat, aut diminutam actionem caloris, aut paucitatem materiæ cholericæ vrinæ ſubſtantiæ permixtę, & per conſequens calidi diminutionem. Colores autem qui ſunt poſt citrinum vt flauus citrangularis &c. quia per ipſos redditur vrina valde tincta & intenſe colorata, aut cauſantur a forti calido multum tingente, aut propter multę materiæ cholericæ permixtionem, & per conſequens quilibet ſignificat exceſſum calidi. Significando.n. caloris dominiũ ſignificat caloris exceſſum. Cum igitur inter extrema abinuicem per latitudinem diſtantia ſit reperire medium, inter huiuſmodi colores dabit medium medio modo ſignificãs. Tale autem non eſt niſi color citrinus, ideo color citrinus ſignificat caloris temperantiam. Et propter hoc dixit Auicẽ. Omnes autem colores &c. Secundo nota φ huiuſmodi colores ſignificando intenſum vel remiſſum calorem differunt abinuicem ſecundum ſuos gradus intenſionis, vt quia intenſior citrinitas eſt coloris ruffi q̃ flaui, ideo intenſiorem calorem ſignificat: & ſic de alijs omnibus hoc eſt verũ pręterq̃ de igneo & croceo. Nam licet croceus ſit intẽſioris tincturæ: ſignificat tamen minorem caliditatem q̃ igneus, qa igneus ſignificat dominium puræ cholerę, croceus vero choleræ & ſanguinis, modo calidior eſt cholera vt patet, vnde ſignificando caliditatem taliter ſunt ordinandi, quia poſt citrinum flauus, deide ruffus, poſt croceus, poſt igneus. Tertio nota iſtos colores contingere propter iram aut motus ſuperfluos et alias cauſas primitiuas, de quibus debet medicus eſſe ſollicitus inueſtigator prius q̃ per iſtos colores ad iudicandum prorumpat. Quare autem ex fame ſiti motu & dolore iſta eueniant eſt prius dictum.

Vrię diuerſorũ colorũ indicatio.

Poſt iſtos uero gradus prædictos exiſtunt gradus rubedinis ſicut roſeus, & rubeus obſcurus, et rubeus puluerulentus, & omnes quidem ſanguinis dominium ſignificant.

Primo nota φ in tota latitudine colorum imaginamur extrema duo ſecundum maiorem & minorem tincturam. ſ. album qui eſt color cum minima tinctura & nigrum cũ maxima. Poſt album uero magis tinctus eſt citrinus, deinde rubeus qui plus accedit ad nigredinem, ideo dixit Auicen. poſt recedendo. ſ. ab albo & tẽdendo ad nigrum plus nigro appropinquat niger color, ideo &c. Secundo nota φ ſicut color citrinus ſupra ſumebatur dupliciter, ita hic dupliciter poteſt ſumi rubeus color. Primo. ſ. communiter ut ſe extendit ad omnes colores in littera nominatos. Secundo proprie vt ſe ſolum extendit ad determinatum gradum coloris rubei qui eſt color talis qualis eſt ſcarlati color. Primum tetigit Auicen. dum dixit. Sunt gradus rubedinis. Secundum tetigit dum dixit. Sicut rubeus & tertio nota per rubeum roſeũ intelligitur talis rubedo qualis eſt i roſa vere rubea. Rubeus autem obſcurus eſt adhuc magis verſus nigredinem declinans & maioris tincturæ. Rubeus autem puluerulentus adhuc plus ad nigredinem declinat & magis opacus. Quarto nota. omnes hi ſignificant ſanguinis dominium. Differenter tamen hoc videtur. Nam primus gradus rubedinis uidetur magis ſignificare dominium ſanguinis arterialis vel ſaltem ſubtilis ſpumoſi. Secundus autem uenalis non prætendendo corruptionem aut ebullitionem in eo. Tertius autem uidetur ſignificare ebullitionem iam fuiſſe i ſanguine. Quartus vero gradus ſignificat in ſanguine corruptionem. Cũ. n. ſanguis corrumpitur aliquæ eius partes incinerantur propter quod apparet puluerulentus. De puluerulento autem dictum eſt ſatis.

Color rubeus dupl.

Vrię diuerſimode rubeę īdicatio.

Et in omnibus in quibus eſt color zafarano attinens eſt ſignificatio dominij choleræ rubeæ. Et in omnibus qui puluerulento attinent eſt ſignificatio dominij ſanguinis.

Nota primo inter omnes colores rubeus magis accedit ad colorem çafarani, ideo &c.

Et igneus quidem magis ſignificat calorem q̃ rubeus & puluerulentus, ſicut cholera in ſe calidior eſt quàm ſanguis.

Calitas ſanguis & cholę duplex.

Primo nota cholera eſt calidior ſanguine caliditate potentiali, licet naturali caliditate quæ eſt per ſpirituum participationem ſit ſanguis calidior, ſed de hoc alibi dictũ eſt ſupra. Ex quo patet fortiorem pati incenſionem choleram q̃ ſanguinem, Secundo nota ex hoc ſequi ſecundum dictum. ſ. φ igneus magis ſignificat calorẽ q̃ rubeus & puluerulẽtus.

Et calor quidẽ urinæ in ęgritudinibus acutis incẽdẽtibus trahit ad colorẽ zafarani et igneitatẽ.

Ægritudo intendẽs qd.

Hæc eſt declaratio ſuperius dicti φ per ægritudines intendentes intelligere debemus ægritudines valde calidas acutas quæ ſunt cholericæ.

Quod ſi ibi fuerit tenuitas aliquam maturationis ſignificat diſpoſitionem & φ iam incepit etſi non appareat in ſubſtantia. Si autem citrinitas fortior fiat & uſq; ad igneitatis perueniat terminum & ad finem in ea ſignificat φ calor inceſſanter proceſſit, & iſte quidem eſt finis citrinitatis. Quod ſi in ipſo claritas augmentetur calor iã ſecundum diminutionem incedit.

Tenuitas qd.

Primo nota φ per tenuitatem in propoſito non debemus intelligere ſubſtantiæ ſubtilitatem, cum. n. hæc materia in ſubtilitate peccet, principium digeſtionis eſſet eius principium ingroſſationis, ſed per tenuitatem debemus remiſſionem citrinitatis ſiue rubedinis ſiue igneitatis intelligere: vt ſit ſenſus quòd in ægritudinibus acutis prius apparente urina ignea, ſi poſtea appareat illius igneitatis remiſſio eſt ſignum principij digeſtionis. Significat enim virtutem eſſe potentem in remittendo flammam choleræ. & per conſequẽs ipſam alterando & ad benignum reducendo, licet in ſubſtantia vrinæ non apparuerit ingroſſatio &c. Ex hoc

solvitur dubiũ cõiter hic contra hanc partem moueri solitũ. Diceres.n.non apparet q̃ possit incipere rectificatio in colore quin etiam in substantia incipiat. Eadem.n.est actio quo remittitur inflammatio igneitatis & reducit̃ cholera ad modum substantiæ conuenientem. Dicitur q̃ hoc est uerum tamen stat apparere unum alio non apparente. Et hoc uult Auic. Secundo nota huiusmodi dictum esse uerum posito q̃ uirtus sit potens ad impediendum sympromata & prohibendum cursum materiæ ad aliquod determinatum mẽbrum. ubi.n.hoc non esset illud non oporteret esse signũ etc. ut si materia haberet cursum ad cerebrum aut cor aut ad aliquod talium &c. alias autem esset signũ paruificationis choleræ aut remissionis qualitatis eius. Tertio nota q̃ citrinitas si augeatur &c. est signum augmenti caloris, quia augmẽtum effectus significat augmentum causę. Et subdit q̃ igneitas est finis.s. quantum ad caloris incẽdium, significat enim incendium caloris maximum, licet non sit finis in citrinitate. Et sic si tenuitas post crisim non fuerit ordinata, id est si subito fiat urina tenuis post eius multã grossitiem, significat̃.n. imperfecta mũdificatio uel expulsio materiæ, quare aliqd ex ea retinetur. Quæ autẽ relinquunt̃ In morbis &c.

Igneitatis & citrinitatis iudicium.

Et est præterea cum in ægritudinibus acutis sanguineis urina sicut ipse sanguis mingit̃ apertione uenæ ibi existente, & significat repletionẽ superfluam. Quæ si paulatim mingendo emittit̃ & est cum odore malo est significatio timoris & timetur ex ea ne sanguis ad loca suffocantia fusus deriuetur. Et peior quidem ea est cum est subtilis in colore sui & dispositione. Cum autem ex ea multum mingitur est cum est significatio bona in febribus acutis & commixtis, quoniam est cum est significatio crisis & sanitatis nisi in principio subito attenuetur antequam sit hora crisis, quoniam tũc erit recidiuationis significatio. Et sic si tenuitas post crisim ordinata non fuerit.

Vrinæ emittẽtis sanguinẽ paulatim indiciũ malum.

Primo nota non stante apertione venę adhuc de vena ad venam per viam resudationis potest aliqua portio sanguinis cum vrina expelli, quæ si emittitur paulatim est signum timendum, quia significat uirtutem impotentem esse & materiam multam fore & corruptam, quare timendum ne talis materia repat ad principalia membra ipsa suffocando uel ad alia loca suffocationis. Secundo nota. Cũ est subtilis etc. est peior, tum quia sanguinem significat esse magis cholericum, tum quia significatur maior impotentia virtutis. Tertio nota econtra multa urina &c. est signum crisis vt patet. Si tamen attenuaretur ante crisis horam, quia.s. minoris esset quantitatis & subtilitatis, signum foret materiam iterum retineri, & per consequens recidiuationis signum.

In icteritia uero cum urina adeo fuerit maioris rubedinis, donec ad nigredinem trahat & pãnum taliter tingat ne remoueri possit, & quanto plus fuerit erit sanius, qm̃ cum urina in ipsa fuerit alba aut rubea paucę rubedinis icteritia in sua dispositione manente timetur ex ea hydropisis. Fames quoq; est ex eis quæ urinam uehemẽter tingunt & ipsam ualde acuunt.

Icteritia duplex & qd.

Primo nota icteritiam esse duplicem.s. citrinam & nigrã. vtraq; est cutis infectio. Citrina quidem contingens ex oppilatione porri fellei per quem transmittitur. Cholera ad intestina, aut viæ per quam ad fel aut ex multa choleræ abundantia in toto. Nigra uero ex oppilatione viæ per quam trãsit humor melancholicus ad splenem, aut ex eius multa abũdantia. Ad propositum de vtraq; potest esse sermo, ita.s. de nigra q̃ de citrina, & de his habes tractatum decimaquita tertij. Secundo nota q̃ causa huius est, quia per hæc significatur uirtutem super materiam quæ est causa añs icteritiæ perfectum hr̃e dominium, ita ut ipsam eius magnam quantitatem sufficiat euãre. Econtra autem significatur oppositũ, & per consequens complexionem hepatis in posterum paratam esse corrumpi & aduenturam esse hydropisim. Nota hic per vrinam in icteritia non solum euacuari posse choleram quæ est cã añs, sed etiam coniuncta. Tertio nota notanter esse dcm̃ icteritia in sua naturali dispõne manente, qa licet appareat urina paucę tincturę in icteritia si icteritia nõ maneret in sua dispositione: quia.s. intenderetur & remitteretur non oporteret timere hydropem futuram, quoniam si remitteretur non esset rationabile urinam nimis tingi. Similiter si intenderetur, quia signum posset esse q̃ virtus esset valde potens in expellendo materiam ad extremitates, & sic non argueretur hydrops futura. Ex quo sequitur in casu laudabilius esse aliquod accñs præter naturam intendi q̃ illud idẽ manere eiusdem intensionis. Totũ patet usq; ibi.

Post uero sunt gradus uiriditatis sicut urina, cuius color colori phisticorũ attinet. Deĩde cuius color ẽ sils colori eruginis æris. Postea illa cuius est color sils colori ireos. Deinde cuius color similatur indico. Postea quæ sils est succo porri.

Color uiridis dupliciter.

Primo nota in ꝓposito per viriditatẽ non solũ intelligi colorem uiridẽ ꝓprie dcm̃: sed cõiter & cũ magna latitudine ꝓut extendit se ad colorẽ blauum vel cœlestem et participãtem liuiditate. Secundo nota q̃ notant̃ post rubeũ ponit̃ uiridis color, quia a citrino recedendo & tenendo ad nigrum post rubeum colorem ponit̃ viridis, quia est nigro propinquior. Tertio nota q̃ vt supra isti colores sumunt̃ a silitudine rerũ extrinsecarũ colore uiridi diuersis modis coloratarum. Non.n. sunt isti colores spẽ distincti, sed solũ secũdum magis & minus differentes nisi quis vellet ꝓterue uiriditatẽ cãtam a frigido fore spẽ distinctam a viriditate a calido cãta. Quod non est concedendum, quia per idẽ caliditas a lumine vel cœlesti influentia ꝓducta spẽ differret a caliditate ꝓducta a calore. Per colorem igit̃ phisticorũ intelligere debemus colorẽ talẽ qualis est color in phisticis quæ sunt gña quædam, quorum cortex siue pellicula exterior est rubei coloris, interior vero est viridis coloris clari ad albedinem tendentis plus alijs. Color autẽ eruginis æris est adhuc uiridis iam dicto sñ aliquis lit̃ obscurior. Color vero ireos est color lilij cœlestis licet scd̃m quosdam eius herbæ. & patet adhuc q̃ est obscurior. Cætera patent. Primum dubium circa dcã. Non videtur q̃ color viridis scd̃m gradum tincturæ debeat poni post rubeũ, maioris.n. tĩcturæ est color rubeus obscurus q̃ color uiridis similis eruginũ æris aut phisticalis, ideo &c. Secundum dubium. Videtur q̃ in ordine nõ debeat poni viridis color similis succo porri post colorem indicum cum sit indicus nigro propinquior. Ad primum istorum dici potest primo q̃ non ordinatur in gradu tincturæ, sed in gradu malitię, quia igitur post citrinum est rubeus & post est uiridis in malitia, hic seruatus est odor. Vel aliter q̃ licet aliquis gradus rubedinis sit maioris tincturæ q̃ aliquis certus gradus datus viriditatis, tota tamen latitudo viriditatis est maioris tincturæ. Vel dr̃ q̃ ly post dicit ordinem doctrinæ. Ad secundum uero dicitur q̃ color similis succo porri est obscurior q̃ indicus color qui est sicut color guadi, de quo in proposito est sermo.

Phisticorũ color

Color erugis æris et co. ireos qd.

Phisticalis uero significat frigiditatem. Et sic omnes in quibus existit uiriditas præter eã quæ erugini æris aut succo porri similatur, hæ nanq; uehemens significant incendium: Verũtamen succo porri similis sanior est ea quæ erugini æris similatur:

Colorũ diuerſorũ indicatio. Liuiditatis cã.

Primo nota. Phiſticalis color & irealis & ſiſis idico ſignificant frigiditatem, quia oẽs iſti colores ſunt liuidi aut liuiditate participantes. liuiditas autem cãtur ex mortificatione vel priuatione innati caloris: vnde vrina tendente ad nigredinem propter mortificationem caloris naturalis prius in iſtos transmutatur colores. Secundo nota ꝙ viridis ſimilis erugini ęris & porralis ſignificant vehemens incendium cum.n. prædicti colores in vrina ſignificent dominiũ cholerę eruginoſę & cholerae praſſioae quæ ſunt vehementer calidę, patet &c.

Vrina porralis & eruginoſa.

Tertio nota ꝙ vrina porralis eſt ſanior ꝙ̃ vrina eruginoſa. quia deterior ſpecies choleræ eſt eruginoſa cũ ipſa generatur ex aduſtione praſſinę vel porralis, ut dictum eſt ſupra capitulo de humoribus.

Et illa quidem quæ erugini æris ſimilat̃ poſt laborem ſignificat ſpaſmum.

Labor duplex. Spaſmus duplex.

Primo nota per laborem in ꝓpoſito itelligere poſſumus laborem corporeum, poſſumus etiam intelligere laborẽ fortem aut ægritudinem. Secundo nota duplicem ſpaſmum hanc vrinam poſſe ſignificare, ſpaſmum .ſ. non proportionatum ad materiam, & ſpaſmum ſiccum proportionatum ad materiam. Declaratio primi patet ex hoc. Exiſtẽte enim vrina &c. ſignificatur dominium in corpore huius choleræ aduſtæ mordicantis quæ parata eſt ad os ſtomachi fluere ad membra principalia, ſi ſit furioſa parata eſt in membris cõtractionem & ſpaſmum prouocare. Sꝫ poſt laborem ſpaſmum ſiccum. Cum.n. ex labore forti ſint membra exiccata & ſiccitati parata, & hæc cholera ſit vſtiua cito poteſt ſpaſmum cauſare. Similiter præcedente labore &c. & apparẽte tali urina ſignificat in membris factam fore vehementem conſumptionem quæ præparat ad ſpaſmũ, ideo &c. Tertio nota ꝙ iſta ſignificat ſpaſmum in pueris & in iuuenibus ſed in iuuenibus præcedente labore cum ſpaſmus ſiccus eis difficilius accidat. ſignificat etiam in pueris, ſed non oportet laborem præcedere, cum ſint ad illud ſatis præparati.

Viridis uero in pueris ſpaſmum ſignificat.

Primo nota per viridem quemlibet uiridem intelligere poſſumus quia ſi eſt uiridis a frigido contingens ſignificat ſpaſmum repletionalem. Si autem eruginoſa uel porralis ſignificat ſpaſmum ſiccum uel non proportionatum, ut dictũ eſt, ideo non limitauit.

Quæ uero colorem ireos habet frigiditatẽ uehementem ſecundum plurimum ſignificat & ante ipſam præcedit urina uiridis. Et quidam dixerunt ꝙ ſignificat uenenum in potu fuiſſe hauſtũ. Et ſi fuerit in ea hypoſtaſis ſpes erit uitę. Et ſi nõ, timetur ei. Erugini uero æris ſimilis uehementem ſignificat perditionem.

Primo nota per hunc colorem uiridem antecedentem nõ debemus intelligere eruginoſum uel porralem, cum fiant a uehementi calido, hic autem a frigido, ſed debemus intelligere aliquem de alijs ut phiſticalẽ. Secundo nota iſta ſignificat frigiditatem uehementem, quia mortificationem caloris naturalis: ſignificat.n. uenenum frigidum &c. mortificans calorem. Tertio nota ꝙ apparẽte hypoſtaſi aliquali &c. quia ſignificat dominium uirtutis aliqualem expellendo materiam &c. econtra uero eſt ſignum peſſimum ſignificando mortificationem & debilitatem, ideo &c.

vrinæ nigri coloris triplex.

Graduum autem coloris nigri alius eſt niger qui ad nigredinem tendit ſecundum uiam coloris croci, ſicut eſt in icteritia & ſignificat choleræ rubeæ ſpiſſitudinem & eius aduſtionem & choleram nigram quæ accidit ex cholera rubea & ſignificat icteritiam. Et alius eſt qui ex fuſco prouenit ad nigredinem & ſignificat choleram nigrã. Et alius niger qui prouenit ex frigiditate & colore indico ſiſi et ſignãt cholerã nigrã puram.

Primo nota ꝙ cholera rubea cum fuerit inſpiſſata ſit magis opaca, unde acquirit colorem ſimilem croco in quo eſt etiam tinctura uerſus nigredinem tendens. Similiter cũ cholera rubea aduritur idem contingit, ideo ſignificat &c. ut dicitur in littera. Secũdo nota ꝙ vrina nigra nigredine perueniente ex colore fuſco ſignificat melancholiam innaturalem .ſ. factam ex naturali & non per aduſtionem, prius.n. ꝙ̃ urina fiat tincta colore nigro ipſa efficitur aliqualiter opaca uel offuſca, quia nõ ſtatim a primo modo cum ea ſit magna permixtio humoris melancholici iam dicti & ſic procedit quouſqꝫ perfecte denigretur. Tertio nota cholera nigra pura ſit maxime a nigro mortificante, quia non ſit cum ea alterius humoris permixtio. In alijs autem non ſit ipſa ſic pura ꝓpter aduſtionem ſicut patet. Quia igitur præcedente uiriditate ſignificatur fortis infrigidatio, igitur &c. tunc enim omnes humiditates tendunt ad nigredinem.

Et ad ſummum quidem urina nigra ſignificat, aut uehemens incẽdium, aut forte frigus, aut mortem, aut caloris naturalis ſuperationem, aut criſim & expulſionem naturæ, qua ipſa choleræ nigræ expellit ſuperfluitates.

Vrinam fieri nigrã multiplr.

Primo nota ꝙ urina poteſt fieri nigra, aut ꝓpter magnã admixtionem humoris nigri, & ſic ſignificat purgationẽ & criſim bonam vel malam. Aut propter alterationem in ſubſtantia vrinæ contingentem, & hæc eſt duplex. aut calefactio, & ſic eſt aduſtio, aut infrigidatio, & hæc iterum eſt duplex, vel per uiam reſolutionis uel euaneſcentiæ caloris naturalis, & ſic eſt caloris ſeparatio, uel per poſitiuam infrigidationem, & ſic eſt forte frigus. Bene igitur dictum eſt in littera ꝙ omnis urina nigra, aut ſignificat purgationem, uel incẽdium uel forte frigus & mortificationem caloris, aut ſeparationem caloris. Et huic conſonat ꝙ ab Egidio in metro dicitur. Nigrior urinę facies incommoda febris. Quartanę ſolũ: mortem portendit aduris. Sub morte cõprehẽdit utrũqꝫ frigus. Ex his patet ſolutio ad duo dubia. Primũ quia Gal. primo de criſi dicit urinam nigram ſignificare aut forte frigus aut uehemens incendium. Auicen. tamen plures ponit ſignificationes. Secundum quę differentia eſt inter forte frigus & ſeparationem caloris naturalis. Ad hæc duo ſatis patet ſolutio per iam dicta.

Quod autem ex incẽdio eſt cognoſcitur, quoniam illic eſt fortis ardor ante ipſam fuit urina citrina uel rubea, & hypoſtaſis eſt diuulſa & inæqualis & incõtinua, & non eſt uehementis nigredinis, immo trahit ad colorem croci & citrinitatem aut ad fuſcitatem. Et ſi ad citrinitatem trahit ſignificat multam icteritiam. Verũtamen quod ex frigiditate ſit cognoſcit̃ ut ante ipſam habeatur urina quæ ad uiriditatem trahat aut liuiditatem, & eſt ſedimẽ paucũ iunctum ac ſi eſſet ſiccũ & nigredo in ipſa eſt purior. Et eſt etiam cum inter duas cõpl'ones differentia notatur, qm̃ qñ cũ urina nigra fortis odor fuerit ſignificabit caliditatem. Et cũ fuerit cũ ea odoris priuatio, aut fortitudinis eius debilitas ſignãbit frigiditatẽ. Cũ.n. natura ualde fuerit ſuperata odor non erit in urina. Illud autẽ quod ex caſu doloris accidit innati cognoſcitur propterea ꝙ ipſum ſequitur fortitudinis caſus & eius diſſolutio.

Primo nota illic est fortis ardor propter adustionem. Si sic antecedit vrina citrina: quia de remissa citrina procedit ad intensam, quia de remisso calore & adustione ad intensiore. Similiter hypostasis diuisa propter fortem ebullitionem, & per idem inæqualis, & trahit ad colorem croci propter vestigia materiæ cholericæ ibi remanentis. Et si trahit ad citrinitatem significat multam ictericiam significando multum materiæ cholericæ dominium. Totum patet usque ibi.

Et illud quidem quod accidit sc̄dm modū purgationis crisis cognoscitur sicut quod accidit in fine quartanarum & cum splenis ægritudines resoluuntur & dolores dorsi & matricis & febres melancholicæ & nocumenta quæ ex menstruorum accidunt retentione, & retentio eius quod ex sanguine fluere solebat per anum & præcipue cum natura & ars in prouocando iuuant, et sicut accidit mulieribus, quarum menstrua retinētur & non retinet natura sanguinis superfluitatē ꝓpterea ꝙ añ ipsam præcessit urina indigesta aquosa, & ppea ꝙ post ipsam adueniet corpori alleuiatio & erit ipsius quantitas maxima copiosa. Qd̄ si nō ita urina fuerit nigra signū erit malū & præcipue in acutis ægritudibus, & quāto plus si eius quātitas fuerit pauca, qm̄ ex sua paucitate ē sciendum ꝙ humorē iam destruxit adustio. Et quāto magis fuerit grossa erit deterius. Et quanto magis fuerit tenuis erit minoris malitiæ.

Vrinæ nigræ bonū indicātis cōditio triplex.

Primo nota cū tribus cōdōnibus ponit vrina nigra in corpore apparēs esse signū crisis bonū. Prima ꝙ in multa quātitate egrediatur. Secunda ꝙ ad illā cōonē sequat̄ alleuiatio. Tertia ꝙ antecesserit vrina aquosa indigesta & non citrina nec liuida vel viridis. Istis. n. conditionibus deficiētibus est signum malum pp̄ cām oppositā, & quanto paucior & grossior tanto deterior. Et causa in littera tangitur.

Et est quidem cum accidit ut urina nigra aut rubea obscura mingatur propter uini potionem quod huius habet colorem cum nullo modo natura aliquid in eo operata fuerit & exierit secundum suam dispōnem sed in hoc non est timor.

Vrinæ diarrhea vel diabetes.

Nota vt colli. 4. de interioribus sicut debilitata virtute stōi cōtentiua & fortificata expulsiua efficit diarrhoea ita uirtute hepatis cōtentiua debilitata & renū, & attractiua renū fortificata fit urinæ diarrhoea quæ appellat̄ diabetes in qua cōtingit potū totalr̄ indigestū expelli uirtute in ipm̄ nō operante, aut est pp̄ nimiā quantitatē potus uirtutē iterū irritantem vt ipsa ad expellendū ꝓmoueat̄ & non ad retinendum. Et in isto casu non est timor, licet bene in primo.

Et est cū bonę crisis significatio existit et in acutis ægritudinibus sicut si æger eam tenuem minxerit & fuerit in ea suspensio in partibus diuersis, multotiens enim significat sonitum capitis & uigilias & surditatem & desipientiam & præcipue si paulatim eam minxerit, & in longo tempore fuerit suspensa & fuerit eius odor acutus & fuerit cum febribus, quoniam tunc uehementem significabit capitis sonitum & desipientiā. Sed quando affuerit ibi insomnietas & surditas & desipientia & sonitus capitis significabit sanguinis fluxum ex naribus.

Nota si apparet vrina cum hypostasi & si sit pauca cum cōstātia virtutis in acutis significat̄ crisis per aliā regionem vñ diuertit̄ materia a vijs vrinæ, & per consequens remanet vrina in quātitate pauca & subtilis, & ꝓprie si apparet dolor capitis &c. tunc. n. significatur crisis futura per fluxū sanguinis narium. Sed diceres. Contra hoc est auctoritas Isaac qui dicit oppositum. Item hæc vrina dicit priuationē digestionis. Item hæc vrina significat impotentiam virtutis. Et tunc patet solutio.

Et est etiam cum existit causa lapidis in rene. Ruffus inquit urina nigra bona est in ægritudinibus renum, & ægritudinibus lapidis quæ ex humoribus proueniunt grossis, & est significatio mortalis in ægritudinibus acutis. Dixit etiā ꝙ urina nigra est mala in ægritudinibus renum & uesicæ cum uehemens ardor ibi adest. cōsidera ergo alia signa. Vrina nigra in senibus nō est bona pp̄ illud quod scis neque uenit in eis nisi ex corruptione mala. Et sic in mulieribus urina nigra post laborem signāt spasmum. Ad summū uero urina nigra in principio febrium est perniciosa. & sic in earum fine qñ non cum ea fuerit alleuiatio neque significauerit crisim.

Vrinæ nigræ causa triplex.

Nota ꝙ pp̄ tres cās merito dispōnis renū & viaꝝ vrinæ pōt vrina exire nigra. Prio pp̄ mām lapidis q in longo tpe cōbustionē recipit, & cū ea transit vrina tingit ipsam colore nigro. Scd̄a cā pōt esse pp̄ vlcerationē & excoriationē ad quā sequit̄ sanguis permixtio cū mā vrinæ. Tertia cā pōt esse fortis adustio & caliditas adurēs in partibus renum exñs ꝓpter quā materia ibi adurītur et ad colorem nigrum perducūt̄. Ad ꝓpositum in primo casu est signum bonum. In alijs aūt duobus est signū malum vt patet. Et sic colligitur apparens contradictio in textu, quia prius dixerat ipsam bonam & postea dicit ipsam malam &c. ideo non solum vrina sed etiam alia signa sunt consideranda. Residuum patet vsque ibi.

Vrina autē alba sc̄dm duas intentiones ē sciēda. Vna earum est cum ipsa est tenuis translucēs, qm̄ uulgus quod translucēs est album uocat, sicut uitrum qd̄ est clarū & crystallum, clarā uocat albam. Et altera est quæ pro certo est alba cuius color est disgregatiuus uisus sicut lac et pergamenum, & ista quidem non translucent ut uisus in ipsa penetret. translucentia enim pro certo non est nisi omnium colorum priuatio.

Corpus translucens duplex & quid.

Primo nota per corpus translucens in ꝓposito intelligere debemus transparens siue diaphanum, per quod vel mediante quo videre possumus corpora vltra distantiam, sicut est aer aqua crystallum &c. & talis vt manifestum est, est aliqua vrina. Secundo nota ꝙ huiusmodi translucens est duplex, quia quoddam clarum, & quoddam non clarum. Clarum translucēs est corpus diaphanum non determinato colore participans sicut est aqua aut crystallus. Non clarū vero est illud quod aliquo determinato colore participat, licet non tanto ꝙ terminet visum sic ꝙ per ipsum non possit videre visus corpora vltra distantia, sicut est vinum rubeum aut vitrum rubeum vel aqueum &c. Ad propositum vrina translucens primo modo est illa quæ est primo modo alba: quæ ꝓprie non alba sed candida debet appellari, sicut via cœli lactea dicitur candida & est subtilis. vrina enim non redditur grossa nisi per admixtionem materiæ humoralis quæ facit ipsam coloratam colore proprie dicto. Tertio nota illa quæ vere est alba habet colorem vere album sicut est color lactis, & ut disgregare visum per lucē &c. Nota tamen hunc colorem quandoque esse intensum multum & tunc est opaca visum terminans, quandoque est remissus, & sic cum

Vrina translucens.

illa albedine ſtat aliqualis tranſlucentia. Ex quibus ſequitur primo non quemlibet colorem eſſe ſufficientem viſum terminare, immo cum colore ſtat diaphaneitas in eodem. Sequitur ſecundo ex dictis Auic. non quodlibet mixtum eſſe uere coloratum colore proprie dicto, ſicut ponitur de urina in qua eſt vera tranſlucentia quæ eſt totalis coloris priuatio, licet poſſit exponi vt dictum eſt. Et plura alia poſſumus ex his concludere. Patet etiam ulterius ſolutio ad quoddam dubium moueri ſolitum contra litteram Auic. dicētis ꝙ vrina alba primo modo eſt tenuis, quia ſtat aliquod corpus groſſum eſſe tranſlucens vt cryſtallus. Dicitur cō cedendo antecedens & negando conſequentiam. non enim ſit vrina groſſa niſi per admixtionem corpulenti groſſi. Si igitur ipſa foret Groſſa ipſa foret alba ſecundo modo, & nō vera albedine.

Album igitur ſecundum intentionem tranſlucentis ſignificat frigiditatem omnino & eſt auferens digeſtionis fiduciam, & ſi cum groſſitudine fuerit ſignificabit phlegma.

Vrinę albę tranſlucētis ſignificatio.

Primo nota ꝙ tinctura in vrina cauſatur ſecundum quātitatem actionis caloris in aquoſitatem vrinalem: quę ſi fuerit parua apparet quia in vrina tinctura vt ſupra dictū eſt. Cauſatur etiam ex permixtione maxime choleræ cum ea ipſam tingente, aut aliorum humorum ipſam aliqualiter colorantium. Dum igitur apparet vrina taliter alba vt dictum eſt, cum in ea ſit omnium colorum priuatio ſignificatur oīno nullam fore impreſſionem caloris naturalis digerentis, cum etiam ſit ſine permixtione aliorum humorum ſignificat a calido nullam in venis fieri permixtionem. digō autem ſit permiſcendo. Secundo nota hoc totum quod dictum eſt eſſe verum ſuppoſito ꝙ non ſit oppilatio in corpore & maxime in vijs vrinæ, aut ꝙ non ſit raptus materiæ ad aliquod aliud membrum vel aliquam aliam partem noſtri corporis. Hoc enim ſuppoſito verum eſt dictum Auic. alias autem non, vt patet in phreneſi & multis alijs caſibus. Dubium primū circa dicta. Vrina alba iam dicta quādoqꝫ eſt ſignum phreneſis quod eſt apā caſm cerebri. igitur &c. patet conſequentia & colligitur aſſumptum quarta aphoriſmorum. 1. aphoriſmo. Quibuſcunqꝫ vrinæ fiunt limpidæ &c. Secūdum dubium. Non videtur ꝙ auferat fiduciam digeſtionis, quia ſic aufert fiduciam ſalutis, & ſic ſigna cruditatis forent ſigna mortis, cuius oppoſitum tangitur primo aphoriſmorum a Gal. in commento illius aphoriſmi. Paroxiſmos & conſiſtentias. Ad primum dr̄ ꝙ ſignificare poteſt phreneſim materia habente raptum ad cerebrum, & hoc ſupra dictum eſt, tunc autem apparebunt huiuſmodi ſigna. Ad ſecundum dicitur probabiliter concedendo. Vel dicitur ꝙ aufert digōnem de proximo, quia cito non digeritur materia &c.

Sed alba ꝑ certo nō erit niſi cū groſſitudine.

Vrinæ albedo duplex.

Primo nota per albam intelligit hic albam vrinam albedine diſtincta contra tranſlucentias. hæc autem albedo non poteſt eſſe in vrina ſine groſſitie ſubſtantiæ. cum, n. vrinalis aquoſitas de ſe ſit tranſparens & diaphana non contingit ipſam videri vere albā niſi per admixtionē alicuius hūoris cū ea ad albedinē tēdētis cuiuſmodi eſt phlegma aut ſanies.

Et eius quidem alia eſt cuius albedo eſt mucilaginoſa, & ſignificat multitudinem phlegmatis & humoris crudi.

Vrinę albę mucilaginoſę ſignificatio & vnctuoſę vrinę.

Primo nota ꝙ vrina alba mucilaginoſa ſignificat phlegmatis abundantiam. Inter omnes enim noſtri corporis humores ſolum phlegma eſt mucilaginoſum. Secundo nota vnctuoſa ſignificat liquefactionem adipis, quia licet adeps per ſe non poſſit vrine permiſceri ſed ei ſupernatet. attamen cum miſcetur alijs materijs ut phlegmati poteſt ei commiſceri ut patet. Tertio nota per albulam debemus intelligere rem albam ſicut eſt aqua fluminis dum eſt turbulenta parum. Albula enim vt dicit Vgutio eſt quidam fluuius antiquus ſic vocatus ſuo tempore hodierno die vocatus tyberinus a Tyberino rege ibi mortuo ſignificat enim phlegmatis liquefactionem: quia enim phlegma eſt paruū, ideo non niſi parum vrinam cum diſſoluitur reddit turbulentam.

Albula qd & tyberinus.

Et alia eſt cuius albedo eſt unctuoſa & ſignificat adipis liquefactionem. Et alia eſt cuius albedo eſt ſimilis albulæ, & ſignificat phlegmatis liquefactionem quę accidit aut accidet. Et alia eſt cuius albedo eſt ſimilis albedini quæ eſt in fungo cum tenuitate & ſanie, & ſignificat exituras ulceroſas in inſtrumentis urinæ, & ſi abſqꝫ ſanie fuerit erit propter ſuperationem materiæ multæ crudæ non maturæ. Et eſt cum eſt cum lapide ueſicæ. Et eſt alia quæ ſpermati ſimilatur, quæ eſt cum phlegmaticorum apoſtematum adeſt criſis & laxitas interiorum & ægritudinum quæ ex phlegmate accidunt uitreo. Cū uero urina ſpermatis ſimilis exiſtit & non eſt ſecundum modū criſis eſt propter apoſtemata phlegmatica, immo cum in primis prouenerit prognoſticabitur apoplexiam aut paralyſim.

Vrinę ſanioſę indicatio.

Primo nota in fundo reperitur quandoqꝫ albedo quædā ad denſitatem aliqualiter tendens & videtur ſanies, quare vrina ei ſimilis exiſtens ſignificat vlcerationem in vijs vrinæ a qua humiditas fumoſa eleuatur & permiſcetur vrinæ. Secundo nota ꝙ in hoc habemus regulam ad ſciendum vtrum vlceratio ſit in locis propinquis vel remotis ſecundū maiorem vel minorem permixtionem materiei ſanioſæ cū materia vrinali ſicut eſt de egeſtionibus in dyſenteria. Signū etiam habemus diſtinguens vtrum vlceratio ſit in uirga aut in collo veſicæ an diſtantius, quia in primo caſu exit ſanies primo vrpſm. In ſecundo autem poſt aut permixta ſimul. Tertio nota ꝙ cum in principio fuerit vrina ſicut ſperma ſignificat maximam exuberantiam ſpermatis quod iā mouetur ſymptomaticæ a virtute ab eo grauata, ſed hoc exn̄te periculum eſt apoplexiæ aut paralyſis. Ideo &c.

Vlcerationis uarię ſignū.

Et cū in omnibus horis febris alba ſuperuenerit urina cito in quartanam conuertet. Et plūbina quidem ſine hypoſtaſi eſt ualde mala.

Primo nota ꝙ per ægritudines in ꝓpoſito itelligere debemus chronicas. Per oēs autē horas intelligere debemus magnum aut longum tp̄s in quo continue apparet vrina talis. Secundo nota ꝙ hæc ſignificat permutationem ſe. ad quartanam. cum. n. longo tp̄e permanet alba ſignificat abundātiam phlegmatis crudi frigidi indigeſtibilis, ſed phlegmate longo tēpore retento non digeſto ipſum ingroſſat, eo ꝙ eius ſubtile reſoluit & groſſum terreſtre retinetur, & ſic conuertitur ad humorem melancholicum, quo multiplicato ſequit febris quartana, vt patet in ipſa accenſa putredine.

Et lactea ēt in acutis ægritudinibus ē ꝑnitioſa.

Vrinę lacteæ indicatio.

Nota vrina exiſtente lactea ſignificatur humorum cruditas & indigeſtibilitas, & in febre acuta eſt neceſſaria cita terminatio cum accidentia acuta nō longo tempore virtus poſſit tolerare, unde ſequitur vrinam eſſe pernicioſam.

Albedo prætereа urinę in febribus acutis quocūqꝫ mō fuerit poſt tincturā quę præceſſit ſignat ꝙ choſa rubea ad aliquod mēbrū declinauit qd̄ apat, aut ad fluxū uētris, & ꝙ magis ſignat quod declinauit ad caput. Et ſimiliter cum urina rubea ē in febribus, deinde ſubito fit alba ſignificat deſipientiam.

desipientiam. Et cum urina in sanitate perseuerauerit in colore albo significat priuationem digõnis. Et albulæ similis quæ lacti similat acetoso in febribus acutis mortẽ sigñabit aut phthisim.

Primo nota albedo post tincturam &c. quia cholera maxime est illa cuius pñtia tingitur vrina, iam enim dominatur cholera cum sit ægritudo acuta. sequitur igitur ꝙ cholera aut transit ad intestina aut aliud membrum & illud apãẽ & maxime ad cerebrum propter leuitatem suam.

Scito autem ꝙ possibile est ut urina sit alba & complexio calida & cholerica, aut urina rubea & cõplexio frigida phlegmatica. Cholera enim rubea cum declinat a uia urinæ & non admiscetur urinæ remanet urina alba. Debes ergo urinã albam considerare, quoniam si fuerit eius hũor multus & luminosus & ipsius sedimen multum & grossum & eius substantia cum hoc trahit ad grossitudinem, & debes scire ꝙ albedo est ex frigiditate phlegmatis. Sed cum urina non fuerit luminosa clara neq; eius sedimen multum neq; paruia, & albedo ad fuscitatem traxerit scire debes ꝙ cholera rubea est occultata. Et si in ægritudine acuta fuerit alba & fuerint in ea significationes salutis, ex quibus non timetur phrenesis & quæ sunt sicut ipsum debes scire quòd cholera rubea declinauit ad alium cannalem & ad intestina & accidet ei constrictio.

Totum patet vsq; ibi Accidit constrictio. Nota ꝙ ista particula potest tripl͞r exponi. Primo accidit constrictio idest corpori accidet cholerę retentione per vias vrinæ euacuetur sed per aliam regionem. una enim eũone impedita augetur eũatio per aliam regionem iuxta sententiam Hip. 4. apho. apho. 83. Vrina multa. secundo accidit constrictio. i. occultatio cholerę quousq; naturam ipsam per aliam viam aut eandem expellere inceperit. tertio exponitur, aut accidet constrictio. i. intestinorum læsio. Dum. n. dicit per alium cãnalem intelligit viam secessus siue intestinorum. cholera nãque per hanc viam expulsa lædet intestina & mordebit ea acuitate sua cui consonat littera in margine posita quæ loco de ly constrictio habet excoriatio, vt patet intuenti.

Hippo.

Causa uero ob quam urina existit rubea in ægritudinibus frigidis est una harum rerum aut fortitudo doloris qui choleram rubeam resoluit sicut in colica accidit frigida.

Colica frigida. quid.

Primo nota per colicam frigidam intelligere debemus a materia frigida dependentem sicut a phlegmate vitreo aut aliquo tali. potest. n. & ab alijs causis colica contingere, sicut a fecum retentione aut a calido apostemate intestini colon, & sic de alijs. Secundo nota ꝙ doloris fortitudo est causa magnæ tincturæ in vrina multis ex causis. Prima qa ex forti dolore in toto prouenit inflãmatio caloris. Ex forti enĩ dolore nascitur fe. effemera, vt colligitur prima quarti. tractatu de febribus effemeris, inflãmatione aut calore in toto fortius tingitur vrina. secunda quia calore & inflãmatione in toto a dolore cãto humores acuuntur, versus etiam materiam vel naturam cholerę trahuntur & ex consequenti multiplicatur cholera, & sic de ea plus cõmiscetur vrinæ. tertia quia cholera plus tingit & vrinæ mixta plus eam tingit. Tertio nota ex dolore fit in venis motus & agitatio humorũ maxime calidorum & eorum sparsio rursus & subtiliatio, q̃re magis vrinæ permiscẽtur & ipsam magis tingunt. Et hanc causam puto intellexisse. A. in littera dum dixit. cholerã dissoluit. Sed circa dicta sunt duo dubia. Primum dubiũ. Non videtur ꝙ secundum viam. A. dolor causet tincturam in vrina, quia totaliter dissoluit choleram, igitur paucificat eam. sed paucitas cholerę est causa minorationis tincturæ sicut multitudo est causa minorationis. ergo &c. patet consequentia cum antecedente. Secundum dubium est, qa forti existente dolore ad locum doloris concurrunt aut attrahũtur materiæ maxime cholericę quæ sunt fluere patiores, sed fluxus huius materię ad locum doloris facit materias deuiare a vijs vrinę, & per consequens minus tingi vrinam. Ad primum dicitur ꝙ per dissolutionem intelligit subtiliationẽ, cui dato ꝙ coniungatur aliqua choleræ resolutio coniungitẽ etiam ipsius noua gño. Sicut enim per inflãmationem hũor cholericus resoluitur ita humor non cholericus in choleram conuertitur. Ad secundum dicitur ꝙ nõ tota materia cholerica fluit ad locum doloris sed secundum magnam eius partem. Vel dicitur ꝙ non solum ad locum doloris, sed etiã ad loca propinqua attrahuntur materiæ. huiusmodi autem sunt renes & intestina. ideo &c.

Dubia.

Aut oppilatio quæ facta fuit ex superatione phlegmatis in cãnali qui est inter fel & intestina, quapropter fel ad intestina naturaliter non descendit sicut solebat, immo urinæ societas est ei necessaria cum qua egrediatur quemadmodum accidit in colica frigida.

Nota ꝙ stante colica si fiat oppilatio pori felli per quem transmittitur cholera ad intestina, cholera non transeunte ad intestina, sed econtra redeunte ad vias vrinæ permixta vrinæ magis ipsam tingit Ex quo patet differentia inter hanc causam tincturæ & præcedentem causam.

Aut propter debilitatem hepatis & suæ uirtutis defectum quæ inter aquositatem & sanguinem separationem facere non ualet sicut accidit in hydropisi frigida, & in ægritudinibus debilitatis hepatis secũdum plurimum, quoniam propterea urina est similis loturæ carnis racentis.

Primo nota ꝙ a virtute hepatis aut adhuc venarũ emulgentium fit sequestratio aquositatis vrinalis a sanguine, & hoc cum hepar naturaliter se habuerit. virtute autem digestiua eius debilitata non sufficienter potest sequestrare aquositatem a sanguine, propter quod cum vrina plus transit de sãguine q̃ debeat transire secundum naturam vnde vrina remanet rubea. Ex quo patet ꝙ a quacunq; mala complexione siue calida siue frigida contingit virtutem hepatis debilitari illud contingere potest. Secundo nota, huius vrinæ color similatur loturę carnis recẽtis. causa huius est, qa cum aquositas de se sit sicut aqua in colore & sibi permisceatur sanguis apparet color sicut cum aquæ permisceatur sanguis decisus a carnibus lotis.

Vrinæ similis loturę carnis cã & Idicatio.

Aut propter constrictionem quam oppilationes fecerunt, & mutatur color phlegmatis in uenis propter aliquam putrefactionem quæ ei accidit, & eius quidem signum est aquositas urinę & eius sedimen secũdum modum quem diximus, & eius tinctura est tinctura debilis non luminosa. Choleræ enim rubeæ tinctura ẽ luminosa.

Nota ꝙ prohibita transpiratione propter oppilationes contingit vrinam calefieri & tigi colore aliquali, quare videtur & in parte indicat hanc fore calidam materiam & non est. Et ex isto patet ꝙ oportet attẽdere alia signa puta signum sumptum a pulsu regimine ætate & naturæ ęgrotantis, a sitĩ

Infirmitatis cognoscendę signũ multiplex.

a instantia vigiliarum excrescentia vel paroxismis quantum ad horam afflictionis, & sic de alijs. Secundo nota q distinguuntur etiam aliter puta ex grossitie multitudine aut luminositate, sed minus, & hoc supra est tactum color.n.tincturę cholerę propter igneitatem & subtilitatem suā ē luminosus, phlegmatis autem magis opacus, vt patet.

Vrina quoque multotiens in principio ægritudinum erit alba sed postea fiet nigra, & fætebit sicut accidit in icteritia.

Primo nota q stante coartatione materiæ choleræ ī principio icteritiæ aut alterius ægritudinis cholericæ urina apparet alba propter materiam tingentem non penetrare p uias vrinæ, ubi tamen oppilatione remota apparet vrina fœtens rubea propter admixtionem cholerę fætentis, quia talis cholera longo tempore retenta fætebit propter putredinem excessiuam in ea accensam.

Amplius urina post comestionem albescit, neque sic cessat donec digestio fieri incipiat, tunc enim incipit urina tingi. Et propter hoc urinæ uigilantium sunt albæ, & adiuuat ad hoc caloris innati resolutio sed non luminosę, immo attinēt suscitati propter priuationem digestionis.

Primo nota q diuersi diuersas assignāt causas. Quidam.n. hanc assignant causam, quia statim cibo assumpto totus calor diuertitur a vijs vrinæ & tendit circa partem stomachi ad digestionem complendam, quare pro tunc minus imprimit calor naturalis in aquositatem vrinalem, minorem etiam circa partes illas facit permixtionem, & per cōseq̄ns pro tunc minus tingitur vrina. ideo &c. Alij aliter dicunt q non est inconueniens aliquas partes aquosas subtiles cibi & potus fluidas anteq̄ sit completa digō transire per meseraicas & in hepar quas tanq̄ inutiles virtus hepatis ad venas emulgentes expellit. Quia igitur huiusmodi partes aquosæ erant subtiles, ideo pro tunc emittitur vrina aquosa subtilis, quare &c. Ad quod etiam concurrit q illæ partes alteri aq̄sitati vrinali permixtæ obtundunt partes cholericas ac si limpharent eas, vnde illę redduntur impotentes ad tingendum. Maxime vero verificatur hoc si quis sumat in comestione diuretica, vnde fortia diuretica non sunt cū cibis comiscenda. Secundo nota q in vigilia est triplex tempus. Vnum quo conuenienter expanditur calor ad extra ad operationes vigiliarum & superfluitates ad extra expellendas quousque superueniat necessitas dormiendi & alterius somni. Secundum tempus est in quo incipit vigilia superfluere & calor accendi a superfluitate eius propter quod accidit effemera in vigilijs. Tertium imaginamur tempus quo vigilia calorem debilitat & resoluit. Ad propositum hic intelligit Aui. q̄tum ad primum tempus, quia q̄tum ad secundum possibile est vrinam magis tingi, licet q̄tum ad tertium etiam de albari contingit vrinam. Ex quo vt fundamento solui pn̄t quædam dubia. Primum dubium. Videtur q urina nō debeat albescere post cibum, quia vel talis foret decisa a cibo nouiter assumpto vel ab alio. Non primum, quia nondū est digestus. Nec secundum, quia cum ille in corpore longiorem traxisset moram maiorem debuisset calor naturalis impressionem fecisse. Secundum dubium est, quia supra est dictum q vrinę vigilantium sint tinctæ. Ad primum dicitur secundum primum modum q licet maiorem traxisset moram propter tamen caloris retractionem &c. impeditur eius tinctura. Secundum autem secundum modum verificandi literam patet qualiter sit respondendum. Ad secū dum iam dictum est qualiter vigilia in diuersis temporibus tingit & remittit tincturam vrinæ, vt patet intuenti.

Vigiliæ tps triplex.

Dubia.

Tinctura rubea in ægritudinibus acutis melior est quàm aquosa alba, & eius etiam substantia melior est quàm aquosa.

Primo nota tinctura rubea est melior &c. propter duo. Primo quia ex alba significatur digestionis priuatio. Per rubeam autem aliqua significatur digestio, cum hæc rubedo maxime fiat ex admixtione choleræ cum urina quæ fit a calido digerente aut comiscente. Cum igitur in acutis propter uelocitatem suæ terminationis sit necessaria digestio uelox, quia alias cito terminaretur ad malum. sequitur &c. secūda causa esse potest, quia existente albedine in urina in ægritudinibus acutis significari potest raptus materię cholericę acutæ ad aliq̄ partem determinatam aut eius occultatio, & deuiatio a uijs expulsionis. hoc autem ē malū ut supra. ideo &c. Nota secundo quòd vrina rubea melior est quàm aquosa propter easdem causas.

Vrīa rubea melior aq̄sa duplr

Sed rubea quæ est sanguinea maioris est securitatis quàm rubea cholerica.

Nota rubea sāguinea significat dominiū sanguis, cholerica uero cholerę, sed deterius est dn̄ium cholerę q̄ sanguinis, cum cholera sit naturæ magis rebellis. ideo &c.

Rubea quoque cholerica non tanti est timoris cum cholera quieta manet. Sed si extat mobilis magni est timoris.

Nota q cum cholera permanet in uno loco quieta minoris est timoris, tum quia melius digeritur a calore naturali, tum quia ipsa non existente quieta dubium est de raptu ipsius ad aliquod membrum nobile quod potest esse cā mortis. Sed diceres qualiter cognoscitur q ipsa sit quieta vel inquieta. Dicitur q ipsa inquieta existente percipitur læsio nunc in vna parte nunc in alia & non continue ī una parte, ut colligitur ex dictis Gal. in commento illius aphor. Digesta medicari. & apparet pro tunc vrina ignea rubea. Ecōtra vero est quando cholera manet in vno loco quieta, et apparet tunc vrina magis rubea obscura respectu præcedentis propter materiam esse grossiorem.

Cholerę q̄etæ ac ingetæ sigoum.

Amplius urina rubea in ægritudinibus renū est mala, quoniam secundum plurimum calidum significat apostema & in doloribus capitis desipientiam portendit.

Primo nota circa renes existente apostemate calido causatur urina rubea materia calida currente ad locum apostemosum ibi ebulliente & se commiscente vrinæ, quare ipsa tingitur. Secundo nota notanter dictum esse utplurimū, quia contingens est oppositum, sed tamen circa renes dolore & grauitate existente hoc possumus significare. Tertio nota q significat desipientiam in doloribus capitis pro q̄to significat materiam cholericam partibus cerebri communicari, ubi communicata causat desipientiam. Sed dices cōtra, quia urina alba hoc significat significando materiam declinare a uijs urinæ & non descendere. Ideo &c. Dicitur q rubea licet significet non totaliter materiam cholericam a vijs urinæ deuiare, dum tamen coniungitur dolor capitis negandum non est secundum partem communicari cerebro. Vel significat forte tantam eius abundantiam q licet secundū magnā quantitatē moueat ad cerebrū, remanet tn̄ eius notabilis quantitas potens urinā tingere colore rubeo &c.

Cunque urina in ægritudinibus acutis rubere ceperit & sic permanserit & non inferius descensum fecerit perditionis ægri timorem affert et renum apostema significabit. Quod si cum rubedine fuerit turbida & talr permanserit, apostema in hepate et caloris innati sign̄abit debilitatē.

Primo nota q urina existēte rubea in ægritudinibus acutis, & ipsa taliter p̄manente sine hypostasi significat uirtutē

Vrię rubeę ī acutis īdiciū

impotentē

impotentem in digerendo materiam cum nullam valeat sequestrationem facere, sed hoc existente timor est perditiõis; quia in morbo acuto virtute non dominante materiæ sequitur mors &c. significat etiam apostema renum materia apostematis per resudationem se vrinæ permiscentem. Secũdo nota ipsa existente turbida aut rubea significare põt apostema hepatis & virtutis debilitatem. propter enim caliditatem & inflãmationem apostematis efficitur rubea, propter virtutis debilitatẽ non potentem sequestrare aquositatẽ ab humoribus efficitur turbulentia. Non tamen credendũ semper cum vrina sit rubea apostema hepatis significari, sed bene freq̃nt' & maxĩe vbi appet dolor & grauitas circa hepar.

Amplius colorum urinæ sunt quidam compositi ex quibus est color qui carnis recentis locuræ assimilatur, qui etiam sanguini in aqua dissoluto similis existit. Et est ex debilitate hepatis. Et quandoque etiam est ex multitudine sanguinis. Verumtamen sæpius existit ex debilitate hepatis ex quacunq; complexione superuenerit malitia uincente quàm digerendi debilitas demonstrabit & uirtutis dissolutio. Quod si uirtus fortis fuerit tunc non erit nisi ex sanguinis multitudine & eius augmento ultra mensurã quam uirtus disgregatiua penitus separare non sufficit.

Primo nota per hunc colorem commixtum ex albo & rubeo intelligere debemus non colorem in tota substantia urine rubeum apparentem resultantem ex albo & rubeo, sed intelligere debemus vrinam taliter coloratam ꝙ in parte ipsius aliqua apparet rubedo & in aliqua aquositas ipsius vrinæ, aut forte vtrũq; modum intelligere possumus. Secundo nota vt in littera colligitur hæc contingere posse, aut ꝓpter debilitatem virtutis digestiuæ hepatis, aut propter nimiam in toto sanguinis abundantiam. Et primo modo potest dupl'r contingere. Primo quia virtute hepatis debili existente non sufficit perfecte separare inter aquositatem & sanguinem, vt supra in littera tactum est. secundo quia hepatis virtute digestiua debili existente transmittit totum sanguinẽ indigestum quem nõ totum attrahunt membra, immo magnam repellunt eius partem tanq̃ inutilem quę postea cum vrina vel egõnibus expellitur. Similiter conuenit hæc impotentia propter sanguinis dominium virtute non potente sequestrare bene. Signum autem distinctum inter hanc vltimam causam & præcedentem est ꝙ in hoc secũdo casu stat virtutis fortitudo, in primo vero debilitas eius. Dubium primum. Videtur etiam ꝙ ab alia causa illud cõtingere possit. s. ista vrina, quia. s. propter renum debilitatem. renibus enim debilibus existentibus & non potentibus partem sanguineam aquositati vrinali commixtam ad nutriendum renes attrahere remanet illa cum vrina & efficitur talis. Secundum dubium est. Cuius virtutis peccatum vel accidẽs est illud quando prouenit propter sanguinis multitudinem.

Vrinæ mixtę ex albo & rubeo causa duplex.

Dubia.

Non enim alicuius naturalium, quia ponitur fortis. Relinquitur igitur ꝙ alterius quæ est virtus discretiua, & sic præternaturalis esset ponenda discretiua virtus. cum. n. attractiua retentiua digestiua aut expulsiua sit fortis non erit aliqua naturalis ministrans debilis. Tertium dubium. Quomodo stat sanguinem esse crudum & indigestum cum mala hepatis complexione calida, quod videtur superius dictũ fuisse in littera pro parte. Ad primum dicitur ꝙ sic, sed hoc dedit intelligere. A. per ea quæ de hepate dicta sunt. Vel forte quia illud raro contingit, & etiam quia illa materia q̃ transit ad renes nutriendos est ita modica ꝙ paucam in vrina sufficit facere tincturam. Ad secundum dubium dicitur ꝙ illud est accidens & peccatum virtutis digestiuę hepatis. Ad ipsam. n. pertinet vtile ab inutili separare. Et dicitur ꝙ non repugnat virtutem esse fortem in se, quæ tamen respectu disproportionati obiecti est debilis & circa ipsum læsam producit operationem, vt patet de ossibus cerasorum a stomacho non digestis. Ex quo sequitur hanc consequentiã non valere. Operatio enim membri est sensibiliter læsa, igit. a. membrum est ægrum vel neutrum, sed bene sequitur stante obiecto proportionato ad operationem. Ad tertiũ ass dictum est ꝙ intensa caliditate in gradu stat debilitas actionis eius propter diminutionem in quanto per priuationem quantitatis spirituum requisitę ad operationem sicut in ascli tico aut tympanitico febriente contingit.

Et ex eis est etiam color oleaginus & est citrinitas cui admixta est siclinitas & colori olei similatur propter uiscositatẽ quæ est in ipso & translucentiam cum nitore adipino & cum splendore substantiæ ad quandam spissitudinem trahit.

Primo nota ꝙ per vrinam oleaginam intelligit vrinam in colore & substãtia oleo similem. Scitis enim ꝙ color olei videtur medius inter citrinum & viridem clarum. declinat enim ad viriditatem, & talis est color huius vrinę hic descriptę cum ponat citrinitas admixta siclinitati. Est. n. sicla blitis cuius color viridis est clarus.

Vrina oleagina quid. Sicla qd

Sequitur expositio secundum Vgonem de Senis vsq; ad finem prędictę Fen. Quia non reperitur expositio Iacobi de Foroliuio super residuum huius secundę Fen. ideo &c.

Hic nota ꝙ color sumitur hic cõmuniter ad omnem apparentiam per se proprie pertinente ad visum, ita vt lux & apparentia ex casu radij super corpus dicãtur colores. Et quia ad substantię spissitudinem & uiscositatem cum simili vero colore sequitur alia apparentia, ideo. A. dixit hic ꝙ similatur colori olei sua grossitie & viscositate, & cum nitore adipino.

Et in pluribus dispositionibus significat malum aut non significat bonum neque maturationem neque meliorationem.

Modo docet significata eius. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit regulas quasdam. secundo enumerãdo species vel modos vrinę oleaginæ docet modum distinguendi sua significata. secũda ibi, Et ad summum. In prima ponit sex regulas. Prima ꝙ oleagina vrina in pluribus dispositionibus significat malum aut non significat bonum neq; maturationem neq; meliorationem. Causa primi est, quia omnis oleagina vrina significat liquefactionem pĩguedinis aut carnis, & talis prouenit ab ardore & victoria caloris inflãmantis aut putrefacientis, & hoc sẽper est malum. Semper igitur significat hoc malum saltem, & non est hoc per digestiõem vel meliorationem, quia digestio non eliquat.

Vrinæ oleaginę reglę. 6.

Sed fortasse raro materierum unctuosarum euacuationẽ secũdũ modum crisis sigñat. Et hoc quidẽ nõ ẽ nisi cum post ipsam aduenit requies.

Ponit secundã di. ꝙ hęc materia raro significat materierũ vnctuosarum euacuationem per modum crisis. Et hoc non est nisi quando post ipsam aduenit requies, ita ꝙ non ꝓprie sed propter requiem sequentem significamus istud, & raro est ꝙ talis quies sequatur. Ex quo patet hęc cõtradicere priori, quia præcedens intendit ꝙ non de se significat bonũ vel meliorationem. hæc vero quandoq; bonum significat, vt quñ euacuationem pinguedinis sequitur requies, quod contingit cum pinguedo a calore febrili eliquata simul cum materia morbi iam a calore naturali diminuta & digesta crisi euat, eo ꝙ per poros subtiliata intrauerat venas

Quæ uero ex ea est perniciosa est illa cuius unctuositas est fœtida, & propriæ illa ex qua parua mingitur quantitas.

Ponit hic tertiam dicens ꝙ illa vnctuosa vrina est valde perniciosa quę est fętida, & proprie quando ex ea parua mingitur q̃titas. Causa primi est, quia per fœtorem significatur vehemens putrefactio quam non corrigit digestio. Causa secũdi ẽ, q̃a ꝓꝑ eius paucitatẽ significat expulsiuæ debilitas.

Cum uero ei aliquid miscetur quod est simile loturę carnis recẽtis ẽ deterior. Et hoc quidẽ plus contingit in hydropisi & phtysisi & colica mala.

Ponit quartam dicens, ꝙ quando vrinę oleaginę commiscetur aliquid simile loturæ carnis recentis est deterior q̃ iam dicta, quia ista cum significatione liquefactionis significat ꝙ ventum est ad extremam debilitatem virtutum naturalium hepatis. Accidit autem in hydropisi, quia in ea est hepatis nocumentum propter essentiam, & vtplurimum ĩ colica mala quę est ab apostemate est nocumentum harũ virtutum per compassionem In phthisi autem est nocumentũ in toto, intelligendo per phthisim cõsumptionem totius corporis siue fuerit cum vlcere in pulmone, siue non.

Et est cum oleagina post nigram sequit̃ urinã quę precessit, & tunc quidẽ est significatio bona.

Modo ponit quintam dicens ꝙ quandocunq; vrina oleagina mingitur post nigram ꝙ signum est bonum. Nota ꝙ hoc non est vniuersaliter verum. nam si est vrina nigra ꝓpter vehemens incendium, & sequitur oleagina ex liquefactione tunc nihil est boni. Sed contingit ꝙ quãdoq; post crisim adustarum materierum cum quibus vnctuosæ exuberant iam euacuatis adustis solæ vnctuosę euacuantur in fine crisis, tunc enim cum istis conditionibus significat bonum.

Malus autem quod urina significat oleagina est ꝙ in die quarta indicat ægrum in die septima moriturum in ægritudinibus uidelicet acutis.

Hic ponit sextam dicens ꝙ plus quod significat vrina oleagina in acutis est ꝙ apparens in quarta significat mortem in septima. Huius autem causa est, quia permutatio fortium significationum in quarta ad bonum vel malum indicat bonũ vel malum in septima, cuius quarta est indicatiua.

Ad summum uero oleagineurinæ tres sunt species. Alia enim ex ea est quæ tota est adeps. Et alia est cuius inferius est tantum adeps. Et alia est cuius superius est adeps Ex ea etiam est quæ in suo colore tantum est oleagina sicut est in phthisi & proprie in sui principio aut in sui substantia tm̃, aut in eis utrisq; quẽadmodũ est in ægritudinibus renũ & in perfectione phthisis & eius fine.

Vrinę oleaginę distictio varia.

Hic docet modum distinguendi significata vrinæ dictæ ponendo duas distĩones ex quibus significatorum possumus eligere differentias. Prima est ꝙ quædam est oleagina q̃ tota est adeps. Quędam cuius inferior pars est adeps. Quædã cuius pars superior. Secunda distĩo. Quædam est oleagina tãtum in colore sicut in principio phthisis. Quædam est oleagina tantum in substantia. Quædam in ambobus sicut in renum ægritudinibus & in complemento & perfectione phthisis. Vbi nota primo ꝙ quandoq; tanta est commixtio pinguedinis cum aquositate ꝙ non separatur sicut q̃nq; videmus in rebus quæ bulliunt, quandoq; autem separatur, & tunc alio quocunq; deducto supernatat. quandoq; autem vnctuositas forti permixtione est permixta cum substantia terrestri, vt in resolutione radicalium membrorum, & tunc stat in fundo. Ex quibus patet distinctio prima significatorũ per tres primas. Secundo nota ꝙ adeps quãdoq; paucus eliquatur & permiscetur cum aquositate, & si sit pinguedo noua tunc color est albus & non olei. Sed si sit pinguedo antiqua tunc color est oleagineus, sed propter paucitatem q̃titatis non apparet substantia ita viscosa & grossa vt oleum, sed sonat cum cõcutitur. quandoq; autem est multa pinguedo & noua & facit substantiam magis similem substantiæ olei q̃ colorem colori propter causam dictam quandoq; ãt est multa pinguedo & vetus, & ista facit similitudinẽ ĩ subã & colore. Et ideo apparet hoc ĩ perfectione phthisis, quia nõ solum noua sed antiqua pinguedo eliquatur &c.

Ex ex eis est etiam carminius qui malus est & perniciosus, quoniam utriusque cholerę significat adustionem.

Color carminius qd & eius ĩ dicium. Dynus.

Determinat hic de alio composito colore qui dicitur carminius. Et secũdum expositores est color mixtus ex citrino & nigro. Et secundum alios est cineritius, sed debet alicui citrinitati attinere. Et iste significat adustionem cholerę nigrę & cholerę rubeæ, & ideo est malus & perniciosus. Et addit Dynus ꝙ est perniciosus nisi per modũ crisis acciderit. Sed puto ꝙ iste color cineritius non appareat nisi ꝓpter adustionẽ vltimatã cum qua non stat possibilitas bonę crisis.

Et quandoque est color rubeus in quo currit nigredo, & significat febres compositas & febres quæ ex grossis sunt superfluitatibus. Qui si clarior fuerit & nigredo ad ipsius sũmitatẽ declinauerit apostema significabit lateris.

Vrinæ coloris rubei indicatio.

Hic determinat de quarto colore mixto dicens, ꝙ quidã est color rubeus ĩ quo currit nigredo, & significat febres cõpositas, sed si vrina fuerit clarior & nigredo ad superiora traxerit hoc significat apostema lateris. Vbi nota primo ꝙ hic color est in aquositate rubeus, & est ac si subtilis nebula nigra esset cum illa & propter ruborem significat dominiũ aut cholerę aut sanguinis. Et propter nigredinem significat materias grossas ad malitiam tendentes, & ideo significat febres ex diuersis humoribus non vnius, & ideo compositas. Sed causa quare cum est clara & nigredo ad superficiẽ tendit significat apostema lateris ponitur a Dyno. Notando ꝙ non per se hoc significat, sed cum alijs signis pleuresi ꝓprijs. Ratio autem est quia pleuresis est de cholera & facit vrinam claram, quia est clara nisi aduratur. Et quia materia aliqua adusta subtilis supernatat & superiora petit, ideo est verisile ꝙ ad pleuram veniens ibi faciat apostema. Et forte non minus verum est ꝙ pleuresi existente vtplurimum valde parum de eius materia mittitur cum vrina: vnde vrina bona in pleuresi non est valde bonum signum, vt decima tertij. Et ideo propter raptum humorum ad superiora remanet clara, & quia aliquid subtile adustum communicatur facit nebulam ad nigrum tendentem.

Cap. iij. est de significationibus substantiæ urinæ in quantitate ipsius & in claritate sui aut turbulentia.



SVbstantia urinæ est aut tenuis, aut grossa, aut mediocris.

In isto cap̃. determinat Aui. de signis sũptis a subã vrinę & claritate & turbulentia & hoc ꝓꝑ cõuenientiã quę vr̃ esse inter turbiditatem & grossitiem claritatem & tenuitatẽ. Et diuiditur ĩ tres partes. Primo ponit absolute significationes substantiæ vrinæ. secundo claritatis & turbulentiæ. tertio redit ad signa substãtiæ vrinæ non absolute sed cum alijs. secũda ibi ⌊Amplius vrina spissa. ¶Tertia ibi ⌊Cum vrina grossa mingitur. ¶Prima in duas. Primo ponit diuisionem vnam. secundo ponit signa. secunda ibi ⌊Valde vero. ¶Dicit primo ꝙ substantia vrinæ aut est tenuis aut grossa aut mediocris. Vbi nota ꝙ per substantiam non intelligimus rationem quiditatiuam, sed intelligimus modum se habendi in grossitie uel densitate & in subtilitate vel raritate. Mediocris autem est illa quę est naturalissima.

Vrinæ sbã qd. Vrinæ sbã triplex.

naturalissima. Grossa quælibet grossior. Subulis q̃libet alia deficiens ab illa grossitie mediocri. Quomodo autem grossities & subtilitas cognoscantur dictum est supra cap̃. primo. & dicetur infra in hoc cap̃. Nota tamen ꝙ aliquando vrina dicitur tenuis in comparatione ad aliam quæ debetur tñ corpori a quo emittitur in naturalissima sibi dispositione, vt vrina talis qualis est in iuuene temperato diceretur tenuis respectu vrinæ puerorum, & ita intelligas de grossa. Hic autẽ licet Dyous contrarium dicat videtur mihi Aui. loqui de tenui, & grossa primo modo.

Valdeuero tenuis in omnibus dispositionibus maturationis significat priuationem aut in uenis oppilationes aut hepatis debilitatem et cãnalium urinæ qui non attrahunt nisi quod tenue est, aut attrahunt sed extra non ejciũt nisi quod natura subtile existit, aut multã aquæ potationẽ aut uehemẽtis frigiditatis complõnẽ cũ siccitate.

Nunc ponit signa tenuis & grossæ absolutæ. Et diuidit in duas. Primo ponit significationes vrinę tenuis. secundo grossæ, secunda ibi⌊ Vrina autem multum spissa ⌉ Prima in quatuor. primo ponit absolute significationes vrinæ tenuis. secũdo signa in ægritudinibus acutis. Tertio in pueris. quarto in sanis vniuersaliter. secunda ibi⌊ Et in acutis quidem ⌉ Tertia ibi⌊ Et vrina quidem. ⌉ Quarta ibi⌊ Et similiter si hęc. ⌉

Vrinæ tenuis indiciũ quĩtuplex.

De prima dicit ꝙ quinq; sub disiunctione significat vrina cum est valde tenuis &c. Vnum est priuatio maturationis, secundum est oppilationes in venis, tertium debilitas hepatis autem cannalium vrinæ, & ista debilitas aut est in attractiua virtute, quia trahit solum subtile quod parum resistit, aut in expulsiua, quia non potest expellere nisi illud quod est valde subtile. quartum est multa potatio aquæ. quintum est complexio vehementis frigiditatis cum siccitate. Vbi notandum primo. ꝙ quia vrina quandoq; est tenuis cum naturali complexione vt in senibus, Ideo Aui. non dixit ꝙ vrina tenuis ista significat, sed dixit valde tenuis. Et intelligitur ꝙ multum sit distans a mediocri. Secundo nota ꝙ digestio est qua virtus commiscet humores cum aquositate, vnde fit grossior vrina q̃ aqua quæ bibitur, & ideo cum est valde tenuis, quia significatur ꝙ non fit talis commixtio, ideo significatur priuatio digestionis & peccantis humoris & ciborũ.

Vrina tenuis dupliciter.

Nota tamen ꝙ non necessario significat priuationem futuram vt dixi de vrina translucente. Nota tertio ꝙ oppilationibus existentibus via est strictior & prohibetur exitus rei grossæ, & ideo oppilationes sunt causa vrinę tenuis. Sed diceres contra, quia nec oppilationes hepatis nec aliarũ venarum nec emulgentium. Nam venæ hepatis hora qua talis vrina apparet non prohibent transitum nutrimenti ad hepar & ad alia membra, quod est grossius aquositate. igiť nõ possunt prohibere transitum grossæ vrinæ. Item nec venarum emulgentium oppilatio est huius causa cum transeat per illas sanguis quo nutriuntur renes. videtur ergo ꝙ nullę oppilationes sint causa tenuis vrinæ. Secundo dubitatur. Non videtur ꝙ hepatis debilitas sit causa vrinæ subtilis modo dicto. Nam ex debilitate forti hepatis fit vrina similis loturæ carnis recentis in qua est aliquid de ipsa sanguis corpulentia vt in pręcedenti cap̃. visum est. Et constat ꝙ talis est grossa. Constat etiam ꝙ in ea est pars sanguinolenta grossa quæ pellitur.

Aq̃sitas uñ uenitat ad renes.

Pro primo igitur nota ꝙ in pluribus dispositionibus aquositas non solum peruenit ab hepate ad renes, sed a venis in ambitu totius recurrit ad renes. Secũdo nota ꝙ cõcauitate venarum ęquę lata manente cum tamen est oppilatio prohibetur rei grossę transitus magis q̃ rei subtilis alijs paribus. Maiorem enim conatum oportet fieri ad dandum viam rei quę non in subtiles partes diuiditur q̃ rei quę in subtiles partes diuiditur. Ex his dicitur ꝙ propter venas hepatis & emulgentium & totius corporis oppilationes vrina potest mingi tenuis, quia omnes istæ sunt viæ per quas trãsit vrina ad renes, vt patet ex primo notato. Nec valet argumentum. Hora qua talis vrina mingitur transit per harũ venarum concauitatem sanguis & alij hũores qui sint valde grossiores urina grossa. igitur urina grossa potest trãsire. Nã per alium modum transit vrina & per alium nutrimentum. Et virtus fortius trahit nutrimentum ad membra q̃ pellat aquam ad renes. Posset etiam dici ꝙ oppilationibus existentibus de viscosa materia prohibetur mixtio materiæ humoris cum aquositate propter uiscositatem vnde urina remanet subtilis. Pro secundo dicitur ꝙ debilitas hepatis in q̃ urina apparet sicut lotura carnis est debilitas digestiuæ, & ista hic dicta est expulsiuæ uel attractiuę. attractiuę quidẽ ꝙ quia solum trahit subtile quod parum existit. expulsiuę uero quia nõ potest expellere nisi illud quod est ualde subtile. Q. si dicatur vrina spissa significat oppilatiões, igitur nõ tenuis. Negatur consequentia. Nam hæc contraria signa significant quandoq; similes pro parte dispositionis. utraq;. n. istarum significat pñtiam rei grossę aut uiscosę in uenis, & ita oppilationes, sed una pñtiam talis hũoris cuius aliquam partẽ natura euãat, alia pñtiã talis cuius partem natura non euacuat.

Et in acutis quidẽ ægritudinibus sigñat uirtutis digestiuę debilitatẽ et mauratiõis priuatiõem.

Vrinę tenuis in acutis indicium.

Modo ponit significationem urinę tenuis in acutis. Et diuiditur in duas partes. Primo facit quod dictum est. secũdo remouet dubium. secunda ibi⌊ Et est etiam. ⌉ Dicit primo ꝙ urina hęc in acutis ęgritudinibus significat debilitatẽ virtutis digestiuę & priuationem maturationis. Vbi nota ꝙ urina tenuis in febribus acutis significat materiam humoralem non commisceri cum aquositate urinali, & ideo illam non esse maturam, & per consequens debilitatem digestiuæ saltem in relatione ad humorem facientem morbum. Et iõ Aui. ad demonstrandum ꝙ non dicebat absolute significari per urinam tenuem debilitatem uirtutis digestiuæ, sed in relatione ad materiam subdit & maturationis priuationem.

Dynus.

Quod si queras vtrum idem in chronicis significat. Ad hoc dicendum ꝙ sic. Dicit autem Dynus ꝙ quia non ita apparet in chronicis sicut in acutis, iõ se maxime retulit ad acutas. Ego autem multo plures uidi urinas subtiles in principio chronicarum q̃ in acutis. Et ideo puto ꝙ sic ad acutas retulit, quia priuatio maturationis in eis est peior. Nam nõ datur tempus ad maturandum sicut in chronicis.

Et est etiam cum reliquarum uirtutum tantã significat debilitatem, ut nullo modo in aquam operentur, immo quẽadmodũ ingrediť ita labiť.

Remouet dubium. Posset. n. quis dicere. Potest ne vrina esse tenuis sine debilitate absoluta digestiuæ aut propter aliarum virtutum debilitatem. Et dicit ꝙ sic, quia quandoque hæc urina significat tantam debilitatem aliarum uirtutum a digestiua ut nullo modo operentur in aquam, Immo sicut ingreditur, ita labitur. Vbi nota non esse Auic. mentem ꝙ alię virtutes nullo modo operentur in aquam, quia non pelleretur & non attraheretur ad hepar. Sed adeo est aliq̃ aliarũ uirtutum debilis ut digestiua nullo modo in aquam opereť, quia. s. retentiua non retinet tempore notabili. Et quia digestiua indiget tempore determinato in sua operatione, iõ absque notabili permutatione a digestiua uirtute egreditur. Et ex hoc patet quare supra in generali significatione nõ posuit omnes modos significationum in genere. Nam aliquando est urina subtilis propter nimiam caliditatem renum & hepatis, vnde retentiua est debilitata & hoc ẽ in diabetica passione quę est talis instrumento vrinæ qualis est lienteria stomacho. decimanona tertij.

Vrinę ingrẽdę & cognoscẽdę ca nõ pcti cus.

Ego autẽ memini multos medicorum non interrogantes de quantitate cum talem urinã uiderunt indicasse de oppilationibus & frigiditate infirmos ad mortẽ duxisse. q̃re freq̃nť ẽ ingrendũ de freq̃ntia mingendi & quãtitate cũ urinam uidemus ualde tenuem & translucentem, quia in hoc errore est periclitatio infirmi in totum

Et urina quidem tenuis ualde ſecundum hũc modum deterior ē in pueris quàm in iuuenibus, quoniam naturalis puerorum urina ſpiſſior eſt urina iuuenum, ideo ꝙ ſunt humidiores, & ꝙ eorum corpora plus attrahunt humiditates, propterea ꝙ materia ſuperfluens ē eis neceſſaria cauſa augmenti. Si ergo eorum urinę in febribus acutis multum fiant tenues, iam ualde elongati erũt a ſua naturali diſpoſitione. Et ſi hæc in eis perſeuerauerit non ſignificabit niſi perditionem, quoniam cum perdurat ſignificat perditionem, niſi bona ſint adiuncta ſigna & uirtutis ſtabilis, tunc enim exituram ſignificat quæ accidit, & proprie inferius ſub parte hepatis.

Vrinę tenuis puerorũ indicium.

Docet modo quid talis vrina ſignificat in pueris. Et dicit tria. Primum eſt ꝙ talis urina tenuis in pueris eſt deterior ꝙ̃ in iuuenibus. Et ratio eſt, quia naturalis vrina puerorum debet eſſe groſſa reſpectu vrinæ iuuenum ꝓpter duas cauſas. Vna eſt, quia pueri ſunt humidiores. ſecunda eſt, quia pueri indigent attractione multi nutrimenti ad hepar & corpus ut ſufficiat pro augmento & nutricatione. Et ideo ſi eorum vrinę fiunt multũ ſubtiles in acutis febribus plus diſtant a naturali diſpoſitione, & ideo ſunt deteriores. Dicit ſecundo ꝙ ſi vrinæ multum ſubtiles perſeuerauerint in pueris cũ fe. acuta non ſignificant niſi perditionem. Et ratio eſt quia ſignificant multam reſiſtentiam materiæ aut multam virtutis imbecillitatem, & ideo in tẽpore breui non poſſe ſuperari morbi materiam, & per conſequens in acuto morbo infirmum periturum. Dicit tertio ꝙ quandoq; reliquis ſignis bonis apparentibus. ſ. ſignis incolumitatis virtutis ſignificat hęc vrina apoſtema quod accidit inferius & proprie ſub parte hepatis. Sed circa dicta primo dubitatur. Non videtur ꝙ humiditas puerorum ſit huius cauſa. Primo quia illa humiditas eſt aerea quæ eſt ſubtilis, & per conſequens non eſt cauſa groſſitiei. ſecundo quia ſenum vrinę ſunt ſubtiles & tamẽ ſenes ſunt humidi extranea humiditate quæ magis videtur facere ad groſſitiem vrinæ ꝙ̃ ſubſtantifica humiditas. Secundo dubitatur, quia ſi puerorum corpora multo nutrimento indigent, ergo parum de humoribus relinquunt in aquoſitate, & ꝑ conſequens hec eſſet potius cauſa ſubtilitatis vrinæ. Pro iſtis nota ꝙ digeſtiua multa idiget humiditate, vt prima primi. & ideo pueri propterea ꝙ humidi ſunt ſubſtantifice fortem habent virtutem commixtiuam & digeſtiuam. Et quia multo indigent nutrimento oportet illius multas ſequeſtrari ſuperfluitates, quæ per digeſtiuæ fortitudinem miſcentur cũ aquoſitate & fit vrina ſpiſſa. Quod autem dicit Dynus iſtos propter indigentiam multi nutrimenti cogi ad capiendum plus cibi ꝙ̃ bene poſſint digerere & ideo vrinã ingroſſari, iudicio meo contradicit Gal. 3. techni, vbi dixit ꝙ temperatum corpus tantum appetit q̃tum bene digerere poteſt, & conſtat ꝙ loquitur in omni ætate. Ex quibus patet ad vtrumq; dubium reſpõſio. Nam non ſequit̃ humiditas ſubtilis, igitur non eſt cauſa groſſitiei vrinæ. Nec ſequitur humiditas extranea ſenum eſt cauſa ſubtilitatis, igit̃ naturalis puerorum ita erit. Nec in ſecundo dubio ſequitur. Multum nutrimentum trahunt membra. ergo non multa remanet ſuperfluitas. Vltimum autem dictum concordat cum dictis. Gal. 2. progno. cũ dixit ꝙ vrina clara & cruda & diuturna ſignificat apoſtema futurum ſub diaphragmate. Cauſa autem eſt quia ſignificatur materia rebellis virtuti & groſſa, & ideo ſignificatur ꝙ natura non faciet criſim niſi permutationis, & ꝙ erit verſus inferiora propter materiei grauitatem.

Vrię claræ crudę et diuturnę ſignũ

Et ſimiliter ſi hæc in ſanis permanſerit & ſe nõ conuerterit ab eis ſignificabit apoſtema quod accidet illic ubi dolorem ſentiunt, & ſecundum plurimum accidet eis ut cum hoc in alchatim & in renibus dolores ſentiant. & ſignificabit aptitudinem ad apoſtema. Quod ſi dolor & grauitas uni membro proprie non fuerit, immo ſunt communes, ſignificabit bothor & uariolas & apoſtemata quæ corpori erunt communia. Tenuitas quoque urinæ in criſi ſine ordine reciditatio nem prognoſticatur.

Vrinę tenuis i ſanis indicium.

Modo oſtendit quid ſignificat vrina ſubtilis in ſanis perſeuerans. Et intelliguntur hic ſani non inculpate ſani, q̃a iſti vrinas habent mediocres, ſed omnes qui non ſunt actu ęgri. Et dicit primo ꝙ ſi vrina fuerit tenuis in ſanis & ita ꝑmanſerit, & non permutata fuerit ad groſſam vel mediam, ſignificat apoſtema futurum in parte in qua ſentiunt dolorem. Dicit ſecundo. Si autem dolor aut grauitas non fuerit uni membro. i. non doleant plus in vna parte ꝙ̃ in alia, ſed in ambitu totius tunc ſignificat variolam aut morbillum aut bothor. i. parua apoſtemata aut alia apoſtemata quę erunt communia toti corpori. Dicit tertio ꝙ ſi hic vrina tenuis apparuerit in criſi ſine ordine ſignificat recidiuam. Cauſa autem primi eſt, quia cum hæc urina in ſanis ſignificet materiam ſupfluã retineri ſequitur ꝙ erit ibi cauſa antecedens apoſtematis. Si igitur dolor in vno membro ſentitur ſignificat ꝙ materias ad illum locum natura iam incipit deriuare iuxta ſententiam apho. Et vbi in corpore dolor &c. Aut etiam ſi dolor eſſet a cauſa primitiua ad illum locum natura ſtimulata ſuperfluã materiam tranſmitteret, & apoſtema faceret, cum dolor trahat ſicut ventoſa. Cauſa autem ſecundi eſt, quia laſſitudine vel dolore pauco exiſtente in toto cum dicta ſignificatione materiæ retentę ſignificatur ꝙ ad muſculos qui ſunt in ambitu totius aut ad cutem natura tranſmittit materiam quæ ſecundum ſui varietatem quandoq; facit variolas quandoq; bothor. i. parua apoſtemata ſicut in ſcabie apparet, quandoque furũculos multos in totius ambitu. Cauſa autem tertij eſt, quia in criſi quæ per vrinam accidit, vrina debet eſſe groſſa vt infra, quia humores multi debent cum ea eẽ mixti, cum igitur criſis eſt completa paulatim circa finẽ criſis, urina ordinate fit minus groſſa. ſed ſi ſubito fiat ſubtilis ſignificatur ꝙ ex aliqua cauſa impeditur virtus ab expulſione totius, & ideo aliquid de materia groſſa relinquitur. Modo quæ reliquunt̃ i morbis poſt criſim ſubuerſionẽ facere cõſueuerũt.

Vrina autem multum ſpiſſa ſecundum plurimum ſignificat maturationis priuationem & ſecundum minus humorum groſſæ ſubſtantię maturationem. Erit ergo in ſtatu humoroſarum febrium & in apertione apoſtematum.

Vrinæ multum ſpiſſæ ſeu groſſę indicatio.

Hic docet ſignificare per vrinam multũ ſpiſſam ſiue groſſam. Et duo facit. Primo hoc. ſecundo reſpondet tacito dubio ibi. Non autem ſubtilitas. ⁊ Prima diuiditur in nouem partes ſicut nouem ſunt regulę quas ponit vt patebunt. Primo igitur dicit ꝙ vrina multum ſpiſſa ſignificat priuationẽ maturationis ſecundũ plurimũ. Et raro ſignificat humorum groſſę ſubſtantię maturationem, & ideo iſta talis erit in ſtatu febrium humoroſarum. i. pendẽtium ab humoribus groſſis & multis, quando. ſ. debet eſſe criſis & in apertione apoſtematis, poſtq̃. ſ. ſanies per vrinam pellitur. Conſidera igitur primo ꝙ vrina multum ſpiſſa eſt de qua loquitur, q̃a parum ſpiſſa poteſt eſſe cum naturali diſpoſitione, ſed multum non. Nota ſecundo ꝙ hæc multum ſpiſſa ſecundum Aui. quandoq; ſignificat priuationem digeſtionis, quandoq; ſignificat digeſtionem, ſed raro ſignificat digeſtionem. Cã autem eſt, quia quando natura digerit humores groſſos raro eos cum vrina tranſmittit quia viæ ſunt ſtrictæ. Plurimum igitur cum humores groſſæ ſubſtantiæ ſint cum vrina pellit̃ hypoſtaſis groſſa, ſed vrina non fit multum ſpiſſa, quia non tantum de iſto humore pellitur cum vrina ꝙ ipſam faciat multum ſpiſſam ad intellectum datum. Plurimum igit̃ mingitur vrina multum ſpiſſa propter multitudinem groſſorum

humorum ſtimulantium ad ſui expulſionem ante digeſtionem eorum, & ideo vt plurimum ſignificat priuationē maturationis. reliqua in iſto canone ſunt clara.

Et plurimum quidem quod in acutis ſignificat ægritudinibus eſt malum.

Hic eſt cañ. ſecundus. Et dicit plurimum, quod ſignificat vrina multum groſſa in acutis ægritudinibus eſſe malum. Cauſa autem eſt, quia talis plurimum ſignificat. peccatum groſſorum humorum non digeſtorum. Et quia groſſi humores non faciliter cito digeruntur, morbi autem acuti cito terminantur: ideo ſignificatur ꝙ terminabiť morbus ante materiei digeſtionem, & per conſequens male. Dicit autem notanter plurimum, quia aliquo modo contingit oppoſitum, ut ſi materia ſubtilis digeſta eſſet & per vrinam expelleretᷣ, nam vrina fieret groſſa, quia humor licet ſit ſubtilis eſt tamen groſſior vrina.

Verumtamen tenuitatis durabilitas plus ſignificat malum. Spiſſitudo nanqꝫ quandam ſignificat digeſtionem, quæ quidem ſubſtantię cõfert in eo ꝙ digeſtionem ſignificat, & ꝙ uirtus expellēdi habet potentiam eſt id in quo fiducia habeť. Et inquantum materiei ſignificat corruptionem, & eius multitudinem & maturationis prohibitionem ſeparantis ad fundum deſcendentis ſignificat malum. Quid autem ſit illud quod inter duas res ſuperantius eſt congnoſcitur ex eo quod poſt eam aduenit ex requie aut ſuccedit ex debilitatis augmento.

Vrinæ craſſę & tenuis durabilitas q peior.

Ponit tertium di. ꝙ peior ē durabilitas tenuitatis ꝙ̃ groſſitiei. & ratio eſt, quia ſpiſſitudo ſignificat quandam digeſtionem, & ideo iſta confert ſubſtantiæ. i. ſignificat bonum quãdam ex parte modi ſubſtantiæ, quia aliquid de digeſtione ſignificatur ſuſcepiſſe. Vel aliter ſignificat digeſtionē quæ cõfert ſubſtantiæ. i. quæ ſufficit facere ſubſtantiam vrinę groſſam, licet non ſufficiat facere bonam hypoſtaſim. & hæc eſt melior expoſitio. Præterea ſignificat etiam vrina groſſa ꝙ virtus habet potentiam expellendi. & hoc eſt etiam ſignum in quo. i. propter quod habetur fiducia bonitatis ex vrīa groſſa. Sed tamen illa vrina groſſa ſignificat malum ꝑpter tria.

Vrinæ groſſę ſignū malum. 3.

Primum quia ſignificat materiei corruptionem. aliter enim uirtus non ſtimularetur ad eius expulſionem ante complementum maturationis. ſecundum eſt multitudo materię quæ ſignificatur propter eandem cauſam. tertium eſt priuatio digeſtionis non abſolute & penitus, ſed digeſtionis ſeparantis & ad fundum deſcendentis. i. ſignificat ꝙ digeſtio nõ eſt tanta ꝙ humor qui cum vrina pellitur deſcendat in forma hypoſtaſis laudabilis, immo remanet permixtus cum tota aquoſitate. Ex quo patet ꝙ vrina ſpiſſa aliquo modo ſignificat bonum & pro parte malum. Sed valde tenuis ſignificat abſolute malum, & ideo tenuitatis durabilitas eſt deterior. Deinde quia poſſet quis quærere quomodo cognoſcatur quid ē maius an bonum, quod ſignificat aut malum, dat modum in hoc dicens ꝙ illud quod ſuperat de iſtis. ſ. bono vel malo ſignificato cognoſcitur ex requie accidente poſt aut ex augmento debilitatis. Nam qñ ſupat bonitas expulſionis & digeſtionis malitiam corruptionis ſequitur hanc vrinam requies, & contrarium debilitas.

Et urinarum quidem ſpiſſarum in febribus ſanior exiſtit illa de qua multum ſubito euacuať.

Iſte eſt quartus canon. Et patet.

Illa uero quæ paulatim euacuať multorū humorum eſt ſignificatiua & debilitatis uirtutis.

Ponit alium cañ. dicens ꝙ illa quæ paulatim euacuatur ſignificat multos humores & virtutis debilitatem, quia non fieret multū groſſa niſi propter humorum multitudinem, & non mingitur paulatim niſi propter debilitatem expulſiuæ.

Et poſt illam quidem quæ utilitatem affert ſequitur mediocris urina ſimul cum requie.

Canon ſextus. Et cauſa eſt, quia tandem corpus mundificatur & ideo fit poſtea mediocris & ſequitur requies.

Cum autem tenuis urina in acutis ægritudinibus ad ſpiſſitudinem conuertitur poſtquam non aduenit requies ſignificat liquefactionem.

Septimus cañ. Et dicit ꝙ cum vrina tenuis conuertiť ad valde groſſam & poſt illam non aduenit requies in acutis ægritudinibus ſignificat liquefactionem. ſ. membrorum aut humorum groſſorum quia prius erat ſubtilis, quia nihil de tali poterat pelli. nunc autem pellitur & nõ ꝑpter digōnē, q̃a ſi ita eēt ſequeretur requies. igitur per viam liquefactionis.

Cunque in ſano urina perſeuerauerit ſpiſſa et in parte capitis dolorem ſenſerit & conquaſſationem, indicabit ei febrem.

Vrinæ ſpiſſę in ſano perſeuerãtis īdicatio.

Eſt octauus cañ. Et dicit ꝙ quando perſeuerat vrina ſpiſſa in ſano. i. neutro nondum ægro, & iſte ſenſerit in parte capitis. ſ. aut ante aut retro aut a latere conquaſſationem. i. dolorem cum perturbatione & offuſcatione ſenſuum ſignificat futurā febrē. Et ratio ē, q̃a ſignāť ꝙ humor peccās īcipit ebullire, vnde fumi petent caput & putreſient facient febrem.

Et tamē cum hoc eſt ex ſuperflua expulſione aut apertione aut ulceribus in ꝑtibus uiarꝫ urinę.

Cañ. nonus & vltimus. Dicit ꝙ quandoqꝫ contingit ꝙ hæc. ſ. vrina groſſa in ſano eſt ex ſuperflua expulſione. ſ. magna, vnde agitati humores aliquid ſuorum fumorum capiti communicant, ſed quia cito euacuantur non ſequitur febris. Quandoqꝫ autem ſignificat apertionem oppilationum propter quam materiæ groſſæ retentæ expelluntur, aut tertio propter vlcera in vijs vrinæ, propter quæ mingitur ſanies multa & tamen non ſequitur febris.

Non autem ſubtilitas & ſpiſsitudo utræque maturationis ſignificant priuationem, niſi quia maturationem ſubſtantiæ comitatur mediocritas. Spiſsæ ergo maturatio eſt, ut digerendo ad tenuitatem mutetur. Et tenuis maturatio eſt ut coquendo mutetur ad ſpiſs itudinem.

Hic reſpondet tacito dubio. Poſſet enim quis dicere. Statim dicebatur ꝙ vrina tenuis ſignificat priuationem maturationis. Et nūc dicitur ꝙ multum ſpiſſa idem ſignificat, quod videtur falſum, quia ſpiſſitudo eſt contraria ſubtilitati, & cõtrariorum ſignorum debent eſſe contraria ſignificata. Hic reſpondetur ꝙ vtra. ꝑ ſignificat priuationem maturationis. ratio eſt, quia maturationem comitatur mediocritas in modo ſubſtantiæ. Ideo maturatio materię ſpiſſæ eſt, vt attenuetur verſus mediocrē, & maturatio ſubtilis eſt vt ingroſſetur & conuertatur ad mediocritatem verſus ſpiſſitudinem. Nota tamen hic ꝙ vrīa tenuis nõ ſõ ſignificat priuationē maturationis, q̃a ſignificat ſubtilē humorē, ſæpe. n. eſt propter humorum nimiam groſſitiem quę oppilationes facit.

Amplius urina ſpiſſa quēadmodum prius diximus, quandoqꝫ eſt clara tranſlucens, quādoqꝫ eſt turbida. Verumtamen inter ſpiſſam tranſlucentem & tenuem exiſtit differentia, quoniam

spissa trāslucens cū motu inundaē non fiunt partes ipsius inundatæ multum paruæ, immo magnæ in ea accidunt, unde & eius motus sunt tardi, & cum spumat fit eius spuma multarum ampullarū, & ipsius ampullæ non cito rumpuntur.

Hic ponit signa claritatis & turbulentię vt mihi videtur. Et hoc ideo in isto cap. quia claritas & turbulentia putantur habere conuenientiam cum grosso & subtili. Et ideo etiam miscet significationes grossæ & subtilis. Diuiditur autem in duas partes. Primo docet horum significatiōes sigillatim. s. claræ & turbulentæ. secundo quando in eadem vrina apparet claritas & turbulentia quo ad diuersa tempora. secunda ibi Amplius tres debes. Prima in duas. primo ponit vnā distinctionem & differentiam inter claram & subtilem. secundo ponit significationes. secunda ibi Et quę quidem.

Vrina spissa duplex.

Dicit primo ꝙ vt dictum est supra cap. primo huius summæ. vrina spissa quædam est clara translucens, & quędā est turbulenta. Dicit. secundo ꝙ inter spissam translucentem & subtilem sunt tres differentię. Vna est ꝙ quando grossa trāslucens agitatur mouetur tarde. secunda ꝙ quando agitatur ampullę non fiunt paruæ sed magnę. tertia est ꝙ in ea fit spuma multarum ampullarum, & istæ ampullæ non cito rumpuntur, sed in subtili vrina contraria contingunt. Causa autem est, quia grossa est grauior & terrestris magis ac magis viscosa, & propter grauitatem tarde mouetur. propter terrestreitatem non facile in paruas partes diuiditur propter viscositatem in concussione fiūt ampullæ & non cito rūpunt.

Et quæ quidem huiusmodi existit ex phlegmate generatur bene digesto aut cholera uitellina si est in ea tinctura ad citrinitatem trahens. Et si tinctura non est in ea significat phlegmatis uitrei resolutionem. Et hoc quidem in epilepticorū urinis multum existit.

Hic ponit significationes claræ & turbidæ præmittendo signa grossę & subtilis. Et diuiditur in quatuor partes. Primo ponit signa spissę claræ. Secundo tenuis. Tertio spissæ sine limitatione ad claritatem. Quarto turbidæ absolute. secunda ibi In tenui. Tertia ibi Spissa autē. Quarta ibi Ad vltimum.

Vrinæ spissę & clare cā mālis.

Circa primam partem attende ꝙ textus cōmuniter inuenitur affirmatiuus ꝙ vrina spissa & clara generatur ex phlegmate bene digesto. Sed omnes auctores dicūt litteram esse corruptam, quia debet dicere ex phlegmate nō bene digesto. Et dicunt manifeste patere per sequentia, quia statim dicit ꝙ si in ea est tinctura ad citrinitatem trahens est cholera vitellina, sed si est sine tinctura est ex liquefactione vitrei phlegmatis. Modo constat ꝙ vitreum phlegma non est digestum. Et ideo sæpe apparet in vrina epilepticorum ista vrina, quia in eis tale phlegma multum abundat. Puto igitur hanc expositionem esse veram, licet posset dici ꝙ etiā propter phlegma vitreum bene digestum fiat vrina spissa. Nam ipsum bene digestū est tamen vehementer grossū vt sup. dr̄, & hoc nō erit generalit̄, sed in paucioribus vt sup. dr̄.

In tenui autē in qua multa existit tinctura scit tincturā nō esse propter digestionem. Alioquin digestio in primis non magis operatur substātiā quàm coloris permixtionem, propria nanq; digestionis operatio est substantiam efficere, deinde ipsam tingere. Et digestio quidem in substantia melior est quàm in colore.

Hic ponit significationem tenuis. Et diuiditur in quatuor sicut quatuor regulas ponit. Et patebūt partes legēdo. Primus canon est notus. Circa tamen hunc locum cadit dubitatio, quia primo videtur esse in verbis contradictio. secūdo contradictio cum dictis supra. & tertio non videtur sn̄ia vera in se. Primo. n. ad probandum ꝙ tinctura non ē propter digestionē infert ꝙ aliter natura operaretur substātiam prius q̄ coloris permixtionem, ac si ex opposito sequeretur hæc falsum. videtur igitur velle ꝙ natura nō prius operetur substantiam q̄ colorem, & statim dicit oppositum, vt patet. Secundum patet, quia supra cap. de coloribus dixit. Et color quidem vrinæ in ægritudinibus acutis incendentibus trahit ad colorem çafarani & ad igneitatem, ꝙ si ibi fuerit tenuitas aliq̄ maturationis significat dispositionem, & ꝙ iam incepit, sed non apparet in substantia. Istud expresse contradicit pręsenti regulæ. Tertium autem patet ex hoc secundo, quia natura in casu huius textus dedit colorem per digestionem, & tamen non substantiam, igitur nō semper prius apparet in substantia q̄ in colore digestio. Pro istis dimittendo superflua & non vera dicta expositorum est primo notandum ꝙ possibile est per actionem digestiuæ virtutis dari colorem manifeste & non manifeste dari modum substantię, vt in auctoritate statim allegata. Nam stat permixtionē humoris multum citrinē valde paucę quātitatis notabilit̄ tingere aquositatem, & non notabiliter ingrossare eādem. Dicendum secundo ꝙ natura prius in digerendo intendit dare modum substantię q̄ colorem. Nam digestio est pręparatio ad expulsionem, talis autem habetur per modum substātiæ non per colorem, iō digestiua virtus p̄cipue in nocitiuo prius intendit modum substantiæ q̄ intendat colorem. Ex quo sequitur ꝙ cum virtus digestiua multum agit digerēdo aut multum digerit oportet ꝙ multum det de modo substantiæ quam intendit, quia iste proprie & per se sequitur operationem digestiuæ virtutis. Et hoc intendit Aui. hic cum dixit ꝙ operatio digestiuę est prius dare substantiam, deinde eam tingere. Nota tamen ꝙ cum hoc stat ꝙ simul detur color & substantia mediocris & ꝙ prius & ꝙ post. Sed non stat ꝙ p̄ multam & fortem digestionem detur color & non modus substantiæ, quia semper fortem & multam digestionem sequitur modus substantię propinquus mediocri. Dicendū tertio non esse Aui. intentionem ꝙ color multę tincturę in vrina tenui non sit quoquo modo per digestionem, sed vult quòd non est propter intensam digestionem vel multam sicut multa est tinctura, & hoc modo legatur. In vrina tenui in qua existit multa tinctura scitur ꝙ tinctura non est propter digestionem. s. ita intensam in suo genere, sicut ē tinctura. Nam hoc non est propter multā digestionem, sed propter inchoatā & debilem nondum apparentem in substantia, vt dicitur supra cap. de coloribus in auctoritate allegata. Et hoc probat. A. ibi. Alioquin dicendo ꝙ alioquin. i. si aliter esset q̄ dicatur & tinctura esset propter multam digestionē tunc natura prius fecisset in hac vrina substantiam digestæ vrinę q̄ istam coloris permixtionem. Nam vt ego dixi stat si digestio est multa & intensa oportet ꝙ sit manifesta in substantia. Modo hoc est repugnans in casu nostro, quia supponimus vrinam tenuem. Non vult igitur Aui. inferre ex opposito sui dicti ꝙ digestio prius operetur substantiam q̄ colorem tanq̄ absolute falsum, sed tanq̄ repugnans opposito regulę. Ex quo sequitur ꝙ ideo oppositum suę regulę est impossibile, quia ad ipsum sequitur aliquid sibi repugnās. Ex quo patet primo ꝙ hic nulla est contradictio cum non præsupponatur in modo arguendi falsum eē ꝙ natura prius operatur substantiam q̄ colorem, immo vult hoc esse verū, sed repugnās opposito regulę. Et ideo ne quis putaret ꝙ diceret hoc esse falsum subdit ꝙ digestio prius operatur substantiā q̄ coloris permixtionem, & intelligit ad sensum secundi notabilis propositi. Et sic soluitur oppositum dubium de cōtradictione litteræ. Similiter secundum de contradictione ad dicta capituli præcedentis. Nam non intendit absolute ꝙ nō sit propter digestionem vt dixi. Ad tertium autem dubiū patet ex secundo notabili. Et ideo hanc litteram, non lego dicendo alioqui pro quia, vt dicit unus modus Dyni. Nec trāsponendo sententiam partis sequentis ly alioquin, vt dicit secundus modus. Nec addendo vnam negatiōem vt dicit sua tertia expositio. His enim modis exponere non est nisi falsificare litteram. Quod si quæratur vtrum omnis tinctura vrinę

detur

Tictura vrinæ causa.

detur per digestionem. Puto quod non. Nam contingit vrinam tingi propter ebullitionem a calore putredinali vt pōt colligi secunda quarti capitulo de signis sumptis ex tenuitate vrinę, c.tm dixit. Si autem fuerit rubedo aut nigredo sciaa quod causa in hoc est res contingens, aut vehementia virtutis qualitatis ægritudinalis imprimentis in aquam. Credo tamen quod aquositas pura non tingitur, nisi propter commixtionem alicuius rei humoralis cum ea, vt expresse vult Galen. primo de crisi. sed hæc pars humoralis quandoque magis tingit non propter maiorem digestionem, sed propter maiorem ebullitionem proptee quam ille humor fit intensius coloratus.

Et propter hoc cum urina tenuis in acuta ægritudine perseuerat significat malum, & quod uirtus digestiua est sopita.

Vrinę tenuis perseuerātis in acutis īdicium.

Ponit secundam regulam ad modum corrolarij dicens quod propter causam dictam. s. quod prima digestionis opatio est facere substantiam sequitue quod vrina tenui perseuerante in ægritudine acuta est signum malum significās quod virtus est sopita. i. remissa agens in digerendo aut non digerens.

Cum autem urinam uideris tenuem in cuius partibus rubedinis & citrinitatis fuerit diuersitas laborem cognosces inflammantem.

Ponit etiam regulam dicēs quod cum uideris vrinam tenuē quæ habet diuersitatem in partibus in citrinitate & rubedine ista significat laborem inflammantem. Vbi nota intelligi quod appareat diuersitas rubedinis & citrinitatis, aut quia diuersæ partes vrinæ appareāt vna rubea & alia citrina, sicut si in superiori parte appareat rubea & in inferiori citrina. aut secundo quia appareat color commixtus ex rubeo & citrino. Et per laborem inflammatiuum possumus intelligere lassitudinem inflammatiuam quæ prouenit ex abundantia humorum calidorum, scilicet sanguinis & choleræ qui significantur ex hac diuersitate colorum in vrina apparentium. Aut secundo per laborem intelligendo vniuersaliter omnē læsionem, ut intelligitur secunda aphorismorum aphorismo primo. Et hoc mihi plus videtur verum.

Labor īflāmatiuus qd.

Hippo.

Et si tenuis fuerit fueritque in ea res quæ sunt sicut furfures ægritudine in uesica existente signū erit hoc esse propter phlegmatis adustionem.

Furfures ī urina.

Ponit regulam quartam dicens quod si vrina fuerit tenuis et habuerit sedimen ad modum furfuris non existente ægritudine in vesica significat phlegmatis adustionem. Causa autem est, quia hæc similia furfuri sunt alba et lata, & ideo sunt aut ex excoriatione alborum membrorum sicut vesica, aut adustione humoris albi sicut phlegma. Non existente igitur in vesica ægritudine erit ex phlegmate adusto.

Spissa aūt urina in febribus acutis ad summū multos significat humores & fortasse significat liquefactionem. Et ipsa quidem est quæ cū una permanet hora congelatur & inspissatur.

Vrinæ spissę in acutis sīgnum.

Hic ponit signa vrinæ spissæ non limitando ad claritatem vel turbulentiam dicens quòd vrina spissa in febribus acutis significat multos humores aut liquefactionem. Et hęc illa est quæ cum permanet una hora congelatur. Causa autem est quia si humores essent pauci in morbo acuto cū sint utplurimum subtiles non facerent vrinam grossam. Et ideo quando est grossa propter humorum commixtionem significat ipsos multos. Quandoque autem est grossa propter liquefacta commixta cum ea, vt esset pinguedo & ista recedente calore actuali congelatur, sicut aliæ pinguedines a calore eliquatæ a

Ad ultimum uero turbulentia urinæ est propter terreitatem cum uentositate quæ aquositati admiscetur, ex istis nanque cum admiscentur prouenit turbulentia & ex ipsorum abinuicem separatione prouenit claritas.

Vrinæ turbidæ īdicium.

Ponit significationem urinæ turbidæ absolute. Et dicit quod significat permixtionem partium terrearum & ventositatis cum aquositate vrinali. Et ratio, quia quando istæ duæ res, scilicet ventositas & pars terrea admiscentur in vrina ex eis prouenit turbulentia. Et quando separantur prouenit claritas. Et hæ regulæ non habent dubium. Nam omnia alia elementa sunt peruia præter terram, & ideo non habēt aquam reddere opacam. Terrea autem pars non maneret sparsa per totam aquositatem nisi esset ventositati coniūcta ipsam facienti natare, aliter descenderet ad fundum. Nota tamen hic quod verisimile est contingere esse partes terreas cum aqua ita ut vrina sit clara. Nam non est dubium quod vrinæ aliquæ sunt claræ & non generatis ventositatibus in eis fient turbidæ, igitur prius erant ventositates & partes terreæ stante claritate. Et assumptum patet quando vrina mingitur clara & per infrigidationem fit turbida, sicut uocamus eas corruptas quæ postea cum ad ignem calefiunt clarificātur. Imaginandum est quod quendam modum mixtionis partium humoralium cum aquositate sequitur claritas, esto etiam quod partes terreæ sint multæ non descendentes ad fundum, sicut clara est crystallus non obstante quod plurimum sit terrea, & vitrum cuius multa pars est terrea. Tamen regula. A. vera est in se & maxime habet verum de turbulentia quæ accidit aquositati per se peruie, quæ fit turbida per admixtionem non ueram partium terrearum. In hoc. n. casu oportet quod sit propter partes terreas cōiunctas ventositati. Et ecōtra partes terreæ opacæ coniunctæ ventositati sufficienti ad subleuandum eas in aqua sunt semper causa talis turbulentiæ. Et ita patet generale significatum urinæ turbidæ.

Vrinæ turbulētiæ cā.

Amplius tres debes attendere dispositiones. Est nanque cum tenuis mingitur, & deinde inspissatur quæ significat quod natura laborat in maturādo, sed nondum materia ei undique obediuit et est patiens, & fortasse est cum membrorum significat liquefactionem.

Hic ponit signa claritatis & turbulentiæ, quando in eadē vrina apparet claritas et turbulentia diuersis temporibus et turbida quæ remanet turbida. Et diuidit in tres partes. Primo ponit tres modos considerandos. Secundo cōparat duos illorum adinuicem. Tertio ponit quasdam speciales regulas. secunda ibi ⌊ Illa vero quę. ⌉ tertia ibi ⌊ Vrina quoque. ⌉ Item prima in tres secundum tres dispositiones consideratas. secunda ibi ⌊ Aut mingitur. ⌉ tertia ibi ⌊ Aut est dispositio. ⌉ Dicit in parte prima quòd tu debes attendere tres dispositiones in urina quarum vna est quòd quandoque mingitur tenuis, idest clara & postea inspissatur & fit turbida, & ista significat quod natura laborat in maturando, sed materia non ex toto obediuit, & est patiens, & aliquando significat liquefactionem membrorum. Nota igitur primo quod Auicen. narrat illos tres modos turbidæ vrinæ, quos ponit Gal. primo de crisi, licet non ponat eo ordine. Nota secundo quod in urina quæ mingitur sunt dispositiones ex alteratione & permixtione humorum tam a calore naturali quàm putredinali intra corpus receptæ merito quarum dispositionum urina extra corpus permutatur et ideo ex permutatione extra corpus cognoscitur, quomodo passa fuerit intra corpus & corporis & humorum dispositiones, vt dicit Auer. quarto colliget. Nota tertio quod cum urina mingitur clara & postea turbidatur significat quòd partes humorales sunt mixte cum aquositate urinali per opus caloris naturalis. Nam ex opere putredinali potius mingitur turbida, sed hoc

Vrinæ turbidæ modus triplex.

opus significatur esse debile, quia per leuem actionem aeris continentis permutatur. Q. etiam urina non mingitur turbida significatur ꝙ in humoribus nondum est fortis putrefactio, et quia ab aere exteriori cito hanc alterationem recipiſit significatur ꝙ sunt parati. Ex quibus patet primo regulã Auicen. esse veram, ꝙ hæc urina significat ꝙ natura laborat maturando. i. aliquo modo agit calor naturalis io humores, sed materia non ex toto obediuit. Patet secundo ꝙ verum dicti Gal. cum dixit primo de crisi. ꝙ hæc urina significat ꝙ humor nondum est motus sed erit in proximo. i. nondum vehementer buillit nec multum digeritur, sed io proximo est futurus in eo motus ebullitionis. Vltimo nota ꝙ ex membrorum & adipis liquefactione conuenit mingi urinam claram quę per leuem congelationem turbidatur, quia hoc est de natura pinguedinis quæ dum est liquida & dissoluta est parua, sed infrigidata est opaca. Et Auicen. hanc subdit significationem quam tacuit Galen. loco allegato, quia raro accidit.

Aut mingitur spissa & postea clarificatur & separatur ab ea grossum subtus stans & significat ꝙ natura iam separauit materiam & ipsam maturauit. Et quanto maior fuerit claritas & maior descensus inferius & citius magis significabit maturationem.

Ponit sigoificationes secundæ materiei. Et dicit ꝙ vrina quandoq; mingitur turbida & postea clarificatur ita ꝙ pars grossa ab ea separatur & stat in fundo & ista significat ꝙ natura iam maturauit materiam. Et quanto magis clarificatur & citius, tanto est certius signum maturationis. Et similiter quanto maior est descensus ioferius. Primo igitur nota de his tribus maoeriebus fecisse mentionem Gal. primo de crisi, & Auer. 4. colliget, & Auicen. hic ita ꝙ putatur communiter ab expositoribus de eadem dispositione locutos fuisse. Sed aliter videtur dixisse Gal. de significatione huius, & aliter Auer. & aliter Auicen. Nam Gal. quæ de crisi dixit ita. Sed quæ mingitur turbida et post paulatim residet in ea sedimen laudabile significat ægritudinem absq; mora digerenda. Auice. hic vt videtur sic dicit ꝙ significat materiam esse digestam noo dicit digerendam. Auerro. autem quarto colliget videtur haoc ponere quæ primo est grossa, post subtiliatur & post etiam ingrossatur sicut accidit plerũq; cum urina dimittitur, de hac dicit ꝙ significat pigritiam naturæ post incępti operis principium, unde sic dicit ad litterã. Sed urina grossa quæ postea subtiliatur & iterum ingrossatur, quamuis hæc opere naturæ procedat pigritiem naturę significat post suscepti operis principium. Ego libenter in hac diuersitate vidissem quid crediderunt antiqui expositores sed non inuenio Dynum aut Antonium de Parma aut Mũdinum aut Marsilium ista declarasse. Dico igitur istud, quod puto fuisse de mente istorũ auctorũ. Pro quo nota ꝙ urina quę miogit turbida & clarificatur quandoq; mingitur parũ turbida & clarificatur bene per descensum hypostasis laudabilis, & hæc est dispositio urinarum completam digestionem sigoificantium io morbis materialibus. Nam quia hypostasiua materia non est ex toto clara nec est commixta uero mõ commixtionis cum aquositate sed per uicioitatẽ, ideo oportet ꝙ cum mingitur & per motũ est mixta reddat aquositatem parũper offuscatam. Et de ista puto ꝙ loquat̃ Auic. hic enim significat naturam digessisse & superasse materiã. Et ideo dicit ꝙ quanto maior fuerit claritas supple cum debita substantia & citior descensus magis significabit maturationem. Quædam autem est vrina quæ mingitur vere turbida, quia intensæ turbulentiæ, & omois talis significat vehementem ebullitionem. Nam Gal. de illa quæ clarificatur, & est de qua loquimur ita dicit. Nam vrina quæ clarificatur post paululum significat illud quod remaoet de augmento feruoris & de agitatione dicta esse parum. Vult igitur ꝙ etiam ista significat augmentum feruoris & dictam agitationem, & per coosequens omnis alia urina multum turbida. Sed de istis quædam est quæ clarificatur per descẽsum partis terrestris ad fundum & ista si sedimen fuerit laudabile non dico laudabilissimum, est enim impossibile in isto casu significat ut dicit Ga. ꝙ cito complebitur digestio. Erit autem sedimen laudabile, quod non erit malæ substantiæ nec mali coloris, licet non ex toto omnes habeat conditiooes optimi sediminis, sed de hac non loquitur Auicen. supra. Et ideo omnino dispositiones easdem intellexerunt. A. & Gal. Causa autem dicti Gal. est quia ex quo etiam in principio ita turbulenta urina non potest esse sine præter naturali ebullitione quæ excludit complementum digestionis. Sed quia cito fit sequestratio significatur ꝙ vestigium caloris naturalis sit forte & uentositates per ebullitionem putredinis ibi existentis suot paucæ parum resisteotes, & ideo cito complebitur maturatio. Si uero vrina mingitur turbida & clarificatur per descensum ad fundum, sed postea cito corrumpitur propter aeris imprę̃ssionem, hæc est de q̃ Aue. loquitur, & ista significat pigritiam naturæ in digerendo eo modo quo prima de illis de quibus Auic. loquitur. Et ita isti auctores non de eadem penitus videntur loqui dispositione in his locis propter quod non ponunt eadem significata.

Sedimẽ laudabile quid.

Aut est dispõ media inter primam & alteram ex qua cum perdurauerit & natura fuerit fortis & uirtus fixa scietur ꝙ non ad maturationẽ peruenietur integram. Si uero uirtus fixa non fuerit erit timendum ne perditio pręueniat maturationem. Cũ aũt perdurauerit & timorosa signa non affuerit significabit capitis dolorẽ, q̃m significabit ebullitionem & uentositates uaporosas.

Ponit manieriem tertiam dicens ꝙ quaodoq; est dispositio media inter primam & secundam quæ est ꝙ vrina mingitur turbida, & ita remanet & ista si hoc modo perdurat & virtus est fortis significat ꝙ nunc. i. paruo tempore peruenietur ad integram maturationem. Sed si virtus non fuerit fixa significat timorem, ne mors præueniat maturationem. Et si perdurauerit hoc modo & non fuerint ibi signa alia timorosa significabit capitis dolorem, quia significat ventositatem & ebullitionem materiei. Et in hac etiam tertia dispositione diuersimode videntur dicere Gal. & Auicen. Nam Gal. dicit ꝙ hæc urina significat commotionem & augmentum feruoris quæ est in sanguine esse in summo augmenti sui. Et Auer. ita dixit. Sed si ab ipso principio apparuerit grossa & io eadem grossitudine permanserit significat multam humorum ebullitionem a calore extraneo factam & propter hoc est malum signum. videtur igitur ꝙ non significat ꝙ cito uenietur ad maturationem integram cum significet summum motum putrefactionis. Pro istis nota ꝙ ut dixi in quęstione de magnitudine febris secunda particula aphoris. non repugnat materiam forti motu moueri ad putredinem, & tamen digeri & esse prope complementum digestionis, immo propterea digeri uelocius natura magis conante a materia magis apta recipere saltem ex parte eliquationis & facilitatis uaporationis superflui, unde nos uidemus uermes plurimos generari in aqua cum uehementer putresit & similiter in carnibus. Nota secundo hanc urinam semper significare vehementem motum putredinalis caloris. Cum hoc tamen quandoq; est coniunctus fortis motus digestionis, & hoc est cum uirtus est constans & non sint aliæ malæ significationes. & hoc voluit. A. & hoc est innuit Gal. cum ista dixit meliorem prima, & ex his patet coocordia auctorum.

Vrinæ turbidæ ita manẽtis significatio duplex.

Illa uero quæ ex tenuitate ad turbulentiã peruenit, & sic procedit melior illa est quæ in turbulentia permanet secundũ plurimas horas. Vrina quoq; multotiens fit spissa & est hoc propter casum uirtutis, & non propter naturæ expulsionẽ.

Sed urina

Sed urina quæ aquosa mingitur & aquosa remanet signum est priuationis maturationis penitus. Et urina spissa laudabilior est quæ ad exeundũ est facilis & multæ separationis simul. Ex huiusmodi nanq; sanatꝰ paralysis et quod est ei sĩle.

Ponit quasdam speciales regulas. Et diuiditur ĩ quatuor. Et patebunt partes. De prima dicit ꝙ illa quæ mingitur tenuis & ex tenuitate peruenitur ad turbulentiam est melior q̃ illa quæ permanet in turbulentia secundum plurimas horas & urpsm. Sed hoc uidetur contrarium dicto Gal. primo de crisi. Nam quæ peruenit a claritate ad turbulentiam dicit esse deteriorem istarum trium, unde sic habet littera. Vrina quæ turbida fit exterius significat ꝙ nondum est ei motus, sed erit in proximo. Necessario igitur hæc urina est earum deterior. Et paulo infra, urina uero secũda ut dictum est inter has duas est media. Nam ipsa cum generetur a cõmotione quæ est in ultimo fine & statu suo intantum diminuta est in malitia ab urina significãte ꝙ nondum est motus eius, sed erit in proximo inquantum excedit in malitiam urinam significantem ꝙ ille motus iam proximus est, ut sedetur & quiescat, & cõstat ꝙ urina secũda apud ipsum est q̃ mingitur turbida, & sic remanet, tertia uero mingitur clara & extra turbidatur. Pro concordia igitur dicendum hãc urinam quæ turbida mingitur raro esse bonam. Raro. n. est cum digestione & cum alijs signis bonis, sed quando est bona est melior q̃ illa quæ mingitur clara, & turbidatur cito, quia ista significat digestionem proximam, & hoc est raro. Gal. igitur loquitur de ea quando bonum significat. Et. A. dicit hoc, quia vtplurimum est deterior, quia raro est bona & cum est mala est deterior. Secunda regula est ꝙ multotiens urina fit spissa propter casum uirtutis non propter expulsionem materiæ. Et possumus hic intelligere turbidam per spissam uel spissam proprie dictam. Nam quia contentiua membrorum deficit, ideo multi humores simul cum urina transeunt, non quia natura illas intẽdat expellere. Tertia regula est ꝙ urina quæ mingitur aquosa & ita permanet significat priuationem maturationis penitus. Et hanc dicit Gal. primo de crisi peiorem q̃ sit aliqua trium supra nominatarum. Et de hac satis diximus præcedente capitulo cum loquuti fuimus de urina alba. Quarta regula est ꝙ urinarum spissarum ista est melior quæ est facilis ad exeundum & est multæ separationis, quia in ea fit sequestratio & hypostasis multa: per quam tota materia turbulentiæ & nimiæ grossitiei descendit, & fit hypostasis quia ista significat maiorem mãæ obedientiam q̃ aliqua alia. Et ex tali multotiẽs sanatur paralysis uel alius similis morbus ut spasmus humidus expulsa per uias urinæ materia morbum faciente.

Vrinæ quæ turbida mingitur iudiciũ.

Vrinæ quæ aquosa mingitur iudiciũ.

Cum urina grossa mingitur, & deinde procedendo secundum ordinem attenuatur si multa est conueniens existit. Et cum ipsa post spissam & turbidam & paucam sequitur est signum bonum. Et hoc quidem est cum spissa quæ turbulẽta est apparet quæ mingitur paulatim & subito inde multa facile mingitur urina, cum hac enim multotiens resoluitur ægritudo siue ipsa sit una febrium acutarum, siue sit una aliarum ægritudinum ex repletione prouenientium, siue sit repsõ ex qua nondum manifesta accidit ægritudo. Et istæ quidem urinæ modus est extraneus.

In hac tertia parte capituli ut supra dicitur principaliter docet significare per modos substantiæ & turbulenciam, ut alij dispositioni coniunguntur. Et diuiditur in tres partes. Primo docet significare per diuersos modos substantiæ. Secundo per turbulentiam. Tertio ponit quasdam extrauagantes regulas concernentes maxime significationes rerum cũ urina mixtarum. secunda ibi Vrina turbulenta multotiens. tertia ibi Vrina corpori. Prima diuidiꝰ in tot partes quot sunt regulæ. De prima igitur dicit ꝙ quando vrina grossa, mingitur & deinde procedendo secundum ordinem attenuatur si sit multa est conueniens. Ratio regulę est quia significat hanc esse purgationem naturalem. Secunda regula est ꝙ urina dicta. s. grossa multa quæ secundum ordinem attenuatur quando est post turbidam aut spissam paucam est signum bonum, & hoc est quando urina spissa et turbulenta apparet quæ mingebatur primo paulatim, sed post subito & faciliter inde & post eam multa quãtitas facile mingitur. Et cum ista multotiens resoluitur. i. finitur ægritudo siue sit acuta siue repletionalis siue fuerit repletio ex qua non prouenit manifesta ægritudo, & iste modus urinæ est extraneus. Et recte secundum ꝙ dicit Dynus Auic. voluit hic ponere sententiam Hippo. in illo aphorismo quartæ particulæ. Quibus urinæ grossæ globosæ &c. Causa autem verificans est quia quando hæc multa tenuis emittitur post paucã grossam aut turbidam significatur ꝙ materia est digesta per subtiliationem factam a natura & pellitur. Dicit autem hic modus urinæ extraneus, quia rarus. Plerunq;. n. fit mutatio contrario modo, quia ex subtili proceditur ad grossam cum ante digõnem plurimum natura non pellat humorem cũ aquositate & post digestionem expellat. Et tu nota ut in cõmento voluit Gal. ꝙ per tenuem intelligimus mediocrem. Et iõ Auicen. dicit procedendo secundum ordinem attenuatur.

Vrinæ modus extraneus.

Quando cum urina naturalis coloris superflua est spissitudo plerunq; significat bonitatem expulsionis multarum materierum, cui exeundi associatur facilitas. Et plerunque significat perditionem propterea quòd humorum significat multitudinem et uirtutis debilitatem. Et hoc quidem demonstrat egrediendi difficultas & paucitas eius quod egreditur.

Hic ponit tertiam regulam dicens ꝙ urina superflua spissa & naturalis coloris significat quandoq; bonum quãdoq; malum. Bonum significat quando exit faciliter & multa, qa significat expulsionem naturalem multarum materierum. Malum significat quando egreditur pauca & paulatim, quia significat humorum multitudinem sua grossitie, & virtutis debilitatem sua paucitate.

Vrinæ superfluæ & spissæ nãlis coloris idicatio.

Vrina quidem spissa bona est quæ est crisis ægritudinis splenis & febrium permixtarum in qua non expectatur æqualitas, quoniam natura in expellendo impeditur.

Ista est quarta regula. Et dicit ꝙ urina spissa quæ est crisis ægritudinum splenis aut febrium permixtarum est bona. Et causa est quia ista significat finem illorum morborũ consumpta materia. Et subdit ꝙ in ista non expectetur ęqualitas in modo substantiæ, quia natura impeditur in expellendo. Et nota ꝙ durante crisi non vult quòd expectetur æqualitas vrinę, quoniam natura est occupata in expellendo humores ita grossos non obstante ꝙ sint digesti ꝙ urina per totum tempus crisis est grossa.

Vrina ad ultimum turbulenta significat humorum multitudinem & naturam ab eis occupatam in maturando eos.

Iste est quintus cañ. de turbida istis incidenter immixtus dicit ꝙ urina turbida ultimate sigñat humoꝝ mltitudinẽ et nãm ab eis occupatã in maturãdo eos. Et rõ est, qa cũ significet materiã expelli oñdit ꝙ natura laborat in maturando, maxime quia significatur ꝙ non sunt integre digesti.

Vrina spissa in qua sedimen existit arenosum significat lapidem.

Vrinæ ultimate turbidæ Iudicatio.

Hic est sextus cañ. dicẽs q urina spissa cõ arenoso sedimine significat lapidem. Ex quo.n. est spissa sigñat materiam grossam viscosam. Et quia sunt ibi arenulæ significat q inspissatur & induratur in lapidem aut in renibus aut in vesica. De hoc tamen infra cum de hypostasi dicemus.

Vrina spissa quæ apostematũ significat apertionem cognoscitur ex eo quod ei admiscetur, & ex eo quod præcessit. Ex eo.n. quod admiscetur sicut pure, quod malus odor demonstrat et exeũtibus quæ cum ea separantur sicut petala alba & rubea aut sicut furfur aut alia ab istis ex eis p quę. cognoscitur. Ex eo quidem quod præcessit, qm̃ ibi prius fuit significatio apostematis aut ulceris in uesica aut rene aut hepate aut in partibus pectoris. Et significat huius apostematis apertionem, si ante ipsam urina fuit similis loturæ carnis recentis quod est ex gibbositate apostematis. Et si egestio talis fuit apostematis qd' est in eius concauitate. Et si anhelitus coangustatio præcessit & tussis sicca & dolor in membris pectoris pũgitiuus, tunc apostema quod est apertum est lateris & exiuit a parte arteriæ maioris. Et si in pure illo est maturatio conueniens est.

Hæc est septima regula dicens q vrina spissa cognoscit significare apertionem apostematis per ea quæ præcedunt, & per ea quæ cum vrina commiscentur. Illud autẽ quod commiscet cum vrina quæ significat apertionem a͞patis est sanies quę cognoscitur, quia fœtet, aut quia illud quod miscetur erit aliquid de rebus quæ a membro separant sicut petala alba aut rubea aut furfurea aut alia ab istis sicut sunt quædam filosa. Sed illud quod præcessit vrinã & facit cognosci q significat apertionem a͞patis est q prius in hoĩe illo fuerũt signa a͞patis in iterioribus, sicut verbigratia in rene aut vesica aut hepate aut in partibus pectoris, & etiam si ante vrinam cum sanie fuerit vrina similis loturæ carnis recẽtis significatur a͞pa esse in concauo hepatis, sed si fuerit ante anhelitus angustatio & tussis sicca & dolor in membris pectoris pungitiuus significatur q fuit a͞pa in pectore & q sanies exiuit ex latere arterię vicinioris, & si pus illud est maturum erit conueniens. Et attende q numerando signa quę sunt ante eruptionem apostematis dixit aut vlceris. Nam vlcus non præcedit eruptionem apostematis, & ideo per vlcus debemus intelligere exituram. Aut hoc verificat, quia aliquando vlcus cum debilitat membrum est causa apostematis, et tale vlcus præcedit illius apostematis apertionem.

Et est cum sanus euacuatus qui exercitiũ relinquit mingit urinã, sicut pus & uirus tenue, quo ipsius purgatur corpus & eius aufertur laxitas quam exercitij dimissione consecutus est.

Hæc est octaua regula quæ posset tamen potius poni pro vna contingentia. Et est q contingit hominem sanum mingere vrinam sicut pus & virus tenue, & maxime cum dimiserit exercitium, & per hanc purgabitur eius corpus et remouebitur ab eo lassitudo quam fuerat consecutus propter dimissionẽ exercitij. Et hoc contingit qa nã mãm hanc aggregatã digerit digõne innocitiuo sine eius putrefactione, deinde expellit per vrinã. & hoc nõ ẽ verũ pus nec verũ virus cũ in ea nõ fit putredo, sed est sicut pus, qa sĩs illi. Et hic sumitur sanus p omni eo qui non est æger. Nam ex quo lassitudinem patiebat potius erat neutrum q̃ sanum corpus eius.

Et est etiam cum in hepate aut in eo quod est coram ipso fiunt oppilationes & plerunq cõtingit ut earum apertione sit urina spissa propterea q earum egreditur materia, & hæc talis spissitudo non est pus. Sed in ipsa quæ est post apostematis apertionem est pus. Et cum hæc urina fuerit cum spissitudine & ad nigredinem traxerit & cum ea fuerit in latere sinistro dolor erit tunc ex parte splenis. Et scd͞m hanc cõsiderationem si supra femur fuerit aut in summitate uentris erit tunc ex parte stomachi. Hoc autem sæpius est ex parte hepatis & cannalium urinæ.

Hic ponit nonam regulam dicens q contingit fieri oppilationes in hepate aut in eo quod est coram ipso de mẽbris, vt stomacho aut splene aut pectore. Et contingit q per apertionem harum oppilationum mingatur urina spissa, quia cũ aperiuntur egreditur materia earum, quia faciens eas. Et ista non est pus. sed illa quæ egreditur ex apertione apostematis est pus & discernuntur ab inuicem. Et si hæc vrina trahit ad nigredinem & præcessit dolor in latere sinistro significatur q est a splene. Et scd͞m hanc considerationẽ si dolor fuerit supra femur aut in summitate uentris erit ex parte stomachi. s. fundi anterioris, sed tñ p͞rm est ex hepate, quia hepar est magis vicinus vijs vrinæ. Et iste cañ. est manifestus.

Vrina turbulẽta multotiens sigñat casum uirtutis. Cumq uirtus ceciderit frigiditas superabit quæ erit sicut illa quæ exterius infrigidat.

Vrinæ turbulẽtæ indicatio.

Modo facit q est dictum. Et diuiditur in tres sicut tres regulas de turbulenta vrina ponit. Ibi secunda [Turbulenta enim.] tertia ibi [Vrina quæ urinis.] Dicit primo q multotiens urina turbulenta significat casum uirtutis. s. naturalis & vitalis regentium totum corpus, vnde neq valent sequestrare humorem ab aquositate neq putrefactionem prohibere nec retinere humores, & ideo fit inde vrina turbida. Et quando cadit virtus tunc urina est frigida sicut illa quę exterius infrigidatur. Nec est in isto casu intelligendũ q hæc vrina ex toto mingatur frigida sicut aqua, sed valde paucæ caliditatis. Nam tunc calor relinquit membra longinqua a corde & etiam in ipso corde paucificatur.

Vrina frigida.

Vrina turbulenta quæ malo uino similat aut aquæ ciceris est urina prægnantium aut hñtium apostemata calida longi tẽporis in interioribus.

Hæc est secunda regula in qua dicit q urina turbulenta quæ similatur malo vino aut aquæ ciceris est vrina prægnãtium & habentium apostemata calida longi temporis in interioribus. Sed hic sunt duo dubia. Primum, quia in prægnantibus debet esse vrina clara similis vrinis virorũ, igitur non turbida. Secundo quia apostemata longi temporis debent esse ex materia frigida quæ non facit superfluitatem rubeam similem vino. Præterea plerũq est apostema in interioribus & non apparet huiusmodi urina, ut patet experientia. Ad primum dicitur q prægnantes pauci temporis, quia parum menstrui retinuerunt, & quia constrictę sunt uiæ & id parum menstrui quod superest tendit ad venas matricis & iuuantur in digerendo a calido spermatis uiri ideo urinas habent claras. Sed prægnantes uicinæ partui, quia multum menstrui retinuerunt, & quia illud tunc regurgitat a uenis matricis in alias & est mali coloris, ideo quandoq aliquid tale emittunt cum urina & faciunt urinam turbidam dicti coloris. Ad secundum dicitur q apostemata in interioribus duobus modis cũ sint longi temporis sunt causa dictæ urinæ. Primo quia hepatis uirtutem debilitant, unde fit urina cum permixtione sanguinis mali. Secundo qa ab illis eadem resudat materia quæ adustionem participat & mingitur. Et ideo hæc talis mixta cum parte sanguinis & aquositate reddit urinam dicti modi.

Dubia.

Vrina p̃gnantiũ

Vrina quæ urinis asinorum aut animalium assimilatur & est quasi mulachach ppea quòd est multum turbida corruptionem humorum corporis significat, quod tñ magis significat est phlā crudum in qua aliqua caliditas opata fuit et ipsũ cũ grossa uentositate ebullire fecit, & pp hoc plerunq̃ significat capitis dolorē uenturum aut alabachal, & cum pseuerat significat lethargiā.

Mulachach quid, & alabachal uel stillicidium.

Hæc est tertia regula in qua dicit q vrina similis vrinæ asinorum & aliorum subiugalium & est quasi mulachach, quia est multum turbida significat corruptionem humorũ corporis maxime phlegmatis crudi, in quo per opōnem caliditatis ventositas fuit gñata, & ideo significat capitis dolorem venturum aut alabachal. Nota primo q mulachach est aqua qua vtuntur Sarraceni quæ est ex aqua rosata cum musco & ambra & gariophyllis & alijs odoriferis & est ualde turbida. Sed alabachal est ęgritudo in qua a cerebro phlegma descēdit ad inferiora, & vocatur stillicidium siue spēs catarrhi. Et tunc verificatur regula, quia turbulentia ista nō fit sine humorum putredine vt est dcm̃ supra. Secundo sine ventositate coniuncta parti terreæ. Tertio quia ista nec nigra est nec citrina nec rubea maxime phlegmatis significabit putredinem. Quarto quia ibi est oppilatio significatur q cōicat capiti, & ideo si retinebit faciet dolorem capitis iuxta aphorismi sententiam. Quibus vrinæ conuersæ turbatæ velut subiugaliũ &c. Et si nō retinebit faciet catarrhum dcm̃.

Vrina quæ colori alicuius mēbri similat cum perdurat ęgritudinem in illo membro significat.

Vrina colori mēbrorũ sisis.

Hic ponit extrauagantes regulas, & sunt quatuor. Prima est q vrina quæ similatur colori vnius membri & perdurat hoc modo significat ægritudinem futuram in illo mēbro. Et ratio est quia non obstante q color det vrinę ex permixtione materiæ & non immediate a mēbri colore, tñ mēbra multiplicātia superfluitates multotiens eas faciunt sibi similes quodammodo in corpore. Et ideo cum vrina perseuerat secundum talem colorē significat q mēbrũ cōtinue multiplicat superfluitates expellendas, & iō tandē ægrotabit.

Et quidam dixerunt quòd cum inferiori parte urinæ fuerit aliquid quod pulueri sit sile aut fumo prolongabitur ægritudo, & si in tota perdurat ægritudine prognosticatur mortem aut phlegma crudum quod a pure discernitur fœtore.

Vrinæ subsidētia ut puluis & fumus.

Secunda regula est ex dicto quorundam q quando in inferiori parte vrinæ fuerit aliquid quod est sicut puluis aut fumus ægritudo significatur longa. Et si perdurat in tota ægritudine prognosticatur mortem aut phlegma crudum quod a pure discernitur per fœtorem. Ego autem hoc expresse vidi in quadam puella. Nota igitur q multotiens in vrina alba clara superius ppe fundum videtur obscuritas ac si fumus esset ibi, & hæc quandoq; accidit ab vlcere in vesica aut renibus cum paucissima sanies pellitur, & cum agitatur videtur quasi fumus a fundo ascendere, multotiens autem quasi per totam urinam est hoc, & quando leuiter declinamus urinale ad unam partem apparet iuxta superficiē fumus ille, si igitur in urina est fœtor tunc est sanies. si uero non sit fœtor significat phlegma crudum, cui accidit ex putredine diuisio ad paruas partes sine digestione, & ideo quādo protelatur significatur mors cum significetur quòd natura non dominatur humori.

Vrina habens partes diuersas significat quòd quanto plus partes in ipsa fuerint maiores tanto plus naturæ operatio ē studiosior & natura plus potens & pori plus aperti.

Vrina diuersarũ ptiũ.

Hæc est tertia regula in qua dicitur q urina quæ habet partes diuersas significat q quanto partes illæ sunt maiores tanto naturæ operatio est studiosior & natura plus potens et pori plus aperti. Nota igitur q multotiens in vrina sunt partes humorales aut in fundo aut natantes quæ non sunt cōiunctæ, immo percipiuntur ab alijs diuersæ, & quandoq; cōuenit q istæ sunt partes membrorum ut petala & trumbi. Cum igitur sint partes humorales regula est uera. Sed si sint partes membrorum tunc quanto fuerint maiores partes tanto significantur ulcera peiora.

Vrina in qua uidentur quasi fila adinuicem mixta significat quòd fuit micta postquam coitus fuit completus.

Vrina in q̃ sũt ueluti fila.

Quarta regula est q urina in qua uidentur quasi fila adinuicem mixta significat q fuit micta post coitum. Et nota q hæc fila sunt grossa alba ex parte spermatis, quæ remansit in uirga post coitum quæ cum urina expellitur.

Cap. iiij. Est de significationibus odoris urinæ.

Dixerunt quidam se nunquam uidisse ægrum cuius urinę odor sit sicut odor urinæ sani.

In isto cap. determinat. A. de significationibus urinę per odorem. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit quorundam dictum circa hæc. Secundo ponit regulas significandi secundum propriam intentionem. secunda ibi ⌊Et nos.⌉ De prima dicit quosdam dixisse se nunquam uidisse ægrũ, cuius urinæ odor esset similis odori sani. Vbi considera q. A. de hoc dicto nullum ponit iudicium ueritatis aut falsitatis. Sed ueritas est q non repugnet similem inueniri odorem in urina unius ægri & unius sani. Primus casus. si sanus esset cholericus & æger naturaliter phlegmaticus & ægrotaret parua ægritudine cholerica. Secundus casus est ubi sanus uteretur quadam diæta permutante odorem urinæ ut asparagi permutant, deinde utendo alia diæta ex ægritudine hēet urinę odorem silem illi. Tertius casus est ubi ægritudo non communicaret nocumentum hepati & uijs urinæ & uenis. Nam tunc non oportet odorem urinæ permutari, plurimum tamen uariatur in eodē homine odor urinæ, quando de sanitate inculpata transit in febrem putridam, quia & ea quibus habet urina odorem non seruant pportionem ad omnino similem odorem priori.

Et nos quidē dicemus q cum urina nullo mō odorem habet, cōplōnis frigiditatem significat & superfluā cruditatem, & plerunq; etiā significat in acutis ægritudinibus mortem naturæ.

Vrinæ odorē priuatæ indicatio.

Modo exequitur secundum ppriam intentionem. Et tria facit. Primo docet significare per priuationem odoris. Secũdo per odorem. Tertio per permutationē certi modi ad priuationem. secunda ibi ⌊Cum autem odorem.⌉ tertia ibi in fine ⌊In acutis ægritudinibus.⌉ Dicit primo q priuatio odoris penitus in urina significat frigiditatem cōplōnis & superfluam cruditatem. Et in acutis ægritudinibus plerūq; significat mortem naturæ. i. mortificationem caloris naturalis. Vbi nota q cum odor fundetur in fumali uaporatione calida & sic. & urina naturalis debeat habere odorē acutum, sequit̃ q priuatio eius significat priuationem huius uaporationis, & ideo frigiditatem, & quia frigiditas est causa cruditatis significat cruditatem. In acutis autem ægritudinibus, quia plurimum pendent a materia calida non uidetur quòd urina sit facta hoc modo penitus sine odore, nisi quia iam resolutus est calor naturalis & cum eo etiam præternaturalis ut in febribus accidit eliquatis in quibus etiam anhelitus est frigidus. Et ex hoc patet quo modo in acutis hęc urina significat mortem naturæ.

Cum autem odorem habuerit fœtidũ et maturationis significationes in ea fuerint erit ipsius cã scabies aut ulcera in instrumentis urinæ quæ suis cognoscuntur signis. Quod si maturatio non affuerit posse erit ut sit ex hoc & posse ut sit ex putrefactione. Cũq; hæc in febribus fuerit acutis et nõ fuerit cã mẽbrorũ urinæ erit signũ malum.

Vrinæ fœtidę īdicatio.

Hic ponit significationes ex odore positiue. Et diuiditur in sex partes secundum sex regulas. Et partes patebunt. Prima igitur regula est q̧ fœtor in urina si sit cum signis digestionis ex parte. s. substantiæ vrinę & hypostasis significat vlcera in instrũis vrinæ. s. vesica aut renibus aut eorũ scabiẽ sed si non fuerit cum signis digestionis tũc potest esse ex isto & potest esse ꝓpter putrefactionem humorum absq; scabie & vlceribus. Vbi nota q̧ odor fœtidus in rebus quæ nõ ex tota specie sunt fœtidæ non fit nisi ex putrefactione. Ideo cum vrina naturaliter non habeat talem fœtorem, oportet q̧ hoc fit in ea ex putrefactione rei secum commixtæ. Talis autem res aut est sanies aut alius humor vtplurimũ. Nota secundo q̧ quando residuum corporis est sanum non obstante q̧ in vijs vrinalibus sit ægritudo tunc vrina multotiens apparet digesta, immo digestio in vrina significat sanitatem et dominium caloris naturalis in locis quę sunt supra vias vrinæ vt infra dicetur. Cum igitur vrina est digesta & habet odorem fœtidum non est nisi ex putredine vel sanie ab instrũis vrinæ, & hæc non sunt nisi cum vlcere aut scabie in eis, & sic patet prima pars regulæ. Cum autem digõ non est in vrina tunc etiam potest esse q̧ putredo tunc non est nisi ex vijs vrinæ. Et ideo potest etiam esse ex vlcere & scabie in eis. Sed potest etiam esse q̧ veniat ex superioribus membris & tunc significat putrefactionem in eis pręsertim in venis. Vrina igitur fœtida cum sanitate membrorum vrinæ significat putrefactionem in venis. Si igitur volumus discernere ex quo fit talis fœtor, hoc fit per propria signa ulcerum renum & uesicæ posita decimaoctaua tertij et decimanona. Et ex hoc patet tertia pars regulę q̧ quando talis urina fœtida fuerit in febribus acutis & non fuerit causa membrorum urinę est signum malum, quia significat materiæ morbi fortem putredinem.

Et cũ ad acredinẽ traxerit significabit putrefactionẽ quæ est in humoribus frigidã hñtibus substãtiã, quos calor supauit extraneus, sed si ægritudo fuerit acuta erit signũ mortis & significabit mortem caloris naturalis & dominium frigiditatis in natura cum calore extraneo.

Vrinæ acris indicatio.

Ista est secunda regula in qua dicit q̧ quando urina traxerit ad acredinem significabit putrefactionem quæ accidit in humoribus substantiæ frigidæ, quos superauit calor extraneus. Sed si fuerit ægritudo acuta erit signum mortis et significabit mortem caloris naturalis & dominium frigiditatis in natura cum dominio caloris extranei. Vbi nota primo q̧ per odorem trahentem ad acredinem intelligimus illam quæ habet odorem acetosum. Nota secundo q̧ odor acetosus fit ex causis proportionatis ad faciẽdum uaporem acetosum. Nec talis fumalis euaporatio inuenitur i rebus corruptis, nisi cum frigiditate per priuationem fortem caloris naturalis. Nota tertio ex his quæ dixi in capitulo de humoribus. q̧ acetosus sapor fit duobus modis. Vno modo per uiã digestionis incompletæ uel completæ cum paruo calore naturali. Alio modo per uiam putrefactionis per quam calor innatus rei exhalat in re habente subtilem & humidam substantiam sicut accidit in uino. In urina igitur cum odor fuerit acris aut acetosus hoc contingit. Aut q̧ humores naturaliter huius saporis sicut phlegma acetosum & melancholia putrescunt, & ideo separantur ab eis partes quæ a natura expelluntur cum urina & tunc significat putrefactionem in humoribus substantialiter frigidis. Aut quia humoribus alijs tanta accidit putrefactio ut resoluatur pars spumosa naturalis caloris eorum unde fiunt acetosi. & ideo hoc erit cũ mortificatione naturalis caloris & dominio caloris extranei. Et quia acuta ęgritudo fit plerũq; ex calidis humoribus, ideo in illa urina hoc significat mortem, quia significat defectũ caloris naturalis cum multo extraneo.

Vrinæ acredo quid, & eius cã. Sapor acetosus dupľr.

Odor uero qui ad dulcedinem trahit sanguinis significat dominium.

Vrinæ odoris dulcis indicatio. Auer.

Ista est tertia regula in qua dicit q̧ odor trahens ad dulcedinem significat dominium sanguinis. Et dicitur odor dulcis sicut alij odores a saporibus deriuantur, ut. 2. de anima & in de sensu & sensato, & quarto colliget. Et patet causa regulę. quia solus sanguis inter humores est uere dulcis ex his quę dixi in capitulo de humoribus.

Et quæ multum est fœtida est cholerica.

Vrinæ fœtidę īdicatio.

Hic ponit quartam dicens q̧ urina multum fœtida significat q̧ est cholerica semꝑ intelligendo de illis quæ sunt non propter ulcera & saniem. Sed quæritur propter quid est q̧ sanguinei sunt fœtidi odoris magis q̃ cholerici & tamen multus fœtor in urina significat multitudinem choleræ.

Vrina fœtida dupľr & sudor similiter.

Hic dicit Dynus dupliciter urinam posse fieri multum fœtidam, similiter & sudorem. Vno modo, quia multum horribilem & molestam odoratui nostro. Secũdo quia ualde acute imprimens. Primo modo sanguinea urina, & similiter sudor sunt magis fœtidi q̃ cholerici, & hoc uult Gal. de sudore. s. therapeu. secundo modo sunt magis fœtidi cholerici & hoc uoluit. A. hic de urina. Forte autem licet in sanguine uel suæ superfluitate facilius accidat leuis putredo propter caliditatem & humiditatẽ, unde facilius fit fœtor in sudore sanguineo q̃ cholerico, tamen uehemens fœtor magis accidet ex putredine choleræ cum putrescit. unde fella quando sunt putrida sensi ego esse intolerabilis fœtoris. Et ex dictis potes aliter reddere causam.

Et fœtida ad acredinem trahens est melica:

Ista est quinta regula dicens q̧ urina fœtida ad acredinẽ trahens est melancholica. Et causa est, quia phlegma sui putredine non est aptum ita facere, sicut melancholia.

Cumq; urina fœtidi odoris in sanis perseuerauerit significabit febres quæ ex putrefactione accidunt, aut minorationem putrefactionis quę in ipsis est retenta. Et hoc quidem demonstrabit si ilico alleuiationem habuerit.

Vrinæ fœtidę perseuerantię indicatio.

Ista est sexta regula dicens q̧ urina fœtidi odoris perseuerans in sanis significat futuras feb. putredinis, quia scilicet significat abundantiam humoris apti ad putrescendum, aut significat q̧ purgatur corpus a putrido humore in eo multiplicato. Et si hoc sit tunc statim post illam alleuiatur corpus eius. Et causa patet ex dictis.

In acutis ægritudinibus cum fœtor urinã comitabitur & postea ab ea remouebitur fueritq; ablatio hæc subito & post ipsam non consecuta fuerit requies significatio erit casus uirtutis.

Ista est tertia pars capituli in qua facit quod dictum est. Dicit igitur q̧ si in urina acute ægrotantis fuerit fœtor & postea fœtor subito remoueatur & non sequatur requies istud significat casum uirtutis. Ex quo. n. non sequitur alleuiatio sequitur q̧ materia mala remanet, & quia fœtor subito remouetur significat quòd uirtus de materia non potest expellere, & ideo significat quòd cadit uirtus.

Cap. v. Est de signa urinæ ex spuma assumptis.



Spuma accidit ex hūiditate & uētosita te, piecta in urinale cū piectione urinę.

In isto cap. ponit signa ex parte spumæ. Et diuidit in duas partes. Primo docet quomodo fiat spuma in vrina. Secundo suas significationes. Ibi secunda. ⌊Et spuma.⌉ Prima in duas. Primo facit quod dictum est. Secundo remouet dubium. secūda ibi ⌊Ventositas.⌉

Spumæ causa.

De prima dicit ꝙ spuma fit ex ventositate & viscositate ꝓiecta in vrinale. Et sumitur hic ventositas pro vapore & aere & pro vera ventositate, & constat ꝙ istæ duæ sunt causæ materiales spumæ cum spuma non sit nisi aggregatum ampullarum, quarum pars circundans ex viscosa & contenta est subtilis aerea vel ventosa. Et tu pro hoc lege quæ scripsi in expositione illius aphorismi. Strangulatorum &c.

Ventositas uero cum urina egrediens auxiliū proculdubio prębet in substantia urinæ & præcipue cum uentositas in corpore superauerit quē admodum in urina accidit oppilationes habentium in qua multæ sunt ampullæ.

Vrinæ ventositatis & ampullarū causa

Remouet dubium, quia posset aliquis dubitare, vñ venit ventositas quæ est causa spumæ. Et respondet ꝙ ventositas egrediens in subā vrinæ. i. quę egreditur mixta subæ vrinæ proculdubio prębet auxilium in generatione spumæ. Et hoc patet, quia in vrina habentium oppilationes multæ apparēt ampullæ, quod nō est nisi quia multa ventositas ab eis egreditur cum subā vrinæ permixta. Vbi considera ꝙ intra corpus non est verisimile in vrina esse spumam, quia nō est in loco vbi fiat agitatio aut ebullitio requisita ad spumam. Potest tamen coniungi cum ea ventositas & facit ampullas quæ dnr granula quæ apparent in medio vrinæ ad modum granulorum magis lucidorum quando in lumine perspicit. Sed hæc ventositas quæ cum vrina expellitur propter agitationem potest facere spumam. In vrina autem habentium oppilationes ideo fiunt ventositates, quia ista corpora multum abundant viscosis humoribus q p calm ventosantur.

Et spuma quidem quandoq; cum suo significat colore, sicut significat sua nigredine & ruffedine in icteritia. Et est cum paruitate sui & magnitudine significat, quoniā ipsius magnitudo sigñat uiscositatē. Sui uero multitudine & paucitate qm̄ ipsius mltitudo sigñat uiscositatē & multā uētositatē. Et ipsa quidē sigñat ꝑ rupturā suarum ampullarum cito factā aut tarde, qm̄ ruptura ampullarum tarda significat uiscositatem.

Vrinæ spumosæ diuersimode sidicatio.

Hic exequit de sigñonibus. Et primo narrat dispōnes spumæ per quas ipsa significat. Scdo ex illis docet sigñare spāliter super dispōnibus renū. scda ibi ⌊Et paruæ qdē.⌉ In prima dicit quatuor. Primum est ꝙ spuma qñq; sigñat per suum colorē. v.g. si spuma est nigra aut ruffa. i. citrina significat icteritiam. s. aut nigram aut citrinam, quia nigra significat exitum mel'ici humoris, ruffa chol'ici. Nam quia ꝑima mā nigra aut citrina cū vrina expellit, ideo viscosa pars ampullarū habet opacitatē et colorē ut appareat in spuma color eius, quod non accidit in spuma vrinarum non multæ tincturæ, quia propter multum aerem inclusum & paucum colorem & paucam opacitatem viscosæ ampullæ apparet spuma alba. Dicit secundo ꝙ spuma significat sui magnitudine. i. per magnitudinem ampullarum, & istæ significant viscositatem materiei, aliter. n. non toleraret multam extensionem. Dicit tertio ꝙ significat sui multitudine, quia multa spuma sigñat multā ventositatē, & cā ē clara. Dicit quarto ꝙ sigñat per hoc ꝙ ampullæ cito rūpunt aut tarde q̄a tarda ruptura significat intensionem viscositatis.

Et paruæ quidē ampullæ remanentes in ægritudinibus renū sigñant uētositatē & uiscositatē. Ad summū uero hūor uiscosus in ęgritudinibus renū ē malus et significat hūores malos et frigiditatē, & illud significāt granula quæ nominauimus.

Facit quod dictum est, dicens ꝙ paruæ ampullæ in ægritudinibus renum sigñant uentositatem & viscositatē, & hoc qñ remanet. Et ad summum desig nāt malum, quia humor uiscosus in eis est malus, quia significat humores malos & frigiditatem & hoc significant granula quæ nunc nominauimus. s. paruæ ampullæ remanētes statim dictæ &c. Cōsidera igitur hic primo ꝙ paruæ ampullæ sunt duorum modorum. Quædam apparent in superficie urinæ. s. in medio circa latera urinalis quæ non sunt cum multitudine ita ut debeant dici spuma. Et quædam sunt in medio urinæ infra superficiem quæ vñr quasi moueri aut ascendendo aut descendendo sicut athomi qui sunt in medio solis, & oēs istæ ampullæ uocantur hic etiam granula licet a ꝓprietate moderni medici dicāt granula illas ampullas qua sunt I medio. Cōsidera secundo ꝙ in ægritudinibus renum. s. qñ dolor est in renibus ista granula significant ꝙ materia frigida trahit ad renes, & ꝙ si est dolor ipse augebitur ut colligi potest. 18. tertij. cap. 1. & hoc uoluit hic Auic. Causa autem quare hęc granula hoc significant est, quia significant uentositatē & mām uiscosam circundantem quæ sunt utplm a frigiditate.

Ampullæ in urina dupliciter.

Granulum qd.

Cap. vi. Est d̄ significationibus spēꝝ hypostasis.



In primis dicemus ꝙ medicorū cōuenientia in usu noīs hypostasis & sediminis iā recessit a uia cognita. Dicunt. n. hypostasim aut sedimē nō illud tm̄ quod inferius descendit, sed omnem substātiam quæ spissioris existit essentiæ q̄ aquositas & ē ab ea diuisa siue sit suspensa siue sit supra.

In isto cap. Auicē. determinat de sigñonibus sumptis ab hypostasi. Et diuidit in duas partes. Primo ponit descriptionem huius noīs scdm illā significationē scdm quā est in usu medicorū. Scdo sigñones. Ibi secūda ⌊Dicemus igit.⌉ Primo igit dicit Auic. duo. Primum est ꝙ sigño huius noīs hypostasis et silr sediminis scdm ꝙ hodie medici utunt illis nominibus recessit a uia cognita, id est ab usu ꝓprio istorū uocabulorū. Dicit secundo ꝙ medici dicunt & intelligunt per hypostasim et silr sedimen oēm rē grossioris subæ q̄ est urinalis aquositas & ab illa diuisam, in ea tñ supple contentam siue stet in fundo siue sit natans siue pendens. Nota igitur primo ꝙ secundum cōem sigñonē hoc nomen hypostasis debet sigñare rē substantē non rē natantē. Dr. n. ab hypos quod est sub & thesis quod est pō. Mō res quæ in urina apparent qñq; sunt in fundo et ꝓprie dñr hypostases. Qñq; pendēt in medio, & dñr græco uocabulo enæorema. Qñq; natant in superficie & dicuntur nepheles. Vult igitur ꝙ secūdum pñtem usum uocabuli dr hypostasis de oībus istis tribus modis, & iō recessit a uia cognita. i. a ꝓprietate sui usus primarij. Nota secundo ꝙ non omnis res grossioris substantiæ quam aquositas urinalis dicitur hypostasis. Nam in urina grossa aut turbida in qua nulla fit sequestratio medici dicunt non esse hypostasim. Ibi tamen sunt partes humorales ingrossantes aut turbidantes aquam, quæ sunt grossioris substantiæ q̄ aquositas. Sed quia non sunt diuisæ ab ea, ideo non dicuntur hypostases. Debent autem ita esse diuisæ, ut a sensu discerni possint.

Hypostasis qd et sedimen.

Dicemus igitur quòd hypostasis multis cognoscitur modis. s. ex substantia sui & quantitate & qualitate & situ suarum partium, et loco sui & tempore, & qualitate suæ permixtionis.

Exequitur de significationibus. Et diuidit in duas. In prima enumerat species hypostasis per quas significat. Secūdo per illas docet significare. secunda ibi ⌊ Significatio vero. ⌉

In prima dicit q hypostasis significat multis modis. s. ex sui substantia, quantitate, qualitate, situ partium, loco, sui tēpore. s. sui descensus & qualitate suæ permixtionis. i. q multum sit commixta cū aquositate aut multum separata, uel q faciliter commisceatur cum urina per agitationem aut non. Sunt igitur septem modi quos medici considerauerunt in quibus est vtilitas. Nec expectemus hic sufficientiam, quia ista diuisio non debet esse generis in species. Est enim subiecti in accidentia non omnia, sed quæ vtilia sunt ad significandum super corporis dispositiones.

Significatio uero eius ex substātia sui est, quoniam hypostasis aut erit naturalis laudabilis demonstrans digōnem & maturationem naturalē & hæc erit alba & descendēs inferius, & eius partes continuæ & similes & æquales, & oportebit ut sit rotunda habens figuram æqualis subtilis similis hypostasi aquæ rosaceæ.

Hic exequitur significare per hos modos. Et diuiditur in septem. Secunda pars incipit distanter a prima per quatuor columnas ibi. ⌊ Hypostasis vero significatio ex quātitate. ⌉ tertia ibi ⌊ Eius autem significatio. ⌉ quarta ibi ⌊ Ex ipsius uero situ. ⌉ quinta ibi ⌊ Eius autem significatio ex loco. ⌉ sexta ibi ⌊ Significatio vero. ⌉ septima ibi ⌊ Significatio autem. ⌉ Prima in duas. Primo subintelligendo vnam diuinationem hypostasis ex modo substantiæ, quia aliqua est naturalis & aliqua non naturalis ponit significationes naturalis. Secūdo modorum non naturalis. secunda ibi ⌊ Non naturalis uero. ⌉ Prima in tres partes. Primo enumerat conditiones & significata naturalissime hypostasis. Secundo comparat illa puri siue saniei laudabili. Tertio respondet quibusdam tacitis dubijs. secūda ibi ⌊ Et proportio. ⌉ tertia ibi ⌊ Et naturalis qdē. ⌉

Primo dicit q significationes hypostasis ex parte substantiæ sunt hoc modo q quandoq hypostasis est naturalis & laudabilis cuius significata sunt digestio & maturatio naturales, & ista debet esse alba descendens ad fundum & eius partes debent esse continuæ similes & æquales rotundæ figuræ æqualis similis hypostasi aquę rosatę. Vbi nota q. 8. sunt conditiones quas. A. hic ponit in hypostasi naturali & laudabili demōstrante digestionem naturalem. Vna est q sit alba, & hoc ideo quia fit per digestionem mēbrorum tertiam secundum vnam viam, aut quia est pars chyli secūdum aliam. Modo tertia digestio dealbat ad naturam membrorum conuertendo. Et hanc causam assignat. Gal. primo progno. cōmen. vlti. Secunda conditio est q descendat inferius. s. ad fundum vrinalis & huius causa est, quia cū ipsa sit terrestris respectu aquositatis, & ideo grauior nisi detineatur a ventositate descendit. Nunc autem cum est complete digesta est ab ea exclusa ventositas. Tertia conditio est q partes eius dicunt esse continuę adinuicem, quia diuisio hypostasis significat q non vniformiter processit actio naturæ in materiam, & ideo non est cōplete digesta. Quarta conditio est q eius partes sint æquales adinuicem & intelligitur æqualitas in subā, quia vna sit ita grossa sicut alia, & causa est eadem quæ prioris conditionis. Quinta cōditio est q partes sint similes in corpore propter eādem causam.

Hypostasis naturalis & laudabilis cōdiōes octuplex. Gal.

Sexta conditio est q sit figuræ rotundæ, vbi nota q uersus fundum debet esse figuræ rotundæ, sed secundum situm altitudinis debet esse pyramidalis figuræ. Cuius causam licet plures assignet Auer. 4. colliget. credo tamen esse, quia cum hypostasis expellatur mixta cum tota aquositate vrinali & post per partium descensum congregetur accidit illud quod in casu pulueris, vel frumenti ab alto ad cumulum faciendū quoniam tales cumuli sunt superius acuti & lati inferius. quidam autem dicunt hoc esse, quia calor naturalis hanc figuram intendit. Cuius signum est quia cor est talis figuræ, & quia calore naturali agente quædam partes sunt subtiliores quas oportet in acutum tendere. Et de istis locutus est Auer. Septima conditio est q sit æqualis subtilis. i. sit tota hypostasis in modo substantiæ mediocris ad subtilitatē decliuis. Nam talis superfluitas quæ cum vrina expellit nō debet esse multum grossa. Vltima conditio est explanatiua septimæ q sit similis hypostasi aquæ rosatæ. Nam experti sunt medici q naturalissima hypostasis est in illa subtilitate. s. hypostasis aquæ rosatæ. Et in hac intelligūtur duę quas addit Isaac, quarum vna est q cum aqua concutitur mouet uersus rursum. Secunda q nō multū faciat turbidare vrinā. Nā expertum est hāc cōdōnem euenire qn̄ est optima.

Hypostasis optima pyramidalis figuræ.

Et proportio suæ significationis super maturationem mãę in toto corpore est sicut proportio signōnis materiæ puris albi lenis similis essentiæ super maturationem apostematis. Sed pus est spissum & hoc est subtile.

Hic ostendit habitudinem hypostasis ad saniem. Et dicit q proportio significationis hypostasis iam dictæ super maturationem materiæ in toto est sicut proportio puris albi & lenis & similis essentiæ super significationem maturationis materiei apostematis, sed tamen est differentia, quia pus est spissum & hypostasis est subtilis. Et ego dixi secundum utranq positionem de præcedentibus q non omnino sic se habet hypostasis ad humorem digestum, sicut pus ad humorem apostematum digestum. Nam hypostasis est superfluitas aliquo modo apud utranq viam. sed sanies est ipsum principaliter digestum in digestione humoris facientis apostema. Sed in hoc est similitudo q vtraq significat maturationem. Nota tamen q hic per pus debemus appropriate intelligere pus in apostemate genitum, quod oportet esse grossum ppterea q est in loco constricto & resoluitur suum subtile plus q̄ in hypostasi, ppterea q humor ex quo fit hypostasis est in venis cum multo alio humore, vnde prohibetur resolutio talis qualis est in sanie apostematis.

Et hypostasis quidem & sediminis significationes sunt bonæ, licet tinctura deficiat & æqualitas. Verum ęqualitas apud antiquos melior est tinctura. Aequalis nanq quæ non tantū est alba sed rubea est melior alba quæ est aspera.

Hic respondet quibusdam dubitationibus. Et diuiditur in sex partes. secunda ibi. ⌊ Amplius. ⌉ tertia ibi ⌊ Male autem. ⌉ quarta ibi ⌊ Et hoc quidem. ⌉ quinta ibi ⌊ Et in macilentis. ⌉ sexta ibi ⌊ Et in nullis. ⌉ Dubium primū est vtrū deficiente aliqua istarum conditionum sint bonæ eius significationes. Respōdet igitur q licet deficiat tinctura & etiā deficiat æqualitas, tamen significationes eius sunt bonæ.

Dicit secundo q tamen melior dispositio est æqualitas q̄ tinctura. & ratio, quia hypostasis æqualis nō alba sed rubea est melior q̄ hypostasis alba inæqualis & aspera. Vbi nota q̄ quemadmodum in multis corporis dispositionibus inuenitur magis & minus in bonitate & malitia, ita in signis, & ita inuenitur hypostasis laudabilis, licet non sit optima.

Ratio autem secundi dicti oportet q restringatur ad hypostases laudabilis substantiæ. Nam in hypostasi mala nō est verum q melior sit æqualitas, immo est in ea vituperabilis vt infra dicetur. Et hoc modo particulariter intelligēdo cā dicti est, quia modus substantiæ non datur hypostasi laudabili nisi a calore digerente. Albedo autem qn̄q dat a ventositate mixta cum hypostasi vt colli. 2. pgnosticorum. & iō absolute laudabilior est in bona hypostasi æqualitas q̄ albedo. Sed forte dicitur q talis alba sine æqualitate est malum signum, cuius oppositum dixit hic Auicen. & assumptū est Hippo. secundo prognosticorum. textu commenti. 28. Hippo.
cum dixit, Alba autem & liquida lenis in mala. s. hypostasis.

Et Gal.

Et Gal. commento eodem, ut patet legenti. Hic dicit Hip. ibi nominare hypostasim quæ non vere est æqualis, sed permixta ex paruis partibus uentositatis & humoris, vt Gal. dicit in commen. Dico secundo ꝙ hæc & si sit mala hoc nõ est quia nullomodo significet bonum, sed quia est mala respectu illius q̃ est optĩa, & respectu illius albæ in qua partiũ diuersitas est maior, quia partes non sunt ita ad parua condiuisę. Nõ igr̃ uoluit ibi Hip. ꝙ omnis. alba liquida & lenis sit mala, sed aliq̃ talis est mala cõparatiue, qđ. A. hic non negat.

Amplius plurimæ hypostases secundum colorem urinæ existunt. sed ex eis quæ diuersificãtur alba est melior, post illam rubea, & post ipsam citrina, & post eam illa quæ ẽ ut arsenicum, & malitia quidem a lentiginosa incipit. Tu autem non attendas illud quod aliĳ dicunt. nam albedo erit quandoq; non propter maturationem & æqualitas non est nisi propter maturationem, & dealbedine est quæ est propter uehementem uentositatis commixtionem.

Hypostasis color melior et deterior.

Hic remouet secũdũ dubiũ. Et ẽ tale, utrũ hypostasis debeat esse eiusdem coloris cũ vrĩa, & quis est ordo hypostasis mali coloris aut boni. Dicit igitur primo soluendo ad dubium ꝙ plures hypostases sunt coloris vrinę. Dicit secundo ꝙ quando hypostasis diuersificatur a colore urinę melior est alba, secundo loco rubea, tertio quę est citrina, quarto q̃ est sicut arsenicum. Sed mala absolute, quia plus mali q̃ boni significat, aut quia non significat bonum incipit a colore lentiginoso. Secundo nota quoad hanc partem remouet errorem circa solutiõem primi dubiĳ dicens, ꝙ tu de primo dubio non credas illud quod dñt aliĳ, supple dicentes ꝙ albedo est melior q̃ substantia. Et ratio est. quia albedo nõ semper est propter digestionem, immo quandoq; propter multæ uentositatis permixtionem. Sed ęqualitas supple in hypostasi laudabilis substantię nunq̃ est nisi propter maturationem, & hoc est quod supra dixi de mente Gal. primo ꝓgno. Nota igitur primo ꝙ licet non de eadem substantia sint hypostasis & aquositas, tamen humor tingens aquositatẽ plerunq; commiscetur cum hypostasi & ipsam tingit. & multotiens conuenit ꝙ hypostasis est superfluitas ex humore tingente vrinam, & quia superfluitas multotiens attestatur in colore aliquo modo illi cuius est superfluitas, ideo conuenit etiam hypostasim similari vrinę in colore. Nota secundo ꝙ quandoq; diuersificatur ĩ colore, & hoc potest multis causis contingere. Nam quãdoq; materia hypostasis est grauis grossa non bene commiscibilis cum aquositate & de se colorẽ habens, vnum non facile tingitur ꝓpter aliquid puum ex humore alio commixtum, vt verbi gratia, hypostasis fiat nigra & non aquositas aut alba aut rubea. Nota tertio ꝙ hypostases ab albo procedentes in citrinum vsq; ad colorẽ arsenici citrini non ponuntur absolute malæ, quia non oportet humores a quibus deciduntur carere digestione, aut plm esse recedentes a naturalitate. Sed illa quæ est in colore lentiginis, & aliæ quæ magis ad nigrum sunt tẽdentes significãt aut fortem adustionem aut forte frigus vtplurimum, & iõ absolute malę modo dicto. Sed in coloribus bonis prima est alba. Non tamen qualibet alba qualibet rubea est melior, ut patet ex dictis, sed aliqua vt illa quę habet conditiones bonas omni rubea est melior, & illa significat perfectionem digestionis, quod non facit alia. secundo loco est rubea, significat dominium humoris benigni. Nam licet significet longitudinem morbi respectu albæ dictæ, est tamen nuntia fidei sperandæ salutis, vt Hyppo. secundo prognosti. textu commenti. 27. Citrina autem est tertio loco, quia color eius est ex cholera non multum maligna. Et similis arsenico q̃a maiorem habet citrinitatem magis accensam cholam significat.

Hypostasim diuersificari ĩ colore mľtiplicit.

Hippo.

Malæ autem hypostasis incontinuitas melior est quàm ipsius continuitas. Et hypostasis quidem mala est quàm e uicino scies. Bona autem hypostasis de qua loquimur puri assimilatur & phlegmati crudo cum tenuis fuerit. Verũtamen pus ab ea differt per fœtorem, & phlegma crudũ separatur ab ea conculcatione suarum partium. Et ipsa ab utrisq; differt subtilitate & lenitate.

Hic respondet tertio dubio. Primo facit quod dictum est, secundo notificat malam & bonam hypostasim. Dicit igr̃ primo ꝙ incontinuitas malæ hypostasis est melior sua continuitate, quia continuitas significat completum dominium frigoris coagulantis aut caloris adurentis, incontinuitas non tantum significat dominium. Et sic soluitur dubium an semper melior sit continua q̃ inconitnua. Dicit secundo ꝙ q̃ sit mala hypostasis paulopost dicetur. sed bona hypostasis similatur puri & phlegmati crudo quãdo ista sunt tenuia. Cognoscitur tamen a pure vel sanie per fœtorem. Et discernit a phlegmate crudo conculcatione suarum partium. Nã partes phlegmatis sunt viscosiores & difficilius abinuicem separantur concussa vrina. Et tu hic per pus intellige pus apostematis non generaliter. Hypostasis autem optima vtroq; istorum est leuior & subtilior.

Hypostasis bona.

Et hæc quidem hypostasis non quęritur nisi in ęgritudinibus, quoniam in sanitate non requiritur, & illud est quoniam non dubitatur quin in corpore ægri malæ retentæ sint materiæ, & in uenis ipsius quæ nisi maturentur portendunt corruptionem. In uenis autem sani non semper oportet esse humorem qui sit excutiendus. sed si est melius est ꝙ hoc significent ex eis superfluitates quæ in eis superfluunt ex cibo a digestione priuatæ. deinde superfluit superfluitas quæ in urina fit hypostasis siue matura siue non matura.

Hic remouet quartum dubium. Et est vtrum in urinis bonis sanorum sit expectanda hypostasis. Et dicit ꝙ non quæritur nisi in ægritudinibus, & ideo in sanitate nõ requiritur. Ratio autem est quia non dubitabitur ꝙ in corpore ęgri sint retentæ malæ materiæ in suis venis, quæ nisi maturentũ portendunt corruptionem, sed non oportet ꝙ in venis corporis sani sit humor excutiendus. Dicit secundo quoad hanc partem, ꝙ si hypostasis inuenitur in corpore sano melius est vt ipsa significet in eis sanis superfluitates quæ superfluũt ex cibo priuato digestione, deinde ex illis superfluit superfluitas q̃ descendit, & fit hypostasis in vrina siue matura siue non matura. Et hic locus est notabilis. Nam primo est dubium. Vtrum in bona vel perfecta vrina sanorum debeat esse hypostasis. Et videt̃ ex Aui. ꝙ non. Primo hic. Nam si nõ requiritur nisi in ægritudinibus intelligitur ꝙ non requirit̃ ad bonum significandum, & ideo in sanis ad significandum bonum non requiritur hypostasis, si. n. per hoc quod dicit non requiritur intelligeret solum quod non est necessarium esse, similiter etiam non requiritur in ęgritudinibus, quia non obstante ꝙ habeant humores malos, stat tamen virtutem non digerere & n hi' emittere de illis per vrinam, vt accidit ĩ principĳs morborum. Secundo hoc idem apparet ex suo mõ loquendi infra in cap̃. de optima vrina, vbi dixit ꝙ debet habere hypostasim albam, & hoc non dixit absolute, sed cum conditione si hypostasim habeat innuit ꝙ potest eẽ optĩa sine hypostasi. Sed oppositum vult Gal. prĩo de crisi, vbi dixit. Laudabilis vero vrinarum est illa quę est boni coloris in qua est nubes alba lenis & æqualis aut residens in fundo vasis aut natans in supremo aut pendens in medio. Et laudabilior harum trium est, cuius nubes subsidet q̃ sic cuius nubes pendet in medio deinde tertia cuius nubes pendet in

Hypostasis an debeat esse ĩ vrinis sanorum.

non

supremo, hæ nanq; species vrinæ significant digestionẽ. Reliquarum vero omnium specierum vrinæ quædam significant contrarium digestionis, & quædam perditionem. In hoc dubio respondet Dynus ꝙ sanorum quidam sunt sani optime aut simpliciter, quidam cum latitudine. In vrinis aũt sanorum optime nõ requiritur hypostasis & hoc propt̃ duas causas. Vna est quia deficit materia, vt. A. dicit. Non enim est in eorum venis humor excutiendus. secunda ex pte agentis, quia vt dicit Dynus. hypostasis fit a calore naturali & p̃ter naturam simul, vt alleg. ex Gal. In sano autem cum latitudine potest esse hypostasis. quia stat in eo materia supfluẽs & agens, quia aggregatum ex vtroq; calore. Sed hęc r̃nsio non est digna tanto viro. Primo quia allegat Gal. male. Nã Gal. primo prognosti. commen. vlt. vult ꝙ hypostasis ĩ hoc differt a sanie, quia causæ facienti hypostasim non coniungitur dispositio vel calor præter naturam, sed bene in sanie.

Sanum dupl̃r.

Gal.

Alij sunt qui dicũt ꝙ in corpore sanissimo & optime recto nunq̃ apparet hypostasis. Et ratio quia in eo non sunt humores mali qui sint excutiendi & superfluitas tertiæ digestionis sufficienter per poros expellitur. nam q̃to naturalis calor est fortior tanto illius superfluitatis dissolutio est occultior. Dicunt secundo ꝙ in venis sani stat esse aliquam partem excutiendam per vrinam. Nam non omne paruum quid abũdãtiæ humoris trahit a latitudine sanitatis simpliciter, licet non sit in optimo eius gradu absolute. Alij vero dicunt ꝙ non in qualibet vrina sani simpliciter semper optime recti debet esse hypostasis, vt puta in illis quæ minguntur post digestionem sanguinis completam, sed in cuiuslibet sanissimi optĩe recti vrina quæ mingitur in tempore digestionis sanguis requiritur hypostasis. Et primum horum dicũt voluisse. Aui. secundum vero est id quod dixit Gal. primo de crisi cum dixit. Et dico ꝙ q̃diu sanguis permanet in semita digestionis in omnium vrina quæ mingitur videtur sedimen lene ęquale album plurimum. Et constat ꝙ loquitur Gal. de vrinis sanorum, & de his quæ in illa hora minguntur loquitur, vt dñt in loco statim allegato. Et fortasse hic modus est verior. Et restat dubium de qua digestione loquitur Gal. & respondetur secundum Plusq; commentatorẽ ꝙ de digestione in hepate. Sed apud secundam opinionem supra positam de hypostasi intelligendum erit de digestione in venis & membris quæ est tertia. Secunda diff. est de illa parte. Sed si est. melius est vt hoc significent ex eis superfluitates a digestiõe priuatæ. Nam melius videtur significare superfluitates digestas q̃ indigestas vt constat igitur non est melius ꝙ significet superfluitates &c. Hic locus est vnum de principijs fundamentalibus opinionis. Monachi. Nam dicit Monachus ꝙ si est humor excutiendus in venis sanorum melius ẽ vt ille humor sit superfluitas ex cibo veniens a stomacho ad hepar q̃ priuatur digestione secunda, & est apta vt expellatur cũ vrina & fiat hypostasis matura aut ĩmatura. nam istę superfluitates sunt inter alias minime lęsiuæ corporis & ex hoc vult hypostasim minime esse ex humore genito per secundam digestionem tanq̃ superfluitas digestionis tertię. Nam si sic esset melius esset vt sit ex digestis q̃ indigestis humoribus. Qui vero volunt tenere aliam viam dicunt ꝙ si esset hũor excutiendus in venis sani, aut si est hypostasis in vrinis sanorum melius est vt significet superfluitates tertię digestionis cibi quæ sunt priuatæ digestione principaliter intenta a mẽbris & sunt aptæ expelli cum vrina. Si quis autem inspeculari vellet posset elicere ꝙ hypostasis ĩ sanis sit ad modum. Trusiani & in infirmis ad modum positionis secundę.

Trusianus.

Et in macilentis quidem est sedimen paucum quod descendit secundum sanitatis dispositionẽ, & proprie qui exercitio utitur & artibus se exercent laboriosis. Et non multiplicatur huiusmodi hypostasis nisi in corporibus pinguium ociose uiuentium. Et propter hoc etiam in urinis ęgrorum macrorum non est expectanda hypostasis tantum quantum in urinis ægrorum pinguium, quoniam eorum ægritudo multotiens recedit ita ꝙ nil descendit. Et multotiens hypostasis in eorum urinis non peruenit ad hoc ut descendat, sed tñ plerũq; ẽ modicũ eius in eis natãs aut pendens

Hic remouet quintum dubium inferendo vnum corrolarium. Dubium igitur est vtrum in omnium corporum sanorum vrinis ęqualiter requiratur hypostasis. Et dicit ꝙ in dispositione sanitatis in macris & vtentibus exercitio multo & artibus laboriosis parum descendit de sedimine siue hypostasi in dispositione sanitatis, immo non multiplicatur hypostasis nisi in corporibus pinguium & vtentium ocio. Infert secundo corrolarium ꝙ in urinis macrorum ægrorum non est expectanda hypostasis sicut in urinis pinguiũ ægrorum. Et ratio quia multotiens ægritudo macrorum recedit sine hoc ꝙ aliquid descendat ad fundum. Sed plerunq; ẽ in eis sedimen paucum pendens in medio aut natans in supremo. Et causa omnium istorum ẽ quia humores macrorum sunt pauci subtiles facile resolubiles nisi essent melancholici qui etiam sunt paucorum humorum. Nam siue apud opinionem Plusq; commentatoris, siue alia multitudo resolutionis et motus ad exteriora paucificat hypostasim. Ad quod iuuat ꝙ ex phlegmaticis humiditatibus cum digeruntur multa sequestratur hypostasis, non sic est siccis.

Hypostasis q̃bus urinis cõtingat q̃bus uero non.

Et in nullis quidem urinis hypostasis ilico cũ mingitur descendit nisi in eis quæ ualde maturę sunt, immo in eis parum expectãdum est. Et plures ex hypostasis coloribus sunt secundum plurimum secundum colorem urinæ, sed melior ex eis quæ diuersificantur est alba, postquam est rubea, deinde citrina.

Remouet sextum dubium. Et est vtrum in veinis statim resideat hypostasis. Dicens ꝙ in nullis vrinis statim cũ minguntur residet hypostasis nisi sint valde maturę. Nã de istis in descensu parum est expectandum. Et causa est, quia ventositas non est cõmixta cum ea. Repetit autem ꝙ plures colores hypostasis sunt secũdũ colores vrinę, sed illarũ q̃ diuersificant melior est alba, deinde rubea, deinde citrina.

Non naturalis uero hypostasis alia est similis rasuræ intestinorum corticalis quæ est furfurea aut herbina aut similaginea aut similis arsenico rubeo, aut ei quod est ualde citrinum, alia est carnosa, alia est adipina, & alia est saniosa, & alia est mucilaginosa, & alia est quæ est similis frustulis fermenti in aqua soluti, & alia est sanguinea sanguisugalis, alia capillaris, & alia est arenalis granosa & alia est cineritia.

Hic exequitur de alio membro. s. de hypostasis non naturalis substantiæ. Et diuiditur in duas. Primo enumerat modos non naturalis hypostasis. secundo eius significationes. secunda ibi. [Similis vero.] In prima dicit ꝙ de sp̃ebus hypostasis non naturalis substantię quædam est corticalis, & ita est plurimum modorum. Nam vnus est corticalis similis rasurę intestinorum furfureæ, alius est herbinæ, alius similaginee, alius illius quæ est similis arsenico rubeo, aut illi quod est valde citrinum. secunda species est hypostasis carnosa. tertia est adipina. quarta est saniosa. quinta est mucilaginosa. sexta est similis frustulis fermenti in aqua dissolui. septima est sanguinea sanguisugalis. octaua est capillaris. nona est arenalis granosa. decima est cineritia. Vbi considera ꝙ licet naturalis sit unius modi, tamen preternaturalis est multorum modorum, sicut recedere a medio est multiplex,

Hypostasis nõ nãlis duplex.

non

non obstante ꝙ medium sit vnum. Sufficientia autē istorum decem modorum potest assignari, sed oportet ꝙ fundetur super experientia ꝙ aliorum modorum non inueniantur. Nam non potest cadere in diuisionibus per se notis nisi experientia mediante. Nam ratio non probat quin possit eē ossuosa, nisi ꝙ nunquam est visum ægredi ossa per vrinam. Et iō dimittendo modorum sufficientiam sequamur partes.

Similis uero rasuræ intestinorum corticalis, alia est petaloides magnarum partium rubearū aut albarum, quæ significat secundum plurimū ꝙ separatæ fuerunt ex membris quę sunt propinqua membris a quibus diuiduntur urinæ & sunt membra mingendi. Et albæ significant ꝙ sunt ex uesica propter ulcera quæ sunt in ea aut scabiē aut corrosionem. Rubeæ autem carnosæ significant ꝙ sunt ex rene. Et ex petaloydibus quidem sunt quæ sunt coloris fusci & obscuri, aut squamis piscium similes. Et hæc est uehementer mala, & omnibus spēbus hypostasis quas nominauimus deterior, & significat petalorum mēbrorum radicalium rasuram. Verum duo prima ipsius genera nullo modo impediunt, immo plerunque uesicam mundando sanant. Et dixerunt quidam cuidam homini se in potu tribuisse cātarides, qui cortices albos quasi uenosos minxit, qui cum in aquositate fricabantur resoluebātur & tingebanť tinctura rubea qui factus ē sanus & uixit.

In hac parte ponit Aui. significationes harum specierum hypostasis non naturalium. Et diuiditur in decem partes, sicut sunt decem maneries. secunda ibi. Et ex quidam. Tertia ibi. Hypostasis vero adipina. Quarta ibi. Saniosa vero. Quinta ibi. Mucilaginosa. Sexta ibi. Capillaris vero. Septima ibi. Quæ autem frumenti. Octaua ibi. Arenosa. Nona ibi. Plurimum. Decima ibi. Sāguisugalis.

Petala quid.

Circa primam partem nota petala dīt partes latæ plus ꝙ̄ profundæ. hypostasis igitur similis rasurę intestinorum corticalis ab Aui. hic ponitur ex parte ꝗtitatis trium modorum quorum duo sunt manifestę latitudīs ad sensū una nō ita manifesta. Et istos modos tres subdiuidit vt dicam. Primus igitur modus istius est hypostasis petaloides magnarum partium, quia partium manifestę lōgitudinis & latitudīs plusꝙ̄ communiter est furfur. Secundus modus est latitudinis & profunditatis similis furfuri. Tertius est similis crimno & est crinoys simula frumēti, ꝗ est farina granosa grossa. Primo igitur Aui. distinguit significata primi modi. secundo secundi. tertio tertij. secūda ibi. Et ex ea qdē. Tertia ibi. Crimnoydis vero. In prima parte dicit quatuor. Primum est ꝙ de hypostasi simili rasurę intestinorum quędam est petaloides magnarum partium albarum aut rubearum quæ significat ꝙ sunt ex membris mingendi. s. vesica vel poris uritidibus aut rene. Et albæ significant ꝙ sunt ex vesica ꝑpter vlcera vel scabiem. Et rubeæ carnosæ sunt ex renibus. Secundum dictum est ꝙ ex petaloydibus quædam sunt quæ sunt fusca & obscuri coloris similia squamis piscium in liuiditate & luciditate, & ista sunt uehementer mala. Et deterior omnibus speciebus hypostasis nominatis significat rasurā membrorum radicalium. Tertium dictum est ꝙ duo prima nullomodo impediunt immo plerunq; vesicam mundādo sanant. Quartum dictum est ꝙ quidam dixerunt se dedisse cuidā ī potu cātarides, ꝗ minxit cortices venosos albos, q cum fricabantur in aquositate resoluebantur & tingebātur tinctura rubea, qui factus est sanus & vixit. Nota igitē primo ꝙ petala siue partes latę modo dicto minguntur in vrina plerunq; cum sanie, vnde non videntur nisi concussa urina. Oportet igitur cum saniem videris in vrina agitare & ꝓspicere si petala sunt natantia. quandoq; absq; sanie, & etiā melius videntur vrina circūuoluta fortiter vt natent. Nota secundo ꝙ hæc petala quandoq; habent substantiam duram, vt caro vel pāniculus & tunc non ambigitur ꝙ fuerint partes membrorum per excoriationem vel corrosionem separatæ. Et cum sunt alba lata sunt ex vesica. Cum oblonga paucæ latitudinis ex poris vritidibus aut collo. Cum rubea aut citrina ex rene. Supra autem venire nō possunt propter viarum stricturam, & ista omnia impediunt & sunt mala significantia vlcera in istis membris. Quandoq; autem hæc petala non sunt ita dura, immo cum fricantur digitis resoluūtur in aqua ad modum pastæ aut luti aut pinguedinis, & ista aliquando sunt ex membris mingendi. Nam quandoq; in eis congregantur quædam res viscosę ad modum panniculorum adherentium vesicæ & parietibus venarum & pororum & proprie sunt alba. Et de istis fuit illud quod dictū ē de illo qui sumpsit in potu cantarides, & ista non sunt mala nec per viam signi nec causę. nam exitus eorum sanat oppilationem, & significat sanitatem. Et de istis intelligit Aui. in tertio dicto. Et ideo dixit ꝙ duo prima genera non impediūt scilicet quandoq; non vniuersaliter intelligendo. Aliquando hæc petala quæ hoc modo resoluuntur per fricationem sunt similia squamis piscium & fusca, & ista significant liquefactionem membrorum radicalium, & ideo non sunt nisi mortalia. Accidunt autem quia carne eliquata & in locis calidis permanente eliquata transit in hac forma ꝑ vias strictas colatorij. Sed cum veniunt ad vesicam ibi coagulantur & conuertunť in petala non tanto existe ibi calore prohibet illam coagulationē. Ex qbus particulas omnes plane intelliges.

Hypostasis petaloydis indiciū.

Et ex ea quidem quæ est sicut rasura intestinorum est quædam quæ est minoris latitudinis ꝙ̄ duæ prædictæ & spissioris substantiæ quæ si rubea fuerit uocatur herbina, & si rubea non fuerit uocatur furfurea. Et herbinæ quidem si fuerint rubeæ partes plerunque sunt partes hepatis adustæ & plerunque est sanguis in eo adustus & plerunque est etiā ex rene. Sed quæ est ex rene est maioris continuitatis carnosa, aliæ uero duæ plus similanť ei quæ nō est carnosa et fracturas ē magis recipiens. Et cum uehementer trahit ad citrinitatem est ex rene proculdubio, quoniam illa quæ est ex hepate ad rubedinem trahit fuscam & quādoque associatur ei in hoc illa quæ ē ex rene. Furfurea uero hypostasis quandoq; est ex scabie uesicæ & quandoq; ē ex liquefactione membrorꝫ. Et differentia inter eas est ꝙ cum illic in radice membri fuerit pruritus & fœtor erit ex uesica, & proprie cum pus prius mictū fuerit, & præcipue cum aliæ significationes urinæ demōstrauerint maturationem & fuerint uenæ superiores sanæ complexionis, & nō fuerint in eis macula immo in uesica. Sed si cum inflāmatione fuerit & uirtutis debilitate & membrorum mingendi incolumitate & color fuscitati attinuerit erit tunc ex liquefactione humoris.

Modo ponit signa secundę maneriei. s. quæ habet furfuris quasi latitudinem & grossitiem. Et dicit tria. Primo dicit ꝙ de hypostasi corticali quædam est minoris latitudinis ꝙ̄ duæ prędictę & maioris spissitudinis. s. profunditatis, ꝗ quādoq; est rubea, quandoq; non sed alba. Et cum est rubea vocatur herbina, & cum est alba vocatur furfurea. Dicit secundo ꝙ herbina si est rubea aut fusca significat liqfactionē partium hepatis aut sanguinis adusti & quādoq; est ex rene.

Hypostasis herbine īdicatio.

sed si est duorum primorum tunc est magis trahens ad rubedinem fuscam, & non est ita dura carnosa, immo facilius frangitur & dissoluitur. Et quando vehementer trahit ad citrinitatem est ,pculdubio ex rene. & ista est quam dixi supra similem arsenico ualde citrino. Dicit tertio ꝙ furfurea quandoq; est ex scabie vesicæ, quandoq; ex liq̃factione mēbrorum. Et horum differentia cognoscitur hoc modo, quia si est illic fœtor & dolor & pruritus in radice virgæ. s. circa pectinē erit ex vesica & proprie si minxerit pus, & proprie q̄n aliæ significationes demonstrant vrinæ maturatiōem, & nō fuerit macula in venis superioribus totius corporis. Sed si fuerit cum inflāmatione & debilitate virtutis & cum incolumitate membrorum vrinæ & color fuerit fuscus tunc significat ꝙ est ex liquefactione humoris. Et causæ harum diuersitatū sunt similes superioribus. Sed solum est diuersitas, quia cum sunt petala parua fusca resolubilia significant humorum liquefactionem, magna autem membrorum. Et tu ex his considera quód non repugnat hæc parua esse ex mēbris, & illa magna ex humoribus.

Hypo. stasis furfureę causa duplex.

Et crimnoydis uero plurimum est ex adustione sanguinis quæ ad rubedinem trahit. Et multotiens est ex liquefactione membrorum & eorū rasura si albedini attinet. Et quandoq; est etiam ex uesica scabiosa secundum minus. Et tibi quidem possibile est, ut modum differentiæ inter eas intelligas per illud quod iam sciuisti. Si autem nigredini attinet est ex sanguinis adustione & proprie in splene. Omnes præterea petaloydes hypostases quæ non sunt ex causa quæ sit in uesica & rene & cannalibus urinæ in ægritudinibus acutis malum portendunt perniciosum.

Hypostasis crimnoydis causa.

Nunc ponit significationes tertij modi corticalis. Et dicit tria. Primum ꝙ plurimum hypostasis crimnoydis est ex adustione sanguinis, & ista trahit ad rubedinem, & est illa q̄ est similis arsenico rubeo, & multotiens est ex liquefactione membrorum & eorum rasura si attinet albedini, & quādoq; licet rarius est ex vesica scabiosa. Dicit secundo ꝙ possibile est tibi considerando superius dicta vt intelligas & cognoscas istorum modorum differentias, ex colore. s. & duritie in fricando & passione membrorum, sed si attinet nigredini est ex adustione sanguinis in splene, quia ille est niger.

Hypostasis crimnoydis nigrę cā.

Dicit tertio ꝙ species hypostasis petaloydis quæ non sunt ex renibus aut vesica aut poris vrinalibus in acutis ęgritudinibus ostendunt malum perniciosum. Et causa est quia ostendunt liquefactionem & adustionem maturatiōi oppositas, & multum ipsam prohibentes. Sed dubitatur quæ istarū trium est peior, an petaloydes magnarum p̃tium, an furfurea, an crimnoydes. Et videt̃ ꝙ furfurea ex auctoritate Isaac & Theophili. Sed ꝙ illa quæ est magnarum partium vult Aui. Et videntur isti auctores discordasse. Nam Aui. videt̃ velle ꝙ nunq̃ est magnarum partium fuscā, nisi ex mēbrorum radicalium eliquatione, sed aliæ ex humorū possunt cōtingere eliquatione. Item videtur extimasse ꝙ non sunt petala lata nisi propter profundam eliquationem, vnde partes multæ viscosæ & tenaces eliquantur, sed in crimnoyde & in furfurea minus tenaces. Q. si dicatur crimnoydem fieri ,propter nimiam adustionem incinerantem. hoc Aui. non videt̃ voluisse, quia stante via non potest radicalium membrorū mobilium tanta fieri ab intrinseco adustio, vt propter illam fiat incineratio. sed plurimum quod facit calor in membris est dissoluere partes valde glutinosas, quæ cum sunt multæ conuertuntur in petala magna. Et ideo deterior est illa magnarum partium. Et ego iudicium Aui. magis approbo.

Et tu quidem iam sciuisti ex hac summa carnosæ dispositionem, & plurimum eius est ex rene & quandoq; ipsa non est ex rene. Nam ex rene non est nisi cum caro est sanæ carnositatis, & non est in corpore liquefactio. Et urina quidem matura uenarum significat sanitatem, quoniam renum ægritudines maturationem non prohibent urinæ, quia ipsa supra ipsos existit.

Hypostasis carnosa duplex.

Hic determinat de hypostasi carnosa & dicit duo. Primum est ꝙ tu cognosces dispositionem hypostasis carnosæ ex hac summa. i. ex his quæ sunt nunc dicta de corticali. Id autē qđ scitur est ꝙ plurimum hypostasis carnosa est ex rene, q̃a alia vrinalia membra sunt neruosa, sed quandoq; non est. Nam quando est ex rene est integre carnositatis sanæ. i. duræ, & ,p tunc non est in corpore liquefactio. Et per oppositum intelligitur ꝙ quando hypostasis est carnosa & non dura, tunc est ex liquefactione membrorum & est deterior. Dicit secundo ꝙ vrīa matura. i. digesta significat sanitatem venarum. s. supra renes & non significat ita renum dispositiōes. Et ratio est, quia maturatio vrinę est supra renes. i. perficitur in membris supra renes. Sed hic cadit difficultas. Nam in diabete vrina est penitus cruda, vt primo de crisi. & . 18. tertij. & tamen in illa patiuntur renes, igitur renum passio facit vrinam indigestam. Præterea vrinæ patientium lapidem & vlcera in vesica plerunq; sunt indigestę, vt notat experientia, & dicatur. 18. tertij. Dic ꝙ aliquando sunt istę passiones renū non communicantes superioribus membris & tunc vrina apparet digesta. q̄nq; cōicantur hepati & venis & tunc variatur digō vrinę per illos. Et tu hic elice responsionem.

Passio renum duplex.

Hypostasis uero adipina adipis & pinguedinis & etiam carnis significat liquefactionem. Et earum peior est quę auro aquę similatur. Duo autem ipsius principia cognoscuntur ex paucitate & multitudine & commixtione & separatione, quoniam cum est multa & separata existimatur ꝙ sit ex parte renis & propter liquefactionē suæ adipis. Et si est minus & maioris commixtionis est ex loco magis remoto. Et est cum in urina frustum album granati grano simile uisum fuerit & erit ex adipe renis.

Aurum aq̃ quid.

Determinat de adipina & dicit tria. Primum est ꝙ adipina significat liquefactionem adipis & pinguedinis & aliquando carnis, sed illa quę est deterior est illa quæ similatur auro aquæ, & est aurum aquę tela super aquam putridā natans cum nitore auri & liuiditate. Dicit secundo ꝙ principia hypostasis adipinę vtrum sint ex longinquo aut ex renibus cognoscuntur per multitudinem & separationem & cōtraria. Nam quando pinguedo est multa & parum permixta est ex rene. Et quando est pauca & multum commixta est supra renes a remotiori loco. Dicit tertio ꝙ cum fuerit visum granum album in vrina simile grano granati significat ꝙ ē ex rene. Vbi nota primo ꝙ circa renes multa pīguedo inuenitur, quę quando eliquatur, quia nō multum morat̃ anteq̄ ad uesicam tēdat, ideo & multa est & parum commixta cū aquositate. Sed cum pinguedo supra renes eliquatur primo, quia illa loca non tantum abundant pinguedine. Secūdo quia multam viam transit anteq̃ ad vesicam transeat, ideo a calore qui primo eliquauit & multum consumitur & multum miscetur aquositati. Sed de illa quę est similis grano granati considera ꝙ est ex adipe ex concauo renum qui adeps cum eliquatur parum transit in poros & statim coagulat̃ in vesica. Si autem a longiori loco fuerit non fiet ad modum grani granatorum.

Hypostasis adipina duplex, & cuiuslibet cā.

Saniosa uero ulcus significat ꝙ apertū fuit & proprie in mēbro mingēdi, & præcipue si ibi fuerit sedimen laudatum ad fundum descendens.

Hic

Hypostasis saniosæ indicatio.

Hic ponit significationes saniosæ dicens ꝙ saniosa significat vlcus quod fuit apertum & proprie in membris mingendi, & hoc præcipue si in vrina fuerit sedimen laudabile tenderis ad fundum. Vbi nota ꝙ propter acuitatem vrinę membra illa apertiua dñr ad incurrendum vlcera q̃ alia membra intrinseca. vnde multo plures inueniuntur cum vlcere renum aut vesicæ q̃ aliorum membrorum interiorũ, nisi forte intestinorum. & ideo cum saniosa hypostasis mingitur significatur ꝙ ab vlcere venit præcipue viarum vrinæ. Accedit ad hanc causam ꝙ etiam aliorum membrorũ vlcera non ita faciliter per vrinam euacuatur sicut vlcera illarum viarum. Nota secũdo ꝙ cum in vrina apparet hypostasis laudabilis substantiæ significatur ꝙ mēbra supiora sunt sana & præcipue hepar a quo maxime fluere posset de alijs membris sanies cum vrina. & ideo tunc maxime significatur vlcus in vijs vrinæ. Sed diff. est quomodo in tali vrina in qua est hypostasis saniosa apparet sedimen laudabile. Dicendum iuxta illud quod vidi per experientiam ꝙ habentes vlcera in renibus & vesica non semper mingunt saniem in omni sua vrina, immo quandoq; eam sine sanie mingunt, & tunc non inconuenit apparere sedimen laudabile. Vult igitur. A. ꝙ in illis in quorum vrinis quandoq; apparet sedimen laudabile, & quãdo q; saniosum multis vicibus significatur ꝙ sanies est a vijs vrinæ. Aut secũdo dicitur ꝙ non inconuenit sanis existentibus superioribus partibus esse vlcera in vrinæ vijs, vnde fiet vrina digesta & cum sedimine laudato. Sanies autem grauior & grossior & paucæ commixtionis cum aquositate cito descendet & hypostasis laudata postea, & non ita ad fundum.

Et mucilaginosa quidem significat humorē spissum crudum, aut quod ē in corpore multus, aut ex instrumentis urinæ ægrediens aut crisim apertionis uenę sciaticæ aut doloris iuncturarũ. Et hoc quidem cognoscitur ex alleuiatione quæ post ipsam sequitur.

Hypostasis mucilaginosę indicatio.

Hic determinat de mucilaginosa. Et diuiditur in tres. primo facit quod dictum est. secundo docet vitare duos errores, tertio ponit vnam regulam de significatione mucilaginosę. secunda ibi[Plerunq; .n.] Tertia ibi[. Et vrina quidē.] Dicit primo ꝙ hypostasis mucilaginosa significat aliquod istorum quatuor. s. aut humorem crudum multum esse i corpore. Aut ꝙ multus talis humor egreditur ab instrumentis vrinæ. Aut tertio crisim apertionis venæ sciaticæ. Aut quarto crisim dolorum iuncturarum. quartum autem significatũ ponet in sequenti parte. Causa autem est clara. Nam hypostasis mucilaginosa accidit, quia multum de phlegmate mucilaginoso pellitur quod phlegma est crudum. Hæc autē expulsio aut est propter abundantiam eius in toto aut in mēbris vrinæ propter quod cogitur natura emittere aliqd eius, aut propterea ꝙ maturatus est talis humor & terminat ægritudo quę ab illo pendebat. Et tunc plurimum erit crisis sciaticę aut podagræ a talibus humoribus pendentium. Et p hęc datur intelligi crisis aliorum morborum a talibus hũoribus pendentiũ. Signum qđ hoc modo accidit per viam crisis est alleuiatio q̃ sequitur iuxta sniam secundi aphor. prię pericule.

Plerunque enim subtiliatur & attenuatur & putat̃ hypostasis laudabilis. Quapropter in acutis ægritudinibus non est confidendum in eo qđ apparet secundum similitudinem laudabilis hypostasis cum nondum fuerit maturationis hora, nec pręsentes fuerint eius significationes. Et etiã est cum uehementem complexionis renis frigiditatem significat. Inter saniosam uero & crudã existit differentia, quoniam saniosa existit cum febre & præcedunt ipsam significationes apostematis & eius partes faciles sunt ad coniungendũ & superandum, & quædam ex ea est quæ cum aquositate uehementer miscetur, & quædam ex ea quæ separatur, sed cruda est & turbida & spissa & non facile coniungitur nec facile separatur.

Docet vitare errores & sunt duo. Primus est ꝙ tu debes scire ꝙ hoc phlegma mucilaginosum plerunq; subtiliat̃ & putatur ꝙ sit hypostasis laudabilis, quod supple est falsũ. Et ex hoc infert Aui. ꝙ in morbis acutis non est confidendũ in eo quod apparet secundum similitudinem laudabilis hypostasis cum nondum fuerit hora maturationis nec fuerint præsentes eius significationes. Et subdit ꝙ hypostasis mucilaginosa quandoq; significat vehementem frigiditatem cõplexionis renum. Secundus error est ꝙ aliquando est hypostasis saniosa & apparet cruda & mucilaginosa. Et differentia inter eas est, quoniam saniosa est cum foetore & cruda sine foetore. Et saniosam præcedunt signa apostematis in aliquo membro, non sic est in cruda. Et partes saniosæ faciliter separantur quando vrinale concutitur & faciliter coniungũtur quãdo dimittitur quietum, sed in mucilaginosa uel cruda est oppositum, immo est turbida spissa, quæ nec faciliter diuiditur in partes nec faciliter separata congregatur.

Medicicañ. pcl cus, ne decipiatur in hypostasi.

Circa primum igitur errorem attende ꝙ sæpe in eo decipiuntur medici. Nam a calore febrili sæpe subtiliatur aliqđ phlegma crudum & habet similitudinem laudabilis hypostasis & non est. Et ideo ad hunc errorem vitandum oportet primo considerare naturam & speciem morbi in se, & uidere vtrum in tanto tempore debeat esse materia morbi digesta. secundo oportet considerare alias conditiones omnes dcãs supra de laudabili hypostasi vtrum sit similis hypostasi aquę ro. cito descendens &c. tertio ex alijs signis significantibus materię digõnem sicut sputum feces, & quędam aliæ dispõnes magis a lõge digõnē significãtes. residuum ē clarũ.

Et urina quidem in qua plurima mucilaginosa hypostasis apparet quando est exuberãs cum in fine podagræ apparet & dolorum artheticorum significat bonum.

Hypostasis mucilaginosæ i podagra & iũcturarũ dolore indicatio.

Hic ponit vnam regulam di. ꝙ vrina in qua est plurima hypostasis mucilaginosa in fine dolorum iuncturarum & podragæ est bonum signum. Et causa est, quia significat ꝙ expellitur critice bona crisi.

Capillaris aut est propterea ꝙ humor occultus consolidatur ex calore in ipsum agente quæ quandoq; ē alba quandoq; est rubea, & eius consolidatio est in rene. Et ferunt quidam quòd in eius lõgitudine plerũq; palmi mensura inueniť.

Hypo. capillaris cã & ē duplex

Hic docet significata capillaris hypostasis. secundo causam dicens ꝙ hypostasis capillaris est propter humorem occultum qui consolidatur propter calorem in ipsum agẽtem. Et ista hypostasis quandoq; est alba quãdoq; rubea, & eius consolidatio est in rene. Et quidam dñt ꝙ in eius longitudīe plerunq; inuenitur mensura palmi. Et tu de hac vide Ga. 4. aphor. 78. commento. vbi talem rationem adducit ad oñdendum ꝙ pili isti sunt ex materia ingrossata in renibus & ibi adusta a calore, quia illi qui hoc patiuntur sunt vtentes grossa & viscosa diæta, vt comestione fabarum & casei. Et non curantur nisi cum medicina incidente & humectante et subtiliante, & præcipue debet itelligi si habuerit respectum ad renes. Et ibi Gal. narrat ꝙ medietatem brachij hõis unus talis pilus in longitudine. Ego autem in mõte alcino vidi hominem qui pilos quotidie per multos annos minxit nõdum curatus erat cum multorum medicorum consilia secutus esset. Causa autem propter q̃ in renibus generatur & nõ in alijs membris est, quia ibi est colatorium strictos poros

Gal.

habens, a quo oriuntur pori vritides. In transitu igitur per poros materia recipit subtilitatem pili & pendet pilus in poro vritide ex capite vno dum ex alio stat adhærens colatorio. Et loci commoditas in alijs membris non inuenitur.

Quæ autem fermenti infusi frustulis silis existit debilitatem significat stomachi & intestinorum & digerendi malitiam in ipsis. Et est plerũque causa eius comedere lac & caseum.

Hypostasis similis frustul' fermẽti indicatio. Gal.

Docet significata hypostasis similis frustulis fermenti in aqua dissoluti, dicens q hoc significat debilitatem stomachi & intestinorum & malitiam digerendi, & quandoq; est propter comestionem lactis & casei. Vbi nota q hic non debet dicere textus frumenti frustulis sed fermenti. Nam vrina similis frustulis frumẽti est illa quę vocatur crimnoydes. Et de hac dicit Gal. 1. progno. commento. 18. q non potest fieri per hunc modum q partes cibi idigestę veniãt ad uias vrinę durę vt erant, immo est ex adustione humorum. Sed ista est similis frustis fermenti quod est ad fermentandum panem dissolutum in aqua, & sunt quædam partes albæ ual de grossæ sicut fermentum & istæ accidunt modo dicto. Nõ igitur bene dixit Dynus cum concessit hanc esse maneriem aliam crimnoydalis hypostasis apparentem in sanis. sed. A. supra & Gal. loco allegato locutum esse in ægris. Modus autem quo accidit hęc vrina aut ẽ quia a stomacho tales partes transeunt, aut quia ex chylo crudo tales gñant in hepate.

Arenosa uero semper significat lapidẽ qui cõsolidatur aut consolidãdo procedit aut qui resoluitur. Et quæ quidem est ex eis rubea est ex rene, & quando non est rubea est ex uesica.

Hypostasis arenosæ idicatio

Ponit significata hypostasis arenosæ. Et dicit q ista semper significat lapidem qui consolidatur aut consolidando procedit, aut lapidem qui resoluitur. Et si ẽ rubea est ex rene, & si est alterius coloris est ex vesica, & per rubeam intelligas citrinam. Vbi nota primo q arenosa dr̃ a crimnoydi, quia est durior & communiter minorum partium. Nota secundo q renes fortem habent virtutem digestiuam respectu uesicę. Et ideo superfluitatem diu in eis retentam sibi in colore assimilant, & propter hoc lapis & arena renum sunt rubei aut citrini. sed vesica est alba & debilis digestionis, & ideo lapis in ea genitus aut est albus aut secundum colorem humoris; ex quo fit aut aliquando niger. Nota tertio q est differẽtia inter arenam significãtem lapidem qui coagulatur, & arenã significantem dissolutionem. Nam prima est grossior & viscosior & mollior. secunda cõtrarijs modis disponitur. Nota tamen vt vult Concil'. primo epidimiarum. illa parte. Aut in renibus dolor ponderosus. quandoq; arenulæ a renibus sunt albæ sed raro. Et ego testor me Venetijs iam vidisse mulierẽ quæ post dolorem renum vehementissimum qui versus pectinẽ extendebatur administrato balneo minxit lapides plures albos ad modum aluminis rochæ combusti.

Arena significãs duplex.

Ex quo patet q licet vtplurimum superfluitates sibi assimilent non tamen semper. Et ex hoc patet causa quare pili de quibus supra quandoq; sunt albi.

Plurimum autem quæ cineritia est phlegma significat aut pus cui propter longam moram accidit coloris mutatio & sectio partium, & est quãdoq; propter adustionem quæ ei accidit.

Hypostasis cineritię idicatio

Determinat significata cineritiæ dicens q plurimum qd significat cineritia hypostasis est phlegma aut pus, cui propter longam moram accidit mutatio coloris & sectio. i. minoratio partium. Et quandoq; est propter adustionem quæ accidit ei. Cineritia autem differt ab arenosa in duritie, quia non tantum est dura & minores valde partes habet sicut cinis. Et causa huius est, quia non videtur alia materia bene mutabilis in hunc colorem & modum substantiæ q̃ duę dictę.

Sanguisugalis uero hypostasis si uehementer est mixta hepatis debilitatem significat. Et si minus hac significat uulnus in cannalibus urinæ et continuitatis solutionem in ipsis. Et si fuerit separata plurimum eius erit in uesica & in uirga. Et nos quidem perscrutabimur hoc in particularibus ęgritudinibus in capitulo de mictu sanguinis. Et si in urina fuerint sicut sanguisugæ rubeæ infirmo splenem habente resoluetur uel arescet splen ipsius. Scito autem q in ægritudinibus uesicæ non multus ægreditur sanguis, quoniam eius uenæ mixtæ sunt in ipsius corpore calcatæ & angustæ & paucæ.

Hypostasis sãguisugal' sextuplex.

Hic ponit significationes hypostasis sanguisugalis siue sãguineę. Et dicit sex. Primum est q talis hypostasis quandoque est multum commixta cum aquositate, & significat debilitatem hepatis. secundum est q si est mixta, sed minus, significat solutionem continui in vijs vrinæ. tertium est q si est multum separata tunc est ex vesica, vel nigra. quartum est, q de hoc magis docet in tertio cap̃. de mictu sanguinis. quintum est q si in vrina apparent sicut sanguisugæ in frigido patiente splenem. i. grossitiem splenis significat salutem illius morbi. sextum est q tu scias q i ægritudinibus vesicę non mingitur multus sanguis, quia venæ suæ sunt commixtæ cum sua carne calcatæ angustę & paucę. Et tu considera hic dici sanguisugalẽ sanguineã hypostasim. Et tunc ẽ clara causa primi dicti. Nam ex hepatis debilitate accidit q nõ potest sequestrare aquositatem ex sanguine, & ideo multum de sanguine transit cum vrina, ita cum a renibus nõ potest bene colari & multum de sanguine vadit cum vrina, & multum est commixtus propter longitudinem viæ qua veniunt simul. Sed dices. Pori vritides sunt neruosi, ergo ex eorũ solutione continuitatis non egreditur sanguis. Hic dicitur q sunt neruosi, tamen in eis aliquæ sunt venulę quibus apertis fluit sanguis, minus tamen commixtus q̃ ab hepate veniens. Sed itẽ est difficultas quomodo ex splene veniat sãguis ad modum paruarum sanguisugarum. Cum. n. splẽ multo magis distet a vesica q̃ hepar, magis cõmixtus debet esse aquositati sanguis a splene veniens q̃ ab hepate. Hic dicitur q sanguis iste propter sui grossitiem & viscositatẽ non miscetur cum aquositate, sicut ab hepate veniens. Nam longitudo viæ maiorem facit permixtionem si cætera sint paria. Deinde cum dicit.

Hypostasis uero significatio ex quantitate ipsius sumpta multitudine quidem sui & paucitate declarat causæ ipsam efficientis multitudinem aut eius paucitatem. Et ex quãtitate quidem sui in magnitudine aut paruitate sui est quẽadmodum diximus in hypostasi mucilaginosa.

Hic prosequitur de significatione hypostasis per secundũ modum dispositionum consistentium in ea. s. per considerationem quantitatis. Et dicit duo. Vnum est q hypostasis multa declarat multitudinem causæ facientis ipsam & pauca paucitatem. Dicit secundo q de q̃titate hypostasis in magnitudine & paruitate est quẽadmodum dictum est de hypostasi mucilaginosa. Vbi primo nota per magnitudinem aut paruitatem hypostasis non intelligi eius magnitudinem aut paruitatem quo ad sui totalitatem sed per magnitudinem & paruitatem intelligimus quo ad partes hypostasis, ita vt illa dicatur magna quæ habet partes magnas, & econtra parua habens partes paruas, ita q in hypostasi habẽte partes diuersas, quędam est quę composita ẽ ex partibus paruis, quædam ex magnis. & de hoc modo loquitur hic.

Hypostasis hañs ptes diuersas duplex.

Sed tunc sunt duę difficultates. Prima, q hypostasis multa est

ta est in ęgris & in sanis pauca. Sed in sanis causa faciens hypostasim est amplior, igitur non est verum ꝙ multitudo hypostasis significet multitudinem causę ipsam facientis. et minor patet, quia virtus est amplior in sanis & virtus est causa efficiens hypostasim. Secunda diffi. Non videtur ꝙ significatio hypostasis magnæ modo dicto sit quemadmodum dictum est in mucilaginosa, quia mucilaginosa multa est bonum signum in fine morborum, sed aliquando est malum signum in principijs significās materiæ multitudinem. hypostasis autem magnarum partium est semper bona, vt vult Gal. 2. progno. commen. 28. cum dixit. Quod est quia sedimen diuersum, cuius partes sunt magna, est super virtutis significationem secundum magnitudinem illius substātię cōpositæ ex partibus illis & rectificationem digestionis eius. partes autem paruæ significant ꝙ materia iam vincit naturam & supauit eam. Ad primum istorum dicitur ꝙ Aui. per causam facientem hypostasim intellexit improprie causam materialem. s. humorem vnde deciditur. Ad secundum dicitur ꝙ hypostasis magnarum partium est bona respectu hypostasis pvarum partium, licet vtraq; nō sit optima. Et dicitur ꝙ similitudo istius in comparatione ad mucilaginosam est intelligenda ꝙ sicut magnitudo & paruitas significant in mucilaginosa, ita in hypostasi diuersarum partium magnitudo & paruitas partium, modo in mucilaginosa melior est multa q̃ pauca. Et tu istud intellige non vt dixit Dynus dicens ꝙ hoc quandoq; est ex dominio virtutis, quandoq; ex multitudine materiæ. & concedens ꝙ hypostasis paruarum partium quādoq; est ex dñio virtutis, cuius oppositum expresse vult Gal. loco allegato.

Eius aūt significatio ex qualitate sui ē ex colore quidem ipsius, quoniam quæ ex ea nigra est significat malum secundum diuisiones quas nominauimus. Quæ tamen ex ea sanior est illa est cuius hypostasis est nigra & aquositas non ē nigra. Et rubea quidem sanguinis significat proprietatem & fastidium. Et citrina quidem significat calorem fortem & ęgritudinem insidiosam. Et ex ea quidem quæ alba est quædam est bona sicut diximus, & quædam est mala sicut mucilaginosa aut saniosa aut spumosa maturationi contraria. Viridis quoque semita est ad nigram. Ex dolore uero eius est quemadmodum diximus in his quæ præmissa sunt.

Modo ponit significationes qualitatis hypostasis. & primo coloris. secundo odoris. In prima ponit quinque colorum significationes dicens ꝙ hypostasis nigra est mala secundū diuisiones nominatas. i. secundum modos dictos in cap̄. de coloribus. Q̨ si malus color niger patet, quia aut significat vehemens frigus congelans aut calorem adurentem. sed dicit ꝙ illa est minus mala cum hypostasis est nigra & vrina non est nigra. Vbi nota ꝙ quemadmodum vt dictum ē loco allegato, quando vrina nigra est propter crisim ægritudinum melicarum & est signum bonum, ita hypostasis cū alijs signis multa existens est aliquādo signum bonum, sed quando nō est per modum crisis semper est mala, & minus mala quando hypostasis est nigra & non vrina. Nam significatur non tantam esse multitudinem materiei malæ immo aliquando talis materia digeritur sed raro. Dicit secundo ꝙ hypostasis rubea significat dominium sanguinis & fastidium. Vbi nota hypostasim fieri rubeam deducto vincere ex sanguis dominio. Modo dominante sanguine plerunque est fastidium. nam vna de causis non esuriendi est copia sanguinis in hepate, vt tertio naturalium virtutum. Dicit tertio ꝙ hypostasis citrina significat calorem fortem & ægritudinem insidiosam. Et hoc quia significat choleræ non puræ dominium talis autem est multum calida, & ægritudo ab illa est periculosa præsertim multa existente materia. Dicit quarto ꝙ hypostasis alba quædam est bona de qua supra dictum est, quędam mala sicut saniosa mucilaginosa & spumosa. Et spumosa est illa de qua dixi supra, cum dicebatur ꝙ æqualitas est melior tinctura. vide ibi. Dicit quinto ꝙ viridis est semita ad nigram. Et hic per viridem possumus etiam intelligere indicam & irealem & phisticalem. et omnes isti colores sunt minus mali q̃ niger in quo terminatur, licet aliqua nigra hypostasis aliqua viridi sit minus mala. Viridis autem vere viriditatis significans choleram ęrinariam est pessima, nec est via in nigram. De secunda parte dicit quód de odore hypostasis omnino dicendum est sicut superius dictum ęst de odore vrinæ.

Hypostasis coloris rubei indicatio.

Ex ipsius uero situ & ex lenitate quidem sui & diuulsiōe, quoniam lenitas & ęqualitas in hypostasi laudata est melior, & in non laudata ē deterior. Sed diuulsio significat uentositates & digerendi debilitatem.

Ponit significationes ex situ partium adinuicem, & comprehendit hic lenitatem ī superficie & asperitatem & diuulsionē & coniunctionem partium adinuicem. Et dicit ꝙ lenitas & æqualitas in hypostasi laudata est melior, sed in non laudata est deterior, sed diuulsio significat vētositatem & digerendi debilitatem. Vbi nota ꝙ sicut lenitas & æqualitas in hypostasi laudata significat vniforme dominium caloris naturalis super materiam, ita in mala significat vniforme dominium malę qualitatis. Diuulsio autem significat ventositatē. Sed iudicio meo quidam sunt modi diuulsionis qui aliquid aliud significant vt hypostasis circularis vel perforata. Nam ista iudicio meo significat materiei viscositatem & grossitiē, & cum hoc plurimam caliditatem. Modus autem est quia a medio vrinæ plurimi fumi sursum via recta ascendunt, q prohibent congregari hypostasim circa medium vrinalis, sed circūquaq; descendente materia vīr in circulo & sui viscositate post vaporum recessum non coicidunt partes.

Eius autem significatio ex loco sui est, quoniā aut est natans & uocatur nubes, aut pendens & hæc quidem est in medio stans quæ est maioris maturationis quàm prima. Et ex pendente illa melior est cuius rugæ & fimbriæ ad inferiora declinant, aut ad fundum descendens quæ est melioris maturationis. hoc quidem est de hypostasi laudata. Non laudata uero quę leuior est melior existit sicut nigra, & hoc in febribus acutis & similiter si humor est phlegmaticus aut melancholicus, quoniam ea quæ est ut nubes melior est ea quæ inferius descendit, significat enim eius subtilitatem nisi cum causa natationis fuerit multa uentositas. Et si nō fuerit ita natans est melior q̃ pendens. Et inferius descendens est deterior.

Ponit hic significationes ex locis hypostasis in vria. s. aut superius aut inferius aut in medio. Et primo in genere bonę vel malę secundo dat causas natandi vel ad fundum descendendi. tertio ponit regulas speciales in significando per locū hypostasis. secunda ibi. Et causa quidem natandi. Tertia ibi. Cunq; in principio. In prima dicit ꝙ hoc mō significamus ex loco hypostasis. Nam aut natat iuxta superficiem aut pendet in medio, & ista significat maiorem maturationē in hypostasi laudata. & de illa melior ē quę habet quasi fimbrias ad fundum descendentes, quia significatur ꝙ in parte materiei magis processit digō. Alia vero est descendens ad fundum, & ista significat maiorem maturationem. hic ē modus significandi in hypostasi laudata. Sed in non laudata illa

Hyposta. a loco triplex indicatio.

quæ est leuior est melior sicut nigra, & hoc ē in febribus acutis, & similiter si hypostasis sit humor phlegmaticus aut melancholicus, quoniam nubes est melior q̃ pendens, & pendens melior q̃ subsidens, quia istæ significant subtilitatem nisi forte fuerit pendens ex ventositate. Et si causa non fuerit ventositas tunc melior est natans q̃ pendens, & melior pendens q̃ stans in fundo. Sed hic attende q in corporibus sanis i quibus hypostasis apparet, melior significatur digestio ex hypostasi in fundo q̃ pendente, & melior ex pendente q̃ ex natante. vnde in temperato debite exercitato & si minus de hypostasi appareat q̃ in temperato quietato, tamen illud apparens ē i fundo. Attende secundo q in ægris solent doctores hãc distĩonem ponere q hypostasis aut descendit magis secundum grossitiem humorum & minus secundũ subtilitatem. Aut magis descendit quia caret ventositate, & minus quia ventosa. Aut tertio magis descendit ex operatione naturæ digerentis. Tunc dicunt q maior descensus ratione operis naturæ, & ratione carentiæ ventositatis est melius signum, sed maior descensus ratione grossitiei humorum ē deterior. Sed hoc planum est ex his quæ dixit. A. Nam dixit q hypostasis laudata est melior descendens nisi causa natandi fuerit ventositas. In non laudata quæ est de substantia humorum leuior est melior, quia isti humores leuiores & subtiliores facilius a natura vincuntur.

Et causa quidem natandi superius est caliditas cum qua est acuitas & uentositas. Hypostasis autem diuulsa in grossa superius natat, & proprie cum sit leuis & in tenui descendit inferius, et proprie cum sit grauis.

Ponit hic causas natandi dicens q caliditas & acuitas materiei sunt causa natandi, quia faciunt materiam leuem & ē ventositas. Dicit secundo q hypostasis diuulsa in grossa vrina superius natat, & proprie si ipsa est leuis, tunc enim sũt tres cãę, figura lata, leuitas & resistẽtia vrię. sed in vrina tenui descendit deorsum, & ꝑprie cum sit grauis. Et causa ē clara.

Cunque in principio ægritudinis apparet pendens & natans postea perseuerat, significat q crisis cum exitura ueniet. Macilentorum uero ægritudo plerunque remouetur sedimine bono natãte aut pendente: quemadmodum diximus in pręcedentibus. Et cum inter nephelem & enæorema & hypostasim fuerit aliquid simile telæ araneæ aut densitas erit signum malum. Et multotiens quidem natãs sedimen non bonum apparet ex quo ꝑuenit terror. Sed istud erit principium maturationis & permutationis ad bonitatem, postea pendebit, deinde descendet, & erit signum non malum. Quod si post ipsum malæ prouenerint hypostases timor quem in primis habemus fiet necessarius.

Hypostasis ex loco significationis exempla quadrilateralis. Ponit quatuor particulares modos significandi ex loco hypostasis. Et diuiditur in quatuor partes secundum quatuor regulas. Primo igitur dicit q cum in principio ægritudinis apparet sedimen pendens & postea perseuerat natans significat q crisis veniet cum exitura. Nec inconueniit q in principio appareat natans sedimen significans occultam digestionem. Causa autem dicti est, quia materia est quodãmodo digesta & incompleta, & ideo fiet crisis imperfecta quæ plurimum est crisis permutationis. Secunda regula est q ęgritudo macilentorum plerunq; remouetur cum sedimine bono pendente aut natante, vt dictum est supra. & causa ē quia ipsi paucas habent superfluitates & easdem leues. Ex quibus sequitur q in quibusdam hypostasis pendens aut natans significat complementum digestionis. Sed tunc diceret q æquæ perfectam digestionem significaret sedimen natans sicut stans in fundo. Negatur consequentia, quia digestio completa in humore cuius sedimen stat in fundo est perfectior q̃ digestio in humore cuius sedimen digestum natat. Sed tu in isto considera. forte. n. nõ est verum nisi vt in pluribus q sedimen bonum in fundo est melius natante. Tertia regula q quando inter nephelem & enæorema fuerit aliquid simile telæ araneæ aut densitas est signum malum. Et causa est quia significat multitudinẽ & diuersitatem materierum, quarum vna non digeritur. s. illa a qua separatur illud simile telę araneę. Quarta regula est q multotiens apparet sedimen natans non bonum ex quo prouenit error. Sed istud est principium maturationis malæ materiei & permutationis ad bonum. Et ego hoc pluries vidi. sed si postq̃ natauerit fiant hypostases malę, timor qui hẽbatur in pricipio fiet necessarius.

Et tu ex hoc collige q licet suspecte loquendum sit cum vides malam natantem nebulam, non assertiue tamen est dicẽdum & prognosticandum malum nisi perseueret.

Significatio uero hypostasis ex suo tempore est quoniam si uelociter postquam mingitur descendit est significatio bona secundum maturitatem. Et cum tarde descendit est significatio priuationis maturationis secundum quantitatem suæ dispositionis.

Hypo. descẽsus duplex. Modo ponit significationes ex tempore descensus hypostasis. Et dicit q velocitas descensus hypostasis significat bonitatem maturationis. Et tarditas debilitatem illius. Et hoc in vrina significante maturationem. Nam in mala & descendente propter materiei grauitatem non propter maturationem est oppositum.

Significatio autem formæ commixtionis ipsius est sicut diximus cum de mictu sanguinis & adipis mentionem fecimus.

Docet significare ex modo commixtionis. Et dicit q iudicium est dãdum sicut dictum est de hypostasi saniosa & sanguinea. nam multa commixtio significat materiam a longinquo venientẽ, sed separatio & pauca commixtio est signum propinquitatis. Et hæc de isto capło.

Cap. vi. est de significationibus multitudinis urinæ & paucitatis ipsius.



VRina quæ paucæ existit quantitatis uirtutis significat debilitatem. Et illa quæ est minus eo quod bibitur resolutionem significat multam & uentrem habere & aptitudinem ad hydropisim. Illa uero quæ est multæ quantitatis quandoq; significat liquefactionem, quandoque superfluitatum liquefactarum in corpore in una euacuationẽ. Et nos quidem differentiam inter eas cognoscere possumus secundum uirtutis dispositionem.

In hoc capło ponit Aui. signa sumpta ex quantitate vrię. Et primo ponit generalia signa. secundo specialia. i. contracta ad quasdam alias dispositiones. secunda ibi[Vrina mali.] Dicit primo q vrina paucæ quantitatis significat debilitatem virtutis. Et vrina quæ est minor eo quod bibitur significat multam resolutionem, & ventrem. i. fluxum vẽtris & aptitudinem ad hydropem. Illa vero quæ est multæ quãtitatis quandoq; liquefactionem, & quandoq; significat superfluitatum liquefactarum in corpore euacuationem. Dicit secundo quo ad hanc q nos possumus cognoscere differẽtiam istorum modorum in significato secundũ dispositionẽ

virtutis

virtutis. Nota igitur ꝙ vrina dicitur absolute multa aut, pauca in respectu quantitatis mediocris quæ inuenitur in temperato debite recto. Vrina autem dicitur minoris quantitatis, eo quod bibitur, idest proportionabiliter minor ꝙ potui correspondeat. Secundo nota ꝙ vrina pauca præsertim respectu debitę quantitatis cum tanto potu significat unum istorum quatuor. Nota ꝙ sit necessarium ista quatuor dicta esse cum urina paucę quantitatis, sed aliquod illorum. Vnde si mingitur vrina pauca modo dicto. Aut est virtus debilis. Aut est multa resolutio. Aut fluxus ventris. Aut aptitudo ad hydropem. Et patet. Nam ex quo stante isto potu non mingitur aquositas, hoc est quia retinetur aut aliunde pellitur. Si aliunde pellitur non videtur ꝙ sit nisi aut p ventrem, & tunc est multus secessus quem hic fluxum dicimus ventris. Aut per vias insensibiles & est propter multam resolutionem. Si autem retinetur, aut est propter debilitatem expulsiuæ renum & hepatis. Aut propterea ꝙ ad alium locum declinat vt bursam vel ad cõcauum ventris, & vtroq; istorum modorum est aptitudo ad hydropem. Et ex hoc patet cuius virtutis debilitatem dicit. A. significare paucitatem vrinæ. s. expulsiuæ, licet propter digestiuæ stomachi defectum & attractiuæ renum hoc possit cõtingere. Tertio nota ꝙ multitudo vrinæ quandoq; est propter causam in membris vrinalibus, vt propter fortitudinem attractiuę renum quemadmodum accidit in diabetica, quandoq; accidit ex causa extrinseca sicut ex potu duritiei pharmaci. Et hos duos modos tacuit Auicen. tanquam notos. Sed quando est ex causa communi toti corpori tunc est propter aliquẽ duorum modorum dictorum. Aut enim est quia liquefiunt humiditates quæ fluunt cum urina non dominio virtutis super materiam, & accidit cum virtutis debilitate, & sine signis digestionis præcedentibus. Aut est quia materias iam eliquatas vincit natura, & ab illis corpus mundificatur, vt in multis crisibus vrina uidetur, & hoc est cum uirtutis fortitudine & signis digestionis præcedentibus. Et hoc voluit Auicen. dicere in ultima parte.

Vrina quãta dupl'r.

Vrina mali coloris malum significans quanto plurima fuerit, tanto erit magis salutis nuntia, & cum intersecta fuerit plus malitiam significabit sicut nigra & grossa. Vrina diuersarum dispositionum quæ quandoq; mingit' multa quandoq; pauca, & quandoq; retinetur est significatio pugnæ & laboris naturæ & est significatio mala. Vrinæ multitudo in acutis ægritudinibus cum non post ipsam aduenit requies est significatio hecticæ & spasmi ex inflammatione similiter sudor. Vrina quæ in acutis ægritudinibus guttatim inuoluntarie mingitur significat in cerebro nocumentum quod neruis accidit & musculis. Et si febris quieta fuerit & signa affuerint salutis, pgnosticatur sanguinis exitum ex naribus. Sed prima desipientiam prognosticatur et corruptionem. Cum autem sani urina minuitur et attenuatur & perseuerat hoc totum & sentit grauitatem & dolorem in renibus significat durum apostema in partibus renis. Et cũ in ægritudine cholerica multiplicat' plerunq; portendit psperũ euẽtũ & proprie cum est alba & ad egrediendũ facilis.

Vrinæ mali coloris idicatio.

Hic ponit signa ex multitudine & paucitate contractis ad alias dispositiones. Et diuiditur in sex partes secundum sex regulas. secunda ibi ⌊Vrinarum diuersarum.⌉ tertia ibi ⌊Vrinæ multitudo.⌉ quarta ibi ⌊Vrina quæ.⌉ quinta ibi ⌊Cum autem sani.⌉ sexta ibi ⌊Et cum in ægritudine.⌉ In prima dicit quòd urina mali coloris est malum signum, sed quanto fuerit amplior, tanto erit magis nuntia salutis, sicut nigra & grossa & cũ fuerit intersecta est magis signum malum, intelligendo intersectam illam quæ sine ordine abscinditur aut paucificatur. Et fuit declaratum supra in capitulo de coloribus & in capitulo de substantia urinæ. In secunda dicit ꝙ urina diuersarum dispositionum quæ quandoq; mingitur multa, quandoq; pauca, quandoq; retinetur significat pugnam uirtutis contra naturam & laborem, quia uirtus non dominatur, & ideo est significatio mala. In tertia dicit ꝙ multitudo urinæ in ægritudinibus acutis postquam non aduenit requies significat hecticam aut spasmum qui eueniet propter inflammationem, & ratio est quia significat eliquari corporis humiditates a calore, & similiter est de sudore. In quarta dicit ꝙ mingere guttatim & inuoluntarie in ægritudinibus acutis significat nocumentum accidens cerebro & neruis. Et ideo si hoc accidit cum quiete febris & cum signis salutis, quia post signa digestionis integræ significat fluxum sanguinis narium. Nam significat ꝙ materia tendit uersus caput, & ideo lædit cerebrum, sed prima. i. illa quæ pure mingitur guttatim & inuoluntarie sine istis signis & cum feb. acuitate significat desipientiam propter nocumentum cerebri & corruptionem infirmi, quia materia mota ad cerebrum apostemabit et morietur infirmus quia non mouetur cum uictoria naturæ. In quinta dicit quòd quando minuitur urina sani & subtiliatur, & cum hoc toto sentitur dolor grauis in renibus significat apostema durum in partibus renis, qa significat superfluitates grossas. Et per sanum hic intelligimus neutrum. In sexta dicit ꝙ multitudo urinæ in colica significat utplurimum prosperum euentum & proprie cum est alba, quia significatur quòd materia diuertitur a loco doloris & pellitur & quòd non est eliquatio, quia est alba & facilis exitus. Ex hoc enim significatur quòd est cum dominio uirtutis.

Capl'm octauum. Est de urina sana & optima.



HAEc est mediocris substantiæ & subtilis tincturæ ad citrinum trahens & hypostasis si ibi fuerit bona ex albedine & lenitate & æqualitate & figuræ rotundæ & odoris temperati, neque fœtida, neque extincta.

In isto capitulo determinat de urina optima. Et primo illam describit. Secundo ponit unam regulam. secunda ibi ⌊Quidam autem.⌉ In prima patet quid dicat. Declaratum enim est ex his quę dixi in capitulo de hypostasi, utrum in urina sani sit opportunum esse hypostasim, & in capitulo de substantia & de colore & de odore. De spuma autem nihil dicit, quia in optima non debet esse.

Quidam autem dixerunt quòd cum hmõi urina subito in ægritudine quæ est in ultimo acuitatis uisa fuerit, sanitas die sequenti aderit.

Ponit hic regulam quòd quidam dixerunt quòd quando ista urina subito, idest modicum post principium apparuerit in ægritudine quæ est in ultimo acuitatis sanitas erit die sequenti. Et puto quòd intelligat de prima sequenti critica, & supposito quòd perseueranter appareat. Nam hoc est illud quod dicit Galen. primo prognost. commento. 56. cum dicit de ista urina. Et ad summum si urina moratur secundum hanc dispositionem in die primo uel nocte quæ est post ipsum & in die secũdo & nocte quæ est post ipsum non transibit ægritudo periodum primum ex periodis dierum crisis. Et in hoc causa est clara, quia materia significatur summe digesta & ægritudo est ualde acuta, ideo in prima die critica expectanda est crisis perfecta & cum sanitate large loquendo de sanitate. Gal.

Capitulum nonum. Est de urinis ætatum.



Nfantiũ urinę ad lactis proprietatem trahũt ex parte nutrimenti eorũ et ꝓꝑ humiditatem cõplexionis ipsorũ & tunc declinant magis ad albedinem.

Hic determinatur de vrinis ætatum. Et diuiditur in quinque partes. Prima ponit quales sunt vrinæ infantium. Secũdo puerorum. Tertio iuuenum. Quarto priorum senum. Quinta decrepitorum. Et patet partium diuisio. In prima dicit quòd vrinæ infantium trahunt ad lactis similitudinem, quia lac est eorum nutrimentũ & quia ipsi sunt multum humidi, & ideo sunt albæ. Et patet quòd quia sunt multum humidi eorum calor est submersus & non generat choleram ita multam vt vrina tingatur.

Puerorum autẽ urinæ sunt spissiores & grossiores urinis iuuenum & turbidiores, & nos iam nominauimus hoc ante.

Vrinæ grossæ & turbidæ cã.

Hæc est secunda pars in qua Auicen. dicit quòd vrinæ puerorum sunt grossiores vrinis iuuenum & turbidiores. Et huius causa pro parte dicta est capitulo primo. Nam multus somnus & multa comestio & fortitudo expulsiuæ sunt causa grossitiei & turbulentiæ, & istud in capitulo de substantia vrinæ dictum est.

Iuuenum uero urinæ ad ignis formam trahũt, & substantiæ mediocritatem.

Hæc est tertia pars in qua Auicẽ. dicit ꝙ vrinæ iuuenum trahunt ad formam ignis. idest habent tincturam mediam inter rubeum & clarum & citrinum, quia vtroque quodammodo participans sicut vrina optima, nam hoc intemperatis in iuuentute inuenit̃, & ideo vrina optimi coloris est substantiæ mediocris propter complementum digestionis & fortitudinem resolutionis.

Et urinæ senum ad albedinem & subtilitatem est tñ cum sunt grossæ secundum superfluitates in eis existentes, quarum eũo multiplicatur.

Hæc est quarta pars in qua Auic. dicit ꝙ vrinæ primorũ senum sunt albæ & subtiles: albæ propter paucitatem choleræ & caloris, & subtilitatem habent propter debilitatem expulsiuæ. quando tamen in eis perseuerat fortitudo virtutis expulsiuæ, quia superfluitates habent grossas contingit, quòd faciant vrinam grossam.

Decrepitorum uero urinæ maioris sunt albedinis & tenuitatis, est tamen cum prædicta grossities eis accidit, sed raro cum urina uehementer fuerit grossa apti erunt ut lapis eis accidat.

Hæc est quinta & vltima pars in qua dicit quòd vrinæ decrepitorum sunt magis albæ vrinis primorum senum & magis tenues, quia magis deficiunt in eis & calor & virtus. Contingit tamen quod propter multitudinem plurimam & superfluitatum faciant vrinas grossas, & hoc significat in eis futurum lapidem. Nota tamen ꝙ in tempore generationis lapidis vrina attenuatur, quia superfluitas retinetur. Sed antequam retineatur habent eas grossas.

Capitulum. x. Est de urinis uirorum & mulierũ.



Vlierum urinæ semper sunt maioris grossitiei & albedinis et minoris pulchritudinis q̃ uirorum urinæ. Et hoc quidem est propter debilitatem digestiuæ earum & propter superfluitatum ipsarum multitudinem, & propter amplitudinem cannalium, unde egrediuntur ea quæ ab eis exeunt, & propter illud quod ex earum resoluitur matricibus & ad urinæ instrumenta tendit. Masculorũ uero urinas cum moues turbantur et declinat earum turbatio ad superiora, & est ꝙ secundũ plurimum turbidentur. Sed mulierum urinæ fere non turbidantur ex motione propter paucam separationem sui, & habent secundum plurimum supra summitatem suam spumam rotundam, & si turbidę fuerint earum turbidatio pauca erit. In urinis uirorum ilico cum mulieribus commiscẽtur sunt fila adinuicem texta. Vrinæ prægnantium sunt clare & supra earum superficiem est nebula. Et quandoque trahunt ad colorem aquæ cicerum aut aquæ pedum citrinum in qua coquũtur pedes animalium & in ipsa est irinus et supra summitatẽ earum est nebula, sed quocunque modo fuerit in medio uidebitur sicut cotum carminatum & est cũ in eis sunt uelut grana quæ ascẽdũt & descẽdũt. Cũque irinus mãifestior fuerit erit impregnatiõis principiũ. Et cum loco ipsius fuerit rubedo erit in fine impregnationis & ꝓprie si turbantur cum mouentur. Parientis urina secundum plurimum est nigra & in ipsa est uelut atramentum & sicut sordities.

In isto cap. ponunt̃ sigñones siue dispõnes vrinarum sequẽtes sexuũ varietatẽ & dispõnes ꝓprie sexibus. Et diuidit̃ in quinque. Primo oñdit q̃les sunt urinę mulierum absolute. Scdo q̃les masculorum cõpando mulieres. Tertio q̃les masculorum post coitũ. Quarto ꝑgnãtiũ. Quinto enixarum. scda ibi. Masculorum. Tertia ibi. In vrinis virorum. Quarta ibi. Vrinę ꝑgnãtiũ. Quinta ibi. Parientiũ. In prima pte dicit ꝙ vrinæ mulierum sunt albiores & magis turbidæ vrinis virorũ et minus pulchre & magis grossæ, Et in hoc assignat quatuor cãs. Prima qa nõ ita bñ digerunt. Secunda quia nãr aggregant multas superfluitates. Tertia qa cãnales per quos in eis urina egredit̃ sunt ampli magis q̃ virorum, vñ partes grossæ facilius emittunt̃. Quarta est superfluitates quæ a matrice cõicantur per poros ipsi vesicæ cum a matricæ resoluuntur, & in vrinę instr̃a tendunt. Vbi nota ꝙ collũ vesicę in mulieribus est latius q̃ in uiris, & non habet ita anfractus sicut collum vesicæ virorum & ista est via quæ in eis est latior. Reliqua sunt nota. De scda parte dicit ꝙ urinæ uirorũ qñ cõmouent̃ turbidant̃ & earũ turbidatio est versus superiora, sed urinæ mulierũ parũ turbidãt̃ ꝓꝑ paruam earum sequestrationẽ, & utplm hñt in summitate spumã rotundã. Et cã primi est, quia uiri cũ bonã habeant digõnẽ faciũt urinas in quibus fit fortis sequestratio, & iõ per cõmotionẽ mã sequestrata manifeste turbidat aquã quæ erat multũ clara. Et urinæ mulierũ cũ ꝓꝑ cãm oppositã non multũ sequestrent̃, & etiã sint turbidæ parumper patet ꝙ ex cõmotione non ita turbidant̃. Turbidatio urinæ uirorum est uersus superiora, qa ibi est maior claritas. & dicit ꝙ mulierum urinę hñt utplm in sui summitate spumam rotundã, & puto intelligit spumã nõ adhærentẽ parietibus urinalis quæ iõ stat ibi, qa multũ uiscosa est eius mã. De tertia dicit ꝙ in urinis uirorũ ilico cũ cõmiscẽnt̃ cũ mulieribus apparẽt fila adinuicẽ texta, & cã est qa de spermate remãsit aliqd in uijs uirgæ, & illud pellit̃ qd̃ oblõgũ est & extorsione sui in exitu & circũuolutione est ꝙ urina fit ac si essent pña fila adinuicẽ texta. De quarta parte dicit ꝙ in urinis ꝑgnãtiũ inueniunt̃ istæ dispõnes. Prima ꝙ earum aquositas pñm ẽ clara, et hoc maxĩe in pricipio, qa superfluitates a matrice retinẽt̃ & supfluitates uenarum tendunt versus

Vrinæ mulierũ q̃litas & cã eius.

Vrina eorũ qui coitu usi sunt.

Vrinæ ꝑgnãtiũ dispositio quintuplex.

versus matricem & vix angustantur & propter calorē spermatis digestiua uicinorum locorum confortatur apud quosdam. Secunda est ꝙ in superficie earum est nebula siue tela, & hoc accidit ex resolutione subtilium partium quæ ad foetum generandum congregantur quę etiam quandam habent ventositatem aptam supernatare. Tertia est ꝙ quādoq; habent colorem aquæ ciccrum. s. rubeorum, & qñq; habent colorem citrinum aquæ pedum. i. aquæ in qua coquuntur pedes, & quandoq; est ibi color irinus. i. color mixtus ex rubeo & citrino, & hanc conditionem coloris posuit quandoq; accidere non vtplurimum. Nam vtplurimum color earum est citrinus decliuis ad subalbedinem, quia palearem, parum. n. plus habent de citrinitate q̄ ante, quia calor est additus præcipue in principio. Isti autem colores contingunt ex humorum congregatorum in matrice resolutione, & quia in principio isti humores sunt in proprijs coloribus, & ideo quando resoluuntur partes eorum fiūt colores diuersi ad modum iridis. Sed in fine prægnationis plurimus sanguis est ibi, & est ita ꝙ solum subtiles partes resoluuntur & vadunt ad vesicam & ideo fit color rubeus similis aquæ cicerum. Aliqui tamen sunt qui per irinum intelligunt mixtū ex subalbido & citrino, qui apparet magis prope superficiē. Et si hoc modo intelligatur illud concordat cum dicto Aui. 21. tertij, vbi dicit ꝙ in fine prægnationis quandoq; apparet in vrinalibus earū rubedo in loco in quo apparuit in principio prægnationis subalbedo. Quarta conditio est ꝙ omni modo apparet in medio vrinarum prægnantium aliquid sicut cotum carminatum, & ista est hypostasis alba, sed nō ęqualis, & hoc quia ventositas non permiscetur cum earum hypostasi. Quinta conditio est ꝙ quandoq; apparent velut grana quæ ascendunt & descendunt, & ista sunt paruæ ampullæ de quibus dixi supra in capitulo de spuma, & istæ sequuntur motum aquositatis, in qua natant cum de se non possint ad superficiem ascēdere, & ideo in agitatione vrinæ sicut partes quædam aquositatis ascendunt & quædam descendunt, ita granula in illis partibus contenta. Tu tamē attende ꝙ raro ista signa ita vidētur, vt per ea discernamus prægnantem a non prægnante: & possunt ex alia causa q̄ in prægnatione apparere, & ideo graue est per urinam iudicare. Subdit etiam ꝙ cum in urinis prægnantium manifestior fuerit color irinus est principium prægnationis, & cū magis ad rubedinem erit in fine, & ego hoc declaraui. De quinta parte dicit ꝙ vrinæ parientium sunt nigræ, & in eis est sicut attramentum scriptorum, & sic sordities. Et causa est quia tunc emittunt superfluitates nouem mensibus retentas ex menstruo quæ sunt denigratæ.

Impregnatiōis iudicā dę p urinā signum graue.

Capl'm. xi. Est de rebus urinarum animalium & diuersitate ipsarum ab urinis hominum.

PLerunq; confert medico cum animaliū urinas cognoscit propterea quòd cum in eis ipse experitur certitudinē facit, & hoc quidem difficile est. Quidam autem dixerunt quòd urina asini est sicut butyrum liquidum cum turbiditate & grossitie exteriore. Et subiugalium urinæ ei simillātur, sed sunt citrinæ, & uidebitur quòd superior medietas urinalis sit clara & inferior medietas sit turbida. Ouium uero urinæ sunt albæ ad citrinitatem trahentes propinquæ urinis hominum, sed substantiam non habent & earum sedimen est sicut oleum aut sicut est amurca. Et cuiuscunq; nutrimentum fuerit melius erit eius urina clarior. Vrina uero capreoli urinis hominum et ouium similatur, sed neq; substantiam habet neq; sedimen & est clarior urinis ouium.

In isto capl'o determinat de diuersitate vrinarum aliorū animalium ab vrinis hominum. Et diuiditur in duas partes. Primo dat causam circa hanc determinationem. Secundo exequitur. secunda ibi [Quidam autem.] Prima pars patet. In secunda dicit quatuor. Primum est ꝙ vrina asinorum in vrinali est sicut butyrum liquefactum, quia alba turbida grossa cum turbiditate vs. p ad exteriora apparente quod ita accidit, quia asinus multas generat superfluitates grossas de genere phlegmatis, quia est frigidum & siccum animal, vel forte superfluitatem quandam habet in secunda digestione sequestrare quæ a proprietate sui caloris ita miscetur cum vrina, vt non sequestretur & vias habet latas, lac tamen habet subtile propter viarum stricturam & frigiditatem non resoluentem. Secundum est ꝙ vrinæ subiugalium, vt equorum & mulorum sunt citrinæ, quia ista animalia sunt calidiora asino, & medietas superior vrinæ videtur clara, inferior turbida propter superfluitates quæ descendūt & sunt multæ. In tertia dicit ꝙ vrinę ouium sunt albę trahentes ad citrinitatem & claræ & ideo similes multum vrinis hominum. Et huius causam dicunt quidam quia earum complexio humanæ est vicina, sed istæ non habent substantiam, id est modum substantiæ vrinæ hominum, quia sunt subtiliores & in eis descendit res sicuti amurca, quia talem superfluitatem sunt aptæ multiplicare. In quarta dicit ꝙ vrina capreoli est clarior vrinis ouium, quia sunt paucioꝝ superfluitatum. similantur tamen vrinis ouium & hominum, licet non habeāt sedimen propter paucitatem superfluitatum capreoli & non habeant substantiam grossam, sicut vrinæ hominum propter eandem causam. De alijs autem non dixit Auic. quia nimis lōgum esset, & q̄a ex istis possumus in alijs multum coniecturari, maxime quia ipse est ita doctum esse vt cuiusq; dr̄iam cognoscat &c.

Vrinæ aīalium diuersorū q̄litas

Capitulum. xij. Est de rebus alijs quæ urinis similatur & differentia inter eas & urinam.


SYrupum acetosum & omnes liquores qui fiunt ex aqua et melle et aqua & ficubus & reliquis qui sunt ex croco & eis similibus quanto plus tibi appropinquaueris erunt in claritate magis augmentati. Et quanto plus elongaueris ea considera, an oportet ut augmētetur grossitudo. Vrina uero ab hoc ē diuersa. Hydromellis præterea spuma est citrina & aquæ ficuū sedimen a latere descendit, & nō in medio neq; ordinate neq; habet motū. Sit ergo hoc sufficiens in nominando dispōnes urinarū. In libris uero particularibus peruenient ad te diuisiones dispositionum urinæ.

In isto capitulo docet differentiam inter res quasdam artificiales & vrinam. Et sunt tres. Prima quòd syrupum acetosum & aquam ficuum & aquam mellis & aquam tinctam cum croco quanto magis tibi appropinquaueris tanto videntur clariora & a longe videntur magis turbida. Sed in vrina est opposito modo. Et causa est quia in vrina multæ partes humorum sunt commixtæ quæ a longe non sentiuntur, sed uidetur vrina carere illis corpusculis & clara, & cum appropinquat videntur & apparet turbida. Sed in istis alijs quia talia non sunt commixta non apparet turbulentia de prope, sed a longe uidentur obscuriora propter distantiam. Secunda est quòd spuma apparens in aqua mellis est citrina, sed in urina sani spuma apparet alba, & causa secundi dicta est in capitulo de spuma primi causa est mellis grossities & citrinitas, unde non tollitur per aerem inclusum citrinitatis apparentia, ut contingit in ictericia.

Tertia differentia est ꝙ aqua ficuum habet sedimen lateraliter descendens non stans in medio & non habet motum, & intelligit Marsilius per sedimen non habere motum non habere ordinatum, & ratio est quia caret uestigio caloris naturalis digerentis ad medium. Sed constat ꝙ in multis hominum vrinis sedimen est laterale, & hoc quia in principio congregationis a fumis ascendentibus fuit ad latus depulsum & propter ventositatem prohibentem descensum ibi mansit, quod forte similiter accidit in aqua ficuum. Vltimo ponit finem tractatui & patet. Plurimum tamen quo hæc discernuntur a medico est odor per quosdam occultos modos deferendo ad nares vrinam.

Vrinā discernere ab alijs liquribus mltiplr ꝑcipue ꝑ odorē possumus.

Capl'm.xiij. Est de significationibus egestionis.



EGestio plerunq; declarat ex sui quantitate quod est ut cōsideretur si est minor eo quod comedit aut maior aut æqualis. Et notum quidem est quòd ipsius augmentum est propter humorum multitudinem. Et paucitas propter ipsorum paucitatem, aut quia ex ipsa & intestino monoculo & in colon & in fascijs multum fuit retentum quod est signum colicam præcedens aut propter expulsiuæ debilitatem.

In isto cap̄. determinat de signis egestionum secundum variarum earum dispositionum considerationem. Secundo ostendit qualis debet esse egestio laudabilissima. Tertio excusat se. secunda ibi ⌊Quæ vero ex egestione est melior.⌉ tertia ibi ⌊Est autem cum.⌉ Prima diuiditur in quinq;. Nā primo enumerat significata quantitatis. Secundo modi substantiæ. Tertio coloris. Quarto formæ siue figuræ. Quinto temporis exitus. secunda ib. ⌊Et cognoscitur.⌉ tertia ibi ⌊Et est etiam cum colore.⌉ quarta ibi ⌊Egestio quoq; plerūq;.⌉ quinta ibi ⌊Et est cum ea hora.⌉ De prima dicit ꝙ egestio plerūq; cognoscitur supple tanquam signum dispositionis corporis ex sui quantitate. Et in hoc oportet cōsiderare. An sit amplior eo quod comedit aut minor aut æqualis illi. Et certum est ꝙ augmentum eius supra istud, quod comeditur significat multitudinem humorum. Paucitas autem significat paucitatem humorum, aut ꝙ multum de ea fuit retentum in intestino monoculo aut in colon aut in fascijs aut in intestinis circumuolutis & est signum colicam præcedēs aut significat expulsiuæ debilitatem. Vbi nota ꝙ licet egestio proprie dicatur superfluitas digestionis primæ, tamen hic sumitur egestio pro omni superfluitate transeunte per cō cauum intestinorum & egrediente per anum, siue fuerit humor siue caro siue cibus siue aliud. Sumitur autē hic. humor large pro omni humiditate & illud quod comeditur sumitur pro communi ad comestum & bibitum. Nota secūdo ꝙ egestionem maiorem aut minorem aut æqualem esse comestis debet intelligi ꝓportionabiliter. Nam ex cibis debet in corpore quædam quantitas superfluere in digestione prima ex alijs plus & alijs minus. Et tūc dicimus egestionem æqualem comestis, quando. s. est in quantitate debente superfluere. Tunc minor est quando ab illa quantitate deficit. Et tūc augeri quando illam excedit, nam non est dubium ꝙ in corporis substantiam debet aliquid de cibo transire. Ex quo patet causa primæ partis regulæ. Nam si egestio augeē hoc est, quia cum ea est plus de humiditate ꝙ̄ debet esse, & talis vocatur humor. Contingit tamē ꝙ hæc humiditas amplior est quandoq;, quia de cibo sumpto non tantum transiuit ad hepar quantum debuit. Et contingit ꝙ fit de humoribus a toto corpore vel ab aliquo membro fluentibus secundum multos modos, de quibus videndum est decimasexta tertij in cap̄. de fluxu ventris omnium modorum & decimaquarta tertij in cap̄. de humiditatibus quibus accidit vt egrediantur causa hepatis. & decimatertia tertij ca. de lubricitate stomachi. Ex quibus patet ꝙ licet egestio immediate tātum significat super stomachi & intestinorum dispositionem, tamen potest super alia membra significare. Secunda pars regulæ patet, quia si est paucum hoc, aut est propter paucitatem humorum remanentium in fece, quia sugitur plus debito a corpore, aut quia non obstāte ꝙ remaneat debite humida, tamen multum remanet in intestinis & maxime in monoculo propter sui cōpōnem & in circumuolutis sed in recto non ita remanet. Et hoc signum præcedit colicā, quia multa cōgregata superfluitate fit eius exiccatio & difficultas exitus & dolor. Qñq; autem est ꝓp debilitatem expulsiuæ, vñ remanet qñq; in stomacho vel multum moraē & dissoluitur.

Egōnis q̄tūē duplex indicium.

Humor quid.

Egōnis sigñatio

Et cognoscitur etiam ex essentia sui, quoniam quod ex ea humidum est aut significat oppilationes aut digestiuæ malitiam, & plerunq; significat meseraicæ debilitatem quæ humorem non sugit, & quandoq; est propter capitis reumatismū aut propter comestionem rei quæ egestionē humectat. Quod autem in humido uiscosum est plerunq; significat liquefactionem, & hoc est cum fœtore, & plerunq; significat malorum humorum & uiscosorum multitudinem, & hoc non cū multa existit lenitate, & plerunq; significat nutrientia uiscosa quæ comesta fuerunt & non pauca cum calore forti in complexione & non fuit inter ea digestio bona. Sed quod ex ea est spumosum fortitudinis caloris significat ebullitionem aut multarum uētositatum permixtionē. Quod autem ex egestione est siccum aut laborem significat & resolutionem aut multam urinæ prouocationem aut igneum calorem aut nutrimētum siccitatem aut multam moram in intestinis, sicut in suo dicemus capitulo. Cunq; humiditas sicco quod est durum admiscetur significat quòd eius siccitas est propterea quòd multū fuit retenta in humiditatibus ipsam exire prohibentibus et propter priuationem fellis pungentis & festinantis. Sed cum ibi non est longa retentio nec humiditatis in intestinis ad sunt significationes causa in ipsa est superfluitatis saniosæ & pungentis effusio quæ ab hepate fluxit in eo quod est coram ipso, & sua euacuatione non quieuit donec commisceretur.

Hic docet significare ex modo substantiæ in liquiditate & duritie & viscositate & spuma. Et diuidit in quinq;. Primo ponit significata humidæ currentis. Secundo viscosæ. Tertio spumosæ. Quarto siccæ. Quinto commixtæ ex duro & molli. Et partes patebunt. In prima dicit ꝙ egestio humida significat aliquam quinq; istarum causarum, quarum prima est oppilatio. s. venarum inter stomachum & intestina & hepar vt plurimum, quia humiditas cibi non potest penetrare, potest etiam oppilatio aliarum venarum esse causa humidæ egestionis, vt in fluxu hepatico oppilatiuo sanguineo. Secunda est malitia digestiue virtutis, quia non bene digerit. Et hoc potest esse ex malitia digestiuæ stomachi, quare hepar humiditatem illam malam non trahit. Potest secundo esse ex malitia digestiuæ hepatis, quare humores genitos membra refugiunt, & reijciunt ad intestina. Et potest esse ex malitia digestionis in venis, vt in cholerica passione. Tertia est debilitas attractiuæ venæ meseraicæ, quæ non sugit chylum. Et in hoc intelligitur debilitas attractiuæ hepatis, quia hæc est fortior ꝙ̄

Egōnis hūidę sigñogn tuplex.

debilitas

debilitas meseraicæ vt habet videri decimasexta tertij.

Quarta causa est reumatismus descendens a capite ad stomachum, & per hoc datur intelligi fluxus ab alijs membris ad stomachum. Hi.n. reumatismi dupliciter faciunt egestionem mollem. Vno modo quia humor ei commixtus eã molliat. Secundo quia digestionẽ stomachi impedit. Quinta causa est assumptio rei vel cibi humectantis stercus. Et in hoc comprehenduntur medicinæ solutiuæ lubricatiuæ lenitiuæ & quocunq; modo per ventrem eductiuæ. Et si quis vult illam causarum distinctionem reducere ad bimembrẽ poterit illud facere, sed non curo. In secũda parte dicit q viscositas in fece humida significat aut liquefactionẽ in corpore, & hoc est cum fœtore, et causa est quia liquefactio pinguedinis aut carnis aut humorum est a calore putredinali & adustiuo, quorum est generare fœtorem. Aut significat malorum humorum uiscosorum multitudinem, & ista non est multum lenis aut æqualis, immo in ea est inæqualitas. Quandoq; autem significat nutrientia viscosa, quę fuerunt comesta in non pauca quantitate & cum calore forti in complexione ita q nõ fuit inter ea digestio bona. Et ista sunt clara. In tertia parte dicit q spumosa egestio significat ebullitionem fortitudinis caloris aut permixtionem multarũ vẽtositatum, & non est dubium q in forti ebullitione est permixtio ventositatis cum humiditate si spuma fieri debet.

Egõnis viscosę sĩdicatio & spumosæ.

In quarta parte dicit q egestio sicca significat aliquod istorum quinq;. Primum est labor.s. apparens & multa resolutio, vnde in itinere sumus stypticĩ, & hoc patet, quia parũ de humido remanet in superfluitate. Secundum est multa prouocatio urinæ, quia humiditas trahitur ab intestinis et remanet superfluitas sicca. Tertium est igneus calor, vt accidit in febribus. Quartum est siccitas assumptorum.

Egõnis siccæ signũ quintuplex.

Quintum est multa mora in testinis, vt accidit multis habentibus intestina plena phlegmate valde grosso, vnde tarde egerunt, & egerunt squibalas & illud accidit ictericis.

In parte quinta dicit q quando in egestione pars sicca est mixta cum humida.i. quando egestio est composita ex parte sicca dura sensibili & parte molli per se sensibili significat aliquam duarum dispositionum. Prima est q superfluitas primæ digestionis fuerit diu retenta in humiditate in intestinis & non fuit cum illa vere commixta, sed in illa infusa, tũc enim propter lõgam moram exiccatur stercus, & cum egreditur educitur cum eo humiditas in qua natauit, sicut quandoq; accidit in ictericia propter priuationem choleræ pungentis. Et secũda est q quãdo fuerint signa q intestina sunt vacua ab humiditate significatur per talem compositionem egestionis quòd virulentia acuta fuit transmissa ab hepate aut ab alio membro ad intestina quæ compulit expulsiuam ad expellendum egestionem antequam talis humiditas commisceatur cum fece.

Egõnis mixtę iudicium.

Et est etiam cum colore sui dignoscitur egestio. Eius uero color naturalis igneus est leuis existens igneitatis. Qui si augmentatur fellis significat multitudinem. Et si minuitur significat cruditatem & maturationis priuationem.

Ponit significata caloris. Et diuiditur in quinque. Primo ponit signa citrini coloris. Secundo albi. Tertio nigri. Quarto viridis. Quinto fusci. secunda ibi. Et si albus. tertia ibi. Niger. quarta ibi. Viridis. quinta ibi. Et similiter.

In prima parte dicit q significatio egestionis quandoq; est ex colore, sed naturalis eius color est igneus existens leuis igneitatis. Et si fuerit amplius citrinus significat multitudinem fellis. idest choleræ felleæ. Et si deficit ab illo significat cruditatem & priuationem maturationis. Circa partem nota primo quòd cholera vadens ad fel naturaliter mittitur ad intestina, vt ea stimulet ad egerendum & lauet a phlegmatibus, vt dictum est supra capitulo de humoribus, & illa tingit feces tinctura citrina. Et in naturali egestione est gradus quem Auic. vocat igneum, sed leuis igneitatis. Ex quo patet quòd magis tincta debet esse fex quàm vrina naturalissima, nam vrina est infra igneũ vt patet supra. Causa aũt est quia multa cholera requiritur ad bene abstergendum & stimulandum intestina & non sic requiritur in vesica, immo plurima multum obesset. Nota tamen secundo quòd quando est egestio maioris citrinitatis significat abundantiã choleræ: scilicet in quantitate vel in calore. nam vt in capitulo de coloribus vrinæ dictum est calidior cholera est magis tingens in æquali quantitate. Sed forte quæritur cuius digestiuæ debilitatem significat egestio minoris tincturæ.

Egõnis color naturalis.

Et hic dicitur q plurimum significat debilitatem digestiuę hepatis, quia hepar nõ facit satis de cholera nec calidam sufficienter. Potest autem contingere q ex indigestione stomachi deficit tinctura, quia illam sequitur indigestio in hepate, & quia citius egreditur egestio q̃ debita quantitas choleræ sibi commisceatur, & quia est multa quantitas egestionis quæ ab æquali cholera minus tingitur.

Et si albus fiat quandoq; est eius albedo propter oppilationem in cannalibus fellis, & hoc significat icteritiam. Et si cum albedine est uirus saniei habens odorem magni apostematis significat apertionem.

Ponit significationes egestionis albæ. Et diuidit in duas. Primo facit hoc. Secundo ponit duas contingentias. secunda ibi. Sanus. Significationes uero egestionis albę sunt duę. Prima est oppilatio in cannalibus fellis.i. uia per quam cholerica a felle fertur ad intestina, & hoc significat icteritiã & hoc significat quando est sine multo fœtore. Secunda significatio est q si fuerint feces albæ habentes fœtorem saniei & fex fuerit sicut uirus, tunc significat apertionem magni apostematis.

Egõnis albæ significatio duplex.

Sanus quoq; qui non exercitatur multotiens egerit uirus & saniem quæ est ei purgatio & euacuatio laudabilis, quoniam propter hoc remouetur ab eo lassitas quæ ei propter priuationẽ exercitij acciderat queadmodum diximus in urina. Præterea scito q egõ colorem igneum uehemẽter superfluum habens multotiens in hora finiũ ægritudinum significat maturationem, & multotiens significat dispositionis malitiam.

Ponit hic duas contingentias. Prima est quòd sanus qui dimittit exercitium egerit quandoque aliquid quod est virus aut sanies, quæ egestio est ei purgatio & euacuatio laudabilis, quoniam per illam remouetur ab eo lassitudo quæ ex dimissione exercitij ei acciderat sicut dictum est supra contingere in vrina. Modus autem est, quia ex dimissione exercitij multotiens remanent humores & multotiens superfluitates digestionis tertiæ quæ causant lassitudinem, sed postea digestæ & in saniem conuersæ emittuntur, vnde illa est sanies large accepto vocabulo, vt descripsi in capitulo de sanie & dixi supra in capitulo de hypostasi, & tamen non est in vlcere aut apostemate genita. Secunda contingentia est quam tu debes scire & est quòd egestio vehementer citrina ignea superflue, quandoque in finibus morborum significat digestionem, & quandoque significat malitiam dispositionis corporis. Nam cum sequitur eam alleuiatio & est multa sine forti fœtore facilis exitus; & præcesserint signa digestionis in vrina significat materiam ita maturam vt virtus eam sufficiat expellere. Quandoque autem est pauca difficilis exitus fœtida multum, quam sequitur morbi augmentum & virtutis imbecillitas significatur repletio nimia, & tanta humoris malitia

Egõnis citrinæ superflue igneę indicatio.

ut absq; digestione stimulet uirtutem ad expellendū. Ex quibus patet q digesti humores non sunt conuersi semper ad hypostasis naturam & colorem. Bona autem talis egō accidit in fine morbi ad salutē terminādi, & mala quæ dicta est, in statu mortalis, potest tñ talis mala apparere in principio.

Et nigrā quidem significat taliter qualiter sūt urinæ nigræ significationes. Significat. n. adustionem fortem aut ægritudinis melancholiæ maturationem aut nutriens tingens aut potionem rei quæ melancholiam euacuat. Sed prima ē mala.

Hic ponit significata nigræ egestionis. Et diuidit in tres. Primo ponit in genere significationes egestionis nigræ. Secundo docet cognoscere melancholiam puram & illam discernere ab alijs humiditatibus nigris. Tertio ostendit necessitatem significationis melancholiæ puræ & aliorum humorum nigrorum. secūda ibi Et illa quidem. tertia ibi Ad ultimum. De prima dicit q nigra egestio significat taliter qualiter dictum est de urina nigra. Nam aut significat uehemens incendium aut maturationem ægritudinis melancholiæ aut nutriens tingens aut potionem rei educentis humorem melancholicum. Sed uidetur hoc non esse uerum. Nam urina nigra significat aut uehemens incendium aut forte frigus aut mortificationem innati caloris aut crisim ægritudinis melancholiæ. Hic autem enumerādo significata nigræ egestionis dimittit forte frigus & mortificationem caloris innati. Et ponit duo quæ ibi non ponuntur: scilicet assumptionem rei tingentis & potum rei euacuantis melancholiam, ideo non sunt eædem significationes. Hic dicitur q nec ibi nec hic omnes significationes expressit, sed ambobus locis coniunctis exprimunt omnes. Et ideo oportet q iste locus suppleatur per illa quæ hic dicuntur, & iste per illa quæ ibi & non hic.

Egōnis nigræ indicatio.

Et illa quidem quæ est pp puram melācholiā non sufficienter cognoscitur ex colore sui, immo cognoscenda est ex acredine sui & ponticitate & bullitione terræ ex ipsa. Et est mala siue sit egestio siue uomitus. Et ex ipsius proprietatibus est quòd in se luminositatem habet.

Hic docet cognoscere & discernere melancholiam purā a chymo nigro. Et dicit q ad cognoscendum q egestio est nigra propter puram melancholiam non sufficit cognitio coloris, quia aliquando est color niger & non est melancholia pura, sed cognoscitur ex acredine sui & ponticitate & ebullitione sui super terram et est mala siue sit egestio siue uomitus & de suis proprietatibus est q ista melancholia habet luminositatem. Nota ergo q humor melancholicus purus dicitur humor melancholicus in quo maxime intensa est siccitas terrestris & iste non est nisi melancholia adusta quam uocat fel nigrum Hippo. quæ ideo dicitur pura, non quia nō habeat cōmixtionem alterius humoris, sed quia magis puram habet siccitatem terrestrem. hæc igitur habet acredinem & ponticitatem mixtas & bullit super terram cum pijcitur, ut dictum est prima primi in capitulo de humoribus. Chymus uero niger dicitur de omni humore melancholico siue puro, ut est dictum siue non puro. Et tu hic cogita quòd ex isto aliter possent exponi illi tres aphorismi quartæ particulæ. Egestiones nigræ qualis sanguinis. Et dysenteriam si a felle nigro. Et ægritudinibus quibuscunque incipientibus &c.

Humor melicus purus quid & eius iudicium.

Chimus niger qd

Ad ultimum uero humor melicus purus pernecans est secundum plm cū egreditur. s. est mortis significatio. Chymi uero nigri exitus multotiens confert, & illud est, qm melancholiæ radicalis exitus ultimā corporis admixtionem significat & humiditatum ipsius peremptionem.

Facit quod dixit. Et dicit q ad ultimum in significationibus nigræ egestionis hoc est dicendum q humor melancholicus purus est pernecans secundum plurimum .s. quando egreditur significat mortem. Sed exitus chymi nigri quandoq est conferens, & causa est quia exitus melancholiæ radicalis. i. puræ ad sensum dictum significat ultimam corporis adustionem & peremptionem humiditatis ipsius, nō sic autem chymi nigri exitus, quia hoc potest esse propter digestionem. Nota tamen talis melancholia potest maturari & non egredi per secessum uel uomitum, & non erit mortalis omnino, qa est pauca ut patet in herpesthiomeno. Et hoc nota ut saluent dicta Gal. in commen. aphori. allegatorum.

Et ad hunc intellectum in pgnosticis uituperat Hippo. humores puros, quia cum ultimato excessu qualitatis dominātis in eis, hi. n. significent totius corporis complexionem ad illam qualitatem declinare, aliter non essent hoc mō puri.

Viridis autem egestio caloris innati significat extinctionem.

Hic docet signa uiridis. Et dicit q egestio uiridis significat extinctionem innati caloris. Hic nota q uiridis quandoq est irealis aut similis indico quæ significat congelationem, & per istam uiam mortificationē innati caloris, quandoq autem significat choleram ęnariam aut prassinam, & ideo incendium tale ut inde sequatur extinctio per uiam resolutionis, utroq igitur modo significat caloris innati extinctionem. Et hoc intelligatur si non fuerit propter olera & rem tingentem aut in pueris in quibus ex leui adustione lactis accidit egestio uiridis.

Egō uiridis duplex & eius indicatio.

Et similiter fusca.

Ponit significata fuscæ. Et patet.

Egestio quoq plerunq ex sui cognoscitur forma ex absentia: scilicet inflationis suæ aut ex inflatione, quoniam inflata sicut stercus uaccæ significat uentositatem.

Docet cognoscere egestionem ex sui forma. i. figura, quā habet post exitum. Et dicit q inflata sicut stercus uaccæ significat inflatiuam uentositatem. Sed dices tu quo modo hanc recipit. Dicitur q paulatim attracta humiditate ad hepar per meseraicas fit minus, & minus fluida ita q tandē in monoculo & colon cōpleur constantia & grossities quā debet habere. Et ideo apparitio egestionis formatæ in dysenteria significat sanitatem intestinorum superiorum & monoculi. Et quando multam habet uentositatem post exitum non seruat figuram quam habet in exitu. Sed quando caret ista & est debitæ substantiæ seruat eam.

Egestio inflata.

Et est cū ex hora sui cognoscitur, qm cum egestionis exitus festinat & horā qua egredi solebat antecedit signum ē malum, quia fellis significat multitudinem & uirtutis retentiuæ debilitatem: Et si eius tardatur exitus digestiuæ significat debilitatem & intestinorum frigiditatem.

Docet significare ex hora exitus. Scdo ponit signa rōne quorūdā cōiunctorū ibi. Et humiditatis. Qd' dicit hic patet.

Et humiditatis & somni multitudo uentositates significat inflatiuas. Colores quoq extranei & diuersi mali existunt, & nos ipsos in libro nominabimus particulari.

Facit

Facit quod dictum est dicens q multitudo humiditatis & somni significat ventositatem inflatiuam quæ est causa somni, & colores extranei & diuersi commixti etiam significant malum, quia significãt humorem malum commixtũ aut impotentiam virtutis supra cibum æquandum.

Quæ uero ex egestione est melior est iuncta quæ est similium partium, & in qua aquositas siccitati est uehementer admixta, & cuius spissitudo est sicut mellis spissitudo, & cuius exitus est facilis & non pungit, & cuius color attinet citrinitati & non est multi fœtoris neq; est priuata fœtore, & non habet gurgulationem neq; rugitum & non habet spumam, eius exitus est in hora in qua solet, & secundum quantitatem quæ ei quod comeditur est propinqua in quantitate sui.

Egõnis melioris cõdõnes decem.

Hic docet qualis debet esse egestio laudabilissima. Et primo facit hoc. Secundo ponit duo notanda. ibi [Et scito.] De prima dicit q illa egestio quæ est omnium melior debet habere decem cõditiones. Prima est q ipsa sit similium partium, ita q humiditas sit vehementer admixta siccitati. Nam digestio perfecta debet bene commiscere humidum cum sicco. Secunda conditio est q eius spissitudo siue grossities sit sicut mellis. Et per mel non debemus intelligere mel currens. nam eius spissitudo debet esse tanta vt possit stare præterquam fluat & currat, vt secundo progno. cõmento. 13. Tertia conditio q eius exitus sit facilis. significat enim q non est uiscosa. Quarta conditio q non pungat intestina in exitu. significat enim q caret permixtione acuti pręter naturam. Quinta conditio q eius color attineat citrinitati propter causam dictam supra. Sexta cõditio q non sit multum fœtida, quia significaretur putredo, nec sit priuata fœtore. Nam quia est superfluitas inconueniens pro nostro nutrimẽto debet habere odorem non placentem nec delectantem. Septima conditio q non habeat coniunctam gurgulationẽ neq; rugitus. hoc. n. significat admixtionem uẽtositatis qua debet esse priuata cum digestio est optima. Octaua cõditio q non habeat spumam propter eandem causam. Nona conditio q exitus eius sit in hora solita propter causam superius dictam. Decima conditio q sit quantitatis proportionatę cibo iuxta modum dictum in principio capituli.

Gal.

Et scito q non omnis egestionis æqualitas est laudabilis neq; omnis eius lenitas, quia quãdoq; sunt propter uehementem maturationem in omni parte similem, & quandoq; sunt propter adustionem & liquefactionem similes, & tunc quidẽ sunt ex deterioribus significationibus. Et scito q egestio quæ est temperatæ essentiæ quæ est ad tenuitatem non est laudabilis nisi cum non sunt cũ ea rugitus neq; uẽtositates neq; in sui exitu paulatim intersecatur. Et si non posse est ut eius exitus sit propter uirus molestans, quod est ei admixtũ & non permittit ut coniungatur.


Ponit duo notanda. Primum est q non omnis æqualitas neq; omnis lenitas est laudabilis. Nam quandoq; sunt propter bonitatem digestionis, & quãdoq; propter dominium æquale caloris præter naturam adurentis aut putrefacientis aut eliquantis. Et quando ita est sunt ex deterioribus significationibus. Et modus discernendi est ex fœtore & colore & corporis alleuiatione aut contrarijs. Secundum notabile est q tu debes scire q non omnis egestio temperatę essentię est laudabilis. Nam non debet cum illa esse uentositas neq; rugitus neq; debet in sui exitu paulatim intersecari. Et si intersecatur possibile est q hoc sit propter virus molestans, quod est ei admixtum, & non permittit ut ei adiungatur, id est ut vna pars alteri iungatur.

Est autem cum plerinq; solliciti fuerint de significationibus quæ in sudore & alijs apparent rebus, uerũtamen de ipsis loqui proprius est in sermone particulari. In sermone quoq; particulari similiter reperies expositionis augmentum in re egestionis & urinæ & reliquorum.

Hic excusat se a determinatione de signis sudoris & sputi q̃a determinare de istis vr̃ sibi melius i p̃ticularibus libris. Et sic est finis huius lecturæ cũ laude Dei sine cuius nutu nõ cadit foliũ ex arbore, q sit benedictus in sæcula sæculorũ.

Expositio Iacobi de partibus super Capitulum septimum. Doctrinæ secundæ Fen. iij.

De regimine eius qd' comeditur q bibitur. Ca. 7



Portet ut sanitatis conseruator studeat ne cibi ipsi substantia sit aliquod nutrimentum medicinalium sicut olera & fructus & reliqua ab istis, quoniam subtiliantia sunt sanguinem adurentia & grossa sunt ipsum phlegmaticum facientia & corpus grauantia.

In hoc capl'o primo agit de substantia & qualitate ciborum uitandorum & sumendorum. Secundo de hora comedendi & qualitate ciborum secundum tempora anni & mẽsura eorum. ibi [Oportet præterea.] Tertio de correctione malorum ciborum assumptorum & hora comedendi iterũ & uitatione fastidij & correctione vnius cibi per alium. ibi [Cum autem error ceciderit in comedendo.] Quarto de motibus & accidentibus animæ post comestionem & nutribilitate cibi secundum tempora anni & mensura repletionis iterum & correctione superfluitatis eius, & modo decubitus & cooperturæ post comestionem. ibi [Amplius paruus motus post comestionem.] Quinto de modo mensurationis cibi penes uirtutem, & de uicibus comestionum & diuersitate ciborum secundum complexiones. ibi [Et cibi quidem mensuratio existit.] Sexto de ordine ciborum in sui receptione. ibi [Nutrientia præterea ordinem in sui receptione.] Septimo de regionibus & usibus & raritate corporis, & usu carnis multæ & frigiditate complexionis considerandis in cibatione. ibi [Regiones quoq; naturas habẽt.] Octauo de malitia diuersorum ciborum in eadem mensa uel refectione & prolongatione comestionis & bonitate ciborũ qui bene sapiunt. ibi [Et nihil quidem deterius est q̃ diuersa nutrientia.] Nono de uicibus satiantis comestionis & malis sequentibus, & mutatione consuetudinis in eis ibi [Ex uicibus præterea satiantis.] Decimo de his qui debent ante balneum & exercitium comedere & qui non, & de motu ante comestionem & post, & de p̃uocatione uomitus corrupto desiderio & dormitione pinguium post balneum & ante cibum: & unica comestione in die. ibi [Corpora præterea.] Vndecimo de dilatione somni post cibum, & abstinentia a forti motu & potu aquæ nisi parũ. ibi [Amplius nõ ilico.] Duodecimo de iuuamentis & nocumentis tolerantiæ famis & sitis & remedijs eorum. ibi [Sitim autem tolerare.] Tertiodecimo de nocumentis uini post cibum & rerum dulcium & oppilationum & grossitiei aeris & aquę & ciborum grossorum in habentibus intestina calida & cibi grossi pręmisso subtili in stomacho uacuo, & quòd melius est pręmittere grossum. ibi [Vinum quoq; post cibum.] Quartodecimo de correctione superfluæ repletionis & natationis cibi

aut potus in stomacho. ibi ⌊ Cum autem in aliquo comedente. ⌉ Quintodecimo de minoratione cibi senum a senio, & de his quæ contingunt mutantibus regimen de grosso ad subtile, & econuerso. ibi ⌊ Si vero aliquis. ⌉ Decimosexto de correctione nocumentorum calidorum frigidorum & grossorũ nutrientium & comparatione subtilium ad grossa, & de his qui melius tolerant grossa, & de nocumentis quæ ab ipsis accidunt. ibi ⌊ Et calidorum nutrientium impedimenta. ⌉ Decimoseptimo de fructibus recentibus quibus quando & quo ordine conueniunt & nocumentis eorum & consimiliũ multiplicãtium crudos humores, & correctione eorum per exercitium & sumptionem post eos alicuius quod ipsos deprimit. Et de causis quare nutrientia aquosa & cholerica generant febres. ibi ⌊ Fructus pterea recentes. ⌉ Decimooctauo de conuẽientia olerum cholericorum & insipidorum suis temporibus, & de cautelis contra cibos nociuos dum necesse est eis vti, & de modo nutritiõis repletorum malis humoribus subtilibus & resolubilium corporum. ibi ⌊ Olera vero cholerica. ⌉ Decimonono de nocumentis assiduæ comestionis succorum & vnctuosorum frigidorum et acetosorum et acutorum & salsorum, & de cibis tardæ aut velociter descẽdentibus, & de necessitate phlebotomiæ laboriosorum grossæ diætatorum post subtile regimen & iratorũ. ibi ⌊ Nutrientia quoq; sicca. ⌉ Vigesimo de iudicijs nutrientium ex parte suæ compositionis & nocumentis diuersorum ciborum simul assumptorum, & de hora comedendi in æstate, & nocumento tolerantiæ famis. ibi ⌊ Nutrientium quoq; iudicia. ⌉ Vigesimoprimo de acubeb & sirabẽ & vuis & nabit & granis granati & tanz & gallinis & iuribus pullorum & gallinarum & hædo & agno & çebrabegi & allues & comparatione nocumenti panis ad nocumentum carnis. ibi ⌊ Amplius scire dẽs. ⌉ Prima pars est præsens textus in quo primo phibet cibos medicinales. Secundo notat cibos eligẽdos & potus. ibi ⌊ Oportet autem. ⌉ Tertio dissuadet alia ab his. ibi ⌊ Alia autẽ. ⌉ Quarto nominat fructus nutritiuiores suadens vt festine superflua purgẽtur ab eis genita. ibi ⌊ Fructus tamen. ⌉ In prima particula dicit q qui vult suã seruare sanitatem debet attendere ne substantia cibi eius sit nutriens medicinale sicut olera fructus & reliqua ab his velut legumina radices fungi tubera seu truffę quia nutrientia medicinalia subtiliantia sicut allia cępe porri grana iuniperi sanguinem adurunt. Et ingrossantia sicut portulaca pira esculą phlegmaticum reddunt & corpus aggrauant humiditatibus superfluis relaxantes neruos chordas & iuncturas. Et intellige per nutriens medicinale omne nutriens participans cum virtute nutritionis altera virtute corpus alterãte qua dici meretur medicinale, sicut calefactiua aut infrigidatiua humectatiua aut desiccatiua, aperitiua vel oppilatiua, subtiliatiua vel ingrossatiua. Item intellige hunc passum de regimine sanitatis conseruatiuo temperati hominis vel ei propinqui. Nam corpora lapsa frequenter indigent cibo medicinali corrigente suum lapsum vel præseruante a peiori.

Oportet autem ut cibus sit talis qualis sunt carnes hædorum & uitulorum lactentium paruorum & agnorum annualium. Et triticum ab extraneis rebus purgatum quod ex messe sana fuerit collectum cui nullum accidit nocumẽtum & res dulcis conuenientis complexionis, & uinum bonum odorem bonum habens.

In secunda dicit q cibus conseruatiuus sanitatis debet esse talis quales sunt carnes, quia sunt similes humanæ naturę paptæ fieri sanguis maxime carnes hædorum et vitulorum & puorum lactentium & agnorum annualium. Et triticum mundum ab omni re extranea sicut puluere nigella siligine collectum ex sana messe non sub aere pestilẽtiali vel pluuioso vel tonitruis fulguribus & alijs impressionibus ignitis alterato, cui post collectionem non euenit nocumẽtum putrefactionis vel germinationis vel corrosionis a gurgulionibus aut muribus aut nimia vetustate. Cuius electionem sic describit Gal. primo de elementis. ca. 2. Frumentorum quidem maxime nutritiua sunt quæ valde spissam & commassatam habent totam suam substantiam, ita vt vix a dẽtibus diuidantur. Plurimum. n. alimentum dant huiusmodi corporibus ex mole minori, sicut contraria his quæ de facili quidem a dentibus comminuuntur. Post comminutionem autem rasa videntur & laxa modicum exhibent alimentum ex mole multa. Si autem & ponderare volueris vtrorunq; æqualem molem inuenies grauiora multoq; spissiora. Hæc autem sunt colore rubicundiora laxis. Et res dulcis conuenientis complexionis vt lac & oua gallinę recentia maxime pueris & infantibus conuenire noscuntur, & vinum odoriferum siue aromaticum de cuius virtutibus & iuuamentis dicetur in caplo sequenti. Quæret hic aliquis quare omisit Princeps inter cibos electos volatilia euchima sicut pullos gallinæ capones perdices fasçanos pleuuerios becquacias alaudas pinchonos et iuniperellas, cum delicati sint cibi & electi, quẽadmodum capoli campestres & aqua carnis. Dic primo q eos subintellexit in hac generali clausula. Et res dulcis conuenientis complexionis. Dic secũdo q carnes quadrupedales plus conueniunt iuuenibus temperatis frequentantibus exercitia corporalia, quia magis nutriunt. Iuxta illud Gal. 3. de alimentis. ca. 17. Est autem genus omnium volatilium animalium paucioris nutrimenti si comparetur generi peditãtium. Et quia de regimine talium hic agitur, ideo nominat carnes quadrupedum. Sed carnes volatilium plus conueniunt his qui relicto corporali vacant consilijs studijs & contemplationibus, quia digeruntur facilius alijs. Iuxta illud Gal. ibi. Digestibilior est hæc tamẽ caro volatilium animalium & maxime perdicum. Et generant sanguinem clarum mundum subtilem spirituosum, mentis exercitijs & eleuationi intellectus aptum. Secundo quæritur. quare siluit de piscibus electis vt rogeto gournaudo soleta viuiria merlengo macrello plaicia quarello lucio pchia vendosia canero. Dic si vis q eos intellexit sub rebus dulcibus conuenientis complexionis. Vel dicet melius q in regimine sani. pure conseruatiuo pisces non cõueniunt, quia omnis piscis frigidus est & humidus, & recentes generãt phlegma aquosum & mollificant neruos, vt ait Princeps. 2. cañ. ca. de piscibus. Verum inter eos eligibiliores sunt iam nominati. Sed parum veteres ante legem Christi moderate viuẽtes piscibus vsi sunt. Lex autem Christi vel illius legis interdicẽs carnes pluribus anni diebus impulit homines ad vsum piscium. Et quosdam impellit leccacitas potius q̃ eorum bonitas, videlicet eorum quorum palatum piscium sapor delectat amplius q̃ sapor carnium. Tertio quæritur quare præfert cæteris hædinas carnes cum Galenus medicorum princeps præferat porcinas. Ait enim octauo de ingenio sani. ca. 2. Cæteris carnibus porcina laudabilior est si porcus montana incoluerit post porcũ hædus. Et tertio de alimentis. ca. primo. Omnium quidem igitur eduliorum caro porcorum est maxime nutritiua. Et huius experientiam euidentissimam athletæ habent. In exercitijs enim æqualibus alterius alimenti æqualem molem in die inferentes secundum posteriores mox debiliores fiunt. Pluribus autem consequenter diebus hoc agentes non debiliores solum sed & magis sine cibo plane videntur. Et paulopost ait. Porcinæ autem carnis similitudinem ad homines addiscere est ex eo quòd quidam comederunt humanas carnes vt porcinas nullam suspicionem habentes secundum gustum ipsarum & odorem. Compertum enim est iam hoc factum a malignis receptoribus hospitum. Et Princeps. secundo huius. capitulo de san. ait. Sanguis hominis & sanguis porci sunt similes in omni re, & similiter carnes amborum sunt similes in omni re, ita vt quidam fuerint qui edebãt carnem hominis ac si esset caro porci, & occultatum fuit illud vsquequo inuẽti fuerunt in ea digiti hominis. Et Auer. 5. colliget. c. de carne ait. Et Aui. dicit q melior caro est porcina caro, & quasi sentit q caro ista sit naturalior hominibus q̃

Frumẽtũ optimum.

Piscium usus nocumẽta.

aliqua alia caro animalium ambulantium, & hoc docet experiantia. Dic primo q iuuenibus fortibus sanis laborantibus non dispositis ad oppilationes & his qui impinguari quærunt caro porci cæteris melior est. Primo propter maximam similitudinem eius cum humanis carnibus. Secundo quia valde nutritiua est. Tertio quia generat alimentū stabile fortiter resistens resolutioni. Quarto quia vertitur in partes corporis tales loco deperditarum. Hanc conclusionē probant allegata iam ex Gal. & Prin. & Auer. Et Gal. 3. de alimentis. c. 17. ait. Porcorum carne nullum aliud amplioris nutrimenti habebis sumere. Et Rasis. 4. Almāsoris. c. 4. inquit. Multo præterea vtentes exercitio & multum laborātes maiori & grossiori indigent nutrimento. Dic secundo q sicut inter carnes domesticorū animalium domestici porci caro melior est prædictis hominibus, sic inter carnes syluestrium animalium caro apri. Iuxta illud Principis secūdo cañ. c. de carne. Christiani vero dixerunt & qui eos imitantur q melior caro syluestris est caro porci syluestris. Nā cū hoc q est leuior carnibus domestici porci est fortis nutrimēti & plurimi, & est velocis digestionis, & est melior q̄ esse potest in hyeme.] Dic tertio q iuuenibus temperatis exercitio mediocri vtentibus hædinæ carnes sunt cæteris meliores. Iuxta illud Rasis. 3. Almansoris. c. de virtutibus carnium. Hædulina caro est temperata, nullam in se habēs malitiam vel malitiæ admixtionem, quæ licet temperatum generet sanguinem laborantibus tamen non congruit. Et non oportet vt super eam eligant meliorem quorum dispositio huic dispositioni est contraria. Non enim adeo debilis est vt ex ea destruatur virtus, & neq; eius nutrimentum adeo multum & grossum vt ex ea in corpore ꝓueniat repletio & grossus generetur sanguis. Sanguis quoque qui ex ea generatur inter subtilem & grossum aut inter calidū & fri. existit. Arietina autem caro hædulina carne grossior est, viresq; plus augmentat & plures efficit superfluitates quæ in bonitate hædulinam sequitur carnem. Hæc ille. Quarto quæritur quare lactens vitulus laudatur & non lactens agnus sed annualis. Dic q carnes animalium siccę complexionis meliores sunt in adolescentia q̄ in iuuentute vt hædi & vituli sunt meliores hircis & bobus, quia sua siccitas primę ætatis humiditate corrigitur. Sed carnes animalium humidæ complexionis sunt meliores in iuuentute & in adolescentia deteriores, quia sua nimia humiditas siccitate iuuentutis tollitur aut saltem reprimitur, & ab humiditate primę ætatis crescit. Ideo iuuenes castrati arietes sunt meliores & minus viscosi lactentibus agnis, & iuuenes porci lactentibus porcellis. Iuxta illud Gal. 3. de alimentis. c. primo. Sicut autem in porcis qui secūdum statum ætatem idonei eucčticis. i. bene complexionatis iuuenibus sunt, sic bouinarum quæ ante statum. Siccior enī complexione multo bos porco sicut & vir i statu puero. Merito quidem igitur quæcunq; animalia natura sicciorem habent complexionem a iuuentute in commensuratione ipsius remediatur. humidorum autem natura ab acmastica ætate assumit quod deficit ad conuenientem eucrasiam, Non solū autem vituli perfectis bobus meliores ad digestionem hñt carnes, sed & hædi capris. Hæc Gal. Et intelligit hic per iuuentutem ætatem primam qua lactet animal. Et per acmasticam ætatem illam qua crementum eius vel est ꝑfectum vel propinquum perfectioni. Quinto quæritur. Sub quæ forma triticum est electus cibus vtrum frixum vel elixum vel in forma panis assumi. Dic primo q omnia quę fiunt ex farina tritici frixa tarde a stomacho descendunt, grossos generant humores, oppilant viam hepatis, augmentant splenem & generant calculum, tamen multum nutriunt si digerantur. Iuxta illud Gal. primo alimentorum. c. 2. Omnia igitur quęcunq; per hæc & semidalium. i. similam tritici cōponuntur grossi chymi sunt & tardi descensus & exituum alimenti per hepar obstructiua & splenis debilis augmentatiua, & lapidum in renis generatiua. Nutritiua autem sufficienter si bene digerantur & bene in sanguinem conuertantur. Quæ autem cum melle præparantur fiunt mixtæ virtutis tā q̄ vtiq; melle habente subtilem chymum & quibuscūque applicatum fuerit omnia subtiliante. Hęc Gal. Dic secundo q triticum elixum est cibus grauis & indigestibilis. Sed si digeratur fortiter nutrit & roborat vtentem. Iuxta illud Gal. primo alimentorum. c. 4. Quoniam autem & ipse ego vadens aliquando in vilis non prope ciuitatem existens cum duobus iuuenibus eandem mecum ætatem ducentibus perueni iam ad rusticos postq̄ cenauerant & mulieres facturas panem, deficiebat autem panis, cōtinuo quidam iniiciēs in patellam frumentum elixauit, deinde cōdiēs salibus mediocribus comedere nos pręcepit. Debebamus enim vt verissimile propter id facere fatigati ex itinere esuriētes, comedimus igitur illud auide. Sentiebam quoq; in ventre grauedinem ita vt videretur in ipso iacere lutum. Et sequenti die indigesti sine appetitu per totam diem eramus vt nihil possemus comedere, & spiritu inflatiuo pleni, dolentes quidem capita & caligantes visu, neque enim secesserat aliquid subtus quod solum remedium est indigestionis.] Quo & nos tūc cōclusimus esse graue & indigestibile edulium sic pręparatum frumentum. Erat autem & hoc non experienti ꝓmptum ratiocinari, vbi enim neq; farina comesta vt dixi prius facile digestibilis est si non elaboretur per sales & fermentum & commallationem & tritionem & clibanum, quomodo quis vtiq; non intelligit non elaborantes fortissimum esse. Virtutem attū habet magnam si digeratur sic comestum frumentum & nutriens est fortiter corpus & robur insigne exhibēs vtentibus ipso. Hęc Gal. Idem iudicium habe de ferculo dicto frumentaria quod fit ex frumento elixo in lacte quo sępe gallici vtuntur, & est cibus delectabilis & detty & de macrōibus italicorū. Dic tertio q triticum sub forma panis bene fermentati & assati in clibano moderato igne est electus cibus. Iuxta illud Gal. c. secundo primi alimentorum. Optimi autem panum pro digestione sunt qui maxime fermentati & qui assationem habuerunt a commensurato igne in clibano. Et iterum eodem ca. ait. Optimus igitur quidē panis ad sanitatem homini est neq; iuueni neq; laboranti q plurimum quidem fermenti habet & plurimum salis ad plurimum autem a pistore formari elaborans. Coctus autem in clibano commensurate calido, qui vero penitus infermentatus nulli vtilis est.]

Caro porci & hædi.

Vitulus lactens | Agnus ãniculus

Frumēti elixati noxa.

Alia autem ab istis non respicias nisi secundum modum fuerint medicationis aut secundum præseruationem.

In hac tertia particula dicit Prin. q alia cibis iam nominatis & sibi similibus non sunt respicienda neq; assumenda pro cibis electis. Sed conuenienter assumi pñt dum casus exigit cibi aliqui ex prohibitis via medicinę, vt si venter constipatus fuerit prūa comedi pñt & poma cocta & borragines et bletę. Et si nimium laxetur citonia & pira cocta. Possunt ēt sumi gratia pręseruationis vt in regionibus calidis & i ęstate sumunt homines lactucas acedulam poma arangiæ mala granata acetosa vt præseruentur ab immoderatis caloribus & lapsu in febrem.

Fructus tamen nutrimenti magis similes sunt ficus & uuæ ualde maturæ & dactyli in regionibus & ciuitatibus in quibus esse consueuerunt. Verumtamen cum aliquis hæc comederit si superfluitas inde puenerit ad ipsā festinet euandā.

In hac quarta dicit primo q inter fructus, fructus magis nutritiui & similiores seu ꝓpingores carnibus in nutriēdo sunt ficus & vuæ valde maturę & dactyli in regionibus & ciuitatibus in quibus esse cōsueuerunt. De ficubus & uuis Gal. testatur secundo alimentorum. c. 9. dicens. Vuæ autem & ficus oporę. i. succosæ quasi capitales existunt.] Etenim nu-

Vuæ & ficuū nutrimētū

triunt magis omnibus orarijs.i.non custodibilibus fructibus hæc, & minime sunt cacochyma, & maxime quando fuerint bene matura. Eius quidem igitur quod est nutrire ipsa maximum signum est, quia qui custodiunt fructus vinearum comedentes quidẽ in duobus mensibus quibus custodiunt aut solas semper ficus cum vuis aut modicum quid interponentes panis impinguantur satis, non tamen fortis & compacta est caro ex ipsis generata, sicut quę carnibus sed laxa & vacua, pp qđ & celerit' cõtrahit cessante edulio. Minus autem ficubus vuæ, nutriunt, & maximum bonum inest ipsis celeriter secedere, propter quod si & retineantur aliquando lædunt satis non habentibus hoc maturis ficubus si.n. non secedant notabiliter digerantur autem in ventre bene non nociuum dant alimentum corpori. Palam autem ꝙ venter magis submittitur sola carne racemorum simul cum succo absorpta sine acinis & sine tunica composita extrinsecus. De dactylis vero cap. 5 c. dicti libri ait. Omnes autẽ dactyli indigestibiles sunt & læsiui capitis amplioris comesti. Qui autem ab ipsis distribuitur in corpus chymus grossus quidem semper est, autem aliquid & viscosum quando dactylus fuerit vnctuosus. Quando autem tali chymo dulcedo admiscetur, celeriter quidem ab ipso hepar obstruit. Læditur autem & phlegmonizans & turgescens summe ab edulio ipsorum. consequenter autem hepar & splen oppilatur et læditur. Secundo dicit hic Prin. ꝙ si ex vsu nunc dictorũ fructuum superfluitas prouenerit festinanter educenda ẽ ne piat ęgritudinem. De ficubus quidem dicit Gal. c. 8. secũdi alimentorum, ꝙ implent ventositate ventrem & hepar, & ipsas pediculorum multitudo sequitur, propterea neq; multum ex eis assumendum est neque assidue vel postea est bibenda vno mane vncia. ß. diacatholicon vel diaprunis dissoluti in quatuor vncijs seri caprini ad mundificandum san. genitum ex eis de vuis vero. c. 9. ait. Neque enim digerũtur bene si retineantur, & secundum eas quæ ad hepar & venas distributiones crudum generant chymum non facile cõuertibilem in sanguinem. Purgetur igitur humor inde genitus prouocatione vel vrinæ vel sudoris vel eductione crudi humoris cum dracmis tribus diasinicon. Sed de dactylo dicit in aggregatore. Serapionis. cap̄. de eo quod calefit & generat san. grossum & conuertitur cito ad choleram, & est malum illis quorum cõplexio est calida & hepar calidum, & cui cito aduenit colica & squinantia & bothor. Et colica est oppilatio in hepate & in splene, & deteriores ex eis sunt magni & qui sunt dulciores, & non sunt conuenientes aliquo modo illis qui sunt calidę complexionis. Illi autem qui non sunt calidę complexionis & nõ sunt debilis naturæ si vtuntur eis impinguantur ab eis. Hæc ibi. Quod si oppilauerint vel multiplicauerint choleram dentur. ʒ. j. & . ʒ. reubarbari & scrupulus vnus spicæ nardi conquassati & temperati per noctem in aqua endiuię cum tantillo vini albi, deinde expressis fortissime per staminum in vncijs tribus seri caprini & mane bibatur tepidum hora quarta.

Dactylorũ nutrimẽtum.

Oportet pręterea ne aliquis comedat nisi post desiderium, neque in hoc tardetur cum desiderium ebullierit nisi fuerit mẽdosum ut ebriorum desideriũ & habentiũ fastidiũ, quoniã tolerare famem stomachum putridis replet humoribus.

In hac secunda parte primo agit de hora abstinendi a cibo vel sumendi cibum ex absentia vel pñtia desiderij. Secũdo de qualitate ciborum secundum anni tẽpora. ibi. In hyeme præterea nutriens actu calidum. ⁊ Tertio de malitia famis in sterilitate post saturitatem in fertilitate & econtra. ibi. Scias autem ꝙ nihil est deterius saturitate in tempore fertilitatis. ⁊ In prima particula dat duas regulas. Prima est ꝙ nullus vnq̃ comedat sine appetitu siue vera fame, quia sequitur ex hoc immoderata repletio quæ est pręgnans mater

Quæ hora comedendũ.

ægritudinum materialium nisi ventris beneficio natura aut ars prouideat aut abstinentia corrigens hunc defectum subsequatur. His.n. adiuti multi crapulosi sine fame sępe se cibo replentes perseuerant sani. Secunda est, nullus tardet aut differat comestionem cum desiderium ebullierit.i. appetitus cibi manifeste insurrexerit, nisi mendosum sit illud desiderium, sicut in ebrijs & patientibus fastidium, quia pati famẽ replet stomachum putridis humoribus. Eiusdem sntæ meminit Rasis. 4. Almansoris. cap̄. 4. dicens. Et præterea cauendum ne comestio postq̃ appetitus fuerit tardetur, nisi appetitus mendax fuerit sicut ebrijs vel fastiditis accidere solet. Sed postq̃ homo qui ebriosus non est appetere inceperit & nutrimentum quod precessit nec multum nec grossũ fuerit ipsa hora debet comedere sine dilatione aliqua. Sed hæc præcepta vidẽtur prohibere omnino ieiunium quod in lege Christi multum commendatur, & de eo dicitur ꝙ mentem eleuat vitiã comprimit, virtutes largitur & præmia, quodq; salubriter institutum est animis corporibusq; curandis. Verum ars medicinæ legi Christi se cõformat in hoc ꝙ laudat sobrietatem & cibi potusq; parsimoniam, sed non vsque ad macerationem corporum & tolerantiam famis acerbę quę choleram acuit prouocat ad iram, caput dolere facit & angit, vires debilitat, ac robur corporis & stomachum replet putridis humoribus. Quia dum sibi esuriẽti denegatur cibus attrahit hũores a meseraicis & venis hepatis. Iuxta illud Ga. tertio virtutum naturalium. cap̄. 13. Si vero ieiunus cogitur manere venter in hoc tempore a venis quæ in mesenterio et hepate habebit cibum. Et paulopost agit. Ita igitur & venter in quo tempore indiget quidem ipse cibo comedit autẽ nondum animal in hoc a venis quæ secundum hepar rapit. Et cum hepar hac hora sit innanitum non sinit abire, sed sibi retinet laudabilem sanguinem. Transit igitur ad stomachum quod inutile aut corruptum est. Propterea suadet vomitus ante comestionem post tolerantiam famis diuturnã, ne cibus receptus in stomacho sordido putrescat & corrumpatur per malos humores attractos ad ipsum tempore famis. Attẽde primo circa hoc ꝙ dicit. Nisi mendosum fuerit. ꝙ duplex est fames. Vna vera est, alia mendosa. Veram Gal. ita describit aphor. secunda. commento illius cañ. Vbi indigentia nõ oportet laborare. Certa fames est cum pomo cibo indiget vnde immensus sequitur appetitus. Sed mendosa fames est cibi appetitus corpore non indigente. Et sicut vera fames fit ex constrictione & corrugatione venarũ orificij stomachi procedente a suctione membrorum innanitorum cibo indigentium, sic mendosa fames solet ab his fieri quæ constringunt & corrugant orificium stomachi mẽbris cibo non indigentibus, vt ab actu frigidis stypticis ponticis aut acetosis. Attẽde secundo ꝙ ebrij frequenter in nocte & mane famescunt fame mendosa, vel quia vinum quod in suis stomachis præ multitudine digeri non potest in stomacho acetosatur, vel quia conuertitur in humores crudos. Iuxta illud Gal. tertio complexionum. c. 8. Ex potatione superflui vini fiunt apoplexiæ paralyses & subet & epilepsiæ & spasmi & thetani. Et hæ omnes ægritudines frigidæ sunt. Et mendosa fames excitari solet vt modo dictum est ex frigidis & acetosis orificio stomachi occurrentibus. Attende tertio ꝙ fastidium proprie est defectus appetitus cibi qñ & vbiq; oportet, vt clare intuitur secundo prognosticorũ. cañ. illo. Ex signis huius quæ putribilia sunt coniecturabis. Vbi.n. scribitur in translatione a græco fastidium patiũtur, in translatione ab arabico scribitur non desiderant cibum. Et istud accidens orificij stomacho dicitur ab Alexãdro gręco insigni secundo practicæ suæ anorexia quam fieri dicit, aut ex distemperantia aut aliquo humore i stomacho residẽte. Sed quæret aliquis ex quo fastidium est defectus appetitus quomodo in fastidiosis est mẽdosum desideriũ. Dic ꝙ dupl̄r. Vno modo quia non appetunt quando & vbi oportet vt inanito corpore ꝓꝑea ꝙ os stomachi fumis vaporibus vel aliquo humore quasi plenum apparet. Sed instabit aliq

Tolerãtię famis nocumẽta.

Fames duplex.

Fastidij ciborũ causa.

ꝙ in talibus non eſt tunc deſiderium, ergo nec mendoſum deſiderium. Nega conſequentiam, quia locus a toto mō ad ſuam partem inualidus eſt cum determinatione diſtrahente, vt non ſequitur de aliquo qui interijt non eſt homo, ergo nō eſt homo mortuus. Aliomodo, quia appetunt quando non oportet. ſ. neq; membris inanitis nec corpore agente cibo, ſicut crapuloſi multi pleni vſque ad guttur vel cacochymia infecti circa os ſtomachi iactari quærunt poſtq̄ ſurrexerūt; non inopia alimenti ſed vt ab orificijs ſuorum ſtomachorū humores excutiantur inferius depreſſi per aſſumptum cibū; qui cor & os ſtomachi laxitate quadam prius afficiebant.

In hyeme præterea nutriens actu calidum comedat, & in æſtate frigidum aut quod paruæ ſit caliditatis, & neq; caliditas neq; frigiditas ad rē perueniant quam ſuſtinere non poſſit.

In hac ſecunda dicit primo ꝙ in hyeme cibus actu calidus eſt comedendus, & in æſtate frigidus actu vel remiſſæ caliditatis. Cuius ratio triplex eſt. Prima eſt, quia communiter delectabilius ſuſcipitur frigidus æſtate & calidus hyeme. ſecūda eſt, quia corrigit ſua actuali qualitate lapſum ſtomachi illatum a tēpore. tertia eſt, quia tranſiens iuxta illud pectoralia mitigat impreſſum frigus ab aere eis attracto tempore hyemali, & calorem impreſſum tempore æſtiuo. Secundo dicit ꝙ frigus cibi in æſtate & calor in hyeme non ſint ita intē ſi ꝙ ſtomachus eos tolerare non poſſit ſine diſpendio ſeu nocumento. Nam vehemens frigus ad inſtar niuis æſtiuo tempore facile penetrans particulas & poros rarificatos calorem deijcit, digeſtiuæ nocet & magnum detrimentum ori ſtomachi infert quod eſt neruoſum, & quandoq; inducit ſpaſmū, vt contingit Ari. primatum tenenti in peripathetica theoria; qui perſuaſus a medicis ſui temporis aquā frigidam in febre bibere contra propriam opinionem bibit, & cito poſt ſpaſmatus interijt, vt memorat Gal. li. de virtute conſuetudinis cap̄. primo. Sed calor nimius vrit & veſicat partes per quas tranſit. Idem ſcripſit Raſis quarto Almanſoris cap̄. 4. dicēs. Oportet præterea vt in hyeme ſit cibus actualiter calidus, et in æſtate actualr frigidus. Eſt enim abſtinēdum a cibis calidiſſimis quales ſunt tunc cum ab igne remouentur. Et ab his qui ſuper niuem infrigidantur quibus nullus vti debet. cibo enim ſuper niuem infrigidato nullo modo vtendum eſt niſi in tempore magni caloris corpore quaſi inflāmato exiſtente. Deinde ſubdit inſtruens nos qua hora & quo loco cibum in æſtate debemus ſumere dicens. Obſeruandum quoq; eſt vt cibus in horis edatur frigidis. Quod ſi frigidæ nō poſſint eſſe horæ, manſiones ſaltem ſint frigidæ.

Scias autem quòd nil eſt deterius ſaturitate in tempore fertilitatis quam fames ſequitur in tempore ſterilitatis & econuerſo. Sed tamen conuerſio eſt deterior. Vidimus enim multos quibus in tempore ſterilitatis cibus defecit, poſtea cum in tempore fertilitatis abundauit repletos fuiſſe & mortuos, licet uehemens repletio in qualibet diſpoſitione ſit pernecabilis ſiue ex comeſtione ſit ſiue ex potu. Quot nanque homines ſuperflue ſe repleuerunt & ſuffocati interierunt.

Non ſtatim ſaturitas famē ſeq, neq; fames ſaturitatē debet.

In hac tertia dat Prin. quatuor regulas. Prima eſt, in genere repletionis ſaturitas ſeu repletio ad ſaturitatem diu frequētata tempore fertilitatis eſt peſſima quam ſequitur fames tēpore ſterilitatis. Cuius cauſa eſt duplex. Vna eſt debilitas uirtutis ex mutatione conſuetudinis de extremo in extremum. Alia eſt debilitas virium tam ex repletiōe ſaturatiua corpus aggrauante & pene ſuffocante innatum calorem q̄ ex ſubſequente penuria cibi qua corpus deficit, præcordia dolent, viſcera videntur veluti ſuſpenſa, calor innatus primum incenditur, deinde ſe reſoluit radicale humidum abunde de paſcitur & pene deperit totum corpus tabeſcit, mortis imago adeſt. Dānabilis ergo eſt conſuetudo plurium qui ante ieiuniū quadrageſimale crebra & copioſa ciborum ingluuie ſuos uētres farciunt, credentes inde melius tolerare dictum ieiuniū. Quibus eſſet melius paulatim aſſueſcere parſimoniæ cibi q̄ ſaltare repentē de crapuloſa plenitudine ad ſobriam refectionem. Sed contra. ex plenitudine quæcunq; ægritudines fiunt euacuatio ſanat. aphor. ſecunda. Fames ergo ſequēs ſaturitate ſibi eſſe videtur apta medicina. Dic id verum eſſe ſi gradatim ſubſequeretur & modeſta foret, ſed repēte veniēs & ad extremum inanitionis deducta vires corporeas penitus eneruat naturæ inimica. Secunda regula eſt, in genere vacuitatis vel inanitionis peſſima eſt diuturna fames tempore ſterilitatis quam ſequitur vehemens ſaturitas tempore fertilitatis. Cuius ratio eſt triplex. Prima eſt mutatio quaſi ſubita de extremo inanitionis ad extremum repletionis. Nam rabida fame attriti venientes ad tempus aut locum fertilitatis neſciunt ſeruare modum. ſecunda eſt, quia virtus digeſtiua diuturna fame valde debilitata digerere non poteſt cibum copioſum voraciter aſſumptum. tertia eſt, quia inanita membra ſibi trahunt auide indigeſtum nutriens, quod calor eorum fame reſolutus & debilitatus digerere non poteſt. Vel ergo ſuccūbit & extinguitur vel in membris creſcunt et multiplicantur ſuperfluitates quas regere non valet, corrumpuntur igitur & tandem corrumpunt. Tertia regula ē cōuerſio eſt deterior. i. peior eſt diuturna fames tempore ſterilitatis q̄ ſequitur vehemens ſaturitas tempore fertilitatis q̄ ſit ſaturitas hora fertilitatis quam ſequitur fames hora ſterilitatis. Hanc regulam probat. Prin. experimento dicens ſe vidiſſe multos quibus defuit cibus tempore ſterilitatis, poſt hoc abundante cibo tempore fertilitatis auide ſe eo replētes ſuffocati mortui ſunt. Sed inſtabit aliquis quia ſtatim dixit ꝙ nil deterius eſt ſaturitate quam fames ſequitur, & modo dicit ꝙ fames quam ſequitur ſaturitas eſt peior, & ſic ſermo eius implicare videtur contradictionem. Item omne peccatum quodcunq; ſit magnum ſit maius in tenuibus q̄ ingroſſioribus diętis, vt ait Hyppo. aphor. prima. Sed fames poſt ſaturitatem eſt velut attenuatio diætæ, & ſaturitas poſt famem eſt vt eius ingroſſatio. ergo fames poſt ſaturitatem ē peior. Item ſaturitas poſt famem poteſt faciliter pharmacijs corrigi educendo humores ex ſaturitatę multiplicatos, ſed ex fame forti continuata poſt ſaturitatem prouenit dānum irreparabile. ſ. ſuperflua conſumptio humidi radicalis quod ita purum nunq̄ reſtauratur. Ad primum dic ꝙ ſaturitas quam ſequitur fames eſt peſſima in genere repletionis. Sed fames quam ſequitur nimia ſaturitas eſt peſſima in genere vacuitatis. Et ita non implicat ꝙ vtraq; ſit in ſuo genere peſſima & vna peior alia ſimplr. Vel ſi non a termino a quo ſed a termino ad quem denominatiōis facere mauis, dic trāſmutationem a ſaturitate in famem fore peſſimam in genere vacuitatis. Et a fame in ſaturitatem peſſimam in genere repletionis. Ad ſecundum dic ꝙ vbi exceſſus non eſt vehemens & ad mortem pronus, minor error eſt in ingroſſatione q̄ ſubtiliatione diætæ, quia per ſubtiliationem nimiam deijcitur virtus & per ingroſſationem confortatur. Sed in vehementi exceſſu inclinante ad mortem citius perimit ingroſſatio nimia q̄ ſubtiliatio, ſicut vides in tendentibus ad mortē virtute iam pene reſoluta dum aſtantes nituntur eos confortare vitæ anhelitus impediuntur & protinus ſuffocantur ægri. Simile videmus in lampade cuius ignis debilis paratus extinctioni citius deperit multitudine olei ſuperfuſa q̄ paucitate. Ad tertium dic ſimiliter. Nam ſaturitas vehemens cōtinuata poſt lōgam famem ſubito occidit. Fames vero poſt repletionem longo tractu temporis. Quarta regula eſt, omnis vehemens repletio ſiue ex cibo ſiue ex potu ſit ex perniciosa ſiue pernecabilis in quacunq; diſpoſitione temporis & corporis. ſ. & tempore fertilitatis & tempore ſterilitatis &

temporibus medijs, & in corpore pingui & macro & in medio. Quot nanq; homines superflue se repleuerũt & suffocati interierunt. q. d. tot fuisse ꝙ eorum non est numerus. Nam calor innatus sub omni excessiua multitudine siue cibi siue potus siue humorum siue superfluitatum de facili extinguitur sicut ignis lampadis sibi superfuso excessiuo oleo vel vino vel aqua vel alio liquore.

Cum autem error eeciderit in comedendo aut bibendo aliquod medicinalium nutrientium regendum erit quomodo digeratur & maturescat, & ipse est custodiendus a malitia complexionis quæ ex eo timetur accipiendo post ipsum quod sit ei contrarium donec digeratur. Quod ergo frigidum fuerit sicut cucumer & cucurbita temperetur ab eo quod ei existit contrarium sicut allia & porri. Et si fuerit calidum temperetur cum eo etiã quod ei existit cõtrarium sicut cucumeres & portulaca. Et si oppilatiuum fuerit sumatur qđ aperiat & euacuet, deinde famem diu toleret.

Error cibo⁊ assũptoꝝ q̃ pacto corrigẽdus.

In hac tertia parte primo agit de correctione malorum ciborum assumptorum. secundo iterum agit de hora comedẽdi. ibi. Et neq; ipse neq; omnes qui sanitatem volunt. Tertio de malitia fastidij. ibi. Et præterea nil est deterius q̃ fastidium & ꝓprie. Quarto de correctione vnius cibi per alium sibi superassumptum. ibi. Veruntamen quandoq; necesse est aliquem cibum. In prima particula dat quinque regulas. Prima est si quis errauerit in assumptione cibi aut potus medicinalis intendere debet digestioni eius & maturationi, vt per digestionem spolietur a virtute medicinali qua corpus alterat, & partes ipsius aptæ maturationi fiãt bonus sanguis. Et ad illud conferunt manere in quiete, & nil sumere permittere quod eius digestionem possit impedire nisi fuerit illi sicut medicina. Solet. n. melius digestio fieri tempore quietis q̃ tempore motus propter fixionem & adherentiam maioris digerentis ad digestibile, & natura soli illi intenta citius superat & digerit ipsum. Secunda est. ille qui errauit in sumendo cibum aut potum medicinalem excessiuæ qualitatis præseruandus est a malitia complexionis quæ timetur ex hoc sumendo aliquid sibi contrarium donec digeratur, vt si comederit carnes salsas & sinapium de quibus timetur sup̃flue calefieri, vel hippocratem biberit superbibat ptisanam, vel sugat de granis granati acetosi vel de granis berberis. Tertia est. cibus frigidus medicinalis vt cucumer cucurbita corrigendus & temperandus est cibo medicinali calido sicut allijs & porris. Ista nanque sese prohibent ab impressione qualitatis excessiuæ, & ex horum commixtione quasi quædam temperies prouenit. Sed contra. cucurbita communiter generat humorem similem humori qui fit ex eo quod ei miscet. Iuxta illud Prin. secundo huius. cap̃. de cucurbita. Et de proprietate quidem eius est ꝙ generatur ex ea nutrimentum homogeneum ei quod associatur. Nam si comeditur cum sinapi generatur ex ea humor malus acris. Aut cum sale generatur ex ea humor salsus. Aut cum stypticis generatur ex ea humor stypticus. Et est omnino nociua quibus dominantur melancholia & phlegma & bona cholericis. Hæc ille. Si ergo misceatur cum allijs & porris generabit sanguinem acutum cholericum. Concedit illud & dic ꝙ allia & porri cucurbitis mixti non faciunt vt sanguis bonæ substantiæ generetur ex his, sed reprimunt earum frigiditatem & hu. & uehementiam nocumenti quod inferre solent stomacho & colon. Teste Prin. cap. præfato de cucurbita dicente. Et ẽ ex eis quæ generant ægritudinem stomachi valde & ipsa vehementer nocet intestinis & colon etiam proprie. Quarta est. cibus medicinalis calidus vt allia cæpe porri corrigẽdus & temperandus est cibo frigido medicinali sicut cucumeribus lactucis aut portulaca q̃tenus prohibeatur ab impressione superfluæ caliditatis. Quinta est. si cibus medicinalis fuerit oppilatiuus vt panis azimus caseus citonia esscula sumatur post eos illud quod aperit vias oppilatas, & qđ euacuat oppilantem humorem vel per vrinam vel per secessum. Consequenter diu famem sustineat. s. tandiu donec humor genitus ex cibo grosso oppilatiuo fuerit vnitus membris & oppilatio perfecte soluta. Sed contra. tolerare famem stomachum putridis replet humoribus. Concede id de fame vera cum inanitione venarum & membrorum & non de fame quæ est cum oppilatione & repletiõe uenarum ex grossis humoribus. Attende circa hoc ꝙ non est tutum miscere diuretica subtiliantia & aperitiua cum oppilantibus, quia faciunt ea penetrare in vias strictas. Iuxta illud Prin. secundo. cañ. cap̃. de caseo. Subtiliatiua quidem augmentant maliciam eius quoniam faciunt ipsum penetrare & impellunt eum. Sed post digestionem & penetrationem opilatiuorum aperitiua conueniunt sicut aqua cicerum, semẽ anisi, carui vel feniculi, vel euacuatio ex reubarbaro vel agarico quibus inest vehemens virtus deoppilandi vias & educendi humores oppilantes eas cum incolumitate sine grauamine. Adde sextam regulam si vis ꝙ si cibus medicinalis sit nimis aperitiuus sicut grana iuniperi orobi & milij solis quæ quandoque cogunt fortitudine suæ aperitionis nimis sæpe mingere cum his miscenda sunt vel danda post eos aliqua styptica sicut rosę sumach rhus & similia. Et hæc satis innuitur in præcedenti, quam ideo forte Prin. non expressit, quia cibi medicinales frequentius lædunt oppilatione q̃ apertione.

Et neque ipse neque omnes qui sanitatem habere uolunt aliquid comedant nisi desiderium fuerit certum & stomachus & superiora intestina a primo nutriente euacuata fuerint. Quod enim in corpore est deterius est nutriens super nutriẽs quod non est digestum mittere.

In hac secunda particula resumit vnum quod præmiserat in initio secundæ partis tanq̃ regulam valde conferentem in custodia sanitatis, vt fortius imprimat mentibus audientium. s. ꝙ neq; ille qui sumpsit cibum oppilatiuum, nec aliquis quicunq; custodire volens suam sanitatem debet comedere aliquid nisi desideriũ ei certum fuerit. i. uera fames, & stomachus & tria gracilia intestina euacuata sint a præassumpto cibo. Cuius rationem reddit, quia nil est deterius in humano corpore q̃ intromittere cibum super alium qui nõ est digestus sed digeri incepit. Nam superassumptus cibus prioris digestionem inchoatam impedit, & digestio prioris ante complebitur qui transierit ad hepar per mesaraicas ducet secum cibum superassumptum indigestum vnde crudi humores multiplicabuntur. Attende ꝙ hora comedendi non est statim post euacuationem stomachi & intestinorum gracilium a priori cibo sed post complementum omnium digestionum. Iuxta illud Auer. sexto colliget. cap̃. 7. Hora vero cibandi est cum omnes digestiones fuerint celebratæ. Sed id non obseruant hominum plurimi quibus mos est bis comedere in die & inter prandium & cœnam interuallum faciunt octo horarum ad longius, quo interuallo vix compleri potest vel non completur digestio prima quę fit in stõ. Iuxta illud Prin. tertij. 13. tractatu, 3. c. 8. Et quantitas quidem æqualis remanentiæ cibi in stõ & egressionis eius est illud quod inter. 12. horas vsque ad. 22. horas.

Et præterea nihil est deterius quàm fastidium & proprie cum fuerit fastidium ex malis nutriẽtibus, quoniam cum fastidium puenerit ex grossis nutrientibus hæreditare faciet iuncturarum dolores & renum & dispnoeam & podagram & splenis.

ſplenis & hepatis groſſitiem & phlegmaticas ægritudines & melancolicas. Sed cum ex ſubtilibus acciderit nutrientibus prouenient ex ipſo febres acutæ & malignæ & apata acuta mala.

In hac tertia dicit ꝙ nil deterius eſt faſtidio in regimine ſanitatis maxime cum proceſſerit ex malis nutrientibus. Et intellige per faſtidium defectum appetitus horis comedendi, quo non obſtante faſtidioſus comedit horis ſuis ſolitis q̄tum ſolebat diu perſeuerans in iſto errore. Nam ſi hoc faſtidium proceſſerit ex groſſis nutrientibus vt porcinis carnibus, anguillis aut tencis poſſidere faciet velut hereditatem artheticos dolores & dolores renum & reſpirandi difficultatem quæ diſpnœa dicitur, & podagram quæ eſt gutta pedū ſub arthetica cadens, & ingroſſationem ſplenis & hepatis, et phlegmaticos alios ac melancholicos morbos ſicut quotidianas quartanas ſclirrhoſes & œdemias. Nam ſi groſſi hu. ex nutriētibus groſſis generari ſoliti paulatim in venis aceruati vel accumulati fuerint & natura nō ſufficiat per ſolitas vias eos foras pellere mittit ad iuncturas ad quas ſolet mittere quaſdam humiditates, ne tempore motuum oīuiū exicentur, quæ quia ſuperfluunt inducunt dolorem. Et ſi ad renes vrina ducente tendāt eos oppilabunt & diſtendēt & dolere facient. Et ſi ad pectus fluxerit vel de cerebro deſcendet aſtma vel diſpnœam illic generabunt. Quod ſi ſua grauitate fluxerint ad pedes coadiuuantibus latitudine viarum & debilitate pedum facient podagram. Si vero fuerint in hepate & ſplene fortiter incuneati timorem efficiēt & groſſitiē in eis. Et ſi putruerint in paruis venis vel poroſitatibus mēbrorum quotidianam inducent phlegmatici & quartanam melancholici. Et ſi membrum vnicum ſua multitudine diſtenderint inde prouenient ſclirrhoſis vel œdemia. Sclirrhoſis quidem ex melancholicis. Oedemia vero ex phlegmaticis. Et ſi faſtidium introductum fuerit ex ſubtilibus cibis ut piperatis & alliatis euenient inde febres acutæ & malignæ, ſicut cauſon & tertianæ continuæ putreſcentibus in venis humoribus ex talibus cibis genitis, & apoſtemata acuta maligna ſicut herīſipela formica herpes reſudātibus humoribus acutis in aliquod membrū & facientibus ipm intumeſcere.

Verumtamen quandoque neceſſe eſt aliquē cibum aut rem cibo ſimilem mittere ſuper alium cibum quæ fit ei ſicut medicina. uerbi gratia ſicut illi qui nutrientia comedunt acuta aut ſalſa. Deinde poſt tempus in quo nondum completa fuit digeſtio conſequenter eis adiungunt res humectantes ex nutrientibus ſaporem non habentibus. Et iſtis quidem hoc ſufficit regimen et exercitium non eis neceſſarium. Et horum contraria diſpoſitioni eſt diſpoſitio eorum qui groſſis cibarijs poſt aliquod tempus conſequenter admiſcent quod uelociter digeritur & eſt acutum.

In hac quarta particula dat exceptiones ab illa regula ſecundæ particulæ. Quod in corpore exiſtit deterius eſt nutriens ſuper nutriens quod nō eſt digeſtum mittere, dicens. Verumtamen quandoq; neceſſe eſt. i. vtile & conueniens ut cibus aliquis vel res cibo ſimilis virtute & opere poſtea mittatur ſupra alium cibum velut medicina corrigens malitiā cibi præaſſumpti. Et iſtud declarat duobus exemplis. Primum eſt de illis qui comederunt nutrientia acuta ſicut alliata vel piperata, vel nutrientia ſalſa puta carnes quæ diu iacuerunt in ſale, vel propter delectationem vel propter verecundiam, quia comedebant cum manibus ſe veſcentibus talibus. Vel ex neceſſitate non habentes aliud, poſtea tempore lapſo quo ſua digeſtio nondum perfecta eſt cibos inſipidos & humectatiuos ſuperaſſumunt ſicut cucurbitas melones aut cucumeres vel eorum ſuccos vel ipſorum aquas. Hi nāque reprimunt calorem & acumen ſalſorum & acutorū & præſeruāt hepar & ſanguinem ab inflāmatione & incēdio. Et iſtud regimē ſeu iſta correctio ſufficit eis. Nec īdigēt exercitio, immo nocet eis concitans calores & coadiuuans ad incendium. In hoc caſu puto tutius ſuperbibere bonum hauſtū ptiſanæ vel ſyrupum aliquem infrigidatiuum vel aquas dictorum inſipidorum q̄ ſumere eorum totam ſubſtantiam, in cuius digeſtione natura laboret iam aliunde ſatis occupata. ¶ Secūdum exemplum eſt de illis quorum diſpoſitio cōtraria eſt diſpoſitioni nunc dictorum. ſ. qui ſumpſerunt cibos groſſos vt caules carnes porcinas et caſeum plurimum, & poſt aliquod tempus eis immiſcuerunt acutum cibum uelociter digeſtibilem vt fœniculum aniſum carui vel cinamomum, vel ſuperbiberunt nectar aut hippocratem. Ex his enim groſſa præaſſumpta ſubtiliantur & prohibentur oppilare vias tranſitus eorum ſi conuenientibus tempore & menſura ſuperaccipiantur.

Amplius paruus motus poſt comeſtionē ipſā cibum in ſtomacho quieſcere facit & proprie cū dormiendi poſt ipſam uoluntas affuerit. Accidētia præterea animæ horribilia & motus corporei fortes digeſtionem fieri prohibent.

In hac parte quarta primo agit de effectibus motuum & accidentium animæ poſt comeſtionem. ſecundo de quantitate nutritionis ciborum hyeme & æſtate ibi⌊ Et in hyeme quidem.⌉ Tertio de quantitate ciborum & potuum ſecundum comprehēſionem ſtomachi. ibi⌊ Ex cibo etiā.⌉ Quarto de modo decubitus & cooperimentorum poſt comeſtionem. ibi⌊ Oportet præterea.⌉ In prima particula dat duas regulas. Prima eſt ꝙ paruus motus vt ſuauis inceſſus poſt comeſtionem facit quieſcere cibum in ſtomacho. i. deſcendere ad fundum ſtomachi vbi celebratur digeſtio melior quia carnoſus eſt, & maxime conuenit talis paruus motus dum voluntas adeſt bene dormiendi poſt comeſtionē. Per hunc enim clauditur orificium ſtomachi, & prohibetur aſcēſus plurimus vaporum & fumorum ab eo ad cerebrum cōturbantium ſomnum. Secunda eſt ꝙ paſſiones horribiles aī ſicut terror timor ira furia rancor triſtitia, & motus corporis fortes prohibent digeſtionem fieri, quia diuertunt calorem & ſpiritus a loco digeſtionis & cibos in ſtomacho receptos exagitāt, & nō ſinūt ſtōm ſup eos figi donec digerant.

Motus poſt cibum.

Animi accītia cōcoctionē prohibere.

Et in hyeme quidem cibi pauci nutrimenti non ſunt edendi ſicut olera, ſed nutriens magis ē edendum quod ē ex granis & fortis ſoliditatis, et in æſtate huius contrarium.

In ſecunda dat duas regulas. Prima eſt. cibi paucę nutritionis ſicut bletæ caules atriplices ſpinachia boragines & alia olera non ſunt comedendi tempore hyemali, ſed potius cibi multi nutrimenti, fortis ſoliditatis. ſ. compactæ & ſpiſſę ſubſtantiæ vt riçum panicum milium triticum & grana ſimilia. Cuius ratio eſt, quia innatus calor tunc eſt fortiſſimus & ſomni longiſſimi non parum iuuātes digeſtionem aſſumptorum. Teſte Hip. aphor. prīa. cañ. illo. Vētres hyeme & vere cal'iſſimi ſunt natura & ſomni lōgiſſimi. Et Gal. in cōmen. dicente. Virtus naturalis actionis ſi cibum in ſtomacho bene digerit teſtatur corpus in hyeme ſecundum naturalē curſum bene ſe habere, quia hoc tempore augmentatur calor in interiori corpore & ſomnus fit longiſſimus, ſuperfluitas tertię digeſtionis expellitur q̄uis non ſentiatur ¶ Fumoſa. n. cum anhelitu groſſa cum vrina egreditur. Hypoſtaſis quoque vrinæ fæculentior eſt q̄ in æſtate, & quantitas minoratur vrinæ, corpus magis nutritur, caro augetur, ſanguis multiplicatur ordinatione modum non excedente. Hæc ille. Et libro de virtute cibariorum. c. 3. de cibarijs groſſis ait. Et

Cibi hyemalis.

Cibi gitatis.

melius est φ sumantur hæc cibaria in hyeme propter aggregationem caloris in interioribus corporis & longitudinem somni. Secunda est. in æstate contrarium huius conuenit scilicet cibi multi nutrimenti fortis soliditatis sicut grana nõ sunt comedendi. sed potius cibi paucæ nutritioois vt spinachia lactucæ acedula portulaca bletæ borago attriplices & similia. Ab his enim calor ex tempore illatus corpori reprimitur & sanguis modicus generari solet cuius custodiæ natura debilis & resoluta vacat attentius. Non enim sufficeret sanguinem plurimum regere & protegere a corruptione, & quod ex his remanet superfluum purgandum leue existens facile labitur ad inferiora. Prin. vero tractatu primo particulæ secundę canticæ canticorum regimen ciborum æstatis latius descripsit dicens. Tempore quidem æstiuo est cibi quantitas minuenda, est. p tunc ad subtiliter nutrienda declinandum, vnde vitandæ sunt tunc carnes grossæ & vtendũ est oleribus & lactis speciebus & piscibus recentibus, hædo & agno mediocris ętatis, pullis gallinaceis, carnibus quoque capodarum idest alaudarum & coturnicum. Instabit aliquis primo. in æstate maxima fit resolutio quod ostendũt debilitas viriũ & macredo corporis, sed cum cibus detur ad reparationem solutorum quantitas ipsius horum quantitati respondere debet, & substantia eius vix resolubilis & compacta foret. Item dixit prius Prin. primi secunda' doct. secunda. summa prima .c.6. φ hyems est magis constringens materias, & in ipsa est plus necessarium sumere ea quę incidunt & subtiliant, & φ ægritudinum hyemalium plurimæ sunt phlegmaticæ, & in ipsa phlegma fit multum. Non ergo conuenit hyemali tempore nutriens ex granis fortis soliditatis cum tale sit oppilatiuum. ¶ Ad primum dic φ licet in æstate maior fiat resolutio vnde maior cibus & nutritiuior & resolutioni resistentior competere dẽret, virtus tamẽ digestiua plurimum debilitata ferre non sufficit tantum & talem cibum, quare oportet paucum & subtilem dari qui digeri possit, sed frequentius dandus est vt resoluta reparet & resolutioni resistat. Ad secundum dic φ licet hyeme propter robur innati caloris & virtutis digestiuæ cibus nutritiuior & magis solidus conueniat, expedit tamen in ea sæpe vti subtiliatiuis & aperitiuis, sicut petroselino nasturtio fœniculo aniso & similibus, vt oppilationes & multiplicatio phlegmatis prohibeantur.

Ex cibo etiam nullus ita est replendus ut non sit ibi locus superfluus, sed ab eo est retinendus reliquijs desiderij adhuc in anima manentibus; hæ enim famis reliquię post horã unam destruuntur. Et in hoc usus est conseruandus, quoniam deterior comestio est quæ stomachi facit grauitatem, & deterior potus est qui temperamentum egreditur & in stomacho natat. Et si aliquo die superfluxerit sequenti die famelicus maneat & somno utatur prolixiore in loco temperato in quo neque calor sit neque frigiditas. Quod si sõnus ei non aduenerit multo utatur incessu suauiter, & continuo in quo non sit quies neque requies & parum puri uini bibat. Ruffus inquit: Incessus hic mihi placet & proprie post prandiũ, quoniam bonitatẽ operationis cœnæ præparat.

In hac tertia dat tres regulas. Prima est, nullus sic ex cibo est replendus vt in eius stomacho non sit locus vacuus adhuc capax cibi, immo quisque a cibo cessare debet, ipso adhuc aliquid appetitus habente. Nam post horam vnam reliquiæ famis. i. appetitus relictus cessabunt. Causam regulæ dat, quia deterior comestionum est quo ad mensuram cibi quæ stomachum aggrauat sicut illa quæ totam eius implet concauitatem. Et peior potus est qui excedens temperamentum natat in stomacho. Nam per vtrumque digestio lęditur, & caput grauatur fumis & vaporibus cum nec os stomachi bene claudi possit, nec cibus & potus ad ipsius fundũ libere descendere qui digestioni deputatus est sicut os ipsius appetitui. Sed causa cessationis appetitus relicti post horam vnam est, quia fundus stomachi cessat trahere ab ipsius ore & hepar stomacho sanguinem transmittit per proprias venas, & vapores cibi quos digerens calor eleuat os stomachi replent vnde cessat fames. Et in hac regula Prin. interserit vnum documentum. s. φ vsus in hoc est conseruandus. i. cõsuetudo circa modum repletionis ex cibo & potu conseruari debet omni tempore si bona fuerit, si vero mala sicut in multis est more brutorum vitam agentibus qui non cessant edere donec saturi sint & saccus repletus non subito relinquenda est. Omnis nanque consuetudo subito & sine gradatione ablata illum cuius est offendit, ut ait Prin. tract. primo secundę particulæ canticæ canticorum. Secunda regula est. si quis ex cibo superflue sumpserit vno die, abstineat a cibo die sequenti saltem donec prior digestus fuerit, & lõgius dormiat loco non calido neque frigido sed temperato, quatenus melior digestio fiat vnito calore circa interiora & non vigilijs nec curis disperso. Tertia. si nimis repletus dormire nequiuerit diu continue suauiter incedat sine quiescendo a motu vel requiescendo ab operibus vigiliarum vt per motum suauem cibus deprimatur calor excitetur, fumi & vapores a cerebro ad cutem tracti diuertantur, & bibat modicum boni vini puri quod cibum deprimit. calorem excitat, & digestiuam confortat. Et super incessu suaui post cibũ verba Ruffi allegat famosi medici, quorum hæc est series. Incessus hic, scilicet post cibum maxime post prandium mihi placet, quia præparat bonitatem operationis cœnæ, idest coadiuuat ad digestionem perficiẽdam, qua perfecta stomachus dispositus redditur ad cœnã suscipiẽdã cõmode cũ appetitu. Repletorũ nimis auxilia.

Oportet præterea ut post comestionem primo super dextrum latus dormiat pauco tempore, deinde super sinistrum reuoluatur, postea reuolat se super dextrum. Et debes scire quòd multis cooperiri pannis et ceruical eleuare ex illis existunt quæ in digerendo iuuant. Et ad ultimum quidẽ ut mẽbrorũ situs ad iferiora sint declinãtes.

In hac quarta dat tres regulas. Prima est φ dormiturus post comestionem primo pauco tempore supra latus dextrũ dormire debet, vt ab ore stomachi quod tunc erit sursum quia declinat ad sinistrum latus cibus liberius ad fũdum descendat sua grauitate. Post super sinistrum latus se reuoluat, vt hepar acubans foris super stomachum veluti gallina super pullos suos ad digestionem cibi coadiuuet. Deinde se reuoluat super dextrum latus vt stomachus hepati superponatur sicut lebes igni quo plurimum iuuatur in digerendo. Dormientium situs.

Attende φ dormire solitis vno somno integro sine interruptione fere tota nocte, vt pueris mos est, decubitus melior est supra dextrum. Tum quia cibus ab ore stomachi per hunc decubitum liberius descendit ad ipsius fundum. Tum quia fortius hepar influit stomacho calorem quando subest ei. Nam calidum promptius est ad ascendendum φ ad descendendum. Id docuit Hip. primo prognosticorum. Bonũ inquit est inuenire ægrum iacentem in latere dextro aut sinistro, melius tamen in dextro quæ habitudo sanis est familiaris. Etenim iacere in modum sani melius. Verumtamen in hoc consuetudo attendenda est, sicut notat Gal. in commento. Secunda est. digestio iuuatur bona coopertura capitis corporis & extremitatum, & eleuatione capitis & spatularũ supra ceruical vel supra puluinar. Nam per cooperturam cõseruatur calor innatus membrorum, & exteriora quæ tempore somni frigida redduntur calore reuocato ad iteriora ꝓhibentur per cooperturam a percussione & penetratione frigoris nocturni. Sed eleuatio capitis & spatularum supra

ceruical

ceruical confert ad tenendum stomachum erectum, videlicet os sursum & fundum deorsum, quo descensus cibi plurimum iuuatur, & cerebrum minus ascensu fumorum & vaporum turbatur, & somnus profundior fit his non interruptus. Tertia est ad vltimum. i. summarie loquendo bonum est pro confortatione digestionis vt situs membrorum ad inferiora declinetur hora somni, ita vt caput collum & humeri sint altiores trunco corporis, & truncus corporis tibijs & pedibus propter causas dictas in eleuatione ceruicalis.

Et cibi quidem mensuratio existit secundum usum & uirtutem & ut mensura eius in eo qui sanæ est uirtutis sit talis cum ipsum recipit quòd ei grauamen non afferat, & ut hypocundria non tendantur neq; inflet & rugitum non faciat neq; natet. Et non accidat ex eo nausea neque caninũ desiderium, neque casus neque ingenij pigritia neque insomnietas, neque ipsius sapor in ructibus post tempus reperiatur, quoniam cum post lõgũ tẽpus sapor eius reptus fuerit erit deterius.

Cibi mẽsura. In hac parte quinta primo agit de mensura cibi secundũ consuetudinem & virtutem. secundo de signis cibi moderatæ quantitatis. ibi [Declaratur autem.] Tertio de partitiõe comestionum in his qui ex cibo sumpto super calefiunt, & qui ferre nequeunt vna vice tantum quantum eis sufficit ibi [Ille præterea.] Quarto de nutrimentis proprijs melancholicis cholericis sanguineis & phlegmaticis. ibi [Melancholicus præterea.] In hac prima particula dicit primo ꝙ mensura cibi debitæ quantitatis principaliter attenditur penes consuetudinem & virtutem. Penes consuetudinem quidem quia consuetudo est altera natura. Cuius rei signum est ꝙ assuescentes in temperate diætari ægrotant cum non intemperate diætantur, vt ait Arist. 28. particula problematum. Penes virtutem vero digestiuam & nutritiuam. Non enim plus cibi dari debet vnq̃ quamuis digestiua digerere potest, & nutritiua vis assimilare. Neque minus dandum est q̃ ꝙ virtus nutritiua pro restauratione deperditi exigit. Secundo dicit ꝙ in homine cuius naturalis virtus sana est mẽsura cibi debet esse talis ꝙ in eius receptore. 11. obseruentur conditiones sequentes. Prima est ꝙ cibus non afferat ei grauamen aliquod, quia cibus grauans stomachum nõ amplexatur ab eo delectabiliter, sed quodam modo refugit ab eo velut a contristante, quare non bene digeritur neque tandem bene nutrit. Secunda est ꝙ post cibum assumptum hypocundria. i. panes laterales quæ sub costis sunt minime tendantur, quia ex horum tensione seu dolore extensiuo significatur tantus cibi excessus ꝙ non solum grauat stomachum sed hepar & splenem quare refugiũt ab eo cui potius deberent assistere pro cõfortanda stomachi digestione. Tertia est ꝙ dictus cibus non infler. i. sua multitudine generet in stomacho ventositatem inflatiuam quæ digestionem perturbat & stomachum ꝓhibet ab amplexu stabili cibi. Quarta est ꝙ non faciat rugitum. i. ventositatem mobilem in visceribus, quæ si non inueniat liberum exitum sub aut supra quandoque inducit passionem colicam vel dolorosissimam iliacam. Quinta est ꝙ non natet in stomacho, quia cibus natans a fundo stomachi elõgatus est vbi viget digestio potior, & ad os eius declinans effumat ad cerebrum. Sexta est ꝙ non accidat ex eo voluntas vomendi quæ nausea dicitur. Ex hac enim significatur ꝙ grauat stomachum quare fugit ab eo & potius quærit foras expellere q̃ ipsum amplecti pro digestione. Septima est ꝙ non inducat appetitum caninum. Quod dupl̃r facere potest. s. vel sua qualitate, quia frigidus de se est vel stypticus vel ponticus vel acetosus. Vel qualitate acquisita ex diminutione digestionis propter multitudinem suæ quantitatis, vnde acetat in stomacho vel in aquositatem frigidam phlegmati similem cõuertitur. Et hæc est causa quare multi pigues plurimum repleti sunt magis famelici siccis cholericis & inanitis. Octaua est ꝙ non accidat ex eo casus appetitus seu desiderij. Ex hoc enim significatur ingurgitasse tam abũde cibum ꝙ orificium stomachi quasi plenum diu apparet, vel ꝙ remollitum fuerit multitudine humiditatum ex cibo superfluo derelictarum. Nona est ꝙ ex eo non eueniat pigritia ingenij proptee multitudinẽ fumorum & vaporum petentium cerebrum, vel propter diuersionem caloris & spirituum ad loca digestionis. Decima est ꝙ non accidat ex eo insomnietas seu reuolutio plurima in lecto hora somni, quæ tũc euenire solet cum cibus ad os stomachi quodammodo declinans non permittit ipsum claudi, sed effumat abunde ad cerebrum, dolere faciens & inquietans ipsum. Vndecima est ꝙ in eructuationibus emissis diu post assumptum cibum non sentiatur sapor cibi assumpti, quia dictus sapor post longum tempus repertus ẽ deterius signum q̃ dum sentitur statim post assumptum cibum significans ꝙ stomachus longo tempore quasi nil egit in cibum, nec potuit ei præualere seu digerere ipsum.

Declaratur autem quòd cibus sit temperatus, cum ex ipso non prouenit magnitudo in pulsu & in anhelitu paruitas, hoc nanque non accidit nisi propterea quòd stomachus comprimit diaphragma, & propter hoc fit anhelitus paruus & inspissatur & cordis necessitas ei præbet augmẽtum. Magnificatur ergo pulsus quoniam in uirtute non existit debilitas.

Cibu tẽpatus. In hac secunda dicit ꝙ cibus declaratur esse temperatus qualitate & quantitate duobus signis. Primum est cum non prouenit ex eo magnitudo in pulsu. secundum est cum non prouenit ex eo paruitas in anhelitu. Sed instabit aliquis primo auctoritate Gal. lib. de introducendis in pulsu cap̃. 30. dicentis ꝙ cibaria commoderata magnos & vehementes & citos & spissos faciunt pulsus. Secundo per Prin. primi secunda doc. tertia summa prima. cap̃. 11. dicentem. ꝙ si cibaria æqualia fuerit fiet pulsus in magnitudine augmentatus & velocitatis maioris & spissitudinis propter augmentum virtutis & caloris. Tertio per Prin. in fine particulæ præsentis dicentem. Magnificatur ergo pulsus quoniam in virtute non existit debilitas. Dic ꝙ Gal. & Prin. loquuntur ibidẽ de magnitudine moderata solita contingere post refectionẽ. Prin. vero hic intendit de magnitudine excessiua pulsus secundum tres dimensiones vltra cursum naturę solitum quã cibus excedens operari solet. Quod si valde excesserit pulsum efficit diuersum & inordinatum. Iuxta illud Prin. cap̃. iam allegato. Et si plurime magnitudinis valde fuerit erit pulsus diuersus absque ordine propter grauitatem nutrientis super virtutem, quoniam ex omni grauitate prouenit in pulsu diuersitas. Aut dic hunc textum fuisse corruptum vel a scriptoribus vel a translatore, & ipsum taliter debere scribi. Declaratur autem ꝙ cibus sit temperatus cum ex ipso ꝓuenit magnitudo in pulsu & non in anhelitu paruitas. Et hoc declaratur sequenti sermone, vbi primo reddit rationem de non paruitate anhelitus ex cibo temperato. Hoc nanque inquit, scilicet paruitas anhelitus ex cibo non accidit nisi propterea quòd stomachus nimium repletus comprimit diaphragma. Et propter hoc fit anhelitus paruus & frequens post cibum nimium & necessitas cordis idest euentationis caloris eius præbet ei, scilicet anhelitui augmentum frequentiæ, quia adaucto calore cordis ex cibo cum oppressione virtutis motiuæ pectoris necessario fit anhelitus frequens ut frequentia suppleat quod deest in magnitudine & velocitate. Secundo reddit rationem quare ex cibo pulsus magnificatur dicens. Magnificatur ergo pulsus quoniam in uirtute pulsatili non existit debilitas. Potest tamen id intelligi tam de cibo temperato q̃ de nimio non perueniente vsque

ad hoc quòd diuerſum & inordinatum efficiat pulſum quia vterq; pulſum magnificat.

Ille præterea cui poſt comeſtionem accidit caliditas & calefactio non una totum comedat hora ſed paulatim per interualla, propterea ne ei ex repletione diſpoſitio accidat, quæ ſit ſicut tremor quam poſtea ſequatur calor ſicut fortis febris cū calefit cibus. Amplius qui quantum ei ſufficit digerere non poteſt comedere numerum multiplicet & quantitatem minuat.

Parcien di cibi ratio.

In hac tertia particula dat duas regulas. Prima eſt q̄ ille non debet comedere cibum ſuum totum vna & eadem hora ſed diuerſis vicibus & per interualla cui poſt comeſtionem accidit caliditas extranea & interiorum calefactio, ne tremor aut horripilatio ſibi ſuperueniat ex repletione cibi quem ſequatur ſuperfluus calor velut fortis febris calefacto cibo calore extraneo. Sub iſta regula cadunt cholerici & rari macri debiles maxime in æſtiuo tempore & in regionibus calidis, in quorum ſtomachis venis & hepate ſuperfluit cholera, quæ cedens aſſumpto plurimo cibo ſupra membra ſpargitur tremorem faciens, & cum natura neque choleram iſtam neque cibum multum regere ſufficiat putrefient ambo febrem generantes. Secunda eſt. ille debet multiplicare vices comedendi ſeu numerum comeſtionum & minuere quantitatem, ſcilicet minus ſumere de cibo quaque vice quam ſi totum vnica vice comederet, cuius ſtomachus tantum cibum digerere non poteſt vna vice quantus ſibi cibus neceſſarius eſt. Sub hac regula cadunt ſenes a ſenio, & prægnantes illæ quarum fœtus eſt iam magnificatus propter debilitatem ſuarum virtutum, & pueri & illi quorum ſtomachus ex creatione nimis paruus eſt propter diminutionem capacitatis ſuorum ſtomachorum.

Melāchollicus præterea nutrimento indiget uehementer humectante & parū calefaciente. Cholericus uero eo quod humectat & infrigidat. Et ille quidem in quo ſanguis calidus generatur & bonus nutrientibus indiget frigidis & pauci nutrimenti. Et ille in quo ſanguis generatur phlegmaticus nutrientibus pauci nutrimenti indiget in quibus caliditas ſit & ſubtilitas.

Qui cibi qbus tēperamtis adhibendi.

In hac quarta particula dicit primo q̄ melancholicus indiget cibo qui vehementer humectet & parum calefaciat, vt per vehementiam humiditatis ſuæ membra humectentur, & reſolutio ſui radicalis humidi quod exile eſt prohibeatur, & melancholiæ ſiccitas in qua abundat reprimatur & impediatur a deſiccatione. Et per caliditatem ſuam moderatam calor melancholici modicus exiſtens ſuſcitetur & viuificetur, & melancholiæ ipſius frigiditas minuatur. Signanter dicit parum calefaciente, quia ſi multum calefaceret cibus eius deſiccaret ipſum propter reſolutionem a forti calore, deſiccatio verò ſibi pernecabilis eſt. Eiuſdem ſententiæ meminit Gal. ſexto de regimine ſanitatis dicens. Humectare igitur eos, ſcilicet melancholicos oportet & calefacere, erit autem hoc exercitijs commoderatis & cibis humidis & calidis & vini caſtoris potatione & amplioribus ſomnis.

Secundo dicit q̄ colericus eget cibis humectantibus & infrigidantibus vt per eos corrigantur lapſus ſuæ caliditatis & ſic. & prohibeantur vlterius labi. Sed contra. calidiora calidioribus indigent adiutorijs, frigidiora frigidioribus & ſicciora ſiccioribus & calidiora & ſicciora calidioribus & ſiccioribus, vt ait Gal. tertio the. Dic id verum eſſe in regimine pure conſeruatiuo quo non eſt ſecurum vti in cholericis, quia proni ſunt de facili labi ad deterius, ſed reductiuum regimen vel præſeruatiuum eſt eis tutius quod contrarijs ſit moderato vſu. Iuxta illud Gal. tertio techni. Calidiorem & ſicciorem craſim non calidæ & ſiccæ diætæ faciunt eucratam perfecte, ſed quæ tantum eucrata craſi frigidiora & humidiora quantum & natura erat calidior & ſiccior. Tertio dicit quòd ſanguineus lapſus in calido & humi. in quo ſanguis bonus calidus generatur ideſt plus debito multiplicatur eget cibis frigidis paucæ nutritionis, vt ſpinachijs lactucis acedula violarijs frigidis quidem gratia repræſſionis caloris, pauci vero nutrimenti pro diminutione ſanguinis. Iuxta illud Gal. ſexto de regimine ſani. cap̄. ſexto. Humidiores & natura calidiores ſi quis ſubalterare velit eorum complexionem ad ſicciorem & frigidiorem ſpeciem oportet per contrariam diætam ducere, ſi vero cuſtodire per ſimilia.

Quarto dicit q̄ frigidus & hu. complexione in quo ſanguis phlegmaticus multiplicatur indiget nutrientibus pauci nutrimenti in quibus caliditas ſit & ſubtilitas ſubſtantiæ ſicut auiculis aſſatis & vino albo antiquo. Caliditas quidem ad repræſſionem ſuæ frigiditatis. Subſtantiæ vero ſubtilitas ad prohibitiones oppilationum. De complexionibus talibus dicit Gal. ſexto de regimine ſani. cap̄. 7. Laborioſæ & quæ cū humiditate frigidæ complexiones ſunt maxime hæ reumatis occupant ęgritudibus. Proſunt aut eis balneatio et exercitia & diæta ſubtilior, & vnctiōes moderate calefacientes.

Nutrientia præterea ordinem in ſui receptione habent in quo ſanitatis conſeruator ſollicitus eſſe debet, ne illud quod ſubtile eſt & cito digeritur poſt forte nutriens quod ſit eo durius in cibo ſumat, quia prius digeretur quàm ipſum, & ſuper illud natabit non habens uiam qua penetret, putrefiet ergo & corrumpetur & corrumpet illud quod ei admiſcebatur.

Ordo ciborū sumēdorū.

In hac parte ſexta primo prohibet ſumere cibum ſubtilē ſuper cibum groſſum ſecundo labilem ſuper fortem durū. ibi ⌊Iſte etiam.⌉ Tertio piſces & ſimiles cibos poſt forte exercitium. ibi. ⌊Piſces quoq;.⌉ Quarto docet quibus ſtyptica conueniunt ante cibum. ibi ⌊Hominū præterea.⌉ Quinto quibus conuenit groſſus fortis cibus & quibus ſubtilis. ibi ⌊Et eſt etiam.⌉ In hac prima particula dicit primo q̄ cibaria inter ſe habent ordinem præpoſitiōis & poſtpoſitionis, circa cuius obſeruantiam conſeruator ſanitatis debet eē attentus, quia quædam proſunt ordine ſeruato quæ præpoſtero ordine miniſtrata nocent. Secundo dicit q̄ ſanitatis conſeruator debet eſſe attentus, ne cibum ſubtilem cito digeſtibilem ſuperponat duro qui tarde digeritur, & ſubtilis prius digeretur & obſtaculo groſſi tranſire non poterit ſed ſuper groſſum natare, quare corrumpetur ſuperflua decoctione & corrumpet illud cui commiſcebitur, Idem commemorat quarti prima. cap̄. primo. dicēs. Et nos quidem a nutriēte terremur quod cito digeritur, cum accidit vt nutriens pręcedat quod tarde digeritur. Et timemus ne cum eo miſceatur, & fiat ſecundum modum quem iam declarauimus. Cōtrarium autem huius regulæ communiter, & vt in pluribus obſeruant gallici præponentes carnes bouinas & mutoninas pullis perdicibus caponibus faſianis & alijs volatilibus facilis digeſtionis. Nec etiam eis videtur deeſſe rō, quia fundus ſtomachi carnoſior exiſtens & calidior cæteris ipſius partibus ita cito digerit cibum præaſſumptum groſſæ ſubſtantiæ ſicut partes aliæ cibum ſubtilem. Itē ſi ſubtilis groſſo præmittatur prius digeretur, quia ſubtilis, tum quia receptus in fundo ſtomachi & prædigeſtus ſuperfluet & effluet ad hepar per meſeraicas ducens groſſum ſecum, quia aperto fundo ſtomachi cibus ſtatim effluit, & groſſus citius ſua grauitate tendit inferius oppilabit ergo vias & multiplicabit humores groſſos & indigeſtos. Item delectabilius & ſapidius recipimus vtroq; pferendo cibos groſſos ſubtilibus.

Nam

Nam grossi præassumpti tempore famis plurimum, & subtiles postea delicati sapidi demulcent gustum. Pro solutione dic primo ꝙ si distantia cibi subtilis a cibo grosso modica fuerit & proportionata distantiæ fundi stomachi ab alijs eius partibus in virtute digerendi qualis est distantia pulli ab hædo, et hædi a mutone cibus grossus præferri debet subtili propter rationes nunc allegatas. Dic secundo ꝙ si distantia vehemēs fuerit cibi subtilis a grosso & improportionata partibus stomachi adinuicem sicut lactis a carnibus bouinis cibus subtilis non ilico post grossum recipiendus est propter causam quæ in littera tāgitur. Nam subtilis prius digeretur & corrūpetur & corrumpet grossum. Dic tertio ꝙ cibus subtilis vehementer distans a cibo grosso post hunc sumi potest sine magno errore tanto interuallo ꝙ grossus, cibus præmissus ita cito fuerit complete digestus sicut subtilis post ipsum receptus maxime si grossus nutritioni non suffecerit. Tunc enim pariter sine offendiculo sui chyli libere per meseraicas transibunt ad hepar.

Iste etiā non primo comedere debet cibum labilem, ita ut post ipsum cibum fortem & durum in cibo sumat, quoniam cum ipso labetur cum ad intestina penetrabit eo nundum tam integre digestio quantum debebat.

In hac secunda particula dicit primo ꝙ sanitatis conseruator post cibum labilem non debet comedere cibū fortem durum ut post aquā pulli vel aquam pisorum carnes cerui aut bouis, quia cibus labilis velociter descendēs secum ducet grossum nondum digestum, qui vias hepatis strictas oppilabit & humores crudos multiplicabit. Contrarium istius practicant gallici præferentes labiles fructus vt ficus & vuas cerasa & prona puretas boraginum bletarum atriplicum & spinachiorū & puretas pisorum & aquas carnium carnibus & piscibus tā elixis ꝙ assatis. Et sic fore agēdum vr̄ iubere Prin. trac. primo. particulæ secundæ canticæ dicens. Est autem humidum & lubricum styptico præponendum. Et Auer. in cōm. ait. Qꝫ præponatur humidum liquidum styptico est canon & præceptum in regie & ordine cibi. Et ad idem est rō, quia si cibus fortis & durus labilem præcedat digeretur prius labilis cibus & transire nequiens cito corrumpetur & corrumpet alium. Item præferendo labilem bñficium ventris intertenetur, quod est cū maxima custodiæ sanitatis. Attende ꝙ Gal. libro de virtute cibariorum ca. primo tractat materiam particulæ pñtis & præcedentis sub quatuor regulis. Pria est. aliquando aggregat hō in comestione sua cibos lenientes corpus & cibos stypticantes ipsum. ꝙ si præmiserit lenientes & sequantur alij leuiter descendent cibi post digōnem suam. Et in his verbis approbare vr̄ præassumptionem labilium ciborum, imaginans forte ꝙ cum labilis cibus digestus fuerit labetur inferius, & tunc natura optime docta qualiř & qñ debeat operari claudet fundū stōi super cibum durū donec sit digestus, vel quod hepar suget chylum cibi labilis cū quibusdam partibus cibi fortis duri, residuum vero cum fecibus effluet per intestina. Secunda est. qñ præmiserit stypticum & sequitur leniens non descendunt sed corrumpit totū. Et hoc iō quia stypticus separat inter stōm & descensum cibi lenitiui & remanet in stō post distōnē suā & corrumpitur & corrumpit corruptione sua aliū cibum. Ex his clare innuit cibos stypticos & duros non debere assumi statim ante lenitiuos. Tertia est. qñ cibus leniens accipitur qñ stypticus descendit, lenitiuus post digōnem suā & stypticus per vias leuiter descendūt. In his verbis innuit cibos duros grossos posse satis apte preferri lenibus interuallo tanto ꝙ iam pene grossi digesti fuerint & descensui apti. Tunc. n. iuuabunt ad eorum descensum & breui tempore digeri poterunt lapsuri cum eis. Quarta est. & idem est si aggregat aliquis in comestione sua cibos velocis digōnis & alios duræ vel tardæ digestionis in fundo stomachi, ꝓpterea quia fundus stomachi est calidior & potentior super digōnem ꝑꝑ multitudinem cōpositionis eius quæ est in eo de partibus carnis, & os stomachi superius est neruosum frigidum debilis digōnis. Et intellige ꝙ idem est quo ad hoc ꝙ sicut durus labili cōmode præferri potest interuallo tanto ꝙ vterqꝫ quasi simul digeratur, sic grossus subtili tanto interuallo vel sine interuallo si subtilis cibus ad grossum se habeat in posse digeri sub hac proportione qua pars superior stomachi se habet ad fundum ipsius in posse digerere, & sicut labilis statim post durum in stomacho receptus prius digeritur postea corrumpitur & corrumpit durum, sic subtilis sumptus statim post grossum sine proportione modo prænarrata.

Pisces quoqꝫ & quæ eis similātur post laboriosum exercitium comedendi non sunt: corrūpentur enim & corrumpent humores.

In hac tertia particula dicit ꝙ pisces & alij cibi similes eis in velocitate corruptionis sicut lac oua persica melones mora racemi non sunt comedendi post laboriosum exercitium, quia calor stomachi labore inflammatus corrumpit eos, & ipsi corrupti corrumpunt humores. Contrarium huius asserit Princ. tractatu primo particulæ secundæ canticæ suæ dicens. Piscis notus habitans in rupibus est cibus congruus vexato ab exercitio & labore. Et Auerro, in commento huius cantici ait. Piscis petrosus habitans in rupibus est ille qui natat in aquis super montes & rupes transeuntibus & currētibus. Et intellexit per hos pisces squamosos. Et paulopost subdit. Melior autē ex eis est petrosus mōtuosus ratione magni motus & subtilitatis aquarum inter rupem & montes existentium. Itē dicit Prin. secundo cañ. capitulo de piscibus. Et non sunt conuenientes nisi stomacho calido valde. Ad primum dic ꝙ Prin. in canticis & Auerro. laudant pisces in vexato ab exercitio & labore non eadem die qua se vexauerūt cum tunc afficiantur calore extraneo quo corrumpuntur de facili pisces, sed alijs sequentibus diebus post remissionem huiusmodi caloris ut humiditate sua contemperent siccitatem corporis & iuncturarum quam labor induxit. Ad secundum dic quòd Prin. laudans pisces in stomacho calido valde de calido loquitur calore innato non aduentitio. Pisces enim suis frigiditate & humiditate contemperantꝫ ipsum.

Hominum præterea sunt quidam quibus conceditur comedere illud in quo uirtus existit styptica anteqꝫ suum comedant cibum. Et isti quidem sunt stomachi laxitatem hñtes ex quorum stomachis cibi descensus fit uelociter, & non in eis moratur neque digeritur. Quapropter stomachi dispositio & eius complexio semper est consideranda.

In hac quarta particula dicit primo ꝙ comedere styptica ante cibum quibusdā cōcedit, vꝫ patientibus relaxationē stōi, de quorꝫ stōachis cibus labi solet añ eius digestionem, ut citonia cocta uel diacitoniтē damus patientibus lubricitatem stōi uel fluxū uentris in principio mensæ quatenus sua stypticitate claudant fundum stōi, cibus quoqꝫ retineatur donec sit digestus. Attende primo ꝙ non solum præferenda sunt styptica cibis patientium lubricitatem stomachi, sed & cibis stypticis & restrictiuis sunt nutriendi. Iuxta illud Gal. libro de uirtute cibariorum, ca. 30. Si contingat cibum descendere de stomacho

ante sui digõnẽ debent administrari cibi styptici stringẽtes qui sunt quibus dominatur aut põticitas aut grossities.

Cibi adstringẽtes tripliciter.

Attende secundo ꝙ ciborum constringentium quidam stringunt stypticitate vel ponticitate, alij siccitate, alij grossitie. Iuxta illud Ga.ibi. Qui sunt citonia, grana myrti, fructus spinæ albæ, & substantiæ lentium, castaneæ, glandes, vinum ponticum quæ stringunt ventrem cum stypticitate & ponticitate eorum. Ricum panicum miliũ sanic hordei.i.hordeum tostum fractum stringunt ventrem cum siccitate ipsorum. Carnes etiã leporis & caules coctĩ post effusionem aquæ primæ ab eis cum eorum secunda & lac coctum stringunt ventrem sua grossitie.

Attende tertio ꝙ sicut in lubricitate stomachi ministrãtur styptica sic in mora nimia superfluitatum ciborũ in stomacho & intestinis cõueniũt lenitiua. Iuxta illud Gal. ibi. 29. cap̃. Cum superfluitates tarde descendunt de stomacho & intestinis debent sumi cibi lenientes & mordicati, i quibus sunt aut dulcedo aut acuitas aut salsedo ut ius aut aqua lentium aut caulium quæ leniunt ventrem & brodium galli & panis multum furfureus, & oliue condite sumpte ante cibum, & lac subtile muliæ aquositatis & bieta & atriplex & cucurbita & melo & ficus & passulæ & nuces & mora & pruna. Secundo dicit hic Prin. ꝙ ꝑꝑ cãs dictas conseruator sanitatis semper diligent' attendere debet ordinando diætam ad dispõnẽ stõi si fuerit lubricus strictus vel medius & ad eius cõplõnẽ si calida vel frigida fuerit humida vel sicca vt lapsus corrigat oblatione contrariorum. s. calida frigidis humida siccis lubrica stypticis & styptica lubricis.

Et est etiam aliquis hominum in cuius stomacho cibus corrumpitur subtilis qui cito digeri solet & fortis qui tardæ solet digeri in ipso digeritur. Et hęc quidem est cuius stomachus est igneus. Et ex eis est qui huic existit cõtrarius quorum quisq; secundum suum stomachum est regendus.

In hac quinta particula dicit primo ꝙ cibus subtilis facilis digõnis, pullus oua petrosi pisces in stomachis quorundam vsti corrumpunt & grossi duri difficiles digeri sicut panis azimus caules bos porcus ceruus digeruntur.

Ciborum ꝓ ratione virius stõi exhibitio.

Huiusmodi sunt hi quorum stomachi sunt vehementer calidi & velut ignei. Tales regi conuenit cibis grossis duris, & vitare leues & subtiles cibos. Iuxta illud Gal. ca. 1. libri de virtute cibariorꝫ. Et quidem necessarium est ꝙ hõ cui dominiũ est cõplõnis calidæ, & cuius stomachus calesit velociter ꝑꝑ generationem choleræ citrinæ, & ꝙ ille i cuius stomacho generatur multa cholera citrina aut aliunde sibi effunditur nutriat cibis grossis durę digõnis. Etenim eos digerit et non digerit eos leues subtiles facilis digõnis, quia cholera est potentior super lenibus cibis & corrumpit eos & non potest corrumpere grossos. Et ideo inuenimus homines qui non digerunt carnes pullinas & quæ assimilantur eis ex cibis leuibus. Hæc Gal. Secũdo dicit hic Prin. ꝙ ex eis est qui huic existit contrarius. i. aliqui hominum sunt in quorum stomachis cibi duri fortes digeri non possunt, & leues & subtiles bene digerunt.

Attende ꝙ Gal. libro de virtute cibariorum. cap̃. 2. Primo describit hos subtiles cibos. Secundo declarat qbus conuenit dicens. Ciborum. n. quidam sunt ex quibus generatur sanguis purus & subtilis. Et dicuntur ipsi subtiliantes, quia sanguis qui generatur ex eis quando commiscetur sanguini qui est in venis reddit eum totum subtiliorem ꝙ̃ prius esset sicut medulla panis frumenti lota pluribus lotionibus & carnes pullorum & aduragi. i. turturis & faseani & ascellæ omnium auium & carnes paruorum piscium in quibus non est viscositas & cucurbita & almesci. i. aqua pisorum & quæ assimilantur eis, & huiusmodi genera ciborum conferunt ei qui non mouetur, & illi in cuius corpore calor naturalis est debilis, & qui non potest vitare quin generetur in hepate aut splene oppilatio, aut in renibus aut in pectore aut in cerebro aut in iuncturis suis aliquid superfluitatis. Hæc Gal. Tertio dicit hic Princ. ꝙ vterq; prædictorum regendus est scd̃m suum stõm. s. habens stomachum igneum cũ grossis duris, & habens debilem frigidum cũ subtilibus cibis.

Regiones quoq; naturas habent proprias & usus sunt res extra rationem. Et hoc quidẽ obseruandum est, & oportet ut experimẽtum in hoc rõnẽ uincat. Est enim cibus qui solet comedi in quo aliquod existit nocumentum, & est conuenientior bono non usitato.

In hac parte septima primo agit de regimine corporũ penes regionem & vsum. Secundo penes figuram & cõplexionem. ibi ⌊ Vna quæq; præterea. ⌉ Tertio de dimissione cibi de se boni nocentis alicui. ibi ⌊ Ex hoĩbus. ⌉ Quarto de fiducia non habenda in malis cibis, licet bene digerantur. ibi ⌊ Ille vero in quo. ⌉ Quinto de casu in quo larga comestio ciborum bonorum corporibus impuris concedi solet. ibi ⌊ Et sæpe etiam. ⌉ Sexto de regimine rari corporis. ibi ⌊ Cum vero alicuius. ⌉ Septimo de frequẽti minutione comedentium multam carnem. ibi ⌊ Amplius qui. ⌉ Octauo de remedijs quibusdam conferẽtibus frigidis. ibi ⌊ Et ille cuius. ⌉ In hac prima particula dicit primo ꝙ regiones habẽt proprias naturas secundum quas variatur regimen incolentium eas: vt incolæ trium primorum climatum ex forti calore cum siccitate suarũ regionum sunt debiles rari macri resoluti quare frequenti egent refectione ex cibis subtilibus frigidis & humidis. Et contrarium est de incolis trium vltimorum climatũ. Illi vero de quarto climate ueluti medij medie se habent.

Cibi regionum.

Cibi consuetudinis.

Secundo dicit ꝙ vsus. i. consuetudo habita circa cibos & potus est res extra rationem. i. extra regulas artis medicinæ, quia consuetudines sunt singularium, & regulæ medicinæ sunt vniuersales, sed singularia sub arte non cadũt propter eorum innumerabilitatem et instabilitatem. Vel expone ꝙ vsus sunt res extra rõnem. i. contra canonem artis medicinæ, vt ꝙ malus cibus præferatur bono quasi sit melior, quia consuetus vel quia inconsuetus humana ratio cedit experimento, vt humana ratio dictat ꝙ hædinæ carnes uel mutoninę facilius bouinis digestibiles sunt & experimentum docet ꝙ aliqui ex consuetudine melius digerunt carnes bouinas ꝙ̃ hædinas. In quo casu statur experimento & non rationi, quia consuetudo est altera natura. Et hæc consuetudo fundatur in familiaritate substantiæ quæ solo experimento cognoscitur & maxime cõfert ad bonam digestionem ciborum & potuum. Iuxta illud Gal. secundo de regimine sani. capitulo quarto. Familiaritas vero quæ est secundum totam substantiam experimento solo cognoscitur. Maximam igitur virtutem in digestione eorum quæ comeduntur & bibuntur non secũdum ventrem solum sed & secundum totum corpus & hepar ea quæ secundum totam substantiam familiaritas habet. Tertio dicit & hoc quidem obseruandum est, videlicet vsus seu consuetudo. Et oportet vt experimentum in hoc. s. vsu vincat rõnem, puta quia cibus aliquid mali habens comedi solitus conuenientior est cibo bono non vsitato, neq; consuetudo consilio medici subito mutãda est, licet mala fuerit i cibis & potibus. Iuxta illud Ga. capitulo primo de virtute cibariorum. Et non debes ipsam immutare consuetudinem cum est longa & ampla, & si sit laudabilis vel non bona quando non inducit aliquid necessitatis ad mutationem suam. Nam consuetudo est natura secunda sicut memorat sapiens Hippoc. quòd si emineat aliquid inducens ꝙ mutetur ab ea conuenien-

tior

tior rerum in eis est ꝙ mutetur ab ea paulatim. Hæc ille.

Attende ꝙ licet consuetudines aliquæ quibus mali cibi quia consueti præferuntur bonis, videantur prima facie ratione carere, non tamẽ penitus ratione carent, vt declarat Gal. libro de virtute consuetudinis. cap. 3. sub aliquibus ꝓpositionibus. Prima ꝓpositio est. sicut panis paratus dicitur post immixtionem farinæ cum aqua fermẽtationem & decoctionem sic cibus in stomacho post digestionem. Ait. n. ibi. Quemadmodum panis frumenta ri. i. pistores dicuntur coquere non cum molentes & diuidentes in tenues particulas comminuũt frumenta, sed cum super hoc madefacientes aqua & fermento miscentes, deinde cooperientes aliquo fouentium dimiserint donec vt ipsi vocant fermenteutur, & post hoc per clibanũ aut caminum assent, ita in eis quæ in ventrem transglutiuntur non cum in eum transglutita fuerint digesta esse aimus, sed cum sicut quæ coquuntur frumenta secũdum qualitatem transmutationem habuerint. Secunda est. sicut oportet triticum in panem bene præparatum conuerti per artificium ad qualitatem nobis propriam sic in stomacho cibum ad qualitatem nobis magis propriam. Ait enim ibi. Quemadmodum autem in panibus in propriam nobis comedentibus duci oportet qualitatẽ quod coquitur triticum, ita & in ventre adhuc magis in propriorem. Nomino autem ꝓpriorem alteram altera secundum similitudinem futuri ex ea nutrituri corporis. Tertia est. diuersis corporibus diuersa nutrientia sunt ꝓpria. Ait enim ibi. Aliud alij corpori nutrimentum proprium est. Et propter hoc animalia ad propria ueniunt nutrimẽta indocte a natura ducta, subiugalia quidem ad herbas paleam & fœnum & hordeum, leones vero ad carnes sicut & leopardi & lupi. Quarta est. sicut propria nutrẽtia diuersificantur in generibus, & speciebus animalium sic in indiuiduis, vt quod est proprium nutriens vni homini non sit ꝓprium sed contrarium alteri. Ait enim ibi. Quemadmodum autem in animalibus secũdum genus non parua dr̃ia propriorum vnicuiq; nutrimẽtorum est, ita & secundum speciem contractam. s. ad indiuidua in generibus inueniuntur differentiæ magnæ. His quidem neq; gustare potentibus vinum q̃ mulsum aut alijs intel stantee bibentibus, & his quidem boum & hircorum & arietum carnes cum delectatione comedentibus, digerẽtibus autem intristanter, his vero neq; odorem earum sustinentibus neq; esum. Quinta ꝓpositio est. homines delectabilius quosdam cibos alijs recipiunt propter familiaritatem naturæ cum eis, et quia videntur eis bene digestibiles. Ait. n. ibi. Quoniam autem hoc ita habere videtur primum quidem illius oportet memorari. s. afferre homines delectabilius alijs, alia secundum familiaritatem naturæ venireq; ad eorum esum magis quẽadmodũ & bene digestibiliũ eis esse visorum, auertere autem & fugere ab indelectabilibus & indigestibilibus. Sexta est. consuetudo est signũ & cã ꝓprietatis naturalis qua cibus aliquis est delectabilis & bñ digestibilis. Signum quidem, quia consuets delectabiliter recipiunt & bñ digerunt sicut docet experimentum. Cã vero quia volentibus aliquem cibum sibi assuefacere indelectabiliter & cũ nocumento a principio recipiunt ipsum, post consuetudinẽ uero delectabilr̃ & sine nocumento. Consuetudo ergo efficit vt cibus primus indelectabilis & nociuus factus sit delectabilis familiaris & iuuatiuus. Ait. n. ibi. Itaq; & signum est hæc assuetudo proprietatis naturalis. Qm̃ autem & vt cã fit multoties manifestum est ex dispositis quidem indelectabilr̃ vel cum nocumento ab aliquibus in principio. Si autẽ paulatim eã quæ ad ipsa assuetudinem sustineãt neq; indelectabilr̃ adhuc dispositis neq; cum nocumento. Septima est. cã ꝑ quam cõsuetudo facit de cibo prius indelectabili & nociuo delectabilem & iuuatiuum est, quia sicut quisq; hoium cibum suum alterat ad sui nãm sic alterat ab eo, & quodammodo trahit ad similitudinem eius. Ait. n. ibi. Cã autem huius talis est quẽadmodum alterat secundum qualitatẽ comestorũ & bibitorum singulum, ita id disponit aliqualiter id quod alterat. Octaua est. quia non solũ id quod nutrit alterat nutriens sed etiam nutriens alterat nutritum quadã modica alteratione quaq; vice necesse est in ꝓcessu temporis alterationis modicas iteratas peruenire tandem ad magnam & notabilem alterationem huius quod nutritur a nutriente taliter ꝙ alteratio facta a lõgis cõsuetudinibus ad silitudinem accedit proprietatis naturalis. Ait. n. ibi. Quoniam igitur non solum alterat quod nutrit ab eo qđ nutrit: sed & id aliqualr̃ alterat breui quadam alteratione necium est breue quandã hanc dignã rõnẽ in tpe fieri, vt in æqualitatem accedat ꝓprietatis nãlis ea quæ a diuturnis assuetudibus. Igit in eis quæ comedunt & bibunt inuenta esse mihi vr̃ cã assuetudinũ virtutis. Hæc Gal.

Vnaquæq; præterea figura & complexio cibum habet conuenientem & cõsimilem ad quem mutandum si uoluntas affuerit nocumentum ei faciet & impedimentum.

In hac secunda dicit ꝙ vnaquæq; figura. i. habitudo corporis in carnositate pinguedine macie & mediocritate & quæq; cõplo cibum ꝓprium habet sibi conuenientem & cõsilem, quẽ si quis permutet nocebit et impediet maxime si subito illud fiat, quia fundamẽtũ delectationis digestibilitatis & nutritionis consistit in cõuenientia quadam & silitudine occulta nutrientis ad nutritum.

Ex hominibus quoq; est cui aliquod nutrimentum bonorum & laudabilium nocet, ipsum ergo relinquere est ei conueniens.

In hac tertia dicit ꝙ aliqui laudabiles & boni cibi quibusdam hominibus nocent vel naturaliter ex quadam proprietate singulari occulta qua uidemus quosdam ita abominari vinum alios carnes alios pisces alios fructus alios çuccharum. Quod si ex eis gustent commouentur vehementer vel ad vomitum vel ad nauseam, aut accidentaliter sicut cum quis se repleuerit abundanter & excessiue aliquo bono cibo ut ouis aut lacte quandoq; abominatur illum longo tempore, vel cum cibum aliquem surdidem parari uiderit a coco memor huius hodio habet uel propter humores corruptos in stomacho faciẽtes abominari aliquos ex bonis cibis prius consuetis & bene dilectis, & appetere carbones aut lutum aut cretam, sicut communiter contingit prægnantibus primo vel secundo mense suæ impregnationis. Et conueniens est ut omnes isti relinquant hos cibos quos abominantur & qui nocent eis vel tota vita si naturaliter oderint uel tempore quo eos abominantur et nocent eis.

Ille uero in quo mala digeruntur nutrientia ob hoc non decipiatur, quoniam post dies in ipso mali generabuntur humores ægritudines facientes & pernecantes.

In hac quarta particula consulit ꝙ si in aliquo mali cibi bñ digerant non ideo decipiat neq; cõfidat ꝙ imunis erit a nocumento, quia post dies seu ꝓcessu tpis isti mali cibi generabunt in eo malos humores ex qbus fiẽt pernitiosæ ægritudines vt ex melicis cancri & lepræ, ex phlegmaticis apoplię & paralyses, ex cholicis causones & herpetes. Huic cõsonat qđ in ꝓuerbio dici solet. Nõ gaudeãt malis cibis utentes, qm̃ si in prĩ nocumẽtũ nõ sentiant, futurũ tñ periculũ nõ euadẽt. Et hoc cõsiliũ inseruit hic Prin. ne credat aliquis cõsuetudines in malis sp̃ obseruãdas, imo melius est & securius paulatim ab eis ad laudabiles & bonas consuetudines se transferre, licet prędictum sit statim ꝙ vsus est obseruandus.

Et sæpe etiam conceditur ei in cuius corpore mali habentur humores ut rem bonam largiter comedat, & proprie cum non patitur uētrem sibi solui propterea quòd est debilis.

In hac quinta particula dicit ꝙ sæpe cacochymo corpori conceditur abunde sumere de aliquo bono cibo maxime cum fuerit adeo debilis ꝙ pharmaciam sustinere non potest per quam purgentur eius mali humores. Per hunc.n.cibum confortata virtus interdum malos expellit humores, & cibo sumpto laudabiles generat. Sed cōtra.non pura corpora quantocunqȝ magis nutries tanto magis lædes, vt ait Hippo. aphorismorum secunda. Et Gal. in commento ait. Cibi subeuntes corpora non prius mundificata a malis humoribus corrumpuntur, quorum quantitas necesse est vt augmentetur & qualitas nō mutetur. Hoc plurimum patiuntur quorum stomachus malis redundat humoribus. Item debilis nō potest multum sustinere cibum & bene digerere, nō igitur debet aliquā rem bonam largiter comedere. Dic primo ꝙ si virtus cacochymi tolerare possit purgationem malorum humorum tutius est & melius eos festine purgare q̄ȝ replere cibis, vt nunc allegatum est ex Hippo. & Gal. Dic secūdo ꝙ si debilitas cacochymi fuerit in uirtute digestiua nō est dandus large cibus ꝑpter rationem dictam. Dic tertio ꝙ corpori cacochymo debili & inepto purgationi propter ætatem pueritiæ vel infantiæ vel propter impregnationem cibus potest dari abunde non quidē sibi sis Imo contrarius cacochymiæ quatenus per eum confortet̄ virtus & humores peccantes rectificent̄, et plus pōt large datus dummodo digeri possit q̄ȝ sub pauca quantitate, quia plus confortat & magis resistit suæ corruptioni & fortius reprimit malam qualitatem cacochymiæ.

Cum uero alicuius corpus rarum fuerit & ad resoluendum facile nutriendus erit ex nutriente humido quod cito digeratur, licet rara corpora magis tolerare possint nutriētia grossa & diuersa, & sint lōginquiora ab hoc ut cāç intrinsecæ ea lædāt & magis apta recipere extrinsecarum causarum impedimenta.

Rari corporis nutrimētum.

In hac sexta particula innuit quatuor ꝓpositiones. Prima est ꝙ corpus rarum faciliter resolubile cibo humido qui cito digeritur nutriēdum est. Humido quidem ut sua humiditate resoluta reparet & resolutioni resistat tam ab extrinseco q̄ȝ intrinseco calore. Cito digestibili quatenus velociter reparet quod resolutum est sicut velociter resoluitur humidum in tali corpore. Et quia etiam cibus cito digestibilis communiter rarus est & ita similior in substātia nutriendo corpori. Sed Gal. libro de virtute cibariorum cap. 1. contrarium huius affirmat dicens. Et quando corpus rarum fuerit oportet ꝙ corpus nutriatur cibis multis grossis siccis & uiscosis propter multitudinem eius quod dissoluitur de corpore. Et hoc regimen est conueniens de necessitate nisi sit in aliquo membrorum corporis læsio vel dolor. Dic primo ꝙ in regimine conseruatiuo rarū corpus nutriendum est cibis humidis cito digestibilibus propter causas dictas, & id voluit hic Prin. Dic secundo ꝙ in regimine reductiuo vel præseruatiuo a lapsu nimio in raritatem & resolutionem immoderatam corpus rarum nutriendum est cibis multis grossis siccis & viscosis, ut partes corporis succedentes loco resolutarum densiores fiant, & plus resistentes resolutioni & contemperātes raritatem corporis maxime si corpus in raritate multum lapsum fuerit. Et id Gal. intendit in verbis nunc allegatis. Secunda ꝓpō est. corpora rara melius q̄ȝ densa tolerare pñt nutrientia grossa & diuersa, quia non sunt ad oppilationes disposita sicut dēsa corpora, sed latarum uiarum & apertoꝝ poroꝝ. Et quod plus timet̄ ex grossis cibis est oppilatio & morbi qui ex ea fiunt. Sed contra. corpora densa sunt robustiora & calor est in eis magis fortis & magis vnitus. Cuius rei signum est, ꝙ habentes stomachum spissum melius digerunt habentibus ipsum tenuem & rarum. Propterea dixit Hippo. aphor. secunda. In omnibus ægritudinibus ea quæ circa vmbilicum & pectinem spissitudinem habere melius est, nimis vero tenue & tabefactum malum. Et Gal. in commēto ait. Sub hypocundria locos nō oportet esse dolorosos sed molles æquales & teneros, qui aliquādo grossi aliquādo subtiles sunt. Grossi tamen sunt meliores, tabefacti & tenues mali sunt & malum significant. Significant enim defectionē locorum eorum, & cibum in stomacho non bene digestū nec sanguinem in hepate bene creatum. Dic primo ꝙ densa corpora cæteris paribus habent digestiuam fortiorem et calorem innatum. Nam virtus vnita fortior est seipsa dispersa, & calor fixus in denso corpore fortius agit q̄ȝ fixus in raro, sicut ferrum candens fortius comburit ardente stipula. Dic secundo ꝙ rara corpora melius tolerant grossos & diuersos cibos quos digerere possunt dēsis corporibus propter causam dictam. Facilius.n. superfluitates talium ciborum labuntur ab eis propter latitudinem viarum & pororum maiorem in eis. Tertia propō est. corpora rara plus elongata sunt corporibus densis a nocumentis ab intrinseco venientibus. Quia bene transpirabilia sunt & ab eis liberius prodeunt fumi & vapores & humores eorum minus conculcantur, facilius penetrant, libere euentantur, & superflua quæqȝ per meatus ꝓprios ꝓmptius effluunt. Quarta ꝓpō est. corpora rara facilius læduntur corporibus dēsis a causis deforis corpori occurrentibus vt a ventis validis magnis caumatibus & intenso frigore & corrupto aere. Penetrātur enim faciliter ab his propter apertionem suoꝝ poroꝝ & viarū nimiam. Simile iudicium fac de corporibus mollibus & duris vt de raris & densis. Iuxta illud Gal. lib. de optima constructione corporis. capitulo octauo. Confestim autē & quod est durius temperato corpus difficile passibile est ab omnibus quæ extrorsum, quod uero mollius eis quæ intrrorsum, ita autem & quod quidem densius eis quę extrorsum, quod vero rarius eis quæ introrsum. Attēde tñ ꝙ raritas corporis est salubrior in abunde nutricia & nocibilior cum tenui diæta. Iuxta illud Galeni ibi. Raritas corporis in transpirationem quibus plus fertur sanatiuior est, quibus vero minus ægrotatiuior.

Amplius qui multā cōsueuit comedere carnē si ociosus fuerit se frequēter minuere debet.

In hac septima particula dicit ꝙ ille sæpe phlebotomandus est qui viuit in ocio & carnibus abunde consueuit uti. Quia ex esu carnium multarum multus generatur in eo sanguis, & ꝑpter ocium pauca fit ab eo resolutio, manet ergo sanguis & multiplicatur in venis ipsius, ita vt non possit a natura regi, sed tandem suffocat aut phlegmones efficit aut synocham generat, ad cuius euacuationem nullum securius promptius & facilius remedium inuenitur quàm phlebotomia.

Et ille cuius complexio ad frigiditatem declinat langueris bibere debet tripheras, & ex eis quæ stomachum & intestina & uenas quæ sunt iuxta ea mundificare consueuerunt.

In hac octaua dicit ꝙ homines frigidæ complexionis debent bibere langueris & tripheras & alias medicinas quæ mundificare consueuerunt stomachum & intestina & venas eis propinquas. Attēde primo quòd

Langueris. Triphera.

langueris ſunt electuaria ſtomacho conuenientia quæ fiunt de citonijs vel pomis vel prunis vel diacitonitem poma condita diaprunis. Attende ſecundo q̀ tripheræ ſunt confectiones quarum baſes ſunt mirabolani. Et earum virtus ſeu proprietas eſt manutenere hominem in iuuentute & ſanitate, & retardare canitiem & ſenectutem, & confortare omnes ſenſus & rationem. Et duæ harum deſcriptiones .ſ. magnę & paruæ tradūtur a Principe tra. 3. ſummæ primæ quinti canonis. & a Meſue parte ſcd'a primæ dīgōnis ſummæ primæ ſui antidotarij. Attēde tertio q̀ medicinæ aliæ quę mundificāt ſtōm et inteſtina cū uenis ſibi ꝓpinquis ſunt hiere ex aloe & diaciminū & dianiſum & diatrion piperon & ſtomaticon & ſimilia.

Et nihil quidem deterius eſt q̄ diuerſa nutrientia ſimul adiungere. Et poſt hoc in comedēdo tēpus plongare. Cum.n. poſtremum nutriens aduenit primū iam incipit digeri, nutriētis ergo partes in digerendo non ſimilantur.

In hac parte octaua primo agit Prin. de malitia coniūctionis diuerſorum nutrientium & diuturnitatis menſæ. Scd'o de bonitate & malitia nutrientis ſapidi. ibi ⌊ Oportet præterea te ſcire q̀ nutriens. ⌉ In prima particula dicit q̀ peſſimum eſt coniungere ſimul diuerſos cibos vt carnes piſces uel pullos & porcum in eadem refectione & poſtea prolongare tempus in comedendo, quia primus cibus iam incepit digeri cum aduenit vltimus, & ſic partes cibi diſſimiles fiunt in digerendo ſic q̀ præaſſumptæ digeſtæ ſunt prius q̄ poſtremo ſumptæ ſuæ digeſtionis medium attigerint, unde fit q̀ quędam corrumpūt alias.

Variorum ciborum noxa.

Sed inſtabit aliquis. membra hominis ſunt multum diuerſa in complexione & natura, quædam melancholica ſicut oſſa, quædam phlegmatica ſicut cerebrū & nucha, quædam ſanguinea ſicut carniformia. conueniens, ergo eſt q̀ eorum cibus non ſit ſimplex ſed multiplex & multum etherogeneus. Item ſapidius et delectabilius ſumūtur plures cibi q̄ vnus vt docet experimentum, ſed quod melius ſapit melius nutrit vt ſtatim dicetur. Item cōplexio ſtomachi qua digerit cibos eſt plurimum etherogenea alia in fundo alia in medio alia in ſupremo, quare penes eius diuerſitatem cibus variandus eſt. Item videmus bruta quæ natura aguntur & diriguntur ab intelligētia infallibili ſicut oues & boues equos & mulos, herbas diuerſas calidas cum frigidis humidas cum ſiccis tenues cum groſſis frequenter comedere, cur igitur homo nō itidem aget. Item ſæpe indigemus ſuperius ſtringi & inferius laxari, quando videlicet conſtipati ſumus & cibus receptus natat in ſtomacho, quo caſu debemus in principio menſæ lenitiua ſumere & in fine ſtyptica. Item feſtine comedere ſine bona maſticatione graue præiudiciū ſtomacho affert. non enim ſupplere poteſt cum dentibus careat maſticationis defectum, ergo expedit prolongare tempus in comedendo quatenus optime maſticetur cibus. Item nemo hodie comedit carnes ſine pane, cibos ſine ſale, & pauciſſimi comedunt cibos ſuos ſolidos ſine potagijs. Attende hic primo pro ſolutione q̀ diuerſorum nutrientium quędam diſtant plurimum abinuicem in ſubtilitate & groſſitie facilitate digeſtionis & difficultate, ſicut pulli perdices alaudæ diſtant a porcinis & bouinis carnibus. Alia ſunt inuicem proxima cum quadam gradatione ſicut perdix capo faſeanus. Attende ſecundo q̀ nutrientia diuerſa ſimul adiungi poſſunt dupliciter. Vno modo via ſimplicis & puræ cibationis. Alio modo via medicinę vel alterum vel ambo. Attende tertio q̀ prolongatio temporis in comedendo dupliciter fieri poteſt. ſ. vel moderate gratia maſticationis bonæ & tranſglutionis non quidem voracis ſed paulatine uel immoderate duabus vel tribus horis pauſando inter bonos & cōfabulando. Iuxta hęc dic primo q̀ adiungere diuerſa nutrientia plurimum abinuicem diſtantia via puræ cibationis deteſtabile eſt & nociuum corpori, quia oportet cibos in ſtomacho receptos ad vnam ſubſtantiam homogeneam reduci quæ eſt chylus, & in hepate chylum ad aliam homogeneam quæ eſt ſanguis, & in venis capillaribus ſanguinem ad humiditatem homogeneam innominatam. natura igitur in diuerſis cibis plurimum laborat in hac reductione, neq; bene plene dominari poteſt diuerſis cibis & perfecte eos regere, & eſt ac ſi mitteres in eandem ollam piſces pullos & carnes bouinas ac ſimul coqueres, nunquid piſces prius diſſoluti eſſent & pulli ſimiliter q̄ bos bene coctus. Dic ſecundo q̀ nutrientia diuerſa paucæ & gradatæ diuerſitatis ſatis apte poſſunt ſimul commiſceri, quia ſatis leuiter ſimul digeruntur, & fiunt ex eis chylus & ſanguis ſatis uniformes, licet melius ſit & naturæ leuius unico laudabili cōtentari ferculo, maxime una carnis uel piſcis ſpē. Ex hoc enim redditur digeſtio melior breuior & facilior ſanguis magis purus & ſpiritus ſplendidior & vita ſobria quæ nutrix eſt ſanitatis, quia communiter minus comedimus de eodem ferculo q̄ de diuerſis, eo q̀ appetitus renouatur et quaſi reuiuiſcit dum pene ſatur eſt ex unico ferculo ſibi præſentatis alijs ferculis ut experientia docet. Dic tertio q̀ nutrientia plurimum diſtantia abinuicem ſimul admiſceri poſſunt uia medicinę cibatione uel alterum uel ambo, ut in conſtipatis & nimium laxis ſæpe commiſcemus in eadem menſa lenitiua fercula cum puris cibis vel ſtypticis præferendo lenitiua in conſtipatis & ſtyptica in laxis. Id etiā faciunt aliqui compeſcentes prius ſuos appetitus cibis paucæ nutritionis q̄ carnes comedant ſicut Italici, ne ſanguis in eis nimium multiplicatus carbunculos anthraces & febres ſanguineas malæ putredinis generet ſicut ſit in gallicis & teutonicis in Italia morantibus, & ſe occidentibus eſu ſuperfluo carnium potu uini & venereis. vnde iam prouerbialiter dicitur q̀ Italia eſt ſepultura gallicorum. Dic quarto q̀ prolongatio in comedendo moderate facta fere una hora gratia bonæ maſticationis & tranſglutionis eſt laudabilis & plurimum conferens ad conſeruationem ſanitatis, quia perfecta cibi maſticatio cum moroſa tranſglutione ſine ingluuie eſt veluti media digeſtio. Sed mala maſticatio vel digeſtionem cibi impedit vel vehementer retardat. Cuius rei ſignum eſt quòd ſæpe in egeſtis apparent petiæ cibi malæ maſticati. Sed ingluuioſa tranſglutio plurimum aerē immiſcet cibo, & inde eſt q̀ ingluuioſe comedentes citius & ex minori ſaturantur partim cibo partim aere pleni qui ſeparans inter ſtomachum digeſtionem cibi impedit. Dic quinto q̀ prolongatio in comedendo cum interlocutionibus & pauſis duabus uel tribus horis eſt plurimum nociua, quia communiter plus comeditur et bibitur, digeſtio inter turbatur ſuperpoſito vltimo cibo primo qui iam diu digeri incepit, tempus perditur in uoluptatibus & animus grauatur quaſi ſepultus vino cibo & ſomno vel ſomnolentia, & fit vita hominis more Sardanapali uita porcorum.

Variorum ciborum mixtio duplex.

Ad primum obiectum dic q̀ maſſa ſanguinis ſufficienter diuerſa eſt in ſuis partibus ad alendum quodlibet membrum. Ad ſecundum dic quòd licet cibi diuerſi delectabilius vnico ſumantur & quo ad hoc melius digerantur, multa tamen præſtant impedimenta neq; ſimpliciter melius digerūtur propter cauſas tactas in primo dicto. Ad tertium dic q̀ digeſtio fit vt plurimum in fundo, neq; ſtomachus eſt implendus cibo, & maior eſt differentia ciborum uehementer diuerſorum q̄ partium ſtomachi abinuicem. Ad quartum dic q̀ bruta non ſunt ita delicatæ naturæ neq; temperatæ complexionis ſicut homo, ideo melius ſuſtinēt diuerſitatē herbarum & nihilominus vnā preferūt multis ſi ſeparate ſint & ex ea ſatie

habeant,hacq̃ contentant sobrie ea vsi. Quod si irrationalia in cibis & potibus mensurã seruent q̃ turpe est hoĩ rõne functo modũ negligere. Ad quintũ dic q ꝓbat tertiũ dcm̃. Ad sextũ dic q ꝓbat quartũ. Ad septimũ dic q q̃a sine pane & sale plimi ciboꝝ non sapiunt utilis est hoꝝ comestio cũ carnibus piscibus ouis & alijs,& dũ ꝓhibetur adiũctio ciborũ multũ diuersoꝝ de carnibus piscibus fructibus aut herbis intelligi debet,et q potagia pferũt alijs in eadẽ mẽsa,grã lenitatis,vtplm faciũt uel vt minus de alijs comedãt & famẽ cum eis frangant.

Oportet præterea te scire q nutriẽs melius est quod melius sapit propterea quòd stomachus & uirtus retentiua uehementer ipsi applicantur cum bonæ fuerit substantiæ, & fuerint omnia principalia membra secundum comparationem sibi adinuicem conuenientia & sana, & ista quidem est conditio. Quod si complexiones sanæ non fuerint & membra in suis complexionibus diuersificentur, fueritq̃ hepar a stomacho diuersum secundum diuersitatem, quæ sit supra naturalem non erit istud cõsiderandum. Ex impedimentis uero nutriẽtis multotiens bene saporosi uehementer grossi ẽ quòd posẽ est ut hõ ex eo multum comedat.

Delectabilis cibi eligendi conditio duplex.

In hac secunda particula dat tres regulas. Prima est, illud ex nutrientibus est melius quod est sapidius seu delectabilius gustui duabus condõnibus obseruatis. Prima est q hoc nutriens sit bonæ subæ.s.non corruptæ nec uehementer dispositę ad corruptionem sed familiare nutriẽdo corpori. Secũda est q omnia membra principalia nutriendi corporis sint adinuicem conuenientia in sua proportione debita & sana. His conditionibus concurrentibus quod melius sapit melius nutrit, quia stomachus suis virtutibus retentiua & digestiua vehementer sibi applicatur quo fit vt optime digerat ipsum cum omne agens naturale fortius agat in propinquum q̃ in distans. Hanc regulam præmeminit Hippo. aphorismorum secunda dicens. Parum deterior cibus & potus detestabilior quidẽ melioribus magis delectabilis est appetendus.i. appetenti dandus. Et Gal. in cõmen. ait. Oĩs cibus sapidus in quo quisq̃ delectantr cum accipiẽ a stomacho completus retinetur & cum magna delectatione digeritur plus q̃ quilibet alius, qui si sit abominabilis fugit, vñ vomitus fastidium inflatio & rugitus gñantur. Et primo de virtute cibariorum cap̃. 1. ait. Et qñ sunt duo cibi æquales in bonitate et est uoluntas appetitus decliuis ad unum eoꝝ ex his magis debemus dare rem appetitam præ alia, quia conuenientior est naturæ suæ & habilior seu facilior ad digerendum. Et quando sunt duo cibi, quorum vnus est altero melior, & appetitus in eis est declinans ad peiorem, eligimus cum super meliorem, dum tñ nõ timeamus ex eo nocumentum maius q̃ ex eo eueniat iuuamentum pp delectabilem sumere stõ ex quo melius digerit ipsum. Hæc Gal. Et Hip. iteꝝ. 2. regimis acutoꝝ ait. Mala nãq; dieta cibi uel potus quæ scd̃m sife.i. consuetum sit, securior est in omni tempore sanitatem tueri q̃ ea quæ melior est si in ea subita mutatio fiat. Et iterum ibĩ paulopost. Cibos solitos & si illaudabiles sint leuius ferunt & potus simifr insolutos autem ægrius & si non sint mali & potus sifr.

Anende q non solum cibi delectabiliores & magis sapidi sunt alijs præferendi, sed etiam medicinę dummodo virturem habeant ad illud quod ex eis quæritur. Iuxta illud Gal. 4. de regimine sanitatis. cap̃. 11. Vna cõmunis debet esse intẽtio facere pharmacum delectabilissimum inquantum possumus, dummodo ad eis vtilitatem virtus custodiatur. Non enim hæc dissoluenda est gratia delectationis. Secunda regula est. si complexiones membrorum nutriendi corporis non fuerint sanæ, sed mẽbra fuerint in suis complexionibus contraria præter naturam sicut hepar calidum & stomachus frigidus, non erit istud considerandum.i. intelligẽdum q ex cibis delectabilior & qui melius sapit offeratur, sed qui magis prodest corrigendis lapsibus & maxime lapsui periculosiori. Contra quam regulam multi gallicorum & teutonicorum q̃bus ex crapula venter est frigidus & hepar calidum natura frequenter erraru appetentes et accipientes pro calefactione stomachi calida acuta sicut fortes species & salsas, ex eis allia cępe porros & fortia vina, nectar et hippocratem & sinapum & sale condita quibus delectatur & etiam calesit eorum stomachus, sed ipsorum hepar ex his supercalesit & sanguis vritur, deinde disponuntur ad lepram & maniam & hydropisim de calida causa, & q̃a eorum hepar in substantia sua quasi nullius est sensibilitatis surrepunt hi morbi latenter & insperate. Tertia regula est. cibi delectabiles & saporosi uehementer grossi ut tartę rastones & alia açima soderata caseo, frumentaria murenę anguillæ cum suis salsis id malitiæ habent & impedimẽti q possibile est.i. facile homini ut ex eis multum comedat propter sapiditatem suam, quapropter non bene digeri possunt & uias oppilant & corpus aggrauant grossis et viscosis humoribus uenas & membra replentes. Nemo ergo cõsiderat pp sapiditatẽ q hi abunde sumpti bñ nutriãt, imo lãguoribus & chronicis morbis utẽtes adaptãt.

Ex uicibus præterea satiantis comestionis melior est ut homo una die semel & altera die bis mane & uespere comedat.

In hac parte nona primo docet quotiens in die sanis comedere conuenit. Secundo in hoc obseruare consuetudinem. ibi⌊ Veruntamen in hoc.⌉ Tertio quotiens debilis comedere debet. ibi⌊ Sed qui digerendi.⌉ Quarto q̃d accidit solito comedere semel in die dum redibit ad bis comedendum, & quid si nocte illa non comederit. ibi ⌊ Et qui semel.⌉ Quinto specialiter accidentia contingere solita non consueto cœnare si cœnauerit. ibi⌊ Et si cœnauerit.⌉ Sexto contingere solita consuetis cœnare si non cœnauerint. ibi⌊ Et si non cœnauerit.⌉ In prima particula dicit q comestio melior ex satiantibus comestionibus quo ad vices comedendi est ut homo semel vna die comedat & altera die bis, puta mane semel & semel in vespere. Et cap̃. 3. trac. primi secundæ particulæ canticæ canticorum ait. Debet autem ad minus comedere semel inter diem & noctem & ad plus bis. medium autem inter hęc est si comedatur ter in duobus diebus. Et Auerro. in cõm. illius cãtici ait. Magis quidẽ tẽperatus modus comedendi est vt quis comedat ter ĩ duobus diebus. Et hoc qm̃ opinati sunt q actus digestiuæ perficiẽ in tribus digõnibus in sexdecim horis. Et cõstat q laudabilior modus reficiendi est cum reficiẽ quis iã perfecta digõne cibi pasumpti. Et. 6. colliget. cap̃. 7. ait. Noui medici sentiunt q cõuenientia in tpe comedendi tẽperatis cõplonibus ẽ vt tribus uicibus duobus celebreẽ diebus, et sifr exercitiũ et balneũ debent fieri tribus uicibus duobus diebus. Et isti vñr mihi magis ueritati appropinquare, & ẽt mirabilis Auençoar huic assentire vr̃. Hæc Auer. Sed instabit aliquis. Primo, quia continue resoluimur & cibus daẽ ad ꝓhibendũ resolõnẽ & reparationẽ resolutoꝝ quãtũ posẽ est, ergo cõtinue cibis egemus, & per cõsequẽs comestione continua sicut flumẽ ad manutenẽtiã eius indiget cõtinuo ĩfluxu aquæ. Itẽ de decẽ millibus hoĩum nõ ẽ unus q̃ seruet hãc regulam, ut ter ĩ duobus diebus comedat, et nõ est uerisiẽ genus hoĩum uniuersũ a uera rĩa sic deuiare.

Quot uicibus comedendum.

Item ter in duobus diebus comedere modo hic tacto a

Prin.

Prin. videlicet vna die semel & altera die bis.s. mane & vespere est de die in diem vsum seu consuetudinem permutare. Item infantibus quia crescũt, oportet ad minus bis vel ter in die cibum ministrare, & similiter senibus a senio, quia calor horum est sicut lucerna ad extinguendũ parata quæ modico & frequenti oleo indiget. Itẽ Prin. in hac litera satiantem comestionem approbare vr̃ quã superius reprobauit parte quarta capituli istius ꝙ illo. Ex cibo etiam nullus est ita replendus vt non sit ibi locus superfluus. Item in æstate bis ad minus in die comedendum est propter resolutionis fortitudinem quod faciũt religiosi vitæ austeræ & arctæ sicut cœlestini & cartusienses. Iuxta illud Gal. primo aphor. cõm. illius cañ. Et quibus semel aut bis in æstate cibus multotiens erit dandus & parum. Multotiens quia indiget propter sæpissimam dissolutionem. Parum ꝑꝑ uirtutis defectionem. Simili ratione pluries in die comedendum est in regionibus calidis & complexionibus cholericis & artificijs laboriosis maxime circa ignem vt fabrilibus. Pro solutione istarum obiectionum attende primo q comestio satians dupliciter dr̃. Vno mõ de comestione sufficienti ꝑ vna refectione in qua tantum cibi sumitur et non plus quantũ stomachus & hepar vna vice bene & perfecte digerere possunt. Et dr̃ hæc comestio satians vt prandium vel cœna comparatione adienctaculum vel recenaculum vbi pauci boli accipiũtur & semel bibitur ad refocillationem naturæ & confortationem spũum in hyeme contra pruinas & frigus, in æstate vero contra calores. Alio modo de comestione satisfaciente penitus appetitui pro vna hora nulla desiderij parte reseruata, de qua litera præsens nõ intelligitur ita vt approbetur velut laudabilis, sed de priore. Attende secundo q si comestiones quæ ter fieri debent in duobus diebus fuerint æquales & satiantes conuenientius est vt fiant de sexdecim horis in sexdecim horas, vt Auer. innuit in verbis præallegatis ex libro cãticæ q̃ vno die bis & altero semel, vt dicit hic Prin. q̃a cibus vnus post alium non est accipiendus donec perfecta sit digõ prioris quæ magis præsumit in sexdecim horis facta fuisse q̃ bis eadem die. Attende tertio q regula comedendi ter in duobus diebus non est generalis oĩ homini neq; oĩ tempori neq; omni regioni, sed spãlis homini tẽperato in ætate iuuentutis vel primæ senectutis in climate temperato, & in vere vel in hyeme non occupato secularibus negocijs, exercitanti se mediocribus exercitijs sic solito refici. Propterea dixit Hippo. aphor. prima. Et q̃bus semel aut bis aut amplius aut minus aut secundum partẽ dandum vero aliquid tempori & regioni ætati & consuetudini. Attende quarto q in vicibus comestionum regula Rasis. 4. Almansoris. aptissima vr̃. s. vt cholerici bis in die comedant, phlegmatici semel, temperati & sanguinei ter in duobus diebus, sic. n. seruantur ab immoderatis repletione & inanitione. Ad primum obiectum dic q licet cibus actu cibans vltima digestione digestus continue sit necessarius propter reparationem partium resolutarum, non tamen cibus qui ab extra sumitur, quia bona quantitas eius vna vice sumpta sufficit pro multis horis. Ad secundum dic q fere omnes sumus filij concupiscentiæ & crapulæ, præferentes bonum vt nunc voluptuosum bono simpliciter delectabili, vel ex casu naturæ humanæ vt Theologi asserunt, vel passionibus innatis ut medici. Ad tertium dic q in dissimilitudine quo ad vices comedendi secundum diuersos dies potest introduci consuetudo sicut in similitudine, vel responde per secundum attende. Ad quartum & sextum respondet satis tertium attende. Ad quintũ primũ respondet attende.

Comestio satians dupliciter.

Veruntamen in hoc usus uehementer est conseruandus, quoniam si ille qui bis in die comedere consueuit semel comedat debilitabitur & laxabitur eius uirtus.

In hac secunda particula dicit Prin. q in vicibus comedendi consuetudo uehementer obseruanda est, quasi præponderans omnibus alijs quæ super his iudicant uel attestãtur. Et hoc probat in toto residuo huius partis nonꝫ tangens inconuenientia quæ sequuntur ex mutatione cõsuetudinis in uicibus & horis comestionum. Et primo dicit hic q si ille qui bis in die comedere consueuit solum semel comedat uirtus eius debilitabiẽ & laxabiẽ. Et ꝑ uirtutem põt itelligi corporeum robur uel uirtus motiua uoluntarie, uel uirtus uitalis & naturalis quæ omnes laxanẽ diminutis calore & spiritibus ex penuria uel defectu consuetæ comestionis. Propterea dixit Hippo. 2. regimĩs acutoꝝ. Qui semel uel bis in die comedere consueuerunt si a solito usu in alium subito mutentur, nocumẽtum eis generat & defectionẽ. Et Gal. lib de uirtute cibariorũ. cap̃. primo. Qui consueuit prandere & remoueẽ ab eo & est contentus cœna magnificat nocumentum sibi. Et qui cõsueuit accipere cibum aliqua hora determinata & mutaẽ ad aliam præter istam horam declarabiẽ sibi nociua.

Usus comedendi mutati noxæ.

Sed qui digerendi debilitatẽ habet ẽt bis comedere debet, & raro comedat semel in die.

In hac tertia particula dicit q hoĩes debilis digestiuæ debent comedere bis in die, & raro contẽtari semel in die comedere. Tales sunt medici nãles & senes a senio, & cholerici raræ contexturæ maxime in stomacho, & conualescentes qui ferre nequeunt una uice tm̃ cibi quantum est eis necessarium pro die naturali, quapꝑ indigent bina uice pasci. Et licet phlegmatici debiliter digerant, de his tñ nõ intelligitur lrã pñs, q̃a plus alijs absq; nocumẽto ferũt ieiuniũ ꝑꝑ multitudinẽ suarũ humiditatũ circa quas innatus calor occupari solet horis ieiunij. Iuxta illud Hipp. secundo regiminis acutorũ. Quorũ aũt phlegma est dñans eis maxime si ieiunãt cõtra cõsuetudinẽ suã facilius ferũt ieiuniũ, quare semel in die comedere preter usum facile sustinẽt. Et Gal. in cõm. ait. Cã aũt tolerãtiæ eius sup quẽ uincit phlegma ieiunij & susceptionis cibi semel iã oñsa est in eis quæ præmissa sunt in sermone meo. In eo super quẽ uincit cholã quod est, q̃a ieiuniũ facit os amarũ uehementius q̃ fuit. Humor autẽ phlegmaticus qñ digeritur in illo spatio cõuertitur & mutaẽ ad sanguinẽ. Sed quæret aliqs quare dicit hic Prin. de hñte digestiuã debilẽ, & raro comedat semel in die, vr̃. n. q quaq; die bis comedere debet. cũ uirtus eius una uice non sufficiat tãtum digerere quantum est eis necessarium pro uno die. Dic si uis q per hoc intẽdit eximere quosdam. s. phlegmaticos. Vel dic q homines digestiuæ debilis cum superfluxerint in comedendo uel senserint in uentre grauitatem aliquã cõuenit eis ut die seq̃nti cõtẽtenẽ unica comestione.

Et qui semel in die comedere consueuit si ad bis comedendum redibit accidet ei debilitas & pigritia & laxitas. Et si sine comestione permanserit nocte illa debilitabitur.

In hac quarta particlã dicit primo q si cõsuetus semel comedere in die si se reducat ad bis comedendũ superuenient ei debilitas & pigritia & laxitas, vt si nõ cõsueuerit prãdere sed comedere solũ vespertina hora, tũc si prãdeat aggrauatus cibo debilitabiẽ & piger fiet in toto corpore, & laxabunẽ iuncturæ & chordæ eius. Iuxta illud Hip. 2. regimĩs acutoꝝ. Quibus autẽ nõ est cõsuetudo prandere & prãdent, mox deficiunt corpora eoꝝ, & aggrauanẽ & torpẽt atq; mollescũt. Attẽde q plus solito comedere nõ ĩducit debilitatẽ uirtutis ꝓprie & ꝑ se sicut minus solito comedere, sed ꝑ aceñs q̃a nõ minuit cãs fortitudĩs uirtutis. s. sãguinẽ calorẽ & spũm, sed aggrauat ꝟtutẽ supfluo põdere cibi. Iuxta illđ. G. sup illo uerbo Hi. nũc allegato.

Et non accidunt eis accidentia ista nisi quando fit cibus super virtutem eorum in loco ponderis, quod est quia debilitas uirtutis in eis non est ex eis quæ proprie sunt ei sicut quod de consuetudine eius est vt accidat apud priuationem ciborum. Secundo dicit hic Princeps, quòd si ille qui pransus est uel redit ad bis comedendum contra consuetudinem nocte illa non comederit sicut consueuit debilitabitur ex mutatione consuetudinis & dimissione comestionis hora sua.

Et si cœnauerit non digeretur. Et accident ei ructus acidi & malitia animæ, & nausea & oris amaritudo, & lenitas uentris, propterea quòd stomacho immisit rem quam non consueuit, & accidet ei aliquod accidentium quæ accidunt ei cuius nutriens non bene fuit digestum quæ nunc scies ex accidentibus.

In hac quinta particula tangit septem accidentia quæ superueniunt non solito cœnare quando cœnat. Primum est q cibus quem recipit in cœna non bene digeritur, quia super eum stomachus non constringitur nec delectabiliter amplexatur ipsum, sed ab eo refugit velut ab insueto. Secundum est eructuatio acetosa. Iuxta illud Hippo. secundo regi. acu. Et si cœnant cum illo, scilicet prandio eructuant acide. Super quibus uerbis Galen. in commento ait. Quod si cœnauerint cum illo eructuãt eructuatione acetosa. Et nos quidem scimus q eructuatio acetosa fit ex frigore stomachi, & fit multotiẽs ex phlemate quod aggregatur in eo ex multitudine ciborum, & quandoq; fit ex cibis temperatis in quantitate sua, & virtutes eorum sunt frigidæ. Tertium est malitia seu subuersio animæ & est inseparabilis nausea uel casus appetitus. Iuxta illud Prin. tertij. f. 3. tract. quinto. capitulo octauo. Et subuersio animæ dicitur nausea inseparabilis, & quandoq; dicitur destructio appetitus, cuius causa est grauamen stomacho illatum ex cibi multitudine contra cõsuetudinem. Quartum est nausea propter eandẽ causam. Quintum est oris amaritudo, & illud accidens cholericis euenit, vel his quorum stomachus cholera perfunditur dum cholera cedens sua lenitate multitudini cibi petit os stomachi. Istud tamen accidens magis proprium est & sæpius euenit his qui non cœnant. Sextum est lenitas seu lubricitas ventris. Iuxta illud Hippo. secundo regiminis acutorum. Alijs sunt qui naturæ molliriem patiuntur propterea q stomachus eorum contra cursum naturæ suæ aggrauatur, cui videlicet inanitio fuerit assueta. Non. n. bis impleri & bis digerere põt. Septimum est aliquod accidentium euenientium ei cuius cibus nõ fuit digestus bene: scilicet angustia & inquietudo & reuolutio de latere in latus, & corruptio somni propter effumationem cibi indigesti ad caput quæ nunc scies ex accidẽtibus videlicet particula sequenti, quia hęc etiam cœnanti accidunt ut ibi dicetur.

Et si non cœnauerit accidet ei dolor oris stomachi & mordicatio: & uidebitur sibi quòd omnia eius interiora & intestina sint suspensa propter uacuitatẽ stomachi et propterea quòd in seipso colligitur & contrahitur. Et minget urinam ardentem, & egeret rem ardentem. Et est cum in extremitatibus accidit frigus propterea quòd cholera rubea stomachũ influit. Et hoc quidem est magis in cholericas habentibus complexiones, & similiter in eis qui habent in stomacho choleram rubeam & non in toto corpore. Et corrumpetur somnus & de latere in latus reuoluetur.

In hac sexta commemorat octo accidentia quæ contingere solent solito cœnare quando non cœnat. Primum est dolor oris stomachi propter choleram vel humores putridos qui traduntur ad ipsum tempore famis. Secundum est mordicatio dicti orificij vel stomachi totius vel intestinorum propter choleram quæ ex ieiunio acuitur & illic effunditur. Tertium est q omnia membra eius interiora & intestina videntur quasi sibi esse suspensa, quia propter vacuitatem in se colliguntur & contrahuntur. Quartum est emissio ardentis urinæ propter choleram sibi immixtam quæ ex ieiunio acuitur & multiplicatur & partim cum urina euacuatur. Quintum est egestio rei ardentis ut fecum cholericarum vel adustarum ex permixtione choleræ vel superfluitate decoctionis tempore ieiunij. Sextum est frigus quandoq; contingens in extremitatibus propter effusionem cholerę ad stomachum, & id cholericis euenire solet, & his quorum stomachus cholera repletur & non totum corpus, sicut sic in typis tertianæ interpolatæ q extrema frigent propter reuocationem caloris ad interiora. Septimum est corruptio somni propter effumationem choleræ & putridorum humorum attractorum ad os stomachi tempore famis. Octauum est reuolutio in lecto de latere in latus propter eandem causam. Attende q Hippo. secundo regiminis acuto. plurima horum euenire asserit his qui prandium præter solitum relinquunt dicens. Similiter autem qui bis in die comedere consueuerunt, sed post prandium dimiserunt corpora eorum in se deficiunt, atque ab opere omni exeunt. idest cessant & præcordia dolẽt, adeo ut eorum uiscera sibi esse suspensa videantur, vrina cholerica viridisq; coloris, idest citrini, stercus incẽsum. Quidam autem horis habẽt amaritudinem, oculos obductos idest submersos, tempora formicantia. Idest salientia, frigidos sentiunt articulos. Plurimi quidem qui prandium omiserunt cœnam nequeunt explere. Qui si cœnant stomachus eorum grauatur, somnum uero molestiorem q̃ si pransi fuerint ducũt. Hæc Hippo. Et non intelligas hęc omnia accidentia contingere ex vnica dimissione cœnæ uel prandij contra consuetudinem, sed ex dimissionibus plurimis continuatis vel sæpe iteratis. Solitorũ cœnare & nõ cœnãtium noxa duplex.

Corpora præterea habentibus in quibus cholera rubea magis adunatur est necesse separatim comedere, & ut tam uelociter sit quatenus sit antequam balneentur.

In hac parte decima primo agit de ordine comestionis ad balneum in cholericis. Secundo de ordine exercitij & balnei ad esum in alijs. ibi Alia vero. Tertio de modo motus ante cibos & post. ibi Et quẽadmodum. Quarto de signis & cura corruptionis appetitus. ibi Corrupto præterea. Quinto de hora & vicibus comestionis hominum pinguium. ibi Qui autem ex hominibus. In hac prima particula dicit q necesse est illos separatim, idest modo proprio ab alijs distincto vel pluries in die comedere in quibus cholera rubea magis adunatur, idest abundantius aggregatur. & tam cito comedere debent quòd suæ comestiones suis exercitijs præferantur. Attende primo quòd comestio cholericorum ante balneationem, ideo fit ut eorum cholera non ebulliat uersus os stomachi, dolorem faciens vel syncopim inducens ex acutissimo sensu particulæ illius. Et propterea comestio talis balneum præcedens debet esse modica. Iuxta illud Princ. capitulo quinto doctrinæ præsentis. Et si timet ne cholera ebulliat rubea si hoc fecerit, & se ieiunus

balneauerit

balneauerit ante balneationē rem debet sumere subtilem quam comedat. Et qui calidæ existit complexionis chole ra abundans rubea hoc ei necessarium est. Ex eis autem quibus isti cibantur melius est panis in succo fructuum iosusus aut in aqua rosacea. Hæc Prin. Attende secundo ꝙ hoīes vehemenť cali paucis vel nullis idigent exer citijs, sed sufficiunt eis cibus balneum & fricatio cum oleo suauis. Iuxta illud Gal. sexto de regimine sanitatis. cap. quarto. Quidam autem & eorum qui vehementer calidi sunt complexione nequaꝗ̃ indigent exercitijs, sed sufficit eis ablatio. i. cibus & balneum fricatis oleo mollibus fri catiõibus. Acre enim. i. acutum et calidum mordax quod transpiratur io eis non vaporosum neque delectabile sed mordax humor, & his quæ post cibum lætantur balneis. Et quidam eorum incredibile qualiter impinguati sunt ta li diæta. Hæc Princeps.

Alia uero ab eis exercitari debent & etiam balneari, deinde cibari, sed comestio balneatio nem non præcedat. Quod si alicui necessarium fuerit comedere ante exercitium solum panem tali sumere debet mensura ut digeri possit an-tequam suum incipiat motum.

In hac secunda particula dicit primo ꝙ alij a cholericis debent prius exercitari vt superfluitates tertiæ & quartæ digestionum purgentur & calor naturalis viuificetur & pori aptentur receptioni nutrimenti, deinde balneari vt reliquiæ superfluitatum ab exercitio derelictæ purgentur, & puluis & sordes cuti adherentes balneo abstergantur, postea cibari vt resolutio oimia substantialis humiditatis membrorum prohibeatur, & partes deperditæ cibo repa rentur. Sed comestio non debet præcedere balneum, quia si præcederet cibus indigestus calore balnei traheretur ad membra. Secundo dicit ꝙ si fuerit necessarium alicui sumere cibum ante exercitium, vel quia debilis est, vel quia fortiter & diu est exercitandus, vel quia in loco aut tempore vehementer calido, panem solum comedat tali mensura quòd digeri possit priusquam incipiat exerci tari, aliter traheretur indigestus ad membra causaturus in eis oppilationes.

Et quemadmodum oportet motum qui est ante comestionem non esse debilem, ita neces-se est ne motus qui est post ipsam fit nisi molli-ter & suauiter.

In hac tertia particula dicit ꝙ sicut exercitium ante co mestionem debet esse forte quatenus afferat uõlitates nūc dictas, ita debet esse post comestionem debile molle sua ue, quatenus conferat descensui cibi versus fundum sto machi vbi celebratur digestio melior, & non agitet aut concutiat cibum in stomacho quo digestio eius impedia tur vel penetret ante eius digestionem.

Corrupto præterea desiderio quod ad res declinat acutas & neque dulces diligit neque unctuosas, nihil est melius quàm uomitum cum aliquo tali quale est oxymel cum raffano prouocare post pisces.

Appetitus corrupti curatio. In hac quarta particula dicit ꝙ nihil est melius appeti tui seu desiderio corrupto ꝙ̃ prouocare vomitum cum ali quo tali quale est oxymel cum raffano post esum pisciũ. Signa vero corruptionis desiderij sunt ꝙ appetitus decli nat ad res acutas & non diligit dulces nec vnctuosas. At tende primo ꝙ appetitus corruptus dupliciter dicit. Vno modo de desiderio nimio superexcedente propriam spe ciem iuxta illud Gal. quarto morbi. cap. 12. Corruptio autem desiderij si fuerit in vltimitate quantitatis fit illa species quæ desiderium caninum nūcupatur. Causa eius vel erit pessimus humor acetosus pungens stomachum, vel quia corpus vltima dissoluitur dissolutione vnde ci bus continue fit necessarius. Alio modo de desiderio malorum ciborum vel rerum improportionatarum nutritio ni propter humores corruptos lficientes stomachum. Iux ta illud Gal. ibi. Desiderium autem malorum ciborum esse dico cum mali humores inclusi sint in pelliculis sto machi & coniuncti. Sed hoc desiderium habent prægnan tes cum habent malos humores in stomacho, quandoque enim amant acetosa & pontica, quandoque acuta, quandoque cimoliam carbones & testas ollæ & similia. Et de isto corrupto desiderio textus præsens intelligitur. De quo dicit Prin. tertij. 13. tract. secundo. cap. 10. Quando in sto macho humor aggregatur malus diuersus a consueto in qualitate sua natura, tunc requirit aliquid ei contrarium, quapropter accidit quibusdam appetitus luti, immo car bonum & terræ & gipsi & rerum huius generis propter qualitatem quæ in eis est exiccantem aut incidentem cõ trarium qualitati humoris. Et rectius ad quod alteratur iste appetitus est vt sit decliuis ad acetosum & acutum. Et illud quod est magis corruptum est vt sit decliuis ad exiccandum & siccum sicut est lutum & carbones & te stæ. Attende secundo ꝙ in hoc desiderio non diligun tur dulcia & vnctuosa, quia non habent virtutem incisi uam & abrasiuam corruptorum humorum a superficie stomachi sicut acuta, sed potius substãtiam leuiter ab his corruptibilem. Attende tertio ꝙ salsi pisces ante vomi tum comesti dupliciter conferunt desiderio corrupto. Pri mo abstergendo sua nitrositate corruptos humores a su perficie stomachi. Secundo stimulando sua acuitate sto machum ad vomitum. Attende quarto ꝙ radix raffa ni oxymelli incorporata siue simplici siue diuretico siue squillitico vehementer confert in isto casu propter uirtu tes incisiuam abstersiuam & prouocatiuam vomitus quæ est in vtrisque. Iuxta illud Prin. tertij. 13. trac. secundo. c. secundo. Et ex regimine experto ad hoc est vt sumat pi sces salitos & raffanum infusum in oxymelle. Attende quinto ꝙ non solũ in isto casu confert hoc remediũ, sed etiam plurimum valet quoque mensę datum ad expurga tionem phlegmatum multiplicatorum in stomacho ex de bilitate digestionis qui non habet quod ipsum expurget si cut intestina choleram. Iuxta illud Gal. quarto de vtilita te particularum. cap. 18. Ego denique vidi aliquãdo quē dam ita dispositum in raffanidibus quę per oxymel mul titudinem quidem incredibilem quādã grossissimi phleg matis vomentem confestim autem sanum corporaliter factum, & nimirum tribus mensibus anterioribus neque aliud quid bene habebat ei eorum quę secundum ventrē neque digestiones. Quoniam igitur necessarium est in vē tre & intestinis generari talem superfluitatem per alia de monstratum est. Vna autem ipsorum est sanatio solũ ob latio eorum quæ grossa & viscosa diuidere & incidere & expurgare possunt. Hæc Galenus.

Qui autem ex hominibus pinguis existit, oportet ne ilico cum egreditur balneum come dat, sed expectet et paruum dormiat somnum. Et huic quidē semel comedere ī die ē cōueniēs.

In hac quinta particula dicit primo ꝙ homines pigues non statim post balneum comedere debent, sed tardare comestionem & parum dormire priusquam comedant, vt calor eorum tunc occupetur in diminutione suæ pin guedinis & humiditatis superfluæ quæ pinguedinis causa est. Secundo dicit ꝙ pinguibus conuenit solum semel in die comedere quatenus ieiunio suo tollantur repletiō

pinguedo & superflua humiditas, quibus disponuntur ad subitaneam & improuisam mortem suffocationis vel apoplexiæ.

Amplius non ilico post comestionem ē dormiendum cibo natante.

In hac parte vndecima primo prohibet somnum statim post comestionem. secundo fortem motum. ibi Et a forti. Tertio potum aquæ plurimæ. ibi Neque post ipsum. Io hac prima particula dicit ꝙ non est bonum dormire statim post comestionem dum cibus nondum descendit ad fundum stomachi, sed adhuc natat in eo, quia si tunc dormiatur calor internus fortificatus operans in cibum facit eum abunde effumare ad caput vnde somnus somnijs turbatur cerebrum repletur & caput dolet. Sed huius contrarium determinat Prin. cap̄. quinto trac. primi partis secundæ cantici dicens. Est quoque immediate post comestionem dormiendum accūbendo donec ad locum digestionis peruenerit cibus sumptus. Dic ꝙ illud dictum Principis conditionaliter intelligitur, scilicet si aliquis dormiat immediate post comestionem dormiat accumbendo. s. non prostratus, sed capite & spatulis eleuatis. Iuxta illud Auer. io commento dicti cātici. Cōgruit quidem vt cum quis dormit immediate post comestionem ꝙ dormiat accumbendo capite. s. erecto donec cibus ad inferiora corporis descenderit, & hoc vt repletio capitis a fumis & vaporibus minuatur. Nam somnus immediate post comestionem factus replet caput fumis & vaporibus. Hæc ille.

Quæ cauē da post cibum.

Et a forti motu quanto plus est possibile est abstinendum ne cibus antequam digeratur penetret aut sine digestione labatur aut propter inundationem corrumpatur.

In hac secunda dicit quòd quilibet fortis motus statim post comestionem possetenus est vitandus vt cibus non penetret ante sui digestionem nec inferius descendat a stomacho ad intestina sine digestione propter apertionem viarum a motu & a caliditate quæ a motu fit nec in ventre corrumpatur agitationibus & inuodationibus ipsius in eo. Hæc enim accidentia fortis motus post comestionem operari solet. Iuxta illud Gal. lib. de virtute cibariorum cap̄. t. Et in quo motus sequitur cibum descendit cibus de stomacho præter digestionem suam & intrat venas sine mutatione & adducit in hepate & renibus oppilationem & morbum in reliquis membris, & aliquādo est membrum debile vt stomachus & natat in eo cibus cui non iniungas somnum donec descendat cibus de stomacho. Sed instabit aliquis, quia videmus laboratores grossis vti cibarijs sicut fabis caulibus lardo bene salso caseo & tartis, & super his fortibus moueri motibus, nec conqueri solitos de indigestione vel oppilatione, immo uidentur istos grossos cibos melius digerere ꝗ̄ post cibum quiescentes. Ad id Gal. primo de alimentis cap̄. secundo ait. Carnes vacuę. i. membra innanita tota die laborantiū eripiunt ex ventre non solum semidigestum sed etiam penitus indigestum humorem aliquando post cibos laborant. Et propter hoc ægritudinibus grauissimis posterius isti ægrotant & ante senectutem moriuntur. Et hoc ignorantes multi beatificant ipsorum robur corporis vidētes comedentes & digerentes quæ nullus nostrum potest inducere & digerere. Quoniam autem in his qui multum laborant somni profundiores fiunt, & hoc multum ipsis ad digestionem confert propter hoc minus a prauis edulijs læduntur. Si autem cogas eos vigilare pluribus consequenter noctibus mox ægrotabunt. Illi quidem igitur vnum hæc solum bonum. s. somnum profundum habēt ad digestionem malorum ciborum. Hęc Gal.

Neque post ipsum multa bibenda est aqua quæ inter ipsum & corpus stomachi separationem faciat & ipsum faciat natare. Sed expectandum est & non est bibendum donec de stomacho descendat. Et hoc quidem declarat superiorum uentris lenitas. Quod si sitis ei necessitatem fecerit modi cum aquæ frigidæ sugendo sumat & quanto plus fuerit frigida tanto minus ex ea sufficiet. Et hæc quidem quantitas stomachum alleuiat & colligit. Ad summum uero oportet ut post comestiōem bibat quis & non omni hora comedendi quantitatē aliquam quæ cibo conferat.

Io hac tertia dicit primo ꝙ aqua plurima non est bibēda post comestionem, ne defluens inter stomachum & cibum a stomacho separet & ipsum in eo natare faciat, immo potus differendus est donec cibus descenderit de stomacho. Et secunda canticæ. tract. primo, cap̄. quarto ait. Est etiam vitandus potus aquæ in mensa nisi ratione adhærentiæ & tardi descēsus bucellę. Noo est etiam sumenda aqua cum cibo nec in egressu a balneo. Et Auer. in cōmento ait. Causa quidem huius est, quoniam cum sumitur aqua super cibum prius ꝗ̄ stomachus calefecerit ipsum infrigidat ipsum & incrudat. Est etiam causa quare supernatet cibus sumptus ī stomacho, & quare etiam nō adhereat & vniatur eidem vt conterat ipsum sicut exigitur. Actio nanque stomachi super cibum sumptum fit cōterendo & coquendo simul, vnde sicut cum infunditur simul & in magna quantitate aqua in olla propter hoc tardatur sibi decoctio in eadem, sic quidem contingit inde ipsi stomacho. Hæc Auer. Secundo dicit ꝙ cibus a stomacho cognoscitur descendisse per alleuiationem superioris partis ventris quæ est regio stomachi, ita ꝙ pars illa leuis & vt vacua manifeste apparet. Tertio dicit ꝙ si sitis infestauerit et coegerit bibere ante cibi descensum, sumatur tunc modicum aquæ quasi sugendo. Et quanto frigidior hoc aqua fuerit, tanto minus ex ea sufficit, quia suo frigore sitim extinguit sicut humiditate. Quarto dicit ꝙ hæc modica quantitas aquæ stomachum alleuiat et colligit. Alleuiat quidem a siti. Alleuiat etiam cooperando ad descensum cibi. Colligit autem sua frigiditate coadunans partes stomachi. Et secunda canticæ. trac. primo. cap̄. quarto ait. Si tamen quis ex modica potentia tolerandi sitim vrgeatur, sumat ex ea parum tantum. s. ꝙ declinatio & impulsio cibi ad inferius stomachi compleatur quatenus ibidem digeratur. Sed contra dicit Hipp. tertio regiminis acutorum. Aquæ vero nullum inueni vsum, nisi quia in acutis bibitur morbis. Et paulo infra dicit. Rugitum facit in stomacho nata, quia transire moratur eo ꝙ frigiditati pertinet & indigestibilis est, nec vrinam prouocat, non nutrit, quia naturaliter non habet fecem. Et Ga. in commento ait. Hanc ergo aquam quamuis sit melior aquarum, tamen inuenimus eam morari in stomacho tēpore longo, quare facit accidere in eo secundum plurimū rugitum. Et libro de aquis ait. Quoniam autem non nutrit aqua sed solum est vehiculum cibi Hipp. & Chrysippo & Erasist. videtur. Et propterea neque vitalem virtutem putant eam conferre. Et hæc est causa quare iubent mellicratum & oxymel & vinum dare in ægrotantibus abscedendo ab aqua. Ad primum dic ꝙ Hip. voluit aquæ non inesse virtutem aliquam confortandi ac nutriēdi vt alijs potibus, neq; subtiliare aut aperire virtute aliqua actiua. ꝙ si penetret & cibum cui comiscet penetrare faciat hoc sibi inesse ex subtilitate substantiæ. Ad secūdum dic ꝙ aqua modica sugendo bibita neque natat neque rugitum facit, sed plurima bibita. Ad tertium concede

Aquę citandæ vel sumendæ post cibū ratio.

cede

cede q aqua non nutrit & q vinum melius est aqua tam in sanis q̄ in egris non vehementer febricitantibus. Attende tamen q sicut cum cibo non conuenit aqua plurima, sic nec vinum plurimum. Iuxta illud Gal. libro de virtute cibariorum cap͠lo primo. Nec oportet vnquam q recipiat ex vino multum in principio acceptionis cibi ne descendat cibus cum vino & prohibeat digestionem propterea q separat inter substantiam & primum cibum, quia quandoque non tangit stomachus cibum non mutat ipsum in similitudinem & conuenientiam corporis sed remanet in eo indigestus. Quinto dicit q ad summum idest breuiter & summarie loquendo non in omni hora comedendi sed post comestionem debet sumi quantitas potus quæ cibo conferat. s. primitus modica quantitas quasi sugendo qui cibo permixtus reddat ipsum plus passibilem & capacem digestionis, & is potus permixtiuus dicitur. Postea quantitas maior dum cibus in stomacho digestus fuerit, vt ducat & faciat penetrare cibum, & is potus dicitur ductiuus. Eiusdem sentẽtiæ meminit Ga. libro de virtute cibariorum capitulo primo dicens. Et debẽt isti tales qui accipiunt cibum cum eo sumere de vino quod tantum sedet sitim, & abstineant se cum quantitate qua possunt & quiescant donec digestio fiat, postea sumant de vino post ista prout optant. Nam ipsum adiuuat ad descensum cibi & subtiliat vt penetret & ingrediatur in venas subtiles. Id hodie non practicatur nec a sapientibus nec a simplicibus, sed horis prandij & cœnę bibunt satis & vltra satis pro potibus permixtiuo & conductiuo.

Sitim autem tolerare & cum ea dormire in frigidatis & humectatis confert & febres ex cholera rubea habentibus nocet, & similiter tolerare famem.

In hac parte duodecima primo agit de vtilitate tolerantię famis & sitis & superdormitionem in phlegmaticis & nocumento in cholericis. Secundo de inconuenientibus quæ cholericis accidunt ex tolerantia famis, & de remedio dando priusquam comedant. ibi⌊Cholera pręterea.⌉ Tertio respondet tacitæ quæstioni. ibi⌊Licet corpora.⌉

Sõni post sitis tolerãtiã vsus & noxa.

In prima particula dat tres regulas. Prima est. tolerãtia sitis & somnus super eam conferunt frigidis & humidis, scilicet phlegmaticis siue natura siue ab accidenti fuerint tales, quia tam ex siti q̄ ex somno super hanc calor acuit in interioribus & fortificatur, & cum reperiat illic humiditates indigestas plurimas partim eas digerit & in sanguinem vertit partim resoluit, corrigit igitur vtrumque lapsum frigiditatis. s. & humiditatis. Secunda regula est. tolerare sitim & superdormire nocent patiẽtibus cholericas febres, quia calorem acuunt, choleram multiplicant, & omnia membra superflue siccant & ad hecticam disponunt. Sed contra dicit Hip. vniuersaliter neminẽ excipiendo aphorismorum quinta. Quibuscunq; est desiderium noctu bibere valde sitientibus si super hoc dormierint bonum est. Dic q Hippo. ibi loquitur de siti mendosa qualis fieri solet ex vino forti sine aqua bibito, vel ex aliquo acuto aut salso comesto, vel ex phlegmate salso q̄d in iacet stomacho. Talia enim tolerantia sitis & somni auxilio vel digeruntur vel resoluuntur, & post expergefactionem absque siti se reperit tolerans. Sed in siti vera quę ex penuria humidi roridi membrorum prouenit expedit bibere non superdormire. Iuxta illud Gal. commento dicti aphorismi. Sanitas ergo custoditur hoc modo. Si humiditas parua est compleatur competenter ne calor augmentatus extinguatur. Si autem sitis parua est non est necesse bibendi detur licentia. Sed si ex parua sit humiditate, licẽtiam oportet dare. Si ex multo vino, non indiget potu dando. Si enim dormierit quiescit sitis. Tertia regula est. tolerare famem similiter iuuat phlegmaticos & nocet cholericis. Iuuat equidem phlegmaticos, quia tempore famis calor naturalis digerit humores crudos & in sanguinem conuertit pinguedinem minuit & aliquid remittit de lapsu corporis in frigiditate & humiditate. Nocet autem cholericis plurimum, quia choleram acuit corpus demacrat, & ipsius caliditatem & siccitatem ad vlteriorem lapsum perducit.

Cholera præterea rubea abundantibus ex tolerantia famis accidit ut cholera rubea ad ipsorum descendat stomachos. Cunque aliquid comederint ipsorum corrumpetur cibus. Et in somno & in uigilijs accidet eis illud quod nominauimus ex eis quæ ei accidũt cuius corrumpitur cibus. Eis quoque accidit ut comedendi uoluntatem amittant. Quibus tunc dandum est aliquid quod hoc deponat & eorum resoluat naturam cum eo quod est lene & non fastidiens sicut pruna & parum xirascet. Cunque desiderium reuersum fuerit comedant.

Famis tolerantiæ in biliosis noxa.

In hac secunda primo tangit nocumenta quatuor euenientia cholericis ex tolerantia famis. Primum est deriuatio cholerę ad stomachos eorum. Nam fames facit ebullire choleram, quæ quia leuis est de facili stomachum petit & præcipue os eius. Secundum est corruptio cibi super famem accepti post deriuationem choleræ ad stomachum tam ex permixtione choleræ cum cibo q̄ ex calore extraneo inducto p̄ choleram & famem. Tertium ẽ accidens euenire solitum ex corruptione ciborum in stomacho tam in somno q̄ in vigilijs. In somno quidem turbatio cerebri cum phantasijs & somnijs horrendis & reuolutione de latere in latus. In vigilijs autem dolores capitis & stomachi, fœtor oris & eructuationis fœtidæ. Quartum est depeeditio appetitus propter infectionem oris stomachi ex humoribus corruptis & eorum fuliginibus & extraneo calore. Secundo dat remedia contra ista nocumenta, & dicit q dandum est medicamen quod deponat hoc. i. euacuet a stomacho tam cibum corruptum q̄ choleram sibi infusam. & resoluat eorum naturam. i. soluat uẽtrem patientium hoc, & sit illud medicamen lene seu lenitiuum, vt totum inferius lubricare faciat ad intestina, & non sit fastidiens sicut cassiafistula vel manna ne natet in stomacho longo tempore, sed potius appetitum excitans sicut pruna aliquid acetositatis habẽtia, & parum xirascet idest rob de succis fructuum solubilium laxantium ventrem, vt thamarindorum & granorum vtriusque maligranati dulcis videlicet & acetosi simul expressorum cũ suis pulpis. Tales enim succi siue per se inspissati I forma rob: seu non inspissati cum sua vi solutiua quadam acetositate participant qua appetitum excitant, & stomachum ad cibum delectabiliter suscipiendum præparant. Tertio dicit quód quando redierit ęius appetitus post purgationem corrupti cibi & choleræ, tunc statim comedant ne rursus ex fame noua deriuetur cholera in stomachum quæ cibum corrumpat.

Licet corpora humida cum humiditate naturali habentes ueloci resolutioni sint apti, neque tantum famis tolerent quantum corpora sicca paucæ humiditatis habentes nisi humiditatibus plena fuerint alijs ab eis quæ sunt in substantia membrorum eorum, cum bonæ fuerint & conuenientes, & recipient ea ut

natura eas in nutrimentum in effectu completum conuertat.

In hac tertia particula reſpondet huic tacitæ quæſtioni quis leuius famem tolerat vel humidus humiditate naturali vel ſiccus paucæ humiditatis. Et reſpondet dicens, ꝙ habentes corpora humida humiditate naturali ſunt apti veloci ſolutioni, nec tantum famis tolerant quantum ſicci corpore, niſi pleni fuerint humiditatibus alijs ab his quæ ſunt in ſubſtantia ſuorum membrorum bonis conuenientibus & aptis, vt per actus nutritionis a natura fiant nutrimentum completum in effectu. ſ. cambium, & tandem pars membri per aſſimilationem integram. Cuius rei ſignum eſt ꝙ pueri per naturam humidi difficilius ferunt ieiunium ꝗ̃ iuuenes & ſenes per naturam ſicci. Et infantes natura humidiſſimi minime omnium ferũt ieiunium, vt ait Hip. aphoriſmorum prima. cañ. illo. Senes facillime ferunt ieiunium. Et huius reddo rationem Galenus commento huius canonis primo particulæ aphoriſmorum. Et qui creſcunt, dicens. Subſtantia autem infantuli eſt parũ terreſtris, ex parte enim maxima aerea eſt & aquoſa, iuuentus perfecta his contraria eſt. quicquid autem de ſubſtantia humida diſſoluitur multo magis eſt ꝗ̃ quod de ſicca & ſi in calore ſint paria vel æqualia. Et ad id eſt ratio quia ſicca corpora ſunt humidis duriora. Durum vero plus molli reſiſtit reſolutiõe ſui humidi radicalis, ſicut clare apparet in candenti ferro & lignis incenſis. Sed inſtabit aliquis ꝙ ſimili ratione homines ſanguinei minus tolerare poſſent ieiunium ꝗ̃ cholerici. contra id Gal. 8. megatechni. cap̃. 8. Sed tamen hæc corpora quæ calida ſunt & humida tolerabiliora ſunt cholericis in patienda fame & ſiti. Et propter hoc cum iuſſum erit triduanum ieiuniũ ſuſtinere non nocet eis ſicut cholericis. Dic ꝙ ſanguinei melius cholericis propter tria ſuſtinent famem. Primo quia amplius habent de ſubſtantifico humido. Secundo quia plus habent de humido nutrimentali. Tertio propterea ꝙ calor eorum naturalis eſt remiſſior & minus acutus quia iunctus humido, ſed ſi ſanguineus & cholericus eſſent eiuſdem ætatis & ſimiles in gradu caloris & æqualiter prouiſi humido nutrimentali ſanguineus mollis minus famem toleraret cholerico duro ſicut puer iuuene.

Vinum quoque poſt cibum eſt ex rebus magis impedientibus, quoniam digeritur uelociter & penetrat & facit penetrare cibum cũ nondum ſit digeſtus, & facit hereditare oppilationes & putrefactionem.

In hac decimatertia parte primo agit de nocumentis vini poſt cibum. ſecundo de nocumentis rerum dulcium & oppilationum. ibi ⌊Res præterea.⌉ Tertio de nocumentis groſſitiei aeris & aquæ & remedijs eorum. ibi ⌊Groſſities præterea.⌉ Quarto de nocumentis groſſorum ciborum in habentibus inteſtina calida. ibi ⌊Ei præterea.⌉ Quinto de nocumentis cibi groſſi aſſumpti poſt cibum ſubtile in ſtomacho vacuo iam prius receptum. ibi ⌊Qui autem ſtomachum.⌉ In prima parte prohibet vinum

Vini poſt cibũ exhibiti noxa.

dari ſtatim poſt cibum dicens, ꝙ vinum poſt cibum eſt ex rebus magis impedientibus. i. nociuis, quia facile digeritur & penetrat propter propinquitatem eius ad ſanguinem & conuenientiam eius cum humano corpore & ſubtilitatem ſubſtantiæ ipſius. Et ex veloci penetratione eius tripliciter nocet. Primo quidem, quia penetrare facit & ſecum ducit cibum cui immiſcetur nondum digeſtum. Secundo, quia hereditare facit: ideſt diu permanere oppilationes in vijs ſtrictis, vt in venis capilaribus hepatis ad quas perducit partes cibi groſſas nondum digeſtas. Tertio, quia eſt cauſa putredinis propter conculcationem humorum & prohibitionem liberæ euentationis eorum in partibus oppilatis. Attende primo ꝙ nec ſtatim ante cibum nec hora cibationis nec ſtatim poſt cibum eſt plurimum vini dandum per modum ductiui potus, ſed parum ex eo tute dari poteſt his qui conſueuerũt hora comeſtionis modo permixtiui potus. Iuxta illud Prin. cap̃. ſequenti. Super cibum tamen duas brialas aut tres bibere non nocet ei qui conſueuit. Et eſt briala pondus. 3. vnc.

Briala.

Attende ſecundo ꝙ hoc vinum quod cum cibo ſumitur non eſt accipiendum in principio comeſtionis ne ſtatim labatur indigeſtum ad hepar, nec in fine ipſius ne ſupernatando cibo libere & abunde effumet ad caput, ſed quaſi in medio comeſtionis. Attende tertio ꝙ huius contrarium practicãt hodie nobiles & clerici maxime in gallijs poſt gratias bibentes vt cibi vias a micis abluant, & reliquias inferius deducant, vel potius vt fauces irrigent, & crapuloſa voluptate demulceant. Contra id Gal. 7. de ingenio. cap̃. 7. Oportet tamen nihil poſt cœnam bibi vt cibus digeratur. Cum enim bibitur cibus natat in ſtomacho non adherens ſe ad ſubſtantiam ſtomachi propter humiditatem inter ipſum & cibum exiſtentem. Sed Galenus viſus quodammodo leccatoribus compati ſtatim ſubiungit. Sed cum ſitim habentes non bibant pœna erit ſine iuuamine, vnde oportet tantum potus dari quantum in ſiti mitiganda ſufficiat, cibo autem digeſto quantũ neceſſe eſt accipiant. Hæc Galenus.

Res præterea dulces ad faciendas oppilationes ſunt ueloces, quoniam natura eas trahit antequam digerantur. Et oppilationes quidem ad multas perducunt ægritudines tales qualis eſt hydropiſis.

Dulciũ ciborũ noxa

In hac ſecunda dicit primo ꝙ res dulces ſicut muſcatellum lac ſunt aptæ de leui facere oppilationes, quia mẽbra maxime hepar delectantur in eis plurimum, quare trahunt ea prius ꝗ̃ complete fuerint digeſta. Ad id etiam iuuat ꝙ dulcis ſapor fundatur in ſubſtantia groſſa ſicut ait Princeps ſecundo huius. trac. primo cap̃. tertio. Attende ꝙ dulcia oppilant hepar & ſplenem, quia trahũtur ab eis cum fece ſua propter delectationem antequam digerantur, ſed de oppilant pulmonem, quia ab eis in ſuo tranſitu per meri nihil niſi ſubtile ad ipſum reſudat, & ſãguis genitus ex rebus dulcibus ad pulmonem venit iam purificatus in hepate prius & in corde ſubtiliatus. De hepate quidem & ſplene ꝙ per dulcia oppilentur fidem facit Hippo. tertio regiminis acutorum dicẽs. Dulcis potus viſcera inflat ſplenem videlicet & hepar. Et Gal. 13. megatechni. cap̃. 9. ait. Omne dulce cauſa eſt apoſtematis in hepate & ſplene. Sed de pulmone ꝙ per dulcia deoppilẽt & hepar & ſplen non. Gal. teſtatur tertio regiminis acutorum. commento illius canoñ. Dulcis potus dicens. Mẽbrum cui aduenit nocumentum poſt hepar ex vino dulci eſt ſplen. Res autem non eſt ita in ægritudinibus pulmonis quando eſt retentus in cãnis quæ ſunt in eo humor groſſus. Quod eſt, quia penetratio eius in hepate eſt ex venis quæ dicuntur porta ampla ad venas ſtrictas quæ ſunt in latere eius concauo. In pulmone autem accidit contrariũ illius quod eſt, quia quod peruenit ad cãnas eius eſt poſt penetrationem eius in venis multis & digeſtionem eius in eis. Secundo dicit ꝙ oppilationes perſeuerantes tandẽ perducunt ad tales morbos qualis eſt hydropiſis. Nam ſi oppilatio in hepate fuerit ipſum debilitat, nec per eum ſinit libere tranſire chylum, ſi in poro fellis cholera reddit ad hepar, ſi in poro ſplenis melancholia, ſi in vijs vrinæ ſanguis aquoſitas, vnde multum læditur & debilitatur ſanguifica virtus, & ſuperfluitas vel chymus aut chylus a ſuo prohibitus naturali curſu circa hepar & ventrem.

paulatim aggregatur, & in tumorem eleuat quæ sunt causæ propriæ & potiores hydropisis.

Grossities præterea aeris & aquæ & quàm maxime in æstate est ex eis quæ cibum corrũpunt. Ideoque non est malum ut super ipsum uinum temperatum bibant aut aquam calidã in qua cocta fuerit xiloaloes & mastix.

In hac tertia dicit primo ꝙ grossities aeris & aquæ est de corrumpentibus cibum maxime in æstate, quia communiter aer ingrossatur ex vaporum commixtione qui calore æstiuo vel de leui corrumpuntur, vel ad corruptionem proni fiunt. Grossus igitur aer immixtus cibo quando masticatur & cum eo transiens vsque ad stomachum sua grossitie digestionem turbat, et disponit cibum ad corruptionem suis vaporibus. Idem efficit aqua grossa, & præterea moratur & morari facit cibum in stomacho sua grossitie & indigestibilitate. Secundo dicit quòd non est malum contra grossitiem aeris & aquæ bibere super cibum vinum temperatum vel aquam decoctionis ligni aloes & masticis, vt per alterum horum confortatus stomachus melius digerat, & cibus qui in eo est a corruptione custodiatur.

Ei præterea cuius intestina calida sunt & fortia cum grossum comederit cibum, frequenter accidet ut ipsius nutriens uentositates efficiat stomachum & partes eius tendentes, et ęgritudo myrachia inde etiam procedet.

Myrachia mesia.

In hac quarta dicit ꝙ frequenter accidit habenti intestina calida & fortia cum comederit cibum grossum præcipue melancholicum sicut caules fabas bouem vel ceruum, vt cibus ipsius generet ventositates extendentes stomachum & partes eius ex difficultate suæ digestionis propter ipsius grossitiem, & adustione quadam propter caliditatem viscerum, ita ꝙ conuertitur in melancholiã adustam quam plurima cõcomitatur ventositas, & inde procedit ægritudo dicta melancholia myrachia quæ est alienatio mentis proueniens ex fumis melancholicis ascendẽtibus ex myrach vel partibus ei proximis ad medium cerebri vẽtriculum. Et huius morbi quadruplicem causam assignat Princeps tertij prima. trac. quarto. cap. 18. Primo quidem suam dicens quòd myrach est causa eius cũ in ipso adunantur superfluitates nutrimenti & vapores intestinorum & aduruntur humores ipsius & conuertuntur ad genus melancholicum, & faciunt euenire apostemata aut non faciunt euenire, & eleuatur ex eis vapor tenebrosus ad caput, & nominatur hæc inflatio myrachia & melancholica myrachia. Secundo assignat causam Gal. dicens. Et ipsa multotiens eleuatur ab apostemate portanariorum hepatis, & est illud quod Gal. posuit causam in melancholia myrachia. Tertio causam Theophili dicens. Et Theophilo quidem videtur ꝙ eius causa est vehementia caliditatis hepatis & intestinorum. Quarto causam quorũdam aliorum quos non nominauit dicens. Et quidam alij ponunt causam in eo oppilationes quæ fiunt in meseraicis & si non sit apostema. Gal. vero quinto de interioribus cap. 10. sic describit causas melancholiæ myrachiæ. Sed multi propter malos humores in stomacho coadunatos vident pessima somnia, quorum somni disturbati sunt, & non solum hoc verum etiam fit alienatio mentis. Item passio quæ dicitur inflatiua & hypocundriaca nullus potest negare ꝙ non faciat infirmum tristem & ab omni bono desperatum, neque minora his eueniunt ꝙ maniosis. Item videmus hos suscepta crapula durius hac passione vexari, quorum plurimi sunt splenetici quocirca necesse est inuestigari. Nam de spene mali humores eruginosi ad os stomachi fluunt, præterea causa passionis cerebro vel oculis ab ore stomachi contingentis sunt capinosi fumi ab illis humoribus ascendentes. Hæc Gal.

Qui autem stomachum habet uacuum cum rem comedit subtilem stomachus post ipsam stringitur. Et si postea rem comedere uoluerit grossam refugiet ab ea stomachus neque eam digeret quare corrumpitur nisi inter ea tempus positum fuerit. Et in huiusmodi quidem dispositione melius est ut grossus cibus paulatim præmittatur, quoniam stomachus tunc a subtili non terrebitur.

In hac quinta dicit primo ꝙ quando cibus subtilis in alicuius stomacho vacuo recipitur stomachus se super eũ stringit amplectens hunc & retinens auide, quia famelicus & vacuus existens hunc ipsum recipit. Secundo dicit ꝙ si cibus grossus supermittatur cibo subtili taliter recepto refutabit eum stomachus, nec bene digeret ipm̃, quia iam sibi de bono subtili prouisum fuit, cuius digestio et distributio ad membra a grosso supermisso impeditur. corrumpetur ergo grossus velut derelictus a regimine naturæ, nisi inter assumptiones grossi & subtilis tantum interuenerit spatium ꝙ subtilis sit quasi digestus ante aduẽtum grossi. Tertio dicit quòd in tali casu vacuitatis stomachi melius est vt grossior ex cibis leui præferatur, quia tunc a leui non terrebitur stomachus eo quód grossior cibus in fundo stomachi recipitur auide propter famem vbi celebratur digestio melior, & illic tam cito digeri poterit sicut cibus leuis superius receptus.

Cum autem in aliquo comedente repletio superfluxerit, aut quod est in eius stomacho aliquis inundauerit motus aut aliquis misceatur potus ad uomendum erit properandum. Quod si hoc ei defecerit aut uomere non potuerit, aquam calidam paulatim bibat, quoniam repletionem deponet & somnum afferet. Ad dormiendum ergo se prosternat & quantum uoluerit dormiat. Quod si hoc nõ suffecerit aut ei non aduenerit considera si te natura excusabit expulsione bonum erit. Et si non iuua ipsum cum eo quod uentrem suauiter soluit. Et calefactum quidem cum tali qualis est trifera & zuccharum ros. egestiõem faciens aut mixtum cum pauco origano murabato. Et infrigidatum quidem cũm tali quale est ciminum murabatum & serizẽ & cambri.

In hac parte decimaquarta primo agit de remedijs quibusdam contra comestionem nimiam & inundationem cibi in stomacho & potum superfluum immixtum cibo. Secundo de repletione potus & repletione cibi quæ harũ est melior. ibi [Et potu quidem] Tertio de remedijs alijs contra repletionem. ibi [Et ex eo quod est.] In hac particula dat quatuor remedia contra repletionem superfluã ex cibo modo accepto vel cõtra inundationem motus cibi in stomacho illius qui sumpsit eum, aut contra aliquẽ potum immixtum cibo nimis abundanter. Primum est festinanter prouocare vomitum vel per impulsiõem satis profundam digiti in ore, vel per immittere in os pẽnam oleo intinctam, & titillare cum ea radice linguę, vel

Cibi superflui & eius inundatiõis remedia. 4.

per bibere oxymel cui fuerit impressa virtus raffani. Secundum est bibere paulatim aquam calidam si vomitus ei defecerit aut vomere non potuerit, quia faciendo descendere cibum repletiõem stomachi deponet & afferet somnum elongando cibum ab orificio & prohibendo multitudinem ascensus vaporum a cibo ad cerebrum. adueniente ergo desiderio somni statim se prosternat ad dormiendum vt somno iuuetur digestio cibi, & dormiat fortiter quantum voluerit. Aqua enim calida cum raro bibitur stomachum lauat & ventrem resoluit, vt ait Prin. ca. sequenti. Tertium est, casu quo aqua calida non suffecerit vel somnus non aduenerit considerare & attendere si natura expulsione. i. sua spontanea purgatione excusabit medicum ab administratione medicinæ, quod si fecerit bonum erit nec opus est alio remedio. Quartum est, casu quo natura non expulerit iuuare repletum cum suaui aliquo solutiuo ventris. Et hoc solutiuum diuersificatur secundum complexiones patientium, vt si patiens calefactus fuerit soluatur ipsius venter cum trifera vel cum zuccharo rosato laxatiuo. s. electuario de succo rosarum solo vel mixto cum pauco origano murabato, idest condito cum melle aut zucchiaro. Et si infrigidatus fuerit purgetur cum cimino murabato. i. cõditum cum zuccharo aut melle. Et cum seriezez, idest affodillo, & cum cambri, idest caule seu aqua caulis.

Et potu quidem impleri melius est quàm repleri cibo.

In hac secunda dicit ꝙ melius est. i. minus malum repleri potu q̃ repleri cibo, quia potus facilius descendit aut resoluitur, nec ita oppilat, nec adeo stomachum suo pondere grauat. Et Hip. aphorismorum secunda ait, ꝙ facile est. i. facilius est repleri potu q̃ cibo. Et Gal. quinto de regimine sani. cap̃. sexto ait, ꝙ oppilationes quæ sunt a uino sunt moderatæ, eas vero quæ a cibis quibuscunque uiscosum vel grossum operantur humorem non facile est sanare. Attende tamen quòd continuare excessum in potu vini periculosum est, & ad mortiferas perducit ægritudines. Iuxta illud Gal. tertio complexionum. cap̃. 8. Ex potatione superflui vini fiunt apoplexiæ & paralyses & subeth & alsturchai, idest lethargiæ & epilepsiæ & spasmi & thetani.

Et ex eo quod est conueniens sumere ex aloe post talem qualis est cibus hic ad magnitudinem trium cicerum aut mediam drach. aloes & mediam drach. masticis & sextam drach. baurach. Et ex eo quod est leue est sumere ex terebintina secundum quantitatem duorum cicerum aut trium, & est cum ei admisceetur quantum ipsa est aut minus ex baurach. Et ex eo quod est conueniens & uehementer laudatum est parum epithimi cum uino. Quod si nihil horum sufficerit dormiat somnum longum, & die una a comestione abstineat. Et si alleuiatus fuerit balneet se & pãnum calidum uentri superponat & nutriens subtiliet. Et si cum hoc toto non digestus fuerit & grauitatem & tensionem & pigritiam fecerit scias quòd iam uenæ repletæ sunt ex suis superfluitatibus, quoniam nutrimento multo & superfluo licet accidat ut in stomacho digeratur, raro tamen digeritur in uenis, immo in ipsis remanet crudum & extendit eas & quandoque funduntur & generat pigritiam & laborem & alyces & oscitationes. Ipse igitur medicãdus est cum eo quod ex uenis expellit. Quod si neque hoc senserit immo fatigationem tantum aliquo tempore quiescat, deinde fatigatiõis speciem medicetur cum eo quod modo nominabimus.

In hac tertia tangit primo quatuor solutiua conuenientia his qui se nimis cibo repleuerunt. Primum est sumere ex aloe cicotrino ad magnitudinem trium cicerum. De quo dicit Mesue primo simplicium cap̃. primo. Aloe est de melioribus & sublimioribus medicinis habens prærogatiuam super alias medicinas, q̃q̃. n. intentio solutiui secũdum plurimum sit debilitare virtutes & membra quæ sunt minere virtutum & afferre illis nocumentum ꝓpter illud quod diximus cadit hæc intentio ab aloe. Non enim solum non nocet immo inuenitur ad confortationem mẽbrorum debilium addere, & ad reditionem eorum in ꝓprias virtutes conferre. Secundum est sumere drach. s. aloes cicotrini et drach. s. masticis & sextam partẽ drach. vnius baurach. i. spũæ nitri. Et hoc medicamẽ est melius primo. s. aloe simplici, quia aloe solum ministratum ẽ de tarde resoluentibus, & operatio eius vix pertransit hepar, & aperit orificia venarum apertione sanguinem spargente. Mastix vero prohibet ipsum ab apertione venarum, & baurach acquirit ei solutionem facilem & protensionem suæ virtutis ad longinquas partes. Tertium ẽ accipere de terebintina quantitatem duorum aut trium cicerum. De qua dicit Prin. secundo huius cap̃. de grano viridi. Et prouocat & lenit ventrem cũ accipitur ex ea auellana vna aut nux in ieiunio absque nocumento & mundificat viscera & abstergit renes. Et Gal. quinto de regimine sanitatis. cap̃. 8. ait. Accipiunt autem ex ea quandoque quidem nucis muscatæ magnitudinem, quandoque vero duarum vel trium. Nec solum innocue ducere apta nata est, sed & viscera omnia expurgare hepar & splenem & renes & pulmonem. Quartum est conueniens & vehementer laudatum. s. bibere parum epythimi cum vino. De quo dicit Mesue in simplicibus capitulo de eo quod prærogatiuam habet super omnibus solutionem facientibus educere melancholiam. Educit enim facile sine molestia. Secundo tangit alia quatuor remedia casu quo prędicta non contulerit. primum est diu dormire super sumpto cibo, & tota vna die abstinere a cibo vt attentius natura occupetur in digestione cibi præassumpti, & ad eam longo somno iuuetur. Secundum est si repletus per hoc alleuiatus fuerit tunc balneetur in aqua calida, vt per balneum superfluitatum eductio fiat, & cibus digestus penetrationem acquirat. Deinde superponat statim ventri suo pannum calidum cuius calore confortetur stomachus ꝑgrauatus cibo, postea vtatũ cibo subtili, quem stomachus grauatus faciliter toleret & bene digerat. Tertium est assumptio fortis medicaminis trahentis a venis & educẽtis ab eis humores, sicut diagredij vel pulpæ colloquintidæ vel lapidis lazuli, si cum suffragijs omnibus prędictis cibus nondum fuerit digestus, immo induxerit grauitatẽ in hypocundrijs & tensionem in venis & pigritiam in toto corpore. Per hæc enim scitur ꝙ venæ iam repletę sunt superfluitatibus illius cibi, quia licet cibus multus superfluus in stomacho capiat digestionem, raro tamẽ bene digeritur in venis propter sui multitudinem & paruitatem venarum. & quia non eis assistunt tot membra digestionem earum coadiuuantia sicuti stomacho, immo manet in eis crudus indigestus extendens ea quandoque intantum vt ipse fundantur, & in toto corpore pigritiã inducit sua grauitate, & laborem. i. lassitudinem extensiuam aut apostemosam,

Pharmaca per his qui se nimis oppleuerit cibis.

apostemosam, opprimendo lacertos & extendendo sua multitudine, & alyces .i. extensiones brachiorum & aliorum membrorum motiuorum, & oscitationes multitudine ventositatis associantis ipsum ex opere caloris debilis in eum. Quartum est casu quo non senserit hæc .s. grauitatem tensionem pigritiam alyces oscitationes sed solū fatigationem ꝙ quiescat aliquanto tempore. Deinde succurrat fatigationi suæ spontaneæ cum remedijs eius inferius dicendis .s. cap. 16. doctrinæ præsentis.

Si uero aliquis in annis multum processerit, neque ipsum corpus ex nutrimento tantum receperit quantum suscipiebat dum esset iuuenis & eius nutrientia fiant tantum superfluitates, non tantum debet comedere quantū solebat, immo minus.

In hac parte decimasexta primo agit de subtiliatione regiminis senum a senio. secundo de illo quod sequitur ad ingrossationem regiminis, ibi. Et cum ille qui regimen ingrossare consueuerat regimē subtiliauerit. Tertio de malo quod sequitur ad subtiliationem regiminis ibi. In subtiliante vero regimen cum &c. In hac prima particula dicit ꝙ si quis multum in annis processerit ut senex a senio neque nutrimentum tantum receperit seu sustinuerit quantum recipiebat & bene ferebat dum iuuenis erat, & cibus quem recipit fiat superfluitas & non bonus sanguis, non tantum sed minus comedere debet quàm solitus erat, vt calor ipsius debilis claudicans extinctioni aptus id modicum cibi quod ipse assumit digerere valeat & ex eo aliquid sanguinis generet. Attende ꝙ senes a senio debent parum & sæpe comedere, & cibis euchimis & facillimæ digestionis vti sicut vitellis ouorum aqua carnis colatijs carnium caponibus perdicibus pullis fasianis. Parum quidem propter debilitatem sui caloris in digerēdo. Sæpe vero ad succurrendum virtuti cadenti. Vti autē cibis euchimis facillimæ digestionis vt natura non vexetur aut laboret in eorum digestione. De regimine horum dicit Gal. primo aphorismorum. commen. illius cañ. Senes facillime ferunt ieiunium. Decrepiti neque faciliter ieiunia ferunt, neque ciborum multam quantitatem accipiunt, quoniam senex est sicut lucerna ad extinguendum parata, quæ cum fere extinguatur parum olei debet administrari, quoniam si plus nimio abundauerit citissime eam extinguet. Ideo hoc ætas parum & tantillum cibi sibi postulat, neq; ad capiendum multum indurat id est tolerat.

Cibi senū.

Et cum ille qui regimen ingrossare consueuerat regimen subtiliauerit ingreditur ex aere in foramina, & hoc est quod regiminis grossitudo impediebat, sed iam nulla regiminis grossitudo impedit ea.

In hac secunda dicit ꝙ consuetus vti regimine grosso dum subtiliauerit suum regimen perueniet ad hoc ꝙ aer ingredietur poros & venas ipsius loco cibi. Et istud fieri prius prohibuit grossa diæta replens alimento venas & poros. Sed iam cum viuitur diæta tenui nulla regiminis grossities prohibet poros & venas aere repleri. Attende ꝙ aer tripliciter potest se habere ad foramina & uenas nostri corporis. Vno modo sic ꝙ intret ad eas sub tali mēsura ꝙ euentet sufficienter humiditates quas continent & non sinat eas putrefieri, neque locum occupet qui debetur humori, & id valde prodest in custodia sanitatis. Alio modo sic ꝙ repleat eas repletione phantastica locum tenens nutrimenti quod fieri solet venis & poris carētibus cibo ne vacuum fiat. Et istud est causa debilitationis virium corporis & demacrationis eius. Tertio modo sic ꝙ propter repletionem nimiam venarum & pororum ex humiditatibus aer non libere possit eas ingredi & euentare humiditates contentas in eis. & iste modus est causa potissima putrefactionis humiditatum quas continēt.

In subtiliante uero regimen cum ad ipsum ingrossandum redit accidunt oppilationes.

In hac tertio dicit ꝙ si consuetus vti regimine subtili transferat seipsum ad regimē grossum, accident in eo oppilatiōes. Cuius ratio est duplex. Vna ꝙ grossum regimē de se oppilatiuum est præcipue viarum quæ ex tenui diæta præcedente quodam modo constrictæ fuerunt. Secundo propter multiplicationem phlegmatis ex diminutione digestionis diætæ grossæ insolitæ.

Et calidorum nutrientium impedimenta emendentur cum syrupo acetoso & quàm maxime de seminibus, quoniam ipse est magis iuuans quàm omnes species syrupi acetosi si fuerit de zucchare: sed si fuerit de melle simplex sufficit.

In hac parte decimaseptima primo agit de correctiōe calidorum nutrientium. secundo frigidorum. ibi. Et frigidorum. Tertio grossorum. ibi. Et quæ ex eis. Quarto de comparatione subtilium ad grossa. ibi. Nutrientia vero. Quinto de his qui magis tolerant nutrientia grossa, & de nocumento quod ex eis tādem assequunt. ibi. Exercitati præterea. In prima particula dicit ꝙ nocumenta calidorum ciborum debent corrigi cum syrupo acetoso, & maxime cum illo qui fit de seminibus. Talis enim plus cæteris syrupis acetosis confert si de çucchare compositus fuerit, sed si ex melle fiat simplex sufficit sine seminibus. Attende primo ꝙ syrupus acetosus simplex est duorum modorum. Vnus quidē qui fit ex aceto & aqua cum çucchare mixtis, & ipse infrigidat reprimens choleram quæ ex cibis calidis oriri solet & multiplicari. Alius vero fit ex aceto & aqua cum melle mixtis, & iste infrigidat si mel paucum fuerit, minus tamen primo, & choleram rubeam cum vrina educit. Attende secundo ꝙ syrupus acetosus cum seminibus fit ex aliquo istorum duorum simplicium decoctis in eo quibusdam seibus. Et iste est duplex. Vnus est in quo sēia calida decocta fuerunt sicut semen apij & fæniculi quem describit. Prin. cap. secūdo sexti tractatus summæ primæ quinti cañ. Et ipse calefacit maxime cum melle factus, & non tollit nocumentum calidorum nutrientium nisi per accidens educendo choleram genitam ex eis cum fece aut vrina. Alius est in quo semina frigida decocta fuerunt vt lactucæ portulacæ scariolę & endiuiæ vel cucurbitæ melonis cucumeris & citruli. Et istæ quàm optime nocumenta calidorum ciborum reprimit, maxime si fuerit cum çucchero factus tam sua frigiditate quàm sua apertione qua choleram educit. Attende tertio ꝙ nutrientia calida Gal. libro de virtute cibariorum sic summatim recolligit. Quæ sunt frumentum coctum & panis de eo factus cicera fenugræcum dactyli sisamum canabis vuæ & passulę dulces apium rutha raffanus rapæ pastinacæ allia & cępe porrum antiquus caseus uinū dulce, & calidius est vinum dulce citrinum antiquū.

Cali cibi correctio.

Cibi cali

Et frigidorum quæ ex eis sunt cum hydromelle & syrupo ipsius & diacimino.

In secunda dicit ꝙ frigidorum nutrientium nocumenta quæ ex eis sunt seu derelinquunt in corporibus vtentibus eis dicunt emendari cum hydromelle & syrupo ipsius .s. oximelle & diacimino. Per hæc. n. tollitur frigiditas eorum & inciduntur phlegmata quę generant & apiūtur oppilationes quas inducere solent, licet enim non sint ex

Cibi fridi correctio.

se grossa, sæpe tamen generant grossas & viscosas humiditates. Iuxta illud Gal. libro de virtute cibariorum. cap. tertio. Nonnunquam etiam generatur accidentaliter ex cibis frigidis chymus grossus propter debilitatem caloris corporis & inobedientiam digestionis & subtiliatiōis suę, sicut accidit ex comestione fructuum ante maturitatem, & ex comestione citrullorum cucumerum carnis citri & lactis acetosi. Attende primo ꝙ hydromellis ex aqua & melle facti tres sunt modi. Vnus est hydromel multæ commixtionis quod ex quatuor aquę ptibus & vna mellis fit, & hoc calefacit & plurimum reprimit frigus ipressum per calidos cibos. Alter est hydromel mediæ commixtionis ex parte vna mellis & octo aquæ constans. De quo dicit Mesue in antidotario distinctione sexta cap. de aqua mellis ꝙ sedat sitim & valet ad ægritudines frigidas, & proprie quæ sunt i cerebro & neruis, & confert ad tussim humidam & mundificat pectus a sanie & humore grosso, & confert vijs vrinæ, & non permittit lapidem in eis generari, & mundificat per vrinam & confert colicæ, & lauat & abstergit viscera, & soluit & mundificat ventrem a fecibus, & bibitur loco vini in ægritudinibus neruorum & iuncturarum, & est bonus potus. valet ergo ad reprimendum nocumenta facta ex nutrientibus frigidis. Tertius modus est hydromel modicæ commixtionis ex sexdecim aquæ partibus vel pluribus constans & vna mellis, & is modus non reprimit sufficienter nocumenta frigidorum ciborum nisi cum speciebus calidis aromatizetur vt cum pipere gariofilis cinnamomo vel çinçibere. Attende secundo ꝙ oxymel diureticum vel squilliticū multo magis reprimit nocumenta ciborum infrigidantiū ꝗ simplex oxymel ex aqua cum melle & aceto factum, quia calefacit incidit & aperit multo plus simplici. Attende tertio ꝙ cibos frigidos sic breuiter recolligit Gal. cap. 16. de virtute cibariorum. Hordeum & omne quod de eo fit milium panicū batheca. i. melo cucurbita citrulli pruna persica & quæ declinant ad acetositatem & ponticitatem sicut vuę passulę fructus dicti palmę & radix eius lactuca endiuia portulaca papauer poma pira mala pontica sunt frigida. Cerasa vero quæ sunt acetosa sunt frigida subtilia sed acetum est frigidum subtile nocens neruis. Hæc ille.

Hydromelis modus triplex.

Cibi fridi.

Et quæ ex eis sunt grossa complexionem habens calidam cum syrupo acetoso de fortibus seminibus & complexionem habens frigidam ea corrigat cum pauco diatrionpipereon aut diacalamenti.

Cibi crassi correctio.

In hac tertia dicit ꝙ nocumenta orta ex cibarijs grossis homo calidæ complexionis corrigere debet cum syrupo acetoso de seminibus fortibus, vt seminibus apij & foeniculi. Talis. n. phibet oppilationes quę leuit ex grossis cōtingunt cibis, & incidit humores grossos & viscosos ab eis genitos, & subtiliat eos absque vehementi calefactione. Sed homo frigidę complexionis malitiam grossorum corrigere debet cum modico diatrionpipereon vel cum tantillo diacalamenti. Attende primo ꝙ diatrionpipereon ex tribus piperibus albo longo & nigro factum potest dari satis cito post assumptionem grossi nutrientis vt cooperetur ad eius digestionem. Sed diacalamentis seu diacalamentum non debet dari post cibos grossos donec in stomacho digesti fuerit, ne sua virtute subtiliatiua & aperitiua forti cibos penetrare faciat ante sui digestionem. Iuxta illud Gal. quarto de regimine sani. cap. 11. Pharmacū diacalamentis mane est vtendum secundum matutinalem fricationem ante exercitia & balneum. Et post cibum nō est vtendum diacalamentis neque aliquo alio pharmaco, quod fortiorem redditionem, idest penetrationem facit. Non enim reddi tunc melius est sed digeri quæ assumpta sunt. Melius igitur eis est quę auxilio aliquo ad digestionē indigent in hoc tempore dari pharmacum diatrionpipereon simplex, sed & ipsum piper solum vtile nunc si maior est necessitas & pharmacum ex succo citoniorum factum. Hæc Gal. Attende secundo ꝙ Gal. cap. sequenti. miro modo extollit diacalamentum in oppilatione mēbrorum solidorum dicens, ꝙ cum in solidis & non in venis fuerit humores crudi cum vlceroso labore omnium optimum pharmacorum est quæ cognosco quod diacalamentis dicitur. subtiliat enim grossa & viscosa & euaporat & vrinam mouet & menstrua mulieribus. Attende tertio ꝙ cibi grossi nominati a Gal. libro de virtute cibariorum. cap. tertio sunt lenticulæ lepores glandes fungi fabę hepata oua dura & frixa lac decoctione inspissatum vbiecta mustum coctum expressum ex vua grossa immatura, caro ceruina vrsina bouina ventres & intestina lupini grana pini rapę faseoli panis azimus dactyli fungi sisamum lagana cerebella omnia crispulę melongię pisces duri viscosi caseus aures & labia & extremitates musculorum.

Cibi crassi

Nutrientia uero subtilia magis sunt sanitati conuenientia & conseruantia, & uirtutem minus iuuant & fortitudinem & grossa sunt istis contraria. Ei igitur qui confortatione indiget nutrientia fortis chymi sunt necessaria & uehementis famis contrarium. Verumtamen ex eis non multum comedat ideo ut digerantur.

In hac quarta dicit primo ꝙ cibi subtiles magis conueniunt sanitati seruandę & eam magis conseruant sed minus iuuant virtutem corporis. i. robur eius & fortitudinē mēbrorū præsertim motiuorum. Et cibi grossi contrariū faciūt. Ratio primi est, quia subtiles facilius feruntur & digeruntur leuius ꝗ grossi, & sunt minus superfluici nō oppilatiui, & liberius transeunt per venas strictas similes capillis. Et secundi causę sunt his contrarię, scilicet ꝙ grossi sunt difficilioris digestionis grauiores stomacho magis superfluici sæpe oppilantes difficilis transitus per vias strictas. Et causa potissima custodię sanitatis est ꝙ viæ ciborum & superfluitatum maneant apertæ quatenus libere penetret cibus ad membrorum nutritionem. & superfluitates sine impedimento transeant ad expulsionum vias. Sed causa quare grossi fortificant & subtiles nō sic est quia grossi vertuntur in partes corporis compactas stabiles et firmas subtiles autem fiunt raræ corporis partes subtiles teneræ cito resolubiles, & iterū sanguis & spiritus ex grossis geniti sunt plus corpulenti & magis resistunt resolutioni. Et ista sunt intelligenda quando vterq; grossus & subtilis bene digeritur, quia nec subtilis sanitatem seruat, nec grossus fortificat nisi digeratur. Secundo dicit ꝙ nutrientia grossa fortis humoris & stabilis nutritionis sunt illi necessaria qui confortatione. i. corroboratione corporis indiget sicut illi quem pparare volumus fortibus exercitijs, & sunt contrarium vehementis famis. i. magis sedant rabiosam famem ꝗ cibi subtiles, quia diutius in stomacho permanent & fortius resistunt resolutioni quę est causa rabidę famis. Sed famelicus ex his quoq; vice modicum nō multum comedat vt ea melius digerere valeat iam ex fame debilitatus. Iuxta illud Gal. libro de virtute cibariorum. cap. tertio. Oportet illum qui comedit cibos grossos propter necessitatem dominij appetitus in eis vt paucos ex eis accipiat non incommixtos. i. non solos sed cū subtilibus neque assuescat eis. Et paulo ante eodem cap. docet quando & quibus grossi conueniunt dicens. Cibaria grossa cum inueniunt corpus calidum multi laboris ante cibum & multi somni post cibum digeruntur & nutriunt corpus nutrimento plurimo adherente, & confortant

confortatione

confortatione plurima. Et melius est q̄ sumantur hæc edibaria in hyeme propter aggregationem caloris in interioribus corporis & longitudinem somni. Hæc ille.

Exercitati præterea & multi laboris magis sunt tolerantes nutrientia grossa quos forsitan in digerendo ea iuuat fortis somnus, & quia in ipso fiunt profundi. Sed accidit eis propterea quòd multum sudant & ex eorum corporibus multa resoluitur quantitas quòd ipsorum hepata ex nutriente rapiunt illud qd nondum fuit digestum, & præparat eos ad ęgritudines perniciosas in fine uitæ aut in eius principio, & proprie quia sunt in sua confidentes digestiua quod ex sua habent dormitione quod destruitur cum eis frequentes accidūt uigiliæ proprie cum senescunt.

Laborantium cibi.

In hac quinta dicit primo quòd homines qui se fortiter exercitant & multum laborant grossos cibos plus tolerant quàm ociosi, & forsitan iuuantur in digerendo eos a forti somno, quia communiter somni laboratorum sunt multū profundi. Nam natura satagens fatigationi laborum succurrere & spiritus abunde quos labor resoluit somnò reparare prorogat hunc quantum potest quadam inducta necessitate. Dicit tamen forsitan, quia aliqui laboratorum sicci cerebri male dormiunt. Eiusdem sententiæ meminit Gal. primo de alimentis capitulo secundo. Quoniam autem inquit in his qui multum laborant somni profundiores fiunt, & hoc multum ipsis ad digestionem confert propter hoc minus a prauis edulijs lęduntur. Si autem cogas ipsos vigilare pluribus consequēter noctibus mox ægrotabunt. Illi quidem igitur hoc unū solum bonum habent ad digestionem malorum ciborū. Secūdo dicit q̄ accidit hominibus multi exercitij & plurimi laboris q̄ hepata sua rapiunt ex cibo aliquid a stomacho prius q̄ fuerit ibidem digestus, quia multum sudant & plurima quantitas tam substantifici q̄ nutrimentalis humidi ab his resoluitur, vnde fit q̄ membra plurimum inanita sugunt a venis, venę ab hepate, hepar a stomacho res indigestas. Iuxta illud Gal. capitulo nunc allegato. Carnes.n. vacuæ eripiunt ex ventre non solum semidigestum, sed etiam penitus indigestum aliquando humorem quando post cibos laborant. Tum propter necessitatem reparationis resolutorū. Tum ex forti calore per motum acquisito vehementer trahente. Tertio dicit q̄ raptus vehemens indigesti cibi per hepata laboratorū disponit eos ad morbos perniciosos vt paralyses hydropises arthriticas apoplexias spasmos in fine vitæ vel in principio senij quod est initium finis vitæ maxime quia confidunt in fortitudine suæ digestiuæ quam consequi solent ex suis somnis profundis, sed hæc fortitudo digestiuæ cessat & deficit eis quādo vigiliæ sæpe eis accidunt quod cōmuniter euenit in ætate senij vel senectutis propter deficcationem naturalis humiditatis suorum cerebrorum. Et propter abundātiam humoris nitrosi in corporibus senū cuius vapores excitant vigilias & impediunt somnū. De istis dicit Gal. capitulo prædicto. Et p̄p̄ hoc.s. p̄p̄ attractionem cibi indigesti ægritudinibus grauissimis posterius isti ægrotant & ante senectutem moriuntur.

Fructus præterea recentes non sunt boni nisi laboriosis exercitatis cholera rubea abundantibus & in æstate. Et eos ante comestionē comedant. Et ipsi quidem sunt sicut chrysomela & mora & melones & persica & pruna. Quod si alijs regantur rebus & non istis erit melius, quoniam omnis res quæ sanguinem aquositate implet quæ in corpore ebullit sicut succus fructuum extra, licet ea hora iuuamentum præstet, tamen ipsum ad putrefactionem parat. Et similiter illud quod sanguinem humore implet crudo, licet quandoq̄ conferat sicut cucumeres & alcheted. Et propter hoc qui his nutrientibus multū utuntur febribus fiunt apti, licet prius infrigident. Et tu quidem scire debes quòd humori aquoso plerunq̄ accidit ut fiat pus, & hoc erit cum non resoluetur & in uenis remanserit. Et cum isti exercitijs uti ceperint antequam huiusmodi aggregent aquositates, & ilico cum fructus comederint etiam excitentur resoluentur aquositates istæ & minuetur impedimentum quod per eas habent. Oportet præterea ut qui fructus comedit post ipsos incedat, deinde super eos comedat aliquid ad hoc ut labantur.

Fructuum vsus regulæ.9.

In hac parte.17. primo agit de recentibus fructibus quibus, & quando competunt, & de suis effectibus. Secūdo de effectu nutrientium generantium aquositates & viscosos humores & cholericos. ibi [Nutrientia vero.] In prima particula dat nouem regulas circa vsum fructuū & effectus suos & repressionem suæ malitiæ. Prima est fructus recentes non conueniunt nisi laboriosis hominibus & exercitatis & abundantibus in cholera rubea & tempore æstiuo. Et intelligitur hæc regula de fructibus frigidis & humidis vt cerasis prunis persicis. De quibus secundo de alimentis capitulo secundo dicit Gal. Sunt autem omnia hæc mali chymi. Et solummodo utiq̄ quis ipsis in profectum vtitur fatigatus ex prolixioribus itineribus & suffocatione vehementi. Tunc.n. prosunt mitigātia quidem ariditatem corporis, infrigidantia autem mediocriter quando quis ipsa frigida assumit. Humectare quidem igitur semper habent, infrigidare autem non habebunt calide dispositionis vt dictum est. Non.n. tātum frigida proprijs complexionibus sunt vt & si calida offerantur infrigident ventrem. Indigent igitur superadiecta frigiditate contrariante caliditati earum quæ sunt secundum ventrem & hepar partium. Hæc Gal. Secunda est fructus recentes comedendi sunt ante cibos alios. Et hanc intellige de fructibus accipiendis gratia refrigerij & humectationis & de lenitiuis ventris & de fructibus stypticis cum sumuntur gratia restringendi ventrem, vt piris & citonijs. Nam præmissi cibi sua stypticitate ventrem stringunt & postpositi eis deprimunt alios ad inferiora conferentes ad digestionem & secessum facilem, licet sint styptici. Causa vero quare refrigeratiui & humectatiui præferuntur cibis est vt appetitum comedēdi excitent, choleram reprimant, sanguinem temperent, & ne corrompantur si vel postponantur vel immisceātur alijs ferculis tardioris digestionis. Et ut efficacius prędicta operentur expedit & interuallo aliquo ante cibos alios accipiantur, & modicum vini subrubei aut albi fortiter limphati superbibatur vt leuius transeant suæ roridæ partes ad hepar & venas & feruorem temperent choleræ & sanguinis. Et licet regulariter & vt in pluribus dicti fructus precomedi debeant, quandoq̄ tamen post alios cibos accipiuntur, vt salsuginem horum vel acumē mitigent, vel feruorem pectoris aut cerebri temperent in dispositis ad maniam vel ad phrenesim vel ad causam pectoralium, sicut notatum est parte tertia capituli præsentis. §. illo.

Veruntamen quandoq; necesse est aliquem cibum aut rē similem cibo super alium mittere cibum qui sit ei sicut medicina. v.g. sicut illi qui nutrienda acuta comedunt aut salsa, deinde post tempus in quo nondum completa fuit digestio consequenter eis adiungunt res humectantes. Tertia regula gratia exempli nominat hos fructus de quibus dictæ regulæ intelliguntur. Primus est chrysomela. Secundus mora. Tertius melones. Quartus persica. Quintus pruna. De chrysomelis quidem dicit Gal. 2. de alimentis. cap. 10. In persicorum genere & hæc sunt differentiam quandam habentia ad melius. Neq; n. similiter corrumpuntur secundum ventrem neq; acetosantur videntur autem multis delectabiliora, & propter hoc meliora stomacho. Et in aggregatorio Serapionis. capitulo de eis scribitur q laxant choleram & generant humores grossos. Et iterum ibi auctoritate Rasis. Quidam patiebatur fumositates ab aliquo humore existente in stomacho suo & dedi sibi in cibis de chrysomelis recentibus, & sedatus est fumus ille, quare post hoc usus est infusione eorum assiduæ. Et ego non credo q reperiatur cibus aliquis frigidior stomacho & magis lucratiuus stomachi q ipsa, & sunt meliora stomacho q persica, & auferunt fastidiū cibi. Et qui vult ea comedere sine nocumento sumat post illa anisum & masticem de vnoquoq; drac. i. vel drac. ij. & bibat postea vinum purum bonum aut vinum dulce coctum vel mel. De moris autem scribit Serapion in aggregatore auctoritate Gal. q maturi mori sapor est dulcis stypticus, & virtus eius tertia est, quæ mollit ventrem, & succus eius confert multum in medicinis oris, & rob eius iuuat in multis in quibus est necessaria stypticitas pauca. Sed immaturorum sapor est stypticus acetosus. Et virtus eorum secunda est quæ retinet. Et virtus tertia est virtus quæ retinet ventrem retentione forti, & conferunt vlceribus intestinorum & fluxui, in omnibus ægritudinibus quæ fiunt a fluxibus humorum, & admiscentur postquā teruntur cum cibis sicut sumach. Et qui vult ex eis sumere in potu potest cum aqua aut cum vino. Et mora quando inueniunt stomachum purum & comeduntur ante cibum egrediuntur a stomacho cito, & properare faciunt exitum aliorum ciborum. Quando vero comedunt post cibum & in stomacho sunt humores cito accelerant ad corruptionem, & corruptio eorum est multum nociua. Et quando mora non corrumpuntur in stomacho sine dubio humectant, & non infrigidant nisi quando comeduntur sola. Et quod euenit ex comestione eorum corpori est nutrimentum paucum sicut ex cibo melonum nisi quia mora non sunt ita nociua stomacho, nec ita prouocatiua vomitus sicut melones. Hæc ille. Et de moris est regula communis q sola inter fructus comedi debent ante plenam maturitatem. s. media inter rubea et nigra. Et dū comeduntur integre matura generant febres putridas anthraces & carbunculos, & multiplicari solent tempore pestilentiæ. De melonibus autem scribit Serapion auctoritate Ga. capitulo de eis. Melonis maturi substātia est subtilis, & non perfecte maturi substantia est grossa. Et virtus prima est virtus quæ infrigidat & humectat in tertio gradu. Et secunda virtus est quæ incidit & abstergit. Et tertia virtus est quæ prouocat vrinam & mundificat cutem, & proprie semen eius quando desiccatur & teritur & cribratur & administrat in lauatoriis corporis. Et Gal. secundo alimentorum. capitulo quarto melones pepones vocat, & de ipsis ait. Tota quidem igitur natura ipsorum est frigidior cum humiditate copiosa. Abstersiuum autem aliquid habent propter quod & mouent vrinas, et secedunt facilius. i. ventrem laxant magis cucurbitis & melopeponibus: idest longis melonibus. Quod autem abstergunt potes addiscere refricando sordidam cutem, propter quod & si morpheam quis habeat siue lentigines in facie vel alphos: idest maculas superficiales abstergūt & hos. Eo autem quod velut caro ipsorum semen abstergit magis quare ad arenosos renes congruit. Paruum autem operatur chymum in corpore, & magis quando non bene digeritur, tunc autem & colicos facere consueuit. Et enim ante corrumpi ad vomitum idoneus est ampliusq; comestus, nisi aliquis super ipsum aliquod euchymorum eduliorum comederit mouebit omnino ad vomitū. Sed de persicis ait Gal. secundo de alimentis capitulo. 19. q & horum succus & q velut caro facile corruptibilis est, & omni quidem prauus. Quare non oportet sicut quedam post aliud alimentum offerre, corrumpuntur enim supernatantia. Meminisse autem oportet huius quod est commune in omnibus quæcunq; cacochyma humidaq; & lubrica & facile subire potentia propter hoc oportet comedere ipsa priora aliis. Sic enim ipsa celeriter subeunt et illis viā faciūt. Vltima autē sumpta simul corrumpunt et alia. Sed Serapion in aggregatore, capitulo de eis, auctoritate Diascoridis ait. Matura ex persicis sunt bona stomacho & molliunt ventrem, immatura vero stringunt, & quando desiccantur stringunt fortius. Et decoctio siccorum quando: scilicet bibitur prohibet fluxum humiditatum ad stomachum & ventrem. Et quādo sicca trita puluerizantur super locum vnde fluit sanguis abscindunt eum. De prunis vero dicit Gal. capitulo trigesimo, secundi alimentorum. Alimentum quidem igitur paucissimū ex fructu isto corpus accipit. Vtilis autem est humectare & infrigidare mediocriter ventrem volentibus. Subducunt autem ipsum & hæc propter humiditatem & viscositatem sicut & alia quædam prædictorum. Inest autem ipsis exiccatis esse vtiles sicut ficubus. Et opinionem habent multi optima aliorum esse quæ apud Syriam in Damasco nascuntur. Secunda autem post hæc quæ apud hyberiam Hispaniam nominatam. Optima autem ipsorū sunt quæcunq; mediocriter stypticantia magnaq; sunt & laxa. Quæ autem parua & dura & pontica praua ad edulium sunt, & ad ventris subductionem. Decocta autem in mellicrato habente plus mellis sufficienter laxant. Et si sola quis comedat ipsa & multo magis si superforbeat mellicratum. Palam autem q confert subductioni ventris post oblationem ipsorum superbibere dulce vinum & interrumpere aliquod tempus, & non mox prandere post ipsa, sed & hoc commune omnium quicunq; laxant ventrem in memoria habeatur. Quarta regula est, melius est ad conseruationem sanitatis regi cibis aliis ut carnibus electis & non dictis fructibus. Cuius ratio est, quia omne quod implet sanguinem aquositate ebulliente in corpore sicut mustum & alii succi fructuum bulliunt exterius in vase præparant sanguinem ad putrefactionem, licet pro hora qua sumitur iuuamentum præstet humectationis & refrigerii uel lenitionis. Hac de causa Princeps febricitantibus prohibuit fructus quarti primi tractatu secundo, capitulo septimo dicens. Et omnes fructus nocent febricitanti cum ebullitione sua & corruptione sua in stomacho. Inest autem hæc ebullitionis proprietas succis fructuum tam interius in humano corpore q exterius in uegete ex calore solis derelicto in eis cum maturabantur. Relinquantur ergo pro securiori recentium fructuum usus, & maxime remollitorū quos uulgus blestos uocat. Sunt enim semiputridi & immaturorum & uermes habentium & tempore suspecto de pestilentia. Et cū comeditur de melioribus aliquid sit illud modicum & de uno tantum in una refectione. Quinta regula est. sicut illud quod replet sanguinem aquositate præparat ipsum ad putrefactionem sic quòd implet ipsum humore crudo phlegmate: scilicet uiscoso indigesto sicut cucumeres alchened: idest citrulli disponunt ipsum ad putrefactionem. Replens quidem aquositate sanguinem præparat putrefactioni propter ebullitionem contingere solitam illi aquositati. Sed replens humore crudo seu phlegmate uiscoso

præparat

Chrysomela.

Mora.

Melones.

Persica.

præparat ſanguinem ad putrefactionem oppilando ſibi vias & prohibendo eum ab euentatione qua indiget. Oppilatio vero potiſſima cauſa eſt febrium putredinis. Sexta regula eſt. illi fiunt apti febribus qui multum vtuntur his nutriẽtibus. ſ. iplentibus ſanguinẽ aquoſitate uel humore crudo, quia præparant ſanguinem ad putrefactionem. Putrefactio vero eſt cauſa quaſi immediata & coniuncta putridæ febris, licet a principio conferant infrigidando & humectando. Septima regula eſt. humor aquoſus relictus in venis iterdum fit ſanies. Et iſtud fit cum non reſoluitur ſed remanet in venis vbi ſi non putrefiat conuertitur in hypoſtaſim quæ cum vrina exit, & ſi putrefiat putredine forti effumante ad cor tunc generat febrem, ſed ſi putrefiat putredine modica non effumante vſque ad cor in ſaniem vertitur. Nam natura faciens de poſſibilibus quod melius eſt tentat primo ex eo facere alimentum dealbando ipſum, quod ſi non poſſit in hypoſtaſim albam ipſum conuertit, & ſi id non poſſit facit inde ſaniem quam cum vrina expellit. Iuxta illud Princ. primi ſecunda. doctrina tertia. ſumma ſecunda. capitulo tertio. Et eſt cum ſanus euacuatus qui exercitium reliquit mingit vrinam ſicut pus & virus tenue quo ipſius purgatur corpus, & eius aufertur laxitas quam exercitij dimiſſione conſecutus eſt. Octaua regula eſt. cum poſt vſum fructuum replentium ſanguinem aquoſitatibus vſi eis ceperint exercitijs vti prius ꝙ in venis aggregatæ fuerint & multiplicatæ dictæ aquoſitates, & etiã ſtatim poſt eorum eſum ſe exercitauerint reſoluẽtur aquoſitates huiuſmodi per exercitium, & diminuentur incommoda quæ ex eis ventura erant. Quorum primum eſt diſpoſitio ſanguinis ad putrefactionem. Secundum prohibitio conuenientis inuiſcationis & adhærentiæ nutrimenti ad membra. Et tertium conuerſio dictarum aquoſitatum ad ſaniem, qua contenta in venis inficiuntur & vrinæ viæ quãdoq; aſſiduo ſuo tranſitu per eas excoriantur, cum ſanies ex ſe ſit acuta mordax & vlceratiua. Nona eſt. ſtatim poſt fructus comeſtos eſt deambulandum deinde ſuper eos aliquid edendum vt partim per motum partim per cibum ſuperaſſumptum labãtur inferius, & cito digeſti tranſeant ad mẽbra refrigerij cauſa vel humectationis. Attende quòd duplex exercitium poſt fructus conuenit. Vnum ſuaue deambulatiuum ſtatim poſt eorum aſſumptionem vt leuius deſcendant ad fundum ſtomachi. Aliud fortius ilico poſt ſuam ſecundam digeſtionem vt aquoſitates ex eis genitæ ſtatim reſoluantur prius ꝙ in uenis accumulentur.

Exercitiũ poſt fructus duplex.

Nutrientia uero quæ aquoſitatem generant & humorem crudum & choleram generant febres propterea quòd ea quæ ex ipſis ſunt aquoſa faciunt ſanguinem putrefieri, & quæ ex eis ſunt uiſcoſa & groſſa, propterea quòd foramina claudunt, & ex eis cholerica ideo quòd corpus calefaciunt & propter ſanguinis acuitatem quæ per ea generatur.

In hac ſecũda dicit quòd tria ſunt gñia nutrientium generantium febres. Primum eſt nutriens quod ſanguinem implet aquoſitate ſicut dicti fructus. Secundum eſt illud quod generat humorem crudum uiſcoſum, ut caſeus recens porcus, anguillæ, citrulli, cucumeres. Tertium eſt nutriens multiplicans choleram, ut allia, cepe, porri. Primum quidem febrem generat, quia ebullitione ſuæ aquoſitatis ſanguinem perducit ad putrefactionem. Secundum uero propterea ꝙ humor groſſus uiſcoſus ab eo genitus oppilat poros & uenulas ſtrictas quare retinentur fumi capnoſi nec humores bene poſſunt euentari. Sed tertium ideo generat febrem, quia corpus & cor ſupercalefacit calore extraneo, & ſanguinem acuit atq; cholericũ efficiens ipſum pronum inflammari.

Olera uero cholerica quandoque multum conferunt in hyeme quemadmodum quæ ex eis ſunt inſipida, quandoque multum conferunt in æſtate.

In hac parte. 18. primo agit de vtilitate olerum tam cholericorum ꝙ inſipidorum. Secundo de remedijs contra malos cibos cum neceſſe eſt eis vti. ibi ⌊Quod ſi alicui.⌉ Tertio de remedijs contra nocumenta dulcium. ibi ⌊Et cui quidem.⌉ Quarto de remedijs contra nocumenta acetoſorum. ibi ⌊Et cui acetoſum.⌉ Quinto de remedijs contra nocumenta vnctuoſorum & aliorum ſaporũ. ibi ⌊Et ſimiliter vnctuoſi.⌉ Sexto de modo regendi repletos malis humoribus ſubtilibus. ibi ⌊Cum vero alicuius.⌉ Septimo de regimine corporis facile reſolubilis. ibi ⌊Et illum cuius.⌉ In prima particula dicit primo ꝙ olera cholerica ſicut allia cepe porri petroſelinum naſturtiũ quandoq; plurimum in hyeme cõferunt. Primo quidem quia armant corpora contra frigus. Secundo quia reſiſtũt malitijs aquarum & pruinarum quæ tunc inualeſcunt propter ſolis impotentiam ad purificandum aerem & aquas. Tertio quia reſiſtunt multiplicationi phlegmatis & frigori ipſius quod communiter in hyeme abundat & incidunt viſcoſos humores. Quarto quia aperiunt oppilationes quas ſuo frigore ſæpe inducit hyems. Secundo dicit ꝙ ſicut olera cholerica quandoq; conferunt multũ in hyeme ſic inſipida olera, ſicut ſpinachia lactucę violariæ portulacæ multum proſunt in æſtate, quia contra æſtus corpora noſtra armant, choleram reprimunt, ſanguinẽ temperant, reſolutionibus pñimis quæ tũc fiunt obſtant, neq; putredini ſunt ita diſpoſiti vt fructus recentes.

Oleꝝ caſo rũ vſus.

Olerũ inſipidorum vſus.

Quod ſi alicui neceſſarium fuerit nutrientia comedere mala, paucis uicibus & non frequentibus eis utatur & cum eis miſceat quod ſit eis contrarium.

In hac ſecunda dat duo remedia generalia contra malos cibos cum coactus fuerit aliquis vti eis, vel quia non habet bonos aut ſatis de bonis, vel quia erubeſcit alijs comedentibus malos expectare bonos relictis malis, vel quia notari timet de ſingularitate & leccacitate cum non contentantur aliorum cibis, uel per intemperantiam cogitur friandula lingua ipſius malos præferre bonis vel aſſumere malos relictis bonis. Primum remedium eſt raro non frequenter malis cibis vti. Nam qui raro malis vtitur maxime cum delectatione natura corrigit eorum malitiam neq; perdurat, ſed qui frequenter malis cibis veſcitur acquirit ab eis habitum malitiæ & inde alteratur natura eius iteratis vicibus ſicut gutta cauat lapidem.

Ciborum malorũ ſumẽdorum ratio.

Secundum eſt ꝙ admiſceat eis ſuum contrarium, vt ſi peccent in caliditate commiſceat frigida. Si in frigiditate calida. Si in oppilatione aperitiua. Adde tertium quòd parum ea eis quaq; vice ſumat. Iuxta prouerbium. Modicum non nocet niſi modicum, vt natura potentior fiat ad corrigendum malitiam eorum.

Et cui quidem res dulcis nocumentũ præbet acetoſa bibat ſicut & acetũ & granata et ſyrupũ acetoſum fcm̃ ex uino acri & citonijs & his ſimilia, & uſum habeat euacuandi.

In hac tertia dicit primo quòd ille cui dulcia nocent bibat aut comedat aliquid acetoſum vt bibat acetum uel comedat grana granatorum acrium vel ſyrupum bibat acetoſum factũ ex vino acetoſo & citonijs & ſimilia his,

Ciborum dulciũ correctio.

Dulciũ nocumenta.

ficut fuccum vuæ acerbæ vel fuccum berberis. Attende q ex vfu dulcium tria nocumenta timentur in his qui ad ea proni funt. Primum eft faftidium propterea q dulcia fuis caliditate & humiditate leniunt & applanant orificium ftomachi inducentes illic difpofitionem contrariã inanitioni & corrugationi partis illius quæ funt caufa famis. Secundum eft velocitas inflammationis eorum & conuerfationis in choleram. Tertium eft oppilatio hepatis. Contra hæc tria valent acetofa, quia appetitum fua acetofitate prouocant & fua frigiditate inflammationem prohibent & fubtilitate fuæ fubftantiæ oppilationes aperiunt. Secundo confuluit vt ille cui dulce nocumẽtum præbet, vfum habeat euacuandi poft cõtinuationem dulcium, vt per euacuationem faftidium tollatur & cholericus humor ex dulci genitus euacuetur & hepar oppilatũ aperiatur. Et ad hoc opera fublime pharmacum eft reubarbarum cum endiuia & fpica & pauco vino albo.

Et cui acetofum nocuerit poft ipfum mel fumat aut uinum antiquum, & hoc quidem faciat ante maturationem & digeftionem.

Acetofonũ correctio et nocumẽta.

In hac quarta particula dicit q ille cui nocent acetofa poftea fumat mel aut vinum antiquum ante digeftionem aut maturationem acetoforum. Attende primo quod nocumenta aceti & acetoforum prouenire folita in difpofitis ad hæc funt. Primum quidem infrigidatio & deficcatio quibus nocet plurimum naturalibus melãcholicis. Secundum exafperatio gutturis. Tertium punctio orificij ftomachi fi vehemens fuerit acetofitas eius. Quartum conftrictio pectoralium & excitatio tuffis. Quintum nocere generaliter omnibus membris neruofis & iuncturalibus fua veloci penetratione qua ducunt eis fuperfluitates & perueniunt ad ea cum fuis nocentibus infrigidatione & exiccatione. Et his fere omnibus obuiant mel & vinum vetus præcipue dulce, quia guttur leniunt, os ftomachi mulcent, pectus dilatant, tuffim non commouent & compefcunt, & fua caliditate membra neruofa & iuncturalia confortant. Attende fecundo quòd ad obuiandũ nocumentis acetoforum iubet. Princeps poft hæc quòd mel affumatur aut vinum antiquum prius quàm compleatur digeftio acetoforum in partibus aptis nutritioni vel maturatio in fuperfluitatibus eorum, quia plurima fuorum nocumentorum proueniunt ab eis ante complementum fuæ digeftionis in ftomacho ficut exafperatio gutturis, infrigidatio & exiccatio ftomachi, conftrictio pectoralium, prouocatio tuffis, mordicatio oris ftomachi.

Et fimiliter unctuofi nocumentum pontico emendaĩ ficut funt caftaneæ & grana myrti & filiquę de fyria & anabat & zarore, & amaro ficut enula muraba & falfo & acuto ficut caugamach & allijs & cepis & econuerfo.

Vnctuoforum nocũ correctio.

In hac quinta particula dicit primo quòd nocumenta vnctuoforum vt butyri axungiæ medullarum offium cerebrorum & oleorum corrigũtur quatuor modis. Primo per pontica defuper accepta ficut funt caftaneæ & grana myrti & filiquæ de fyria: ideft grana xylocaracte de regione fyriæ, & anabat: ideft mefpila vel fructus fimilis eis & zarore: ideft forbæ, & eft fructus fimilis piro in figura. de quo dicunt quidam quòd non eft forba fed fimilis forbæ. Secundo per amara vt funt abfinthium amygdalæ amaræ, nuclei prunorum & perficorum, enula muraba: ideft radix enulæ campanæ condita. Tertio per falfa ficut funt falis fpecies & pifces & carnes in falmuria diu cuftoditi vel fale plurimo prius confperfi, & caugamach: ideft cibaria fimplicia & compofita quæ comeduntur poft cibum ficut cappares & oliuæ. Sic enim exponitur in fynonymis Auicen. & in marginali gloffa litteræ præfentis. Et fub nomine caugamach cadunt etiam acuta quæ poft cibum comeduntur ut compofta quadragefimalis, anifum cõditum, cinnamomum conditum, & fimilia. Quarto per acuta ut per allia & cepas, zinçiber & piper, gariophyllos & finapium. Attende quod nocumenta unctuoforum funt fedare appetitum inducere naufeam aut faftidium, aut natare in ftomacho et effe caufa natationis aliorum ciborum tarde defcendere cito inflammari. Iftis incommodis primo obftant pontica, quia fua ponticitate deprimunt inferius cibos unctuofos & orificium ftomachi relaxatum per eos rugant & inaniunt per uiam expreffionis & fua frigiditate & terreftreitate prohibent eos inflammari. Amara uero uehementer abftergunt craffitiem unctuoforum a fuperficie ftomachi, Salfa & acuta incidunt & uias referant unctuofis cibis & reprimunt horum unctuofitatem, ficut clare apparet dum linguæ offeruntur unctuofa mixta falfis. Tunc enim tollitur abominatio unctuofitatis, & fapor eorum fit gratus guftui. Secundo dicit & econuerfo: ideft ficut fapor unctuofus emendatur pontico & amaro falfo & acuto, fic ponticum amarum falfum & acutum emendari folent unctuofo cibo, quia cibus unctuofus reprimit aufteritatem pontici & fortitudinẽ fuæ contractionis & expreffionis, & uehementiam abfterfionis & exafperationis amari & fortitudinem abfterfionis & ablutionis & deficcationis falfi, & fuperabundantiam acuminis & refolutionis & incifionis acutorum.

Vnctuoforum nocumenta.

Cũ uero alicuius corpus malis fuerit repletum humoribus cum fubtilitate ipfum nutriẽtibus laudabilibus copiofe ipfum refice.

In hac fexta particula refumit unum quod æqualente præmifit. §. illo feptimæ partis capituli præfentis. Et fæpe etiam conceditur ei in cuius corpore mali habentur humores, ut rem bonam largiter comedat & propriè cum non patitur uentrem fibi folui propterea q eft debilis. Refumit itaque ut addat quibus humoribus corpus repletum copiofam exigit & fuftinet refectionem. Et dicit. refice copiofe cibis laudabilibus corpus repletum malis humoribus fubtilibus & cholericis. Cuius ratio tacta eft fuper. §. prædicto.

Et illum cuius corpus ad refoluendum facile fuerit nutri humido quod uelociter digeratur. Galenus inquit humidum nutriens eft qđ ab omnibus qualitatibus eft feparatum & eft quafi infipidum, quoniam neque eft dulce neque acetofum neque amarum neque acutum neque ponticum neque falfum.

In feptima particula dicit primo quòd homo de facili refolubilis eft nutriendus nutriente humido facilis digeftionis. Humido quidem ad reparationem uberem refolutorum & facilis digeftionis, quia rarum corpus eft debile & debilis digeftiuæ, impotens digerere groffa difficilia. Vel quod uerius eft quia nutrientia fubtilia facilis digeftionis funt conformiora raris corporibus. Et intellige fub hominibus raris pueros & molles delicatos teneros medij caloris & cholericos uehementer extenuatos. Secundo declarat auctor. Galen. quid eft hoc humidum nutriens quo ifti debent refici dicens. Quod humidum nutriens fecundum Galen. eft id quod eft feparatum feu elongatum ab omni excellenti fapore ita q nec eft dulce magnæ dulcedinis neq; acetofum neq; amarum neq; acutum neq; ponticum neq; falfum, fed quafi infipidum

pidum vel dulcedinis remissæ. Nam qualitas excellens plus attinet medicinæ quàm nutribili humido. Tertio dicit quòd homo rarus melius tolerat nutriens grossum quàm solidus compactus. Et hoc tertium dictum cum primo dicto particulæ præsentis fuit prius tactum ∻ illo particulæ septimæ capituli istius. Cum vero alicuius corpus rarum fuerit et ad resoluendum facile nutriendus erit ex nutriente humido quod cito digeratur, licet rara corpora magis tolerare possint nutrientia grossa & diuersa. Sed hic ea repetit ut addat secundum dictum declarãs auctoritate Gal. quid est hoc nutriens humidum.

Nutrientia quoque sicca assidue comedere fortitudinem cadere facit & colorem corrumpit & naturam siccat. Et ex unctuoso fit ociositas & aufertur desiderium. Et ex frigido fit ociositas & subtilitas. Et ex acetoso fit senium. Et similiter ex acuto. Et ex salso fit stomacho nocumentum, & salsum etiam impedit oculum. Amplius cum unctuosum nutriens & conueniens comeditur post malum nutriens corrumpet ipsum.

In hac parte decimanona. Primo agit de nocumentis assidue comestionis siccorum & vnctuosorum & frigidorum & acetosorum acutorum & salsorum. Secundo de cibis tarde aut velociter descendentibus. ibi ⌊Nutriens quoq;.⌉ Tertio de necessitate phlebotomiæ laboriosorum grossæ diætatorum post subtile regimen & iratorum. ibi ⌊Laboriosi præterea.⌉ Quarto de nocumento dulcium. ibi ⌊Scire præterea.⌉

Siccorũ ciborum nocumenta.

In prima particula dicit primo quòd assidua comestio ciborum siccorum primo facit cadere fortitudinem virtutum vel robur corporis maxime virtutum naturalis & vitalis, quia vegetatio & vita in calido & humido consistunt, quibus debilitatis per assiduationem siccorum impossibile est non debilitari virtutem animatam quæ ab eis recipit sanguinem calorem & spiritus vitales ac naturales. Secundo corrumpit calorem corporis eis naturalem, quia floridus calor et viuificus cutis vel superficiei corporis procedit ex affluentia sanguinis exterius & lenitate cutis quas minuit aut tollit assiduatio siccorum. Attende quòd cibaria sicca & his quibus competunt sic describuntur a Galen. libro de virtute cibariorum. Cibaria sicca conueniunt ei in cuius corpore tempore & regione & loco dominatur humiditas. Quorum sunt lentes caules fanich.i. ordeum nouum tostum ante maturitatem, cicera & omne quod assatur & quod frigitur, & omne illud in quo est plurimum vini almuri aceti & sinapij, & caro omnis animalis antiqui.

Vnctuosi nocumẽta

Secundo dicit quòd ex nutriente vnctuoso sicut pinguedine & oleo fit ociositas: idest pigritiea corporis et laxitas motuum, quia per assiduationem vnctuosorum relaxantur & remolliuntur nerui chordæ & ligamenta. Et per tale nutrieos aufertur desiderium, quia & natat in stomacho & natare facit quæ cum eo ibi sunt. Attende quòd Princ. capitulo tertio tractatus primi secundi cañ. sic describit opera vnctuosi. Et operationes vnctuositatis sunt lenificatio & lubrificatio & decoctio paruа.

Frigidorũ ciborũ nocumenta.

Tertio dicit quòd ex cibis frigidis fit ociositas: idest pigritiea & tarditas ad motum, & subtilitas: idest multiplicatio aquosæ humiditatis per viam indigestionis. Sicut enim motuum perfectio & agilitas a calore procedit, sic torpor & segnities a frigiditate. Et sicut digestio quæ calore iuuatur inspissando procedit, sic indigestio quæ fit a frigore sæpe sibi sociat subtilem aquositatem. Attende ꝙ Galen. libro de virtute cibariorum. capitulo sextodecimo. cibaria frigida concedit calidis dicens. Cibaria frigida debent ministrari ei qui calidi est corporis in tempore regione & loco calidis. Deinde tangit hæc dicẽs. Quorum est ordeum & omne quod de eo fit milium panicum bateca: idest melo cucurbita citrulli pruna persica &c.

Acetosorũ nocumẽta

Quarto dicit ꝙ ex acetoso fit senium: idest assidua comestio aceti & acetosorum facit accelerare senium & mortem, quia suis frigiditate & siccitate diminuunt radicale humidum & calorem innatum quæ sunt principia vitæ, & introducunt paulatim propriam senij complexionem. Et de operibus acetosorum dicit Princ. secundo huius tracta. primo capitulo tertio. Operationes acetositatis sunt infrigidatio & incisio.

Quinto dicit & ex acuto similiter: idest sicut ex assidua comestione acetosorum fit senium, sic ex assidua comestione ciborum acutorum, quia cibi acuti sicut piperata alliata & species coquinæ vehementer calidæ violentia suæ caliditatis calorem innatum superflue resoluunt, & humidum substantificum tam suo calore q̃ sua siccitate excessiue consumunt. licet ergo acuta primo occursu calefaciant tandem tamen infrigidant & siccant.

Salsorũ nocumenta.

Sexto dicit ꝙ assidua comestio salsorum nocet stomacho & oculis. Stomacho quidem superfluitate suæ abstersionis & desiccationis & punctionibus quas infert orificio eius. Oculis vero vaporibus & fumis acutis nitrosis quibus minuuntur humiditates eorum & tunicæ siccantur & corrugantur, vnde perdunt paruitatem visioni vtilem & veluti necessariam. Et de operationibus salsorum dicit Princ. secundo huius. capitulo tertio. Operationes salsedinis sunt abstersio & ablutio & exiccatio, & prohibet putrefactionem. Septimo dicit ꝙ cibus vnctuosus ex se laudabilis & conueniens quando comeditur post malum nutriens corrumpunt ipsum, quia & natat in stomacho & malum præmissum quodammodo subleuat quo fit vt vterq; male digeratur. Sed cõtra, dictum est parte. 18. capituli præsentis. nocumentum vnctuosi emẽdari pontico amaro salso et acuto, & econuerso, ergo cum his nutrientibus quæ sunt mala: quia distemperata conueniunt unctuosa quatenus corrigant suæ qualitatis excessum. Dic primo ꝙ per malum nutriens potest hic intelligi nutriens paratum putrefactioni, sicut lac malum oua & pisces non bene recentes. Dic secundo ꝙ si sub nomine mali nutrientis comprædendantur ponticũ amarum salsum & acutum, adhuc verificatur ꝙ vnctuosum super aliquod horum ilico receptum corrumpit ipsum ꝓpter rationem dictam, sed præassumptum vel decenter ei admixtum cum moderamine corrigit ipsum propter contrarietatem eius cum pontico amaro salso vel acuto tam in qualitatibus q̃ in operibus.

Nutriens quoque uiscosum est tardius ad descendendum, & similiter citrulli cum suis corticibus uelocius descendunt quàm excorticati & similiter panis cum suo furfure uelocius descendit quàm cribellatus.

Viscosorũ nocumẽta

In hac secunda dicit primo ꝙ nutriens uiscosum vt carnes porcinæ caseus anguillæ tardius descendit in stomacho & a stomacho q̃ non viscosum. Cuius ratio est duplex. Vna est tarditas & difficultas digestionis eius, quia sua viscositate fortiter resistit diuisioni eius a calore digestiuo. Altera est, quia sua viscositate adhæret lateribus vasis continentis, & sicut nutriens viscosum est tardi descensus a stomacho, sic chylus eius tardæ penetrationis ad hepar, & humor eius tardæ penetrationis ad mẽbra. Secundo dicit ꝙ citrulli cum suis corticibus comesti sunt uelocioris descensus q̃ excorticati. Cuius ratio, est, quia in corticibus citrullorum est quędam uis abstersiua cooperans ad descensum facilem & penetrationem. Cuius rei signum est, ꝙ si cum corticibus citrullorum fricueris maculas cutis earum foeditas minuetur. Tertio

dicit q panis comestus cum furfure suo velocius descendit q̃ cribellatus: idest confectus ex tenui farina a suo furfure per cribrum mundata. Huius rationem reddit Gal. primo de alimentis. capitulo secundo dicẽs. Et si quis frumentis molitis sequestrauerit subtilissimam farinam & ex reliquo fecerit panes qui nominantur furfurei paucitatem nutritionis ipsorum experitur. Superfluum autem facient in ventre multum & propter hoc secedunt de facili, simul autem & quia abstersiua virtute participat furfur, merito segregatio ipsorum fit velox intestinis prouocatis ad egestionem.

Laboriosi præterea regimen cum subtiliatur & post rem comedit grossam sicut rizum cum lacte post famem acuit sanguinem & fit ut ipse ebulliat unde minutionis prouenit necessitas, licet parum sit ex quo fuit minutus, & similiter iram habens.

In hac tertia dicit primo q quando homo laboriosus fortis exercitij subtiliat in primis suum regimen ita vt sæpe famescat, postea comedit super famem eius grossum nutriens vt rizum cum lacte, generatur inde sanguis acutus & ebulliens in se propter caloris acumẽ tam a fame quàm a labore. Et huic est necessaria minutio sanguinis dato quòd ex proximo fuerit phlebotomatus, quia quando sanguis ebulliens acutus in corpore incipit multiplicari nisi minuatur & euentetur cito febrem generat. Secundo dicit quòd sicut laboriosus grossæ diætatus post subtile regimen indiget phlebotomia, sic homo iratus, quia ira est ebullitio sanguinis circa cor leuissime perducẽs ad febrem nisi aliquid inflammati sanguinis minutione detrahatur.

Scire præterea debes quòd dulce nutriens rapit natura antequam maturescat & digeratur & corrumpit sanguinem.

Dulciũ nocumenta.

In hac quarta dicit q natura rapit auide dulces cibos a stomacho ad hepar priusquam digeratur quod in eis est vtile chylificationi & antequam maturetur eorum superfluitas propter delectationem eius maximam in connaturalitate dulcium, & ideo dulce nutriens corrumpit sanguinem, quia replet ipsum aquositate indigesta ex qua redditur aptus ebullitioni & putrefactioni. Attende primo q opera dulcis sic meminit Princeps secundo huius. capitulo tertio. Operationes autem dulcis sunt digestio & lenificatio & multiplicatio nutrimenti, & natura diligit ipsum & virtus attractiua attrahit ipsum. Attende secũdo q dum dicitur hic q dulce nutriens corrumpit sanguinem intelligitur id de dulci in summo qualia sunt coagelatum vuæ permaturæ & mel & vinum quod vulgo muscadellum dicitur. Nam dulces cibi moderatæ dulcedinis cæteris sunt aptiores ad generationem boni sanguinis.

Nutrientium quoq; iudicia quando fiunt ex parte compositionis ipsorum. Experimentatores nanq; indi & alij dixerunt quòd lac cũ rebus acetosis edendum non est, neq; pisces cũ lacte, quoniam inde ad ægritudines perueniatur permanentes sicut lepra, neq; comedi debet mest cum raffanis neq; carnibus uolatiliũ, neq; sanich post rizum cum lacte, neq; in pulmento ponatur oleum aut res unctuosa quæ in æneo steterit uase, neq; comedatur assatura quæ fuit assata super prunas resin.

In hac parte vigesima. Primo agit de iudicijs nutrientium ex parte compositionis uel coassumptionis unius cũ altero & modorum præparationum suarum. Secundo de duobus modis nocumentorum diuersorum ciborum & qualiter veteres circa hæc se habuerũt. ibi. Cibaria quoque. Tertio de meliori hora comedẽdi in æstate. ibi. Et in æstate. Quarto de nocumento tolerantiæ famis. ibi. Famẽ quoq;. In prima particula dicit primo q iudicia nutrientium quãdoq; trahuntur ex parte compõnis vel præparationis ipsorum. Et circa hoc dat sex regulas. Preparationis ciborũ regulæ. 6.

Prima est. lac non est comedendum cum rebus acetosis sicut experimentatores indiæ & alij experientijs edocti certificant. Et id nobis sensibiliter apparet. Nam modicum aceti lacti intromissum velociter dissoluit & coagulat ipsum. Secunda regula est. pisces non debent comedi cum lacte, quia generantur inde mansiuæ ægritudines. s. habituatæ & insanabiles sicut lepra, quia se inuicem corrumpunt, ita vt ad quartam digestionem peruenientes nõ sint immunes ab omni corruptione, sed paulatim alterẽt colorem & substantiam cutis & membrorum. Et hac de causa multiplicantur leprosi in partibus flandiæ çelandriæ & hollandiæ cooperantibus ad id salsis & acutis balneis & stuffis post comestionem quibus sæpe vtunt. Tertia regula est. mest. i. lac acetosum coagulatum non est comedendum cum raffanis. Neq; mest est comedendũ cũ carnibus volatilium. Ratio primi est, quia lac acetosum coagulatum est grossum oppilatiuum difficilis digõnis tardi descensus. sed raffani virtus est calida subtiliatiua aperitiua pungitiua. Iuxta illud Gal. s. de alimentis cap. 67. Radix vero est eorum quæ comeduntur quotidie ut obsos. i. salsamentum magis q̃ alimentum subtiliatiuæ virtutis ens & ipsa videlicet cum hoc q calefacit manifeste, præualet. n. pungitiua qualitas in ipsa. Si igit raffani cũ lacte acetoso coagulato edantur facient ipsum descendere ante sui digõnẽ, & penetrare in uias capillares in quibus sua uiscositate adhærebit & vehemẽter oppilabit eas ita ut uix possit oppilatio solui vñ forte sequetur ictericia uel hydropisis. Est & aliud in raffano malum. s. q in eo est substantia quæ est velox ad putrefaciẽdum vt dicit Princeps. 2. cañ. cap. de eo. Sed instabit aliquis quia de raffano cõmuniter dicitur q non digeritur sed digerere facit, cũ igit mest sit ualde difficilis digõnis raffanus ei permixtus subtiliando & incidendo ipsum cooperabit ad digõnẽ eius.

Item mos est apud plurimos comedere raffanos post cibos grossos ut digõ eorum inde iuuetur. Ad primũ dic q licet raffani cum mest comesti subtilient aliqualiter & incidant ipm, non tñ sufficienter & præter hoc ingerunt mala superius tacta. Ad secundum dic q mos ille reprobatur a Gal. s. de alimentis. cap. 68. dicente. Admirari autem est & medicorũ & idiotarum illos qui post cœnã crudas comedunt ipsas bonæ digõnis grã. Ipsi quidẽ. n. aiunt habuisse sufficienter huius experientiam. Qui autẽ imitati sunt ipsos oẽs læsi sũt. Sed ratio quare mest nõ est edendum cum carnibus volatilium est, quia carnes volatilium sua subtilitate prius digestæ sunt q̃ mest incipiat digeri. Aut igitur penetrabunt & tunc ducent aliquid ex mest indigestum. Aut phibebuntur penetrare per obstaculum mest, & tunc corrumpentur & corrumpent mest. Quarta est q sanich. i. ordeatum non est comedendum post riçũ coctũ cum lacte. Cuius rõ est, quia riçũ in lacte coctum est grossum oppilatiuũ difficilis digõnis. Ordeatum vero subtile lubricum cito digestibile. Quod cum ita sit ordeatum multo citius riço digestum phibetur trãsire per riçum cum lacte quare corrũpit & corrumpit ipsum. Attende primo q sanich generali noĩe dr de quolibet grano panico & fructu comestibili fracto & macerato in aqua prima. Iuxta id inuenies in pl̃ibus locis cañ. istius & aliorũ librorum medicinæ sanich tritici, sanich ordei, sanich riçi, sanich milij, sanich pomorum, sanich pirorũ. Sanich qd

pirorum. Sed sanich secundū Almā. cap̄. de fluxu ventris fit quando ordeum fractum operitur aqua & bullit vsq; ad spissitudinem aquæ, deinde colatur, & quod descendit est sanich. Et istud est ordeatum seu ordeum mundatum, quod valde laudatur in acutis passionibus. Ianuen. vero super illo verbo sanich ait. Verum vt accepi apertissimis orientalibus sanich vocatur cum accipitur ordeum nouum antequam plena maturitate induretur & ponitur in vase æneo vel terreo & super ignem leuiter torrefit, deinde tusum ventilatur donec totus cortex abscedat, deinde frangitur in frustra sicut id quod far dicimus. Attende secundò quòd communiter vbi in libris translatis ab arabico sanich scribitur, in translatis a græco loco eius scribitur polenta quæ etiam græce alphita dicitur. Quinta est quod oleum vel alia res vnctuosa sicut axungia vel butyrum quæ steterit in æneo vase non ponatur in pulmento nec immisceatur cibis gratia frixuræ vel aliter. Huius rationem reddit Prin. secundo huius cap̄. de ære dicens. Oportet quidem vt caueatur vsus dimittendi illud in quo est salsedo aut amaritudo aut pinguedo, sicut sunt olea & carnes, aut acetositas aut dulcedo in vasis æris & bibendi ex eis. Ipsa enim, scilicet vasa æris transmittunt proculdubio çinçariam: idest diffundunt in ea quæ continent ex dictis eruginem æris, & çinçar, idest erugo æris est venenum. Sexta est. assaturæ non sunt comedendæ neque ex carnibus neque ex piscibus quæ fuerunt assatæ super prunas resin idest pentadactyli seu cathapuciæ maioris quæ & kerua dicitur. Et est arbor in magnitudine ficus paruæ habens folia similia folijs dulli idest platani, vt ait Serap̄. cap̄. de ea. Hęc arbor est de genere medicinarum laxatiuarum venenosarum, cuius prunæ diffundunt aliquid suę venenositatis in carnes aut pisces qui super eos assantur.

Cibaria quoq; diuersa a duabus impediunt partibus. Vna earum est propter diuersitatem eorum in digerendo, & quoniam quod ex eis est digestum ei admiscetur quod non est digestum. Et secunda quoniam aliquis plus potest ex eis comedere quàm ex uno cibario. In tempore quoq; antiquo qui exercitabantur iā fugerunt ab hoc. Contenti enim erant solius carnis comestione in mane & solius panis in cœna.

Diuersorū ciborum nocumēta.

In hac secunda dicit primo quòd diuersitas ciborum in eadem mensa vtplurimum carnium differentium multum vel plurium piscium vel plurium fructuum nocet duobus modis. Vno quidem propter diuersitatem massæ cibalis ex qua duo surgunt. Primum est difficultas maior in digestione ipsius. Secundum est digestio quarundam partium eius longe ante alias vnde sese mutuo impediunt. Alio modo quia communiter plus comedunt homines ex diuersis cibarijs quàm ex vno. reuiuiscit enim quodammodo appetitus nouis sibi præsentatis ferculis. Secundo dicit quód tempore antiquo homines exercitijs dediti ita attente fugerunt a diuersitate cibariorum quòd contentabantur comestione solius carnis in mane, scilicet hora prandij, & comestione solius panis in cœna. Sed mos inoleuit istis temporibus cum singulis ferculis comedere panē, nec sapere videtur cibus sine pane, immo quisque cibus cū pane censetur velut vnum ferculum, & in his maxime cōsuetudo attendenda est & obseruanda.

Et in æstate quidem melior comedendi hora existit quæ est frigidior.

In hac tertia dicit quòd hora melior comedendi tempore æstiuo est hora magis recens seu minus calida, videlicet antequam super nostrum hemisphærium sol multum eleuetur. Tali nanque hora magis viget appetitus, virtus digestiua validior est nondum resoluta calore solis. Et per cibum tunc sumptum aptius occurritur caloribus venturis, supposito quòd tempus hesternę comestionis sic fuerit ordinatum quod hora diei recentiori digestio cibi hesterni completa fuerit & iam instet tempus nouæ cibationis.

Famem quoque tolerare stomachum quandoque malis replet pluribus.

In hac quarta dicit quòd tolerare famem quandoque replet stomachum malis puribus: idest saniosis humoribus vel putridis aut aliter corruptis, quia stomachus denegato sibi cibo ab extra trahit a membris, quæ cibo egentia sicut stomachus non sinunt abire bonos humores sed malas putridas superfluitates. Idem memoratum est parte secunda præsentis capituli sub istis verbis. Tolerare famem stomachum putridis replet humoribus. Et hic reperitur vt altius menti hæreat. Et additur quandoque propterea quòd sæpe tolerantia famis phlegmaticis prodest, & causa huius supra tacta est.

Amplius scire debes quod alcubeb cum digeritur multi existit nutrimenti, sed tarde descendit & in monoculo moram facit.

In hac parte vigesimaprima primo agit de alcubeb. secundo de surabes. ibi ⌊ Et surabes. ⌉ Tertio de prohibitione vuarum & permissiōe granorum granatorum post capita assata. ibi ⌊ Ex hominibus. ⌉ Quarto de tanç & pullo eius. ibi ⌊ Scire quoque debes. ⌉ Quinto de meliori modo assationis gallinarum. ibi ⌊ Ex gallinis. ⌉ Sexto de iuribus pulli & gallinæ. ibi ⌊ Et etiam scire debes. ⌉ Septimo de hædo. ibi. ⌊ Hędus pręterea. ⌉ Octauo de agno. ibi ⌊ Et agnus. ⌉ Nono de çebrabegi. ibi ⌊ Zebrabegi quoque. ⌉ Decimo de allues. ibi ⌊ Allues quoq;. ⌉ Vndecimo de comparatione nocumenti panis ad nocumentum carnis. ibi ⌊ Amplius scire debes. ⌉ In prima particula dicit quod alcubeb est multæ nutritionis dum bene digeritur, sed descensus ipsius est tardus & protrahit moram in intestino monoculo. Et est alcubeb nomen arabicum significans carnem super prunas assam. Et est cibus plurimum vsitatus in his bassis regionibus apud caupones & tabernarios ad quos affluentes mane lecatores ut desiderium bibendi excitent laminas tenues porcinæ carnis dictas carboneas prunis supponunt quas non bene coctas cum pane comedunt & vino sepeliunt, & tarde descendunt, tum quia grossæ, tum quia viscosę, tum quia difficiles digeri. Et quia morantur in monoculo, scilicet in primo grossorum intestinorum quod & saccus dicitur manica & orbus non competunt constipatis neq; dispositis ad colicam. De hoc dicit Rasis quarto Almansoris. Caro super prunas assata multum nutrit, corpus namque corroborat atq; velociter nutrit. Hæc etiam eis qui multum sanguinis fluxum perpessi sunt confert. Tarde tamen digeritur, atque vix vnquam tota omnino digeritur. Quæ neque post alium sumenda est cibum neq; cum ea alius sumi debet cibus, sed sola omnino est sumenda. Et donec digesta sit nullus alius sumat cibus. Post cuius comestionē potus sumendus non est nisi in parua quantitate maxima tamen cogente necessitate.

Assæ carnis vsus & nocumēta.

Et surabes est nutriens bonum, cunque in ipsa fuerit cape uentositates expellet, &

cum cæpe non fuerit in ipsa commouebit uentositates.

In hac secunda dicit primo ꝙ surabes est cibus boni nutrimenti,& dicitur aliter raphea, & est ius carnium aut piscium conditum sine çucchare & alio dulcore, anheto & sale imissis cum olo pauco quod a Gal.quarto de regi-

Iuris albi nutrimẽtũ.

mine sanitatis.capꝰ. t ꝛ.ius albũ dicitur. Secundo dicit ꝙ si isti brodio cæpe fuerit immixtum educet uẽtositates, si nõ,commouebit & suscitabit eas.Et secũdo huius capꝰ. de cæpe ait.Et ç cubiça cum cæpe minus est inflatiuum eo ꝙ est sine cępe Et per çicubiça intelligit surabes. Cuius ratio est,quia cępe lenit ventrem & comestum expellit nocumentum ventositatis venenorum,vt ait Prin.dicto capꝰo. Sed contra.cępe generat ventositates vt ait Serapꝰ.in aggregatore.capꝰ.de cępe auctoritatibus Gal.& Diasc.ergo mixtum surabes reddet ipsum magis multiplicatiuum ventositatum. Dic primo ꝙ cæpe coctum in surabes est minus ventosum multo ꝗ̃ sit crudũ. Dic secundo ꝙ licet cępe etiam in surabes generet vẽtositates aliquas ipsas tamen laxando educit.

Ex hominibus præterea sunt qui putãt uuas post capita assata utiles existere, sed non est quemadmodum existimant,immo uehementer sunt malæ,& similiter nabit.Sed comedenda sunt talia qualia sunt grana mali granati absque suis ossibus.

In tertia primo dicit aliquos putasse quòd vuæ comestæ post capita assata vt vituli aut hædi sunt bonæ,& utiles,sed non est ita,immo vehementer nocent,quia capita animalium.s.cerebrum & carnes circũuicinæ ei assata et comesta sunt phlegmatica & viscosa difficilis digestiõis & tardi descensus.Et vuæ supercomestæ cito digerũtur, & nequeuntes transire propter capita præcomesta supernatãt alijs & corrumpuntur & corrũpunt alia,& effumãt ad caput suscitãtes dolorem capitis & inquietudinem.Et si aliquando fuerint inuentæ contulisse per accidens fuit.s. dum sibi viam inuenientes inter parietes stomachi & capita comesta lubricabant inferius cum capitibus & per fluxum ventris alleuiabantur stomachus & viscera. Se-

Nabit q̃d.

cundo dicit ꝙ nabit similiter est malum post capita assata sicut vuæ. Et est nabit potus qui fit ex dactylis & ficubus vel ex alijs ab vuis. Talis autẽ potus sua ventositate natat in stomacho & natare facit capita comesta qbus superbibitur,& sua dulcedine oppilat hepar sicut & chylus ex capitibus genitus,& sic addit in malitiam. Tertio dicit ꝙ post capita assata comedenda sunt siue sugẽda grana granatorum acetosorum sine transgluiõe suorum ossium seu lapillorum,quia cerebra comesta cum carnibus mollibus quę sunt iuxta ea faciunt nauseam & delẽt appetitum,& succus granorum granatorum acrium tollit utrũque horum,os stomachi roborat,fumos a capite prohibet & cooperatur ad descensum cibi.Præterea inest ei mirabilis proprietas in prohibendo corruptiones ciborum & humorum in stomacho. Sed contra.iste succus est substantiæ facilis digestionis.digeritur ergo prius ꝗ̃ capita, & cum transire non possit corrumpetur & corrũpet alia. Dic ꝙ hic non sumitur via cibi sed in pauca quantitate via medicinę,& cum expleuerit iuuamenta sua vel faciliter resoluetur vel immiscebitur alijs absq; corruptione ꝓpter ineptitudinem eius ad eam.

Scire quoque debes quòd tanz est sicca & constringit uentrem,sed pullus est humidus et uentrem soluens.

In hac quarta particula dicit primo ꝙ tanç est siccę cõplexionis comparatione ad hominem qui ꝓ cibo ea vtit & constringit ventrem.Et est tanç auis in palato habens dentes.s.anser aut auca,& est de genere auium aquaticarũ cuius carnes grosse superfluicę sunt difficilis digestiõis declinantes ad melancholiam. Secundo dicit ꝙ plus tanç scilicet anserulus est humidæ complexionis & soluens vẽtrem,& hæc humiditas & solutiua vis insunt ei ex humiditate cõnaturali adolescentię seu primę ætati.sicut.n.boue uitulus & hirco hædus humidiores sunt & labiliores, sic anseruli aucis,hoc excepto ꝙ anseruli quadam maiori viscositate participant propter naturam suæ aquaticitatis.

Aquaticę aues et anseres.

Ex gallinis uero assatis melior est quæ in uentre hædi aut agni assatur,quoniam eius cõseruatur humiditas.

In hac quinta particula dicit ꝙ meliores ex gallinis assatis sunt hæ q̃ assantur in ventre hędi aut in ventre agni, quia ꝑ hunc modum prohibentur a desiccatione supflua ignis,& conseruatur in eis sua naturalis humiditas.Sed attendere oportet ꝙ venter agni vel hędi sit optime mundatus.Et id maxime fieri conuenit in macris gallinis non habentibus pinguedinem & humiditatem sufficientes ꝓtegere eas a penetratione violenta & arefactione ignei caloris.Et sub gallinis intellige si vis fæmellas perdicum & faseanorum quę sunt gallinę deserti.

Et etiam scire debes quòd ius pulli uehemẽter temperat humores & plus etiam quàm ius gallinarum , sed tamen ius gallinarum est magis nutriens.

In hac sexta particula dicit primo ꝙ ius pulli.i.colaticiũ vel aqua decoctionis eius vehemẽter temperat humores sic ꝙ calefacit infrigidatos & infrigidat calefactos , & ex se generat temperatum sanguinem bonum clarum mundum. Secundo dicit ꝙ ius pulli plus temperat humores ꝗ̃ ius gallinæ,quia minus habet de inflãmabili pinguedine,& calor pullorum est minus acutus propter humiditatem ętatis hebetantem eum.Et ideo ius pulli magis conceditur in acutis febribus ꝗ̃ ius gallinę. Tertio dicit ꝙ ius gallinarum est nutritiuus ꝗ̃ sit ius pulli,quia est carnosius spissius & pinguius sicut docet experimentum.

Ius pulli et gallinæ.

Hædus præterea cum fuerit frigidus erit melior propterea quòd eius quiescit uapor.

In hac septima particula dicit ꝙ hædię carnes sunt meliores esui fridę ꝗ̃ calæ,propterea ꝙ in frigidis iam vapor quiescit & resolutus est. Attende ꝙ hoc totum genus animalis abundat in fumis aut vaporibus fœtidis , & id maxime manifestatur in hirco & sanguine eius,postea in capra,minus vero in hædo.Et talis vapor se plus manifestat in carnibus horum qñ calidę sunt & pori aperti.

Hędi car.

Et agnus cum est calidus est melior,propterea quòd ipsius malus odor resoluitur.

In hac octaua ꝑticula dicit ꝙ carnes agni sũt meliores esui calę ꝗ̃ fridę,quia calor ignis relictus in eis tollit & resoluit odorẽ malũ ꝓprię substantiæ similem pinguedini refrigeratæ reptũ in eis ex abũdãtia humiditatis & unctuositatis sanguis.Et talis odor nõ inuenit in suba carnũ hædi q̃ siccę sunt de se sed in hũiditatibus fluẽtibus eaꝝ ꝓpea calor detegit fœtorem harum,frigus vero tollit vel occultat,& econuerso fit in mutoninis seu agninis carnibus.

Agni car.

Zebrabegi quoque cũ calefactis datur non oportet ut sit in eo crocus, sed cum non calefactis in eo esse debet crocus.

In hac

In hac nona particula dicit ꝙ in çebrabegi non debet misceri crocus quando datur supercalefactis vel febricitantibus, augmentaret enim distemperantiam ipsorum. Sed non calefactis cum croco dandum est, quia crocus cordialis est, & hominem hylarē reddit. Sed sub pauca quātitate debet immitti cibis vel per se assumi, quia multum ex eo est uenenum. Iuxta illud Prin. 2. huius. cap. de eo. dī ꝙ tres aurei de ipso interficiunt lętificando. Et est aureus pondus drach. j. & ß. Et est çebrabegi caro cocta cum aqua, cui postea admiscentur acetū & crocus. Et est frīda ꝗ sanguinē & choleram reprimit rubeā, atq; calfm hñtibus hepar, nec nō his qui in hepate oppilationem atq; ictericiā & febres patiuntur confert, phlebothomatis quoq; auxilium pstat. His vero qui catarticum hauserunt vel qui i neruis læsionem patiunt, siue q corpora habentes macra & debilia necesse hñt ea corroborare atq; impinguare, nocumentum tribuit, desiccat. n. & subtiliat. Carnium vero & sanguinis habentibus multitudinem, atq; his quibus sanguinis & cholerę rubeæ multitudo nocet congruit, ventrem stringit, teste Rasi quarto Almā. cap. de virtutibus carnium ex artificio.

Zebrabegi quid.

Allues quoque licet ex zuccharo fiant sicut pheludes, malę tamen sunt propterea quòd oppilationes faciunt & sitim.

In hac decima particula dicit ꝙ allues sunt malę ppter oppilationes quas faciunt & siti quā inducunt, licet ex çuccharo fiant sicut pheludes. i. penidię ꝗ conficiuntur ex çuccharo cocto, multum elaborato cum flore amidi, donec sit ptensum ad instar chordæ tracto eo ex clauo parieti affixo. Tunc qdē inciditur cum forcipibus per petias psimiles glandibus, & sic reseruatur. & petiæ tales penidię dicunt quę multum valent in asperitate gutturis & tussi & pleuresi & periphleumonia maturantes materias pectoralium & facilitantes sputum. Sed allues sunt confectiones ex pasta açima & çuccharo aut melle, sicut nebulæ oblatæ crispulæ quæ ex pasta sunt açima, vias oppilant, & ex facili conuersione earum ad choleram ppter suam nimiā dulcedinem sitim efficiunt.

Pheludes.

Allues.

Amplius scire debes quòd impedimentū panis cum nō digeritur est. Sed carnis impedimētum cum non digeritur est minus hoc.

In hac vndecima particula dicit prīo ꝙ nocumentum ex pane pueniēs qñ nō digerit est plurimum. vnde dici solet. Oīs repletio mala, panis aūt pessima. quia stō diu iniacet grauans ipsum plurimū, & opprimit pectoralia. Qd' si descenderit tandem de stō non bñ digestus oppilabit hepar & meseraicas. Secundo dicit ꝙ nocumentū ex carne pueniens cum nō digerit est multo minus nocumēto panis, quia carnes plus proportionant humano corpori et minus pmūt pectoralia. Et si transeant indigestę ad hepar vel meseraicas minus stabiles & magis curabiles oppilationes inducent ꝗ panis trahentibus mēbris auidius succum carnis propter similitudinem ꝗ succum panis.

Idem Iacobus de partibus super hoc caplo. viij.

De regimine aquæ & uini Cap. viij.

COmplexionibus temperatis aqua conuenientior est quæ in frigiditatis fortitudine temperata existit, & cuius infrigidatio cum niue deforis fit, & præcipue si nix mala fuerit. Et in niue ēt bona huiusmodi extat dispositio, quoniā qd' ex ea resoluitur neruis & membris anhelitus nocumentum facit & omnibus interioribus et neq; tolerat eam nisi uehementer sanguineus. Quod si nō ilico nocumētū alicui fecerit, secundū lōgitudinē dierū faciet cū in ānis processerit.

In hoc caplo prīo agit de regimine aquæ. secundo de regimine vini. ibi. Vinum uero album. ¶ Prima pars est præsens textus. In prima parte agit de aqua quæ conuenit complexionibus temperatis. secundo tangit opinionem quandam circa mixtionem aquarum remittens nos ad priora super electione & correctione aquarū. ibi. Empyricorum autem. ¶ Tertio de nocumento aquæ bibitæ quando non conuenit, & de modo succurrendi necessitati eius & occurrendi suis nocumētis. ibi. Scias autem ꝙ bibere. ¶ Quarto de remedijs contra mendosam sitim, & malo quod sequitur obediendo ei. ibi. Et siti quidē mendosa. ¶ Quinto de effectibus aquæ secundum qualitates eius primas actiuas. ibi. Multam quoq; aquam. ¶ In prima particula dicit primo ꝙ aqua plus conueniens temperatę complexioni est ꝗ temperata est in fortitudine frigiditatis. i. non frigida vehementer vt nix, nec veluti tepida, sed sensibilis frigiditatis, & illa cuius infrigidatio fcā est cum niue nō aq; immixta, sed adhibita de foris per medium vasis maxīe si mala est hmōi nix, vel q̄a fit ex uaporibus corruptis, vel q̄a cecidit supra malas plantas vel in locis infectis. Secundo dicit ꝙ in niue ēt bona talis est dispō vel pprietas, ꝙ aqua resoluta ex ea nocet neruis & mēbris anhelitus & oībus interioribus, nec sustinet aliqs sustinent' sine nocumento talis aq; potū nisi vehement' sanguineus fuerit. Et si cui alteri vtentium nūc non nocuerit in processu tpīs nocebit psīm. De talibus aqs dicit Gal. libello de aqs cap. 5. Quæcunq; vero sunt a glatie & niue dissolutæ malæ sunt. Nā qñ cōgelant exprimit ab eis id qd' est subtilissimum, & sunt durę & in frigiditate excedētes. Dura āt aqua & frigida neq; ad digestionem neq; ad urinatiōem est idonea: mala vero est pectori & lateribus, & spasmos suscitat & tetanos & eruptiones in thorace & sputiones sanguineas & empymata, & permanet secundū Venerem multo tempore gurgulationes ibi operans.

Aqua temperato optima.

Empyricorū autē quidam dixerunt quòd inter aquam putei & fluminis non est faciēda coniunctio, nisi dum una earum descenderit. Et aquæ quidē electionem iam demonstrauimus, & sifi emendationē eius quæ ex ea mala est, sed tamen si aceto admisceatur rectificatur.

In hac secunda particula dicit primo aliqs empyricorū dixisse ꝙ aqua putei non ē permiscenda aq; fluminis i eadē refectione neq; vna alteri super bibenda donec altera earum descenderit a stō. ¶ Nec videtur hoc empyricum penitus carere ratione, quia sicut diuersitas ciborum est stō grauis conturbans ipsum: sic diuersitas aquarū de quibus altera velociter descendit altera tarde. Attende ꝙ empyrici dñe qui relictis causis & cēntijs morborum signis & curis intendunt, vel per proprias experientias, vel per experientiam suorū pdecessorum vel argumento a simili. Iuxta illud Gal. lib. de itroductione medicorū. cap. tertio. Empyrica vero secta quæ ad concursum symptomatū. i. accñtium incidētiū in ægrotantibus aspicit, & attendens ad symptomata conferentem curam obseruat, neq; passionem scit neq; cās inquirit, sed est contenta eorū quæ in symptomatibus secundū experientiā afferuntur. vsu vtit autem & hystoria præexpertorum & simili transitiōe ab experto ad inexpertum. Hæc Gal. ibi. Deinde subdit principales intētiones empyricę sectę dicēs. Caracterizāt igr. i. insigniūt vel cōstituunt & empyricā heresim. Hęc Gal. Primum quidem ad concursus aspicere symptomatū, et neq; ad passionē neq; ad causam. Secundum vero in concursibus obseruatio eorum quæ per experientiam cōgruunt. Tertium hysteria præexpertorum. Quartū

Empyrici qui.

autem similis transitio, vt si quis concedat alicui speltam quam non expertus est propter similitudinem eius cum frumento per experientiam sibi cognito. Secundo dicit hic. Prin. iam se prius demrasse electionem & correctionem aquarum. l. primi. 2. doc. 2. summa. 1. cap. 16.

Aq̃ malę correctio.

Tertio dicit q̃ si aliqua mala aqua cū aceto permisceat rectificatur inde, quia frequentius aqua potabilis vel est mala pp̃ grossitiē & tarditatē descēsus eius a stomacho, vel quia disposita est ad putrefactiōem. Acetū vero subtiliat plurimum & a putredine vehementer præseruat.

Scias autem q̃ bibere aquā cum aliquis est ieiunus & post exercitium & balneationem & proprie uentre uacuo & similiter siti mendosæ nocturnæ obedire, quemadmodum crapulatis accidit & ebrijs, & cum natura in digerendo nutriens studet satietate aquæ iam sufficienter præcedente uehementer est impediēs. Et si multa quidem fuerit necessitas oportebit ut in aere frigido temperetur & collutiōe oris cum aqua frigida. Deinde si hoc non suffecerit cum uase bibat stricti orificij, licet hoc quandoque ebrio conferat & non impediatur a potu aquæ ieiunus. Quod si quis ieiunus abstinere non poterit quin aquam bibat, & proprie post exercitium bibat prius uinum cum aqua calida temperatum.

Aq̃ potus p̃cipue noxius qñ.

In hac tertia p̃ticula p̃io tangit qnq; casus i qbus potus aq̃ est uehement' ipediēs & nociuus. Primus est in hoie ieiuno, tūc.n. libere penetrat aq̃ bibita nullo ipedita retinaculo vsque ad itima mēbro℞ principaliū mortificans suum calorē innatū. Secundus est in exercitato forti exercitio, & sitt stati post coitū. Nā tūc pori corporis sunt multū apti, quare penetrat aqua in p̃fundo membrorū.

Tertius est post balneationē maxime qñ fit hęc balneatio ventre vacuo, tūc.n. vix sunt vehement' ap̃te, quare lædens penetrat aqua ut dcm̃ ē. De tali potu aq̃ dicit Pri. quarti. 6. sūma. 2. ca. vltio. Ex potu illius in ieiuno & post balneū & coitū timet corruptio cōplonis & hydropisis.

Quartus ē bibere aquā fridā obediēdo siti nocturnę mēdosę. Nā p̃ eius potū p̃hibent resolutio & digō hūoris salsi vel vini fortis vel alterius acuti faciētis sitī, & cito post potū reuertitur sitis ita fortis ut añ. Quintus est potus aq̃ dum nā studet in digerendo cibū, & hoc si præcesserit satietas aquę sufficiēs ad bonā cibi permixtionē, tūc.n. digōnē ichoatā ipedit, sicut si in olla plena carniū bullientium aquā fridā superfunderes, & calorē innatū q̃ digō fit p̃fm debilitat.

Sitis sedandæ ratio.

Secundo dicit q̃ si multa fuerit necessitas mitigandi sitī, puta quia nimis vexat & ingetat oportebit vt tēpet in aere frido.i. mitiget sitis p̃ ifrigidationē aeris qui inspirandus est, & p̃ frequentes abluciōes oris cū aq̃ frigida, vt siti pacificata superueniat sōnus digerēs mām quę est sitis cā. Tertio dicit q̃ si ad mitigationē sitis nō sufficiāt ifrigidatio aeris ispirandi & ablutio oris cū aq̃ frida bibat sitibundus aquā frigidā cū uase stricti orificij sicut ē phiala vel aq̃ria gracilis rostri, quatenus aqua p̃lixiori decursu supra orificiū stomachi fortius sitim mitiget et de ea minus sumat ne digerēdo℞ digōnē penitus ipediat.

Quarto dat exceptionē a p̃io casu q̃ p̃hibeat aq̃ potus i ieiuno dicēs, q̃ ebrio qñq; p̃ficit nec lędit ipse si ieiunus bibat & copula hāc lrām sic cū priore. Scias aūt q̃ bibere aquā cum aliqs ē ieiunus vehemēt' ē ipediēs, licet hoc qñque ebrio cōferat, & non ipediat a potu aq̃ ieiunus. Cuius rō ē, qa ieiunus ebrius nō ē oino ieiunus nec i stō vacuus, sed adhuc ibi hēt reliqas aliquas hesternæ crapulę quarū nitrositas aqua mitigat, & stomachus per aquam ab illis abluit, & repsītis vaporibus et fumis p̃paratur stomachus ad receptionē noui nutrientis. Quinto dicit q̃ si qs ieiunus abstinere nō possit ab aquæ potu, maxie post exercitiū, qa uehement' inquietatur quasi syncopizās ex rabie sitis bibat prius vinū aqua cala limphatū, post hoc supbibat satis aquæ fridæ. Attende q̃ Pri. quarti sexta quę ē de venenis numerat inter venena aquam frigidā i ieiuno bibitā, & ē uinum purum in ieiuno bibitū. Aquā qdē frigidā, qa qñq; cōplonē corrumpit & hydropisim inducit. Vinum vero purū, qa sępe facit accidere præfocationem & dolores & inflāmationē, & p̃prie post exercitium & laborem, sicut ait ibi Prin. vt igitur vtrūq; p̃hibeat ab impressione suę venenositatis suadet hic Prin. q̃ p̄misceātur vt sese cōtēperent, & sit aq̃ cala, ne vinū & aq̃ penetrātes subito corrumpāt calorē suis frigoribus actualibus.

Et siti quidem mendosa impeditus scire debet quòd dormire et sitim tolerare ipsā sedat. Natura enim tunc materiam sitim facientem resoluit, & proprie cum inter tolerantiam & somnum coniunctio fit. Cunque natura digestiua extinguetur propter potum & obedientiam eius redibit sitis mēdosa propterea quòd humor sitim faciens eleuat eam. Oportet prætera ne sitim habēs mendosam aquam ingurgitando sumat immo sugendo.

In hac quarta dicit p̃io q̃ si ipeditus mēdosa siti super hāc dormierit & nō bibēs eā tolerauerit sedabit p̃ hoc sitis mendosa eius. Propterea dixit Hip. apho. 5. Quibuscūq; est desideriū noctu bibere valde sitientibus si sup̃ hoc dormierit bonū est. Cā aūt hic reddit, qa natura p̃ somnū reuocante calorē ad interiora resoluit materiā facientē siti, p̃cipue dū coniūctio fit inter tolerantiā sitis & sōnū, sic q̃ tolerantia sitis somnum nō p̃hibeat, sed simul hunc secū cōpatiat. Et huius signū est q̃ stati post somnū reperit sitis euanuisse.

Sitis mēdosę arcendæ ratio.

Secundo dicit q̃ cū in uexatis siti mendosa nocturna natura digestiua.i. calor naturalis digestiuus extinguetur p̃pter potū aq̃ fridę & p̃pter obedire appetitui eius mendosa sitis nō lō cessabit sed cito redibit, p̃pterea q̃ humor qui est cā ipsius salsus aut acutus suscitabit eā dilapsa interius aqua frida bibita. Ex potu igit aq̃ digō ipediet & sitis nō extinguet. Tertio dicit q̃ hñs sitī mēdosā si p̃ sedatione ipsius biberit aquā fridā nō debet eā sumere ingurgitando seu trāsglutiendo cū magnis haustibus, sed sugendo paulati & quasi lābēdo. Sed instabit aliqs q̃ aqua frida sugēdo sūpta vr̄ potius incēdere ardorē & augere siti q̄ eā mitigare, sicut fabri fortius icēdunt ignē sup aspersione aq̃ fridę, qa modica aqua non sufficit vincere suū contrariū, imo quadā antiperistasi fortificat.

Dic q̃ si hūor extiguēdus aqua ut cholera aut salsū phl'a congregatus eēt i fundo stōi ad quē stati labit aqua frida bibita magis expediret igurgitare eā cū magno haustu q̄ sugendo sumere. Sed cā cōiunctiā mēdosæ sitis est isiltrata circa os stōi vbi aqua p̄ma sigi nō pōt quare melius est vt lēto transitu cōtinue irriget orificiū stomachi mitigādo sitī non extinguendo digestiuū calorē, nec incrudando cibum vel humorem in stomacho contentum.

Multā quoque aquam frigidam bibere est malum. Quod si uehementer necessarium fuerit sic post sufficientem comestionem. Amplius aqua tepida nauseam facit, & quæ magis calefacta est quàm ista cum frequenter bibitur infirmat stomachum, sed cum raro bibitur stomachum lauat & uentrem resoluit.

In hac qnta dicit primo q̃ gñaliter malum ē sanis bibere multā aquā frigidā, quia extinguit inatū calorē & pectus offēdit & stōachum deijcit, & mēbris oibus neruosis obest.

obest. Secūdo dicit ꝙ si necessitas vehemens induxerit ad bibēdū sit aquā frigidā multā sicut sitis ast iplicabilis & veluti furiosa, tūc bibenda erit post comestiōem sufficientē, vt ꝑmixta cibo nō libere labat̃ sed corrigat̃ & cōtēperet ipsius malitia. Tertio dicit ꝙ aqua tepida bibita nauseā inducit, quia stomachum remollit & laxat. Oē nanq̧ tepidum est remollitiuum & relaxatiuum ex propria natura. Quarto dicit ꝙ aqua calior tepida frequenter in potu sūpta stomachum infirmat, sed raro sumpta lauat hūc & uētrē laxat, quia saepe sumpta stomachum remollit & appetitū sedat & calorē dispergit, sed raro sumpta reperit hūores stomacho adherentes quos lauando educit & materiā foecum quae est in intestinis remolliens & viam dilatans suis caliditate & humiditate inferius inducit.

Vinum uero album & subtile calefactis est melius, nō enim capitis efficit dolorem sed fortasse humectabit & dolorem capitis alleuiabit qui ex stomachi ardore prouenit. Et loco quidem ipsius ponitur illud quod tortellis aut pane clarificat, & proprie cum factum fuerit duabus horis antequam bibatur.

In hac parte secunda quae est de regimine vini, primo agit de calore substantia sapore aetate hora potus ordine & quantitate vini. secundo de iuuamentis vini & tolerantia ipsius, & remedio cōtra multitudinē sui potus. ibi[Vinum praeterea.] Tertio de nocumentis vini & remedijs contra ea, & diuersitate suorum effectuum penes eorū gratem, & de vinis abluto & mixto, & prohibitione vini in ieiuno, & post motum fortem. ibi[Quod si ex cibo.] Quarto de nocumentis frequentis ebrietatis, & de cholericatione vini in stomachis quorūdam & acetositate eius in alijs, & ꝙ semel vel bis quolibet mense inebriari secūdum quosdam conuenit, & quibus aetatibus aut regionibus plus & minus conuenit vinum. ibi[Frequens quoque ebrietas.] Quinto de obseruandis ab illo qui vult vino impleri sine graui nocumēto. ibi[Qui autem vino.] Sexto de causis velocitatis inebriationis & remedijs contra eam. ibi[Ebrietatis autē velocitas.] Septimo de modis procurationis ebrietatis velocis & ebrietatis fortis in volentibus. ibi[Quod si quis cito.] In prima particula quae est praesens textus primo agit de vino albo subtili & sibi ꝓportionali. secūdo de grosso dulci. ibi[Vinum vero.] Tertio de veteri rubeo. ibi[Vetus autē.] Quarto de hora potus vini ibi[Et vinum quidem.] Quinto ꝙ nulla hora potus vini cōpetit post malum cibū. ibi[Super cibum vero.] Sexto de ordine vinorum. ibi[Et e paruis.] Septimo de mēsura potus sub cibo bibendi. ibi[Super cibum tamen.] In prima parte dicit primo ꝙ vinum album subtile plus q̃ alia vina conuenit calefactis, siue a natura sicut cholericis & sanguineis naturalibus, siue ab accidenti sicut calefactis ex ira vel mora in sole vel exercitio. Cuius rationes duas assignat. Prima est ꝙ nō facit capitis dolorem, quia non est vaporosum & fumosum sicut alia. Secunda est ꝙ fortasse humectabit & alleuiabit dolorem capitis prouenientem ex ardore stomachi, quia sua subtiliatione & apertione & veloci penetratione cholericos humores per vrinam vel sudorem vel secessum educet, & sic per accidens infrigidabit & humectabit auferendo causam caliditatis & siccitatis et doloris capitis. Attende ꝙ per vinum album subtile intelligit aquosum quod aquae simile est in substātia & colore. De quo dicit Gal. Vinum aquosum nolant hoīes illud qđ assimilatur secūdū colorē & consistentiā aq̃; diaphanum. nā est lucidū & purū & consistentia subtile appet, & tibi gustanti videbit̃ nullū saporē hr̄e fortē. Et cum miscet̃ cum aqua non tolerat aquae multae mixtionem, vnde & ab antiquis pauciferum vocatum est. Omnino uero in stypticādo hoc vinū non excedit sed est oīariā exolutā hēs stypticitatē. virtute & sic est aq̃, neq̧ caput debile tāgēs neq̧ neruos debiles neq̧ calefaciens manifeste. Idoneum āt ē hoc vinū ad eductionem q̃ ex pulmone virtutē roborans & humores humectans & incidens moderate. Hoc āt & febricitantibus impericulositer datur alijs vinis, & ēt malicias aq̃ & vini effugit. multotiens aūt & capitis dolores sedat propter fluentes in ventre humores. Hec Gal. Secundo dicit hic Pri. ꝙ loco vini albi subtilis si non hēatur sumi pt̄ vinum quod clarificatur tortellis aut pane ꝑcipue cum fuerit factum per duas horas anteq̃ potet̃. Et fit hoc modo. Decoquunt̃ passulae in aqua fontis clara. munda lipida, deinde colatur & in hac intromittunt̃ tortellae uel panis attrahentis sibi quod hanc aquā perturbat, et ita redditᷓ haec aqua subtilis et clara ut uinū albū subtile aq̃sum.

Vinum uero grossum quod est dulce est melius illi qui pinguis uult esse & fortis. Ab oppilationibus tamen eius sibi caueat.

Vini crassi dulcis facultas.

In hac secunda dicit primo ꝙ vinū grossū dulce ē melius alijs uinis his qui q̃rūt īpiguationem et fortificationē corporis quia plus nutrit, et eius nutrimentū est solidum grossum fortiter resistens resolutioni. Iuxta illud Gal. tertio alimentorum. Quod quidem igitur grossa urina sunt magis nutritiua subtilibus, et natura ipsorum insinuat & experiencia testat̃. digerunt̃ āt secundū uentrem, & distribuuntur magis q̃ dulcia austeris tanq̃ utiq̧ & caliora secundū uirtutē entia. Secūdo dicit ꝙ uolēs uti uino grosso dulci cauere debet ne per usum eius oppilationes incurrat, sumendo .s. uel cū eo uel post illud aliqua aperitiua sicut aquam cicerū cicoreę uel endiuiae. Attende ꝙ nullū uinū intēsae dulcedīs inuenitur unq̃ subtile aut lucidū, sed oē tale est calefaciēs grossum ita tardi exitus, & tm̄ oppilans hepar & splenē q̃tō habet de grossitie. Iuxta illud Gal. libello de uinis. cap̄. secundo. Dulce uero uinum nec subtile certitudinaliter nec lucidū inuenies unq̃. Calefacit autē oē uinū dulce & grossū ē consistētia. Quantū aūt ꝑticipat grossitie tm̄ est tardi transitus. Vn̄ nō solū non deobstruit aliquā obstructarū ꝑiculam sed ēt adijciet obstructioni. Et ꝓptea nociuū fit hepati patienti, et maxie qn̄ adhuc phlegminat, Imoderatus vero nocumentū opabitur qn̄ a grossis hūoribus obstructū fuerit hoc uiscus, uel qn̄ ꝓp ībecillitatē patit̃ sicut ī hepaticis passionibus, deinceps uero hepati, nocet̃ spleni a dulcibus uinis, non ēn̄ pulmo qñ in branchijs habet grossum humorē. Haec Galenus.

Vetus autem rubeum melius est complexionem habenti frigidam & phlegmatico.

Vini ueteris rubei uis.

In hac tertia dicit ꝙ uinū rubeū antiquū ē melius alijs uinis hōibus frīae cōplonis et phlaticis. Et intelligit de rubeo remissae rubedīs subtilis substātię quale est ī gallijs uinū belnę. Tale nāq̧ corrigit lapsū suae frigiditatis, & apit oppilōnes euenire solitas frigidis phlegmaticis, et digerit phlata coopans ad conuersionē eorū in sanguinē et digerit facilr̄, et cito penetrat, et eis ꝓbet alimētū mūdū et spiritus plīmos, & sua uetustas addit in calitatē eius. Teste Seraṗ. in aggregatorio. cap̄ de uite. auctoritate Gal. dicente. Vinū est in secundo gradu caliditatis, & uetus ex eo est in tertio, & mustum est in primo gradu.

Et uinum quidem post quodlibet omnium cibariorum bibere est malum, quem admodū huius causam iam integre declarauimus. Non ergo bibatur nisi postquam ipsum fuerit digestum & descenderit.

In hac quarta dicit ꝙ bibere super quēcunq̧ cibum siue grossus fuerit siue subtilis, siue calidus siue frigidus, siue bonus siue malus prius q̃ fuerit digestus est malū. Cuius causam superius declarauit in parte. 13. capli praecedentis ꝑ illo. Vinum quoque post cibum est ex rebus

Vinum quoq; est cibo bonus penetrator in toto corpore & incidit phlegma & resoluit ipsum, & choleram rubeam in urina & alijs extra hit, & choleram nigram labi facit & facile exire, & eius flectit nocumentum propter contrarietatem, & omnes resoluit lassitudines modos sine multa caliditate extranea. Et ipsius quidem species in suo loco nominabimus.

Vini iuuamēta.

In hac secunda tangit quinq; iuuamenta vini. Primū est ꝙ est bonus cibo penetrator in toto corpore.i.facilē efficit penetrationē cibi cui immiscetur ad oia membra suis calore subtilitate & conuenietuia in ꝓprietate occulta. Secūdum est ꝙ incidit phlegma & resoluit ipsum modo praedicto. Tertium est ꝙ educit choleram rubeam in vrina & alijs vt sudore & egestione & resolutione insensibili. Quartum est ꝙ facit melam quae grossa est & tardi motus faciliter labi per cānales ꝓprios ab hepate ad splenem & a splene ad os stomachi, & tandem a corpore cum fecibus exire, & flectit seu reprimit nocumentum melae propter contrarietatem incomplexione & modo substantiae & in effectibus. Nam melancholia tristitiam timorem pusillanimitatē & auaritiam parit, vinum vero gaudium audaciam magnanimitatem & liberalitatem. Quintum est ꝙ resoluit oēs modos seu species lassitudinis non associatos multa caliditate extranea ut lassitudinem ulcerosam extensiuam apostemosam & arefactiuam. Et istas species infra nominabit & declarabit cap̄. 11. p̄ntis doctrinae, quia vinum resolutos spiritus abunde reparat, virtutem confortat, humiditates relictas in musculis neruis chordis & iūcturis tollit aut minuit. Et si fuerit opus humectatione vt in arefactiua velociter humectat dummodo limphetur.

Ille autem cuius cerebrum fuerit forte non cito inebriatur, neq; eius cerebrum malos uapores ascendentes suscipit neq; ad ipsum peruenit ex uino nisi eius conueniens calor. Et ipsius tantum clarificatur ingenium quantum ante alijs uicibus non clarificaretur. Qui uero ab isto diuersus fuerit erit ei diuersum.

Vinum clarificat ingenium.

In hac tertia dicit primo ꝙ vir cerebri fortis non facile inebriatur, nec cerebrum ipsius cito suscipit malos vapores eleuatos ad ipsum, et non sibi peruenit calor ex vino nisi cōueniens et moderatus. Et intellige ꝙ nō peruenit ad id malus calor vini, ita vt figatur illic cum vapore aut fumo eius dolorem ingerens & ingenium perturbans, sed fortitudine cerebri statim dissoluitur aut resoluitur & expellitur per cōmissuras & poros cranei. Secundo dicit ꝙ ingenium hoīs fortis cerebri tantum ex vino clarificatur & acuitur quantū non clarificaretur & non acueretur alijs vicibus quibus nō biberet vinum. Iuxta hoc prouerbium. Vinum bonū acuit ingenium. Cuius ratio est, quia ex bono vino plus q̄ ex quocunq; alio potu generantur & multiplicantur spiritus subtiles clari & parui. Et inde est ꝙ theologi contemplari soliti circa altissima bona vina diligunt. Tertio dicit ꝙ ille qui diuersus fuerit ab isto diuersum erit ei.i. Illi homini cui cerebrum debile fuerit contraria contingunt.s. cito inebriari a vino & cito recipere malos vapores ascendētes ad cerebrū ipsius & immoderate calefieri cerebrū calore vini, & ingenium eius facile ex vino puro turbari, ꝓpterea tales vel vti debent vinis debilibus natura & aquosis: vel limphare fortiter vina fortia si vtantur eis, ita vt perdant fumum vel vaporē malum quo nocent cerebro.

Et ille quidem qui in pectore debilitatem habuerit qua eius anhelitus in hyeme coangustat uinum multum bibere non potest.

In hac quarta dicit ꝙ homo debilis pectoris debilitate coangustante anhelitum eius in hyeme non potest bibere multum vinum. Tales sunt homines stricti pectoris dispositi ad phthisim, quorum stomachi si vino impleantur comprimunt diaphragmata et coangustant anhelitum. Et vinum plurimum natans in eis effumat ad caput, cuius vapores frigore cerebri sursum inspissati recidūt in pectus coaugentes eius coartationem vel suo acumine pulmonem vlcerantes.

Amplius qui multum uinum bibere uoluerit comestione non repleatur, et diuretica in suo epulo ponat.

Bibēdi multū innoxie ratio.

In hac quinta dat duo nocumenta volentibus vti multo vino sine magno eius nocumento vel impedimento. Primum est quòd non se repleat multo cibo vt & vinum facilius labatur & stomachus super digestione ipsius fortior fiat non vexatus simul duplici repletione. Secundum est vt misceat diuretica cum cibis eius sicut nasturtium carui foeniculum & aquam cicerum: vt per haec descensus vini acceleretur, & euacuatio per vias vrinae sine multa ipsius effumatione ad caput.

Quod si ex cibo aut uino repletio acciderit ipsum euomat & hydromel bibat & postea ipsum etiam euomat, deinde os suum aceto & melle abluat & faciem aqua frigida.

In hac particula tertia. Primo agit de remedijs contra repletionem ex cibo aut vino. Secundo contra nocumentum calefactionis vini. ibi ⌊Et cui quidem.⌉ Tertio contra nocumentum ex debilitate capitis. ibi ⌊Et ille quem.⌉ Quarto contra nocumentum vini in stomacho ex calefactione. ibi ⌊Quod si in stomacho.⌉ Quinto contra nocumentum in eo ex infrigidatione. ibi ⌊Et ille quidem.⌉ Sexto de cōditionibus vinorum veteris & noui. ibi ⌊Et tu quidem scias ꝙ vinum.⌉ Septimo de conditionibus optimi vini. ibi ⌊Et scias etiam.⌉ Octauo de modo faciendi vinum ablutū. ibi ⌊Et bonum quidem.⌉ Nono de remedijs contra mordicationem vini. ibi ⌊Quod si alicui.⌉ Decimo de velociori inebriatione ex vino limphato & causa eius. ibi ⌊Scias praeterea.⌉ Vndecimo de prohibitione vini in ieiuno & post balneum & post motum fortem & causa huius. ibi ⌊Amplius sapiens.⌉ In hac prima parte dicit ꝙ si alicui contingat repletio ex cibo aut vino prouocet eius vomitum dum repletio recens est grauans & distendens aut pungens stomachum per impositionem digiti in ore vel pennae intinctę in oleo. Deinde ad abluendum stomachum & iterum excitandum vomitum bibat hydromel tepidum et post etiam euomat illud. Consequenter lauet os aceto & melle ad abstergēdum reliquias cibi aut vini aut humorum euomitorum. Post lauet faciem aqua frigida pro viuificatione virtutis a vomitu lassatae, & prohibitione inflammationis ex commotione vomitus & erectione appetitus quas lotio nunc dicta operatur. Iuxta illud. Prin. primi secunda. doc. secunda. summa secunda. cap̄. vlt. Faciem vero madefacere et super ipsam aquam rorare virtutem viuificat & etiam cum desiderio medicatur & erigit ipsum.

Et cui quidem uinum nocumentum fecerit per calefactionem in corpore & ignitum fuerit hepar sit eius nutriens. Verbi gratia. illud quod fit in succo uuae acerbae & quę eis similāt, & sint ea quibus post comestionē utitur dum bibit talia qualia sunt granata & citri acetositas.

Vini calor quo pacto arcendus.

In hac secunda dat duo remedia contra calefactionẽ corporis ex vino & inflammationem hepatis ab eo. Primũ est vt cibus illius in quo hęc contingunt sit sicut illud quod fit cum succo vuæ acerbæ.i.sit infrigidatus cum agresta & sibi similibus, vt succo pomorũ arangię vel succo lymonũ vel succo acetosæ. Ponat ergo de istis in aqua carnium vel pureta pisorum, & comedat suas carnes & suos pisces cum prædictis succis, vt contra operentur supercalefactioni vini. Secundum est vt ea quibus post comestionẽ vtitur qñ bibit vinũ sint mala granata acetosa & acetositas citri & similia sicut grana berberis vel rhanna. Per hæc.n.frangitur vini fumositas & multum reprimitur caliditas eius.

Et ille quẽ ex parte sui capitis impedierit minuat ex ipso, & quod est temperatum & clarificatum bibat, & ea quibus post comestionẽ utitur dum bibit sint talia qualia sunt citonia.

In hac tertia dat tria remedia contra nocumentum vini ex debilitate cerebri, puta contra ebrietatem vel dolorẽ capitis. Primum est vt homo debilis cerebri minuat ex vino.s.tã parum bibat ꝙ natura posset ipsum digerere & fumositatem eius reprimere, & cito ad inferiora deducere, sine hoc ꝙ natet circa os stomachi effumans ad caput. Secũdum est vt vinum quod bibit sit limphatum & clarificatũ, vt ab aqua immixta sua reprimatur lędens fumositas et nõ ei cõmisceatur aliquid terrestre conturbans ipsum vinum quod sit cã moræ eius in stomacho. Tertium est vt ea quibus post comestionem & vini potum vtitur sint vt citonia vel diacitonitẽ, vel ꝑuellanæ assatæ, quibus inest virtus reprimendi fumos sursum ascendentes & comprimendi cibos inferius & claudendi os stomachi.

Quod in stomacho nocumentum fecerit & ipsum calefecerit comedat semina myrti torrefacta, & parum ex trociscis de camphora sugat, & illud in quo est stypticitas & acredo.

Stõ ex uino calefacto remedia.

In hac quarta dat tria remedia contra nocumentum supercalefactionis stomachi ex vino. Primum est, vt ille cui istud contingit comedat semina myrti torrefacta. Ipsa enim stõm sua stypticitate corroborant & complexionem infrigidant. Secundum est vt sugat modicum ex trociscis camphorę. Quorũ multas descriptiones recitat Prin.trac. 1.summe prime quinti cañ. Et de eis dicit ꝙ conferunt ad inflammationem quæ fit in stomacho & hepate. Tertiũ est vt sugat illud in quo sunt stypticitas & acetositas vt capriolos seu turiones uitiũ grana granatorꝫ acetosorꝫ sumach vel berberis quibus confortatur & frigescit stomachus.

Et ille quidem qui in stõ patiť dolorem ex frigiditate utatur post comestionem dum bibit cypero & gari ophyllis & corticibus citri.

Stõ ex uino frigefacto remedia.

In hac quinta dicit ꝙ ille cuius stomachus nocumẽtum frigoris patitur ex potu vini post comestionem dum bibit vtatur radicibus cyperi gariophylis & corticibus citri, qui suo calore reprimunt frigus illarum a vino, & sua aromaticitate stomachum confortant & digestionem coadiuuant.
Attende ꝙ vinum in stomacho frigido leuiter acetosatur, et tunc nocet plurimum suo frigore stomacho et neruis quare prohibetur in paralyticis. Iuxta illud Principis tertij secũda.cap̃.4. Et scias ꝙ aqua melior est paralytico q̃ vinũ. Vinum enim materias in neruis penetrare facit. Et p̃m quidẽ ipsius quãdoq; acescit in corporibus eorum & fit acetum. Acetum vero est ex rebus quæ neruis sunt nocibiliores.

Et tu quidẽ scias ꝙ uinum uetus est quasi medicina & pauci existit nutrimenti. Nouum uero uinum impedit hepar, et ad hepaticã ꝑducit dysfenteriã ꝑꝑ inflationẽ suã, & ꝑꝑea ꝙ facit uẽtrẽ.

Vini ueteris.

In hac sexta dicit primo ꝙ vinum vetus est quasi medicina.i.magis inest ei virtus alteratiua corporis ad caliditatem & siccitatem q̃ꝫ virtus alterabilitatis a corpore ꝑ opus nutritionis, & est pauci nutrimenti, quia est spoliatum a fece & viriditate quam præhabuit & pene igneum factum. Propter quod in aggregatore scribit Sera.cap̃. de vitæ. auctoritate Gal̃. ꝙ est calidum & siccum in tertio gradu. Secũdo dicit ꝙ nouum vinum impedit hepar, quia oppilat ipsum propter immixtionem plurimam suæ fecis, & perducit ad dysenteriam hepaticam propter inflationẽ eius qua debilitat hepar & propterea quod facit ventrem.i. inducit solutionem ventris abstergendo uiscera nitrositate suæ fecis, & stimulando ea ad expulsionem multitudinem uentositatis & lubricando cito inferius per uiam indigestibilitatis & grauaminis stomachi quare se relaxat & portanarium oppressis apperit. De nouo uino dicit Serap̃. in aggregatore capitulo de uite auctoritate Diasco. Sed nouum vinum generat inflationem & est difficilis digestionis, & inducit somnia mala & prouocat urinam.

Et scias ẽt ꝙ ex uinis illud est melius qđ inter uetustatẽ & nouitatẽ ẽ æquale & est clarꝫ qđ ad rubedinem trahit bonum hñs odorem æqualis saporis, quod neqꝫ est acre, neqꝫ dulce.

Vinum optimũ.

In hac septima dicit ꝙ melius ex uinis est medium inter uetus & nouum clarum in substantia trahens ad rubedinẽ boni odoris delectabilis saporis, scilicet æqualis seu medij inter acutum & dulce non ex toto acutum nec ex toto dulce. De quo Serap̃. scriosit capitulo nunc dicto. Sed mediocre inter nouum & uetus est sine malitijs horum, scilicet noui & ueteris, quapropter oportet ut eligatur potus eius præ alijs sanis & ægris.

Et bonum quidem uinum quod ablutum uocant est quod ita fit. Tres uini sumuntur partes & aquæ una & cõmiscentur & coquuntur quousqꝫ quarta pars minuatur.

Vinum ablutũ.

In hac octaua dicit ꝙ vinum ablutum sic fit. Partes uini tres & ꝑs una aquę simul cõmiscentur & bulliuntur usqꝫ ad consumptionem quartæ partis totius commixti, & id quod remanet dicitur uinum ablutum propter aquę permixtionem, quę quasi lauit ipsum & partem suæ fortitudinis abstulit. Vnde neq; hepati suo calore nec cerebro sua euaporatione sic nocet ut purũ. Attende ꝙ plurima ex uinis Frãciæ quod decoquuntur nisi noua fuerint cito conuertuntur ad acetositatem, sed uina Hispaniæ & Arabiæ propter sui fortitudinem sustinẽt decoctionem sine acetosatione extra tempus nouitatis, ideo in Francia non fiunt uina abluta sicut in Arabia. Sed in aliquibus eius partibus tempore mustorum fiunt uina cocta sine aquæ permixtione.

Qđ si alicui ex uini potatione mordicatio acciderit mala granata post ipsum sugat et aquã frigidã et syrupum absinthij in mane. Et balneum ingrediať postquam iã aliquid parum comedit.

Mordicationis uini remedia.

In hac nona dat quatuor remedia contra mordicationẽ contingentem ex potu uini siue circa orificium stomachi qua sæpius accidit siue alibi. Primum est sugere grana granatorum acetosorum quibus reprimitur acumẽ uini seu punctura eius & stõus corroborať. Secundũ est sugere uel

superbibere

ſuperbibere modicum aquæ frigidæ quę vinum reprimat & eius acumē frangat. Tertium eſt mane ſumere parum ſyrupi abſinthij. De quo dicit Meſ. diſtōne. 6. antidotarij ipſius ꝙ confert ad caſum appetitus & debilitatē ſtomachi et mollificationem viſcerum. Quartum eſt ingreſſio balnei mane poſt modicam comeſtionem, vt per ipſum reſoluantur fumi vapores derelicti a vino: & per comeſtionem modicam præuiam vt vnius boli panis in aqua roſacea intincti prohibeantur dolor & debilitas præcordiorū, & affluxus choleræ verſus os ſtomachi.

Scias præterea ꝙ mixtum uelocius inebriat, quoniam aquoſitas uelocius penetrat.

Liphatū vinū ceteris facilius inebriare.

In hac. 10. dicit ꝙ vinum limphatum ſeu aquæ permixtum citius inebriat ꝗ̃ vinum purum, quia aqueitas ſeu aquæ ſubſtantia velocius penetrat ſubſtātia vini, quare vino immixta penetrationē eius accelerat. Et iuxta hoc quærit Ariſ. tertia part. problematum. ꝓpter quid eſt magis crapulātur bibentes quidē bene temperatum ꝗ̃ intemperatum. Et reſpondet aut propter ſubtilitatem in plura loca temperatum ingreditur quemadmodum in indumentis: et eſt difficulter educibile, aqua autem ſubtilis partis eſt ſed bene egreſſibilis, aut propter hoc ꝙ minus bibunt intemperatum. Attende primo ꝙ omne vinū groſſius eſt aqua pura vel aqua vicinæ puræ, quia quadam terreſtreitate participat qua mixtum cenſetur & aptum nutrire, aqua vero non. Ex parte ergo ſubſtantiæ aqua penetratiuior eſt vino, ſed vinum eſt penetratiuius aqua ſua caliditate & familiaritate occulta cum corpore humano. Attende ſecundo ꝙ ad verificationem huius ꝙ vinum limphatum citius inebriat duo requiruntur. Primum eſt ꝙ vinum ſit forte multam aquam ſuſtinēs non debile aquoſum. Nam cum tale purum præ ſui debilitate inebriare nō ſufficiat q̄ño inebriabit aqua fractum & debilitatum. Secundum eſt ꝙ aqua vino commixta ſit modica. Nam plurima tolleret a vino virtutem inebriandi.

Attende tertio ꝙ iſtud dcm̄ de vino limphato ꝙ citius inebriat maxime intelligendum eſt de vinis groſſis, quæ q̄ñq; præ ſui groſſitie in ventribus coagulantur & contra parietem proiecta cohærent. Nam talia per aquam manifeſte ſubtiliantur & penetrationem acquirunt. Sed vina ſubtilia ſicut maluaſia vina beluæ parū vel nihil penetrationis ab aqua acquirunt, ſed ſunt ex ſeipſis facillime penetratiua, ita vt ſtatim poſt eorum ſumptionem ſentiatur ſua caliditas per totum corpus diffundi.

Amplius ſapiens ſibi prohibere debet ne ieiunus uinum bibat, aut antequam membra in humectatis aqua reficiantur, aut poſt motum fortem, quoniam hæc duo magnum cerebro faciunt nocumentum & neruis, & ad ſpaſmum perducunt: & ad amentiam aut in ægritudine, aut in tempore calido.

Vini nocumētū ieiuno, balneato: & exercitato.

In. 11. dicit ꝙ vir ſapiens. i. bene inſtructus in conſeruatione ſanitatis cauere debet ne bibat vinum ieiunus, aut antequam membra reficiantur aqua in humectatis. i. balneatis, aut poſt motum fortem, quia hæc duo. ſ. bibere vinum poſt balneum, & bibere ipſum poſt motum fortem nocumentum magnum inferunt cerebro & neruis. Neruis quidem quia ſpaſmum generant. Cerebro autem quia ad amētiam perducunt in ægritudine calida vt febre cholerica vel in tempore calido. ſ. æſtate. Attende primo circa hoc qđ dicit, aut anteꝗ̄ mēbra in humectatis reficianẗ aqua ꝙ aqua non conuenit humectatis vel balneatis ſicut nec vinum niſi præaſſumpto cibo aliquo modico, ſed poſt modicum cibum ſumptum tutius eſt aquā bibere ꝗ̃ vinum, quia mēbra ſitibunda ex calore balnei non ita repente neq; ita auide cibi attrahunt aquam ſicut attraherēt vinum: neq; aqua ſic facit ad neruos & cerebrū penetrare humores ſicut facit vinum. Attende ſecundo ꝙ cum vinum de ſe facile percutiat neruos & cerebrum velocitate ſuæ penetrationis & multitudine ſuæ euaporationis multo magis facit illud prę apertis vijs & aucto calore per balneū præcedens aut exercitium: & adhuc amplius in ægritudine calida vel tempore calido conferente iterum ad apertionem viarum.

Frequens quoq; ebrietas eſt res mala quę hepatis & cerebri cōplōnē corrūpit et neruos debilitat, & ad neruorum ægritudinem perducit, & ad apoplexiam & mortem ſubitaneam.

Ebrietatis freq̄ntis nocumenta.

In hac particula. 4. Primo agit de nocumentis frequentis ebrietatis. Secundo de conuerſionibus vini in cholerā & in acetum ſecundū diuerſitates ſtomachorum. ibi ⌊ Vinū prętérea. ⌉ Tertio de opione circa ſemel aut bis inebriari i mēſe. ibi ⌊ Quibuſdam vero viſum eſt. ⌉ Quarto cui partium corporis vinum magis nocet. ibi ⌊ Scias ꝙ maius. ⌉ Quinto de remedijs contra repletionem vini. ibi ⌊ Et ei quidē. ⌉ Sexto de vſu vel non vſu vini ſecundū ætates. ibi ⌊ Et pueris. ⌉ Septimo ſecundum regiones. ibi ⌊ Regio præterea. ⌉

In prima parte tangit ſex incōmoda corporis ad quę perducit frequens ebrietas. Primum eſt corruptio cōplōnis hepatis quia vinum ſuperflue bibitum ad hepar veniēs vel ſuperflue reſoluit calorem ipſius vñ admittit virtutē ſanguificā: & loco ſanguinis gñat aquoſitates efficientes hydropiſim, vel incendit hepar & humores eius vñ gñatur lepra vel mania. Secūdm eſt corruptio cōplōnis cerebri propter aſſiduam eleuationem fumorum vini ad ipſum diſponentium calm cerebrum maniæ & freneſi & frigidum epilepſiæ lithargiæ apoplexiæ & ſubeth. Tertium eſt debilitas neruorum. Videmus. n. bibulos inebriari ſolitos tremere caput & membrum non ſolum in ſenio, ſed etiam in ſenectute & iuuentute q̄ñq;. Quartum eſt ægritudines neruorū ſicut ſpaſmus & paralyſis, quia vinum ſuperflue acceptum ſæpe in ſtomacho acetum efficitur quod valde nocet neruis ſæpe conuertitur ex defectu digeſtionis in aquoſitates indigeſtas quæ neruos remolliunt, ſæpe ducit humores groſſos ad neruos quibus diſtenduntur vel contrahuntur. Quintum eſt apoplexia propter humiditates cerebri multiplicatas a vino, ita vt totaliter oppilent vias ſpūum animalium a cerebro in membra. Sextum eſt mors ſubitanea, dum ſcilicet ſtertendo & dormiendo viæ anhelitus multitudine uini uel humiditatū ex eo generatarum clauduntur & ebrius ſuffocatur.

Vinum præterea multum in quorūdā ſtomachis in malam choleram rubeā conuertiẗ, & in aliorum ſtomachis in acetum purum, & eorum amborum nocumentum eſt magnum.

In hac ſecunda dicit primo ꝙ vinum conuertitur in quorundam ſtomachis in coleram rubeam malam. ſcilicet in ſtomachis calidis cholericis, & in ſtomachis quorundam conuertitur in acetum purum. ſcilicet in ſtomachis frigidis phlegmaticis. Secundo dicit quòd vtrumq; affert nocumentum magnum. Primum quidem, quia cholera in ſtomacho ex vino genita tollit appetitum, pungit ſtomachum, pectoralia ignit: ad febrem diſponit: ad caput effumat, & ipſum dolere facit. Secundo vero quia acetum ſuis frigiditate & ſiccitate digeſtionem ſtomachi impedit ac hepatis, pectus coartat & tuſſire facit: os ſtomachi mordet: & ad neruos ac iuncturas penetrans vehementer eos lædit.

Quibuſdā uero uiſum eſt ꝙ ſemel in menſe, aut bis inebriari cōfert ꝓpterea ꝙ uirtutes alleuiat animales & requieſcere facit, & urinam prouocat, & ſudorem & ſuperfluitates reſoluit.

Ebrietatis iuuamenta.

In hac tertia parte dicit ꝙ quidam opinati sunt homini conferre ꝙ se semel aut bis in mense inebriet. Primo ꝓpterea ꝙ inebriatio talis alleuiat animales virtutes & requiescere facit ligando fortiter sensum communem cum virtute voluntarij motus ita vt quiescant et reficiantur somno ꝓfundo, nihil trãsmittentes ad organa sensuum nec ad instrumenta voluntarij motus. Secundo propterea ꝙ sudorem & vrinam prouocat transeuntibus abunde subtilibus partibus vini tã per vias vrinales ꝙ̃ per venas quasi abstergẽdo ac lauando vtrasq;. Tertio quia superfluitates resoluit tertiæ & quartæ digestionum. Tum calore vini. Tum transitu ipsius veloci per vias & poros corporis impellendo ante se has quibus obuiat. Tum calore innato per somnum profundum a vino inductum fortificato. Adde quartum si vis ꝙ interdum stomachum vomitu mundificat ex punctura vini vel distensione vel aggrauatione. Attende ꝙ de opinantibus ebrietatem semel vel bis in mense conferre fuit Ras. Ait.n. quarto Almansoris. capitulo de regimine bibitionis. Frequenti quoq; ebrietate nullo modo est vtendum, malas.n. generat ęgritudines. vna autem ebrietas vel duæ in mense auxilium præbent. Et ei videtur consentire Princeps quarto capitulo tractatus primi particulæ secundæ canticæ dicens. Estq; omni tempore vitæ nisi semel in mense ebrietas euitanda. Sed Auerrois in commento illius huic dissentit dicens. Assensus autem ebrietatis semel in mense est erroneus. Et non concedit hoc nisi Rasis. Quoniam licet vinum teste Gal. sit ex magis conuenientibus calori naturali & sit respectu eius in gradu in quo est oleum ad lumen et ignem, tamẽ sicut multum & superfluum oleũ extinguit lumen, sic etiam multum vinum extinguit calorẽ innatum, pro tanto ꝙ & si ipsum sit ex magis conuenientibus calori naturali, ipsum nihilominus est ex magis nocentibus calori animali & sensibili & organis eius, scilicet cerebro & neruis. Hæc Auerrois. Et Serapion in aggregatore capitulo de vitę ait. Et omnis inebriatio est mala & nociua & maxime si sæpe contingat, quoniam inebriatio assidua debilitat corpus & mollificat neruos. Attende secundo ꝙ inebriatio proprie est turbatio mentis & iudicij rationis ex vino ebibito vel potu altero vaporoso vel ex fumis vini per nares intrantibus vsq; ad cerebrum, sicut interdum fit ꝙ in caueis vasa plena vinorum ita exuberanter hincinde effumãt ꝙ introeuntes absq; potu aliquo statim inebriãtur adeo, vt cancellent & se regere nesciant. Et dicitur ab e quod est sine & brios quod est mensura, quia tollit mentis seu rationis mensuram quãdiu perdurat.

Ebrietas duplex.

Attende tertio ꝙ duplex est ebrietas. Quædam leuis quæ non tollit vsum rationis sed linguam in sermone vacillare facit & in gressu pedes cancellare & mores immutat uel ad letitiam uel ad irã secundum dispositionem subiecti: & iudicium peruertit & somnolentum reddit. Alia est fortis & uehemens qua mens sopitur & tollitur ꝓ tunc usus rationis, & primi detenti peccant sed secunda non teste Aristo. tertia particula. problematum. problemate secundo. quęrente propter quid uehementer ebrij non peccant sed parum ebrij maxime. Et respondet ita: quia non sic parum biberunt ꝙ similiter se habeant sobrijs neq; sic ꝙ dissoluantur quod patiunt qui multum biberunt. Amplius parum ebrij quidem magis recte iudicant, ebrij autem uehementer neq; conantur iudicare. Parum autem ebrij iudicant quidem propter non uehemẽter inebriari. Male autem propter id quod non sunt sobrij & cito hos quidem contemnunt, ab his autem paruipendi putant. Hæc Aristo. Attende quarto ꝙ ebrietas leuis semel in mense tolerabilis est & conferens corpori propter causas dictas, præcipue in illis qui non rixantur quando sunt ebrij: sed potius quęrunt ludere & locari uinum simiæ non canis gerentes ut ait uulgus. Attende quinto ꝙ ebrietas fortis & uehemens est homini periculosa detestabilis inutilis & multum damnosa. Periculosa quidem quia quandoq; infert spasmum & mortem. Iuxta illud Hyppo. aphorismorum quinta. Si inebriatus aliquis repente sine uoce fiat spasmo innato morit. Periculosa iterum quia ebrius se regere nesciens quandoq; cespitat, quandoq; cadit vel supra lapides uel in celarium uel in puteum uel in foueam uel fluuium: vel se ab alto præcipitat unde contunditur mutilatur aut occiditur. Et iterum periculosa: quia ebrius discretione carens et usu rationis quãdoq; rixatur, quandoq; pugnat his quibus obuiat, quandoq; uulnerat, quandoq; occidit sicut canis rabidus, quandoq; domui impellit ignem. Detestabilis autem: quia cum rex regum, & dominus dominantium minuerit hominem paulominus ab angelis gloria & honore coronauerit eum, & constituerit eum super opera manuum suarum, omnia subijciens sub pedibus eius, Infamis abiectis detestabilis est inferior bestijs dũ leccacitate uini perdit usum rationis minus se regere et conducere sciẽs animalibus brutis. Inutilis uero quia hæc ebrietas nec quiescere facit nec alleuiat animales uirtutes teste Aristote. tertiã particula problematum. quærente propter quid ebrijs non fit somnus. Damnosa quidem quia superfluitatibus replet cerebrum & neruos, neq; aliud bonum facit nisi ꝙ interdum vomitum prouocat.

Et scias ꝙ maius nocumentorũ uini nõ est nisi in cerebro. Ex ipso igitur nemo debile cerebrũ habens bibat nisi parum & mixtum.

In hac quarta parte dicit ꝙ maius nocumẽtorum quod ex vino euenire solet non est nisi in cerebro. s. repletio cerebri ex vaporibus & fumis & humiditatibus inde genitis & turbatio mentis & obtenebratio spirituum animalium & dolor capitis. Et iõ nemo debilis cerebri sumere debet ex vino nisi parum quaq; uice multa aqua permixtum uel naturaliter debile & aquosum.

Et ei quidem qui uino impletur melius est ut ad uomendum festinet si facile fuerit, ꝙ si non aquam solam multam super ipsum bibat aut cũ melle. Et post uomitum in tina balneetur deinde ex oleo multum inũgatur & dormiat.

Potus uini immoderati remedia.

In hac quinta parte dat quinq; remedia contra nimiam repletionem ex uino. Primum & potissimum est ad uomitum festinare. per hunc enim statim causa mali tollitur si facile fuerit patienti uomere. Secundum est superbibere uino multam aquam solam uel cum melle mixtam si patiens facile uomere non possit, ut & aqua uini reprimat uapores & effumationes, uel cum melle uinum inferius deducat subtilitate aquæ et abstersione mellis. Tertium est balneum in tina post uomitum uini quo resoluantur reliquiæ ipsius, & stomachus uomitu lassus mulceatur, & ad cibum nouum sumendum paretur. Quartum est inunctio totius corporis cum oleo oliuæ mediocriter calido statim post balneum propter eandem causam. Quintum est somnus quo quietetur turbatio cerebri, & digestio vini compleatur.

Et pueris quidem uinum ad bibendum dare est sicut ignem igni addere in lignis debilibus. Sed seni quantum tolerare potest da, & iuuenibus da ipsum temperate.

Vinum quale quibus ætatibus dandum.

In hac sexta parte dat tres regulas circa vsum vini in ætatibus. Prima est. dare pueris uinum in potu est sicut addere ignem igni in lignis debilibus, eo quòd pueri uehementer sunt rari & de facili inflammabiles; propter abundantiam sui caloris innati debilium neruorum, & debilis cerebri: quare lædit eos multipliciter uinum, & inflammatione facili: & percussione cerebri & neruorum sua penetratione facillima & effumatione copiosa. Cum igitur pueris uinum in potu datur calor eius inflammabilis calori pueri inflammabili

addiitur

addit in corpore pueri qđ est paucę resistentiæ sicut debile tignū siue arundo sicca vel stipula arida ante faciem ignis. Secunda est seni dare vinum in potu quātum tolerare potest sine nocumento.s. quantū appetit appetitu vero naturali & regulato. sicut.n. veteres ocreæ aridæ & rugatæ renouantur oleo lini untur et applanantur, sic corpora senum potu vini electi. Senes.n. frigidi sunt & a vino calefiunt habēt spiritum tristē et abundāt in melācolijs, sed vinū exhylarat eos & melācolias reprimit cōiter male dormiunt, vinū vero prouocat in eis somnum, ad oppilationes proni sunt quas vinū aperit & ab eis prohibet, propterea dicit Gal. 5. de regimine sanitatis. cap̄. 5. Sicut vinum pueris contrarijssimum ita senibus est vtilissimum. Tertia est dare vinum bibere iuuenibus, temperate quidem secundum mensurā quantitatiuā, tēperate etiā secundū decentē limphatiouē, licet.n. iuuenes sint calidi sicut pueri, tñ hñt mēbra solidiora neruos & cerebrum fortes quibus potenter resistunt nocumentis potus vini. Cōsequuntur autē & ex potu uini sobrie sumpti iuuamenta plurima, vʒ eductio choleræ, corporale robur ingenij acumē, abundantia spūum subtilium & paruiorū. Auer. uero partiori manu cōcessit hoibus vsum vini veterū mores super hoc allegans cap̄. quartū. trac. primi. partis secundæ cātic. cōmento illius cantici. Non est curādum de assumptione multi vini. Scribit.n. ibi. Priores autē nequaq̄ concesserunt vinum iuuenibus rōne fortitudinis caloris ipsorū. Cōcesserūt tamen ex eo parum senibus & decrepitis. Et bibebant vinum aromaticum adiūcta sibi acetositate mali granati aut succo citoniorum & cucumeris.

Regio prǽterea frigida uinum tolerat sed calida minime.

In hac septima parte dicit q̄ Incolæ frigidæ regionis vt septimi climatis bene tolerant vinum, sed incolæ calidę regionis vt primi & secundi climatum non tolerant vinū nisi modicum & debile vel fortissime limphatum. Cuius rō est, quia incolæ frigidæ regionis sunt densi compacti fortis cerebri & fortium neruorum propter fortificationem sui caloris innati et indurationem ac constrictionem suorum mēbrorum a frigido circunstanti. Sed incolæ calidæ regionis sunt rari tenues debilium cerebri & neruorum propter resolutionem superfluam innati caloris, & rarificationem & apertionem pororum & liquefactionem ab excessu caloris continentis eos aeris.

Qui autem uino repleri uoluerit cibo nō repleatur neq̄ rem dulcem comedat sed bibat tapheam unctuosam et micas unctuosas comedat carnem pinguedini mixtam & inūgatur & nō laboret, & post cibum cum bibere uoluerit utatur amygdalis & lentibus salitis & caugamich de capparibus. Et si comederit caules coctos cū carne & oliuas de qua & eis similia confert ei et iuuabit ipsum in bibendo uinū. Et similiter omne quod uaporem alleuiat sicut semen caulium de syria & ciminū & rutha sicca & calamentū & sal napticus & ameos. Nutriētia pręterea in quibus ē uiscositas et glutinatio uaporē ingrossāt. Et hic quidem sunt uelut res unctuosæ dulces uiscosę, quoniam ebrietatem prohibent, licet nō multū recipiant uinum, ppea q̄ tarde penetrāt.

In hac quinta particula dat decem remedia volentibus vino impleri quibus præseruentur ab ipsius nocumentis et
Ad ino- xie mul
excitentur ad multum bibendum. Primum est q̄ ille qui vult vino impleri non repleatur cibo, ne grauamine geminato repletionis vtriusq; natura nimium debilitetur, & neutrum ipsorum regere sufficiat, & ne cibus sua grauitate petēs fundum stomachi vinum leue subleuet & natare faciat
tū bibē- dum re- media to.
vnde affluentius effumet ad cerebrum, & ne præoccupans stomachum multi vini susceptionem prohibeat, quam bibens intendit quęrit & affectat, & ne vinum mixtum replēti se cibo diutius maneat in stomacho effumans. Secundum est, q̄ non comedat rem dulcem, quia res dulces sunt oppilatiuæ grossæ. Nam sapor dulcis in grossa fundaē substantia sæpius. Vinum ergo secum sua subtilitate penetrare facit eas ad anfractus splenis & hepatis ante sui digestionē, vnde splen & hepar qñq; oppilantur vel intumescunt vel Indurantur. Tertium est, q̄ bibat tapheam vnctuosam. i. brodium. carnis pingue & vnctuosum. Licet.n. per hoc vinum diutius natet in stomacho & tardus descendat reprimitur tamen acuitas ipsius vini & suorum fumorum, nec tantum effumat vnctuoso immixtum propter eius tenacitatem & viscositatem. Quartum est q̄ comedat micas vnctuosas. i. offas pingues propter eandem causam, & carnes imixtas pinguedini pīmę. Quintū est, q̄ inungaē oleo oliuarum ad confortandum neruos & stomachum contra malas impressiones vini superflui. s. neruorum debilitates spasmos & paralyses. Sextum est, q̄ non laboret seu fortiter excitetur, ne nerui & iuncturæ motu calefacti vinū indigestum auidius attrahant et ne vinum forti motu in stomacho exagitatum multo abundantius ad cerebrum effumet. Attende q̄ Rasis. 5. Almāsoris, quinq; ex remedijs nunc dictis contra ebrietatem sic cōmemorauit. Si quis in potu multo vult vti vino oportet eadē die ne multo repleatur cibo nec dulcia comedat. Tapheam autem vnctuosam sorbeat: & micas in iure molles & vnctuosas comedat, & carnē piguedini admixtam temperate edat, nec eadem die ante comestionem laboret. Septimum est, vt cum voluerit superflue bibere vinum post assumptū cibum comedat amygdalas vel lentes salitas vel caugamich de capparibus i. cappares in salmora cōditos seu in sale seruatos. De amygdalis quidē dicit Prin. 2. cañ. cap̄. de amygdalis. Et cum amygdalæ amaræ comeduntē ante vinum prohibent ebrietatem & proprie quinquaginta numero. Sed salsæ lentes et cappares salsi sua salsugine mouent appetitum potus vini plurimi, & consumunt aliquid de vaporibus prohibentes per hoc ab ebrietate. Et iterum lentes sua grauitate vinum & vapores inferius deponunt, & cappares ipsum sua apertione descendere faciunt. Octauum est comedere caules cum carne coctos & oliuas aquæ & his similia. hæc.n. conferunt quia fumos reprimunt, & vapores vini quibus præseruant ab ebrietate & iuuant bibentem in bibendo vinū quia generant sitim. Illud de caule testatur Arist. tertia particula problematum, quęrens propter quid caulis soluit crapulam. Et Rasis. 5. Alman. hoc remedium & pręcedens sic cōmemorauit. De his pręterea quæ adiuuant valde ad potandum est caro cum caulibus & cum caunamita. i. cū caule imperiali & cum lentibus. Ad hoc præterea iuuamētum præstat vt qui vult bibere amygdalas salitas aut oliuas cōditas aut cappares comedat. Nonum est generale. s. omne quod vaporem vini alleuiat. i. consumit minuit aut a cerebro diuertit cuiusmodi semen caulium de regione syriæ, ciminum cui proprie est virtus carminandi vētositates vapores & fumos rutha sicca, de qua dicit Serap̄. cap̄. de ea q̄ est de rebus magis conferentibus inflationibus & ventositatibus. Sed in humida rutha est inflatio. Et calamentū de quo Serap̄. cap̄. de eo. dicit q̄ abstergit incidit et subtiliat, et sal napticus. i. niger: qui cum napta siue aspalto inueniri solet, & semen ameos de quo Serap̄. cap̄. de eo ait, q̄ calefacit subtiliat & resoluit. Et omnia prædicta bibere faciunt, & vino impleri suis caliditate & sicci. Attamen præseruant ab ebrietate vaporum consumptione. Attende q̄ Rasis quinto Alman. de quibusdam horum alijs adiunctis dictat hoc conditum contra ebrietatem. ℞. caulium semina, ciminum amygdalas excorticatas, menthastrum, salem

absinthium, rutham siccã, ameos, ex his omnibus simul tritis. drach. ij. pondus cum aqua frigida in ieiuno sumatur, si ille qui sumere debet calorem non habeat. Decimum est nutrientia in quibus est viscositas & glutinatio cuiusmodi sunt res vnctuosæ dulces viscosæ, sicut caseus pinguis liquefactus: lardum, pingues, anguillæ, vel carpę, aut tenchę. Ista namq; vapores ingrossant, ita vt non valeãt sursum penetrare & ebrietate cerebrum turbare. Sed quia tardę penetrant & diu remanent in stomacho non sinunt stõm recipere plurimum vinum. His ergo inest virtus prohibendi hominem ab ebrietate, sed non conferunt ei adimpleri vino et abunde potare, quia cum repleãt stomachi capacitatem & tarde descendãt, nec vino imbibant, ppter sui viscositatem nõ sinẽt vinũ lea penetrare, phibet ipsis stomachus a plurima vini susceptione. Et istud intendit ibi, licet non multũ recipiãt vinum, propterea q tarde penetrãt. Et remedium quasi coincidit cum tertio iam dicto.

Ebrietatis autem uelocitas est aut pp cerebri debilitatẽ, aut propter multos humores qui sunt in eo, aut pp uini fortitudinẽ, aut pp cibi paucitatem, aut propter regiminis malitiam in ipso, aut in eo quod cum ipso continuatur.

In hac. 6. particula. Primo agit de causis velocitatis inebriationis. Secundo de remedijs inebriationis ex debilitate cerebri. ibi ⌊ Et eius quidem. ⌉ Tertio de remedijs ebrietatis a quacunq; causa fiat. ibi ⌊ Syrupus qui. ⌉ Quarto remittit nos ad sequentia supee cura ebrietatis. ibi ⌊ Ebrietatis vero. ⌉ In prima particula dat quinq; cãs velocitatis inebriationis. Prima est debilitas cerebri qua facile recipit vini vapores & turbat ab his, nec breui tẽpore superare sufficit & resoluere eos. Secunda est multitudo humorũ cõprehensorum in cerebro, qs cũ exagitauerint vapores & fumi vini vehement' turbat ab vtrisq; cerebrũ & mens sibi incidens. Tertia est fortitudo vini vñ vehementius et copiosius effumat ad cerebrum. Quarta est cibi paucitas cũ plurimo vino ebibito, sic. n. vinum per stõm defluens & in eo natãs libere & abunde effumat ad caput. Quinta est malitia regiminis in cibo, quia puta est vaporosus & fumosus sicut vinũ veluti sunt cepe porri grossæ nuces allia, vel in eo qd' continuat cũ cibo. s. in brodijs aut salsis aut cõdimentis fumosis & vaporosis sicut cepulato vel salsa de musto vel galẽtina.

Ebrietatis velocis causæ. 5.

Et eius quidem quæ propter cerebri debilitatem est medicatio est reumatismi antiqui sanatio ex epithematibus in capitulo illo nominatis & ne ex eo bibatur nisi paucum.

In hac secunda dat duo remedia contra facilitatẽ inebriationis ex debilitate cerebri. Primũ est sanatio reumatismi antiqui ex epithematibus nominatis in cap̃. illo. s. tertij quinta. tract. primo. cap̃. 1. de cura coryçæ & catarrhi. Et capit hic epithema large vt se extendit ad embrocas & sacellationes et applicationes pannorũ calidorũ, quia capitulo hoc nullum describit epithema proprie dictum. Secundum est, vt debile habens cerebrum non bibat ex vino nisi modicum, & sit debile aut limphatum.

Syrupus qui ebrietatem tardat succi alborũ caulium pars una & succi granatorum acrium pars una & aceti pars media sumantur & ferueant ebullitionibus aliquibus, & sumatur inde añ q̃ uinum bibatur unc. i. Sumantur etiam grana salis & ruthæ & cimini nigri & siccent̃ et comedatur inde granum post granum. Sumat̃ etiam semẽ caulium de syria & ciminũ & amygdalæ amaræ excorticatæ & rhannus & absinthium & sal napticus & ameos & rutha sicca & sumat inde in potu qui caliditatis nocumẽtum non timet duarũ drach. pondus cum aqua frigida ieiunus. Ex eis præterea quæ ebrij remouent ebrietatem est ut ei ad bibendum dentur aqua & acetum multis uicibus aut aqua almasal aut raib acetosum. Et fiat ut ipse odoret camphorã & sandalum, & super ipsius caput ponantur infrigidantia repercussiua sicut oleum rosaceum cum aceto & uino.

In hac tertia parte dat sex remedia generalia cõtra ebrietatem. Primum est syrupus qui recipit succi granatorum acetosorum añ. lib. s. aceti quartam. i. bulliantur simul aliquibus ebullitionibus. Et de isto potu detur vnc. i. añ potũ vini: corroborat. n. stõm & potentem efficit indigestio vini, & prohibet vinum effumare ad caput. Secundum est dragea quę recipit granorum salis seminis ruthæ cimini nigri. añ. vnc. s. misceantur & siccentur seu torrefiant & de ipsis paulatim sumatur post potum vini, vel statim añ potũ medietas vnius parui coclearis granum post granum, consumit. n. vehementer fumos & vapores vini. Tertiũ est conditũ quod recipit seminis caulitũ de syria cimini amygdalarum amararum excorticatarum rhannorum seu grousellarum vel foliorum rhanni si fructus nõ habeatur absinthij salis naptici. i. nigri semis ameos ruthæ siccę. añ. drach. ij. terantur & misceantur. Et de isto condito dẽtur. drach. ij. dissolutæ in vnc. iiij. aquæ frigidæ ieiuno stomacho si non timeatur ex hoc nocumẽtum supercalefactionis. Hoc. n. potenter fumos & vapores vini consumit & stomachum confortat. Attende q Rasis. 5. Alman. cap̃. de his quæ multum faciunt bibere, scribens hanc receptam loco rhãni posuit mẽthastrum, & in glossa marginali litteræ pręsentis super verbo rhannus scribitur in alijs calamentum. Quartum est dare in potu multis vicibus post potum vini aquã aceto mixtam, vel aquam almasal quæ fit ex lacte acetoso & farina ordei, vel raib. i. lac acetosum. s. lac a quo extractũ est butyrum. Nam quodlibet horum fortiter prohibet effumare vinum confortans & claudens orificium stomachi.

Quintum est frequens olfactio camphoræ et sandalorum qua cerebrum confortatur & suauiter refrigeratur vnde minus læditur & conturbatur a vaporibus vini. Sextum est superponere capiti infrigidãtia repercussiua, sicut oleũ ros. diu agitatum cum aceto facto ex vino, vt per illud confortetur cerebrum, & repellantur ab eo vapores & fumi vini.

Sed instabit aliquis quia prohibentur per hæc resolui vapores clausis poris & suturis cerebri quare diutius permanent in cerebro cõculcati. Dic q expedit ista ministrare añ ebrietatem, vt per ea cõfortetur cerebrum, & dum fumi vini ascendere incipiunt & ipetere cerebrum: et situanda sunt super frontem & timpora & suturam coronalem, vt eorũ virtus vsq; ad cerebrum liberius penetret. Attende q Rasis. quinto Alman. tria vltima remedia sic commemorauit, capitulo de his quæ auferunt ebrietatem. Aqua & acetum multotiens danda sunt ei: aut aqua mixta cum lacte multum acetoso, uel cum sero multum acetoso danda sunt. Acetum quoq; & oleũ ros. super caput sunt fundenda. Et camphora & aqua rosata naribus applicandæ sunt vt ea odoret. Hæc ille.

Ebrietatis uero sanationem in particularibus nominabimus.

In hac quarta parte dicit q curam ebrietatis in particularibus nominabit. s. tertij prima. tract. secundo. cap̃. 24. de cura soda ex ebrietate.

Quod si quis cito absq; aliquo impedimento inebriari uoluerit in suo uino infundat usneæ aut lignum aloes indum.

In hac

Ebrietatis cito cōpatā/dæ rō. Vſneę quid.

In hac.7.particula.Prio dat modos inebriationis facilis abſq; impedimento & periculo.Secūdo inebriationis fortis cum impedimento & periculo.ib.⌊Et qui forte.⌉ In prima parte dat duos modos quibus facile quis inebriat̃ abſq; impedimento. Primus eſt infundere vſneæ in vino quod bibit.Et eſt vſneæ cortices ſubtiles tenues circunuolutę ſuper arborem ferentem glandes & pinum & nuces,et habet odorem bonum vt ait Prin.ſecundo huius.cap̄.de eo.Et cū infunditur in vino facit dormire potantē ip̄m vt ait ibi.

Secundus eſt infundere lignū aloes contuſum in vino qd' bibit.Et Raſis.5.Alman.cap̄.de his qui inebriant ait. Vinum in quo xyloaloes madefactum fuerit tribuat̃. Sed cōtra dicit Prin.2.can̄.cap̄.de xyloaloe.ꝙ xyloaloes cōfert cerebro valde & confortat ſenſus.non ergo inebriat cū ebrietas ſit paſſio cerebri turbans rōnē.Dic ꝙ non inebriat malitia vapoꝝ ſed multitudine eoꝝ ꝓuocante ſomnū & derelinquente veſtigium confortationis ex aromaticitate.

Et qui fortē uult ebrietatē incurrere, ideo ut membrum medicatione dolorem faciente ſanet̃ in ſuo uino aquam lolij ponat, aut ſumat fumiterre & opij hyoſcyami.an̄.drach.5.& nucis muſcatæ & galliæ muſcatæ & ligni aloes crudi. an̄. drach.i.ſextam,& inde ad bibendum det̃ cū uino quantū eſt ei necium, aut hyoſcyamū nigrū cum corticibus mandragoræ in aqua coquatur donec rubea fiat,& ea uino admiſceatur.

Ebrietas ſumma qūo Iducēda

In hac ſecunda parte dat tres modos prouocandi fortem ebrietatē ei qui vult eam incurrere vt non ſentiat dolorem dum curatur aliquod ex ſuis membris medicatione facientem dolorem.ſicut cauterio actuali vel potentiali, vel inciſione magni ap̄aris in parte acuti ſenſus, vel amputatione mēbri putridi vt manus vel pedis. Plures.n.delicati et ſenſibiles multum ac puſillanimes expectare non audent has medicationes ipſis vigilantibus, quare quærunt inebriari & profunde dormire qn̄ curæ tales exercent̃ in eis. Primus modus eſt vt in vino quod bibit aquam lolij ponat, & eſt herba creſcens in ſegetibus & proſternens eas dicta aliter çiçania,quæ cerebrum replet abundantiſſime fumis & vaporibus,& aqua ipſius diſtillata vel aqua decoctionis eius vino impoſita reddit ipſum vehemēter inebriatiuum. Secundus eſt dare in potu cū vino puꝛ medicationis quod recipit fumiterræ opij hyoſcyami.an̄.drach.5. nucis muſcatę gallię muſcatę ligni aloes crudi.an̄.6.partē drach.i.terant̃ & miſceantur,et de hoc condito detur in potu cum vino q̄tum eſt ei neceſſarium.ſ.a ſcrop.5.vſq; ad.ſcrop.i.ſecundū fortitudinem vel debilitatē patiētis,ipſum.n.fortiter & velociter inebriat & ſomnum ꝓuocat adeo ꝓfundum vt ſit ſimilis ſubeth & uix excitari poſſit ille qui bibit etiam ſi aliquod ex ſuis membris incidatur vel amputetur. Attēde ꝙ ſimile conditū deſcribit Raſis.5.Alman.cap̄.de his quæ multum inebriant,niſi ꝙ loco fumiterrę poſuit mandragoram & pondus mutauit dicens.Mandragorę opij ſēis hyoſcyami.an̄.drach.iij.ſumant̃,nucis muſcatę.drach.5.gallię xyloaloes.an̄.partē tertiā.drach.i. Ex his oībus tritis trociſci informentur quoꝝ unus cum in uino diſſolutus fuerit uehementer inebriabit.Hęc ille. Et iſti trociſci ſunt multo fortiores medicamine Principis propter mandragoram et pōdus adauctum ſtupefactiuorum. Tertius eſt ut miſceatur cum uino aqua in qua decocti fuerint hyoſcyamum nigrū & cortex mandragoræ donec rubea fiat. Et hunc modum meminit Raſis cap̄. ſtatim allegato dicens. De his quoq; quę inebriāt ut eſt hyoſcyami nigri & cortices mādragorę in aq̄ donec rubea fiat coquāt̃ q̄ poſtea uino miſceri debet.

Finis Iaco.de partibus ſuper cap̄.vij.& .viij.Doc.ij. Fen.iij.Primi.In quę Iac. Foroli.minime ſcripſit.

QVAESTIONES CLARISSIMI Philoſophi prꝰſtantiſſimiq; medici Iacobi Foroliuienſis ſuper duas primas Fen primi canonis Abin halyabin ſceni fœliciter incipiunt.



IRCA PRIMVM LIBRVM canonis Auicē.mouetur prima quæſtio talis. Vtrum diffō medicinæ ab Auicē. in lr̄a poſita ſit bn̄ poſita.Q. non arguit̃ multiplr̄. Primo ſic. medicina non eſt ſcia.igitur diffō medicinæ nō eſt bona. patet conſequentia & aſſumptum probatur, quia medicina eſt ars, quælibet autem ars eſt habitus diſtinctus contra ſciam vt habet̃.6. ethicorum.igitur &c.patet conſequentia.& aſſumptum arguitur cum medicina ſit habitus recta ratione factiuus. Secundo arguit̃ ſic.quęlibet ſcia eſt habitus ſpeculatiuus ſolū ſed medicina eſt habitus practicus ſaltem quo ad maiorem eius partem.igitur &c.patet conſequentia & maior etiam ſexto ethicorum.& minor patet.cum ſit habitus ordinatus ad opus.ergo &c. Tertio principaliter ſic.quælibet ſcia eſt vna ſcientia,ſed medicina eſt vna ſcia.igitur &c. patet conſequentia & maior etiam,ſed minor arguitur,quia pars practica plus differt a theorica parte q̄ philoſophia naturalis differat ab eadem,ſed vt notum eſt,ex theorica medicinę & philoſophia naturali non conſtituitur vna ſcientia. igitur &c. Confirmatur,quia pars practica non eſt ſciētia, vt argutum eſt theorica vero ſic.igitur &c.

In oppoſitum eſt Auicenna in littera.

In iſta quæſtione primo tractabit̃ difficultas tacta in primo principali ante oppoſitū.ſ.an medicina ſit ſcia uel ars, & hoc tam ad partem theoricam q̄ ad partem practicam. Secundo videbitur,an ſcientia medicinę debeat dici theorica vel practica,& ſi aliqua eius pars ſit vere theorica. Tertio videbitur de principali quæſito. Quantum ad primū ſunt duæ diſtinctiones. Prima diſtō.ꝙ hic terminus ſcia ſumitur dupliciter,ꝓut propoſito pertinet. Primo cōmunit̃ & indifferenter pro quocunq; habitu concluſionis per demonſtrationem acquiſito vel aggregato ex pluribus habitibus ſiue talia ad opus ordinetur ſiue non. Secūdo ſumitur magis proprie pro habitu ſcientifico ſolum per demonſtrationem acquiſito,& cum hoc ad opus non finaliter ordinato,qualiter dicimus metaphyſicam eſſe ſciam. Secunda diſtō eſt ꝙ etiam ly ars ſumitur dupliciter.Primo cōmuniter & indifferenter pro quocunq; habitu intellectuali cum recta rōne factiuo ſiue talis habitus fuerit per demōſtrationem acquiſitus ſiue non.Secundo ſumitur magis proprie ꝓ habitu intellectiuo &c.& cum hoc non per demonſtrationē acquiſito,ſed per aſſuefactionem. Tunc ſit prima cōclō. Capiendo ſcientiam primo modo medicina eſt ſcientia. patet quia eſt habitus vel aggregatum ex habitibus per demōſtrationem acquiſitus.ergo &c. Secunda cōcluſio.Capiēdo ſciam ſecundo modo medicina non eſt ſcia. patet ex qd' nominis ſcientię ſecundo modo acceptæ. Tertia concluſio.Capiendo artem primo modo medicina eſt ars. patet, quia eſt habitus intellectualis recta rōne factiuus. igit̃ &c. Quarta cōclō.Capiendo artem ſecūdo mō medicina nō eſt ars.eſt.n.habitus per demonſtrationem acquiſitus. Ex his infero primo ꝙ ars primo modo ſumpta & ſcientia primo modo ſumpta non ſunt habitus ex oppoſito diſtincti.

Scīa dupliciter.

Ars dupliciter.

Secundo quòd ſcientia ſecundo modo accepta, & ars qualitercunq; ſumpta de his modis ex oppoſito diſtinguuntur. Tertio quòd ars ſecundo modo ſumpta, & ſcientia qualitercunque ſumpta ex oppoſito diſtinguuntur. Quantum ad ſecundum primo ſciendum eſt quòd medici vtuntur iſtis terminis, praxis 2 practica, & theorica. Intelligentes per praxim operationem exiſtentem in poteſtate noſtra. Et per practicam ſcientiam vel

Praxis quid & p̄ctica.

actem, cuius finis est operatio existens in potestate nostra. Per theoricam vero econtra. Secundo nota ꝙ iuxta communem modum loquendi dupliciter aliqua scientia dicitur practica. Primo communiter, & sic omnis scientia quæ finaliter ordinatur ad opus vel operationem in nostra potestate existente dicitur practica. Secundo proprie, & sic sola illa dicitur scientia practica per quam docemur qualiter debemus operari, aut quę præcipit operationem in nostra potestate existẽtem. Exemplum primi, vt pars medicinę theorica. Exemplum secundi: vt ars militaris dicitur practica: & taliter secundo modo sumit. A. in linera practicã. Tertio sciendum est ꝙ etiam dupliciter dicitur aliqua scĩa theorica. Primo vt distinguitur contra practicam primo modo acceptam & sic omnis sciẽtia nullo modo ad opus vel operationem in nostra potestate existentem ordinata dicit̃ theorica, sic enim metaphysicam diceremus scientiam theoricam. Secundo dicitur aliqua scĩa theorica, prout theorica distinguitur contra practicam secundo modo sumptam, & sic oĩs scĩa nec pręcipiens operationem in nostra potestate existentem, nec docens qualiter sit operandum dicitur theorica. Et tunc sit prima conclusio. Capiendo practicã primo modo totalis scientia medicinæ est practica, patet quia totalis scientia medicinæ ordinatur finaliter ad opus in nostra potestate existens. igitur &c. patet consequentia & añs finaliter intuenti. Secunda cõclusio est hęc. Capiẽdo practicam secundo modo non tota scientia medicinæ est practica. patet. quia non tota præcipit vel docet operari operationem in nr̃a potestate existentẽ. igitur &c. tota consequẽtia & añs patent intuenti. Tertia cõclo. Capiendo theoricam primo modo nec scĩa medicinę totalis nec aliqua eius pars est theorica. patet, quia omnis eius pars ordinatur ad operationem in nostra potestate existentem, igitur &c. patet cõsequentia & añs. Quarta conclusio. Capiendo theoricam secundo modo aliqua pars medicinę est theorica. patet, quia aliqua pars est quę vere nec præcipit nec docet operationem in nr̃a potestate exñtem. Ex his infero primo ꝙ non ꝑpter hoc dicitur aliquis habitus theoricus: quia sit per demonstrationem vere acquisitus. patet, quia põt aliqs esse mere practicus, vt si demonstraret̃ illa conclusio hectica primæ speciei est per infrigidantia remouenda, talit̃ arguendo. Omnis mala cõplexio calida est per frigidum remouenda. sed hectica primæ speciei est hmõi. igitur &c. patet habitum huius conclusionis fore per demonstrationem acquisitum. Quod tamen sit habitus mere practicus patet satis cum sit docens modum operandi siue modum operationis. igit̃ &c. Secundo sequit̃ satis esse possibile eũdem habitũ esse practicum & theoricum: vt patet ex varijs modis sumendi ly practicum & ly theoricum. Quãtum ad tertium. Sit hæc conclusio rñsiua: ꝙ diffõ de medicina ab Auic. in lr̃a data est bona. Probatur, quia competit soli scię medicinæ & cuilibet: & per particulas in ea positas differt ista scientia ab alijs, & exprimitur natura diffiniti ergo &c. Per hoc enim ꝙ dicitur: scĩa. tangitur genus. Et per hoc ꝙ dicitur, humani corporis &c. differt medicina a sciẽtijs quæ non considerant de humano corpore. Sed per hoc ꝙ dicitur ex parte qua sanat̃ &c. differt a philosophia naturali & morali, quæ licet considerent de humano corpore, non tamen inquantum sanabile ægrotabile &c. Per hoc autem ꝙ subiungitur, ut habita sanitas conseruetur &c. tangitur finis medicinæ, & differt etiam scientia medicinæ ab istis scientijs. Ideo videtur ꝙ prædicta diffinitio sit bene posita & completa. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum satis patet in quæstione ex dictis in primo articulo.

Ad secundum dicitur ꝙ scientia secundo modo sumpta est solum habitus speculatiuus, sed in diffinitione sumitur primo modo. Vnde notanter dicit Gal. primo techni. Scientiæ ergo communiter nomen & non proprie sumi oportet.

Ad tertiũ dr̃ negãdo ꝙ pñs dr̃t pars practica etc. q̃ ambę partes hñt attributionẽ ad vnũ subm. s. corpus humanũ etc.

Ad confirmationem negat̃ añs pro prima parte.

Scĩa practica dupliciter.

Scientia theorica dupl̃r.

Quæstio. ij.

SECVNDO Quæritur. Vtrũ inter sanitatẽ & ægritudinem sit reperibilis dispositio media. Et arguitur ꝙ non.

Primo auctoritate philosophi in primo pdto ponentis sanum & ægrum esse cõtraria immediata. Secundo arguitur, quia sanitas non est nisi dispositio viuentis bona & ꝓportionata operationibus viuẽtis, ægritudo vero disproportionata, sed inter proportionatum & disproportionatũ non est date medium, igitur &c. patet cõsequentia & assumptũ similiter. Tertio ad idem est auctoritas Auerro. primo colliget. Et arguitur ratione sic, quia sanitas est æqualitas, et ægritudo inæqualitas, sed inter æqualitatem & inæqualitatem non est dabile aliquod medium, igitur &c. patet consequentia: & assumptum similiter.

In oppositum est Gal. primo techni. Et Aui. infra secunda huius. In hac quęstione primo pręmittenda sunt aliqua pręambula & notabilia. Secundo est respõdendum ad quęsitum. Quantum ad primum. Primo sciendum est ꝙ inter dispositionem quę dicitur sanitas, et illam quæ dicitur ægritudo cadere dispositionem mediam possumus dupliciter intelligere. Primo per participationem utriusq; extremorum. s. sanitatis & ægritudinis. & de hoc nõ est sermo in ꝓposito. Secundo per abnegationem vtriusq; extremorũ, q̃a s. reperibilis est dispositio viuentis quę nec est sanitas nec ẽ ægritudo. Secundo sciendum ꝙ ægritudo sumitur dupliciter, vt colligitur ex dictis Aui. Primo communiter & indifferent' pro qualibet dispositione per se & immediate operationes viuentis lædente non remouibili ad placitum nec a causa primitiua dependente, siue huiusmodi dispositio lædat sensibiliter siue insensibiliter. Secundo sumitur ægritudo magis proprie & pręcise pro dispositione iam dicta sensibiliter operationes viuentis lędente. Tunc sit prima cõclusio. Possibile est aliquam dispositionem esse subiectiue in viuente, quæ nec est sanitas nec est ægritudo nec neutralitas. patet hoc, quia si sor. prope ignem exñs calefiat non extra latitudinem sanitatis ille calor inductus ab igne est dispositio sor. Q. tamen non sit sanitas nec ægritudo nec neutralitas, patet. Non. n. est ægritudo nec neutralitas, cum non sit extra latitudinem &c. Q. etiam nõ sit sanitas patet, quia non est dispositio fortis naturalis, ideo &c. Et tota causa est: quia licet huiusmodi dispositio sit in viuente in ipso tamen est dependens a causa primitiua nõ habẽs esse fixum in eo.

Ex ista conclusione sequitur ꝙ non quęlibet dispositio viuentis sensibiliter lędens eius operationes est ægritudo, vt patet de ligatura manuum. Secunda conclusio. Capiendo ægritudinem primo modo inter sanitatem ægritudinẽ non est dare medium ad hunc sensum ꝙ nullum est corpus reperibile quod non sit sanum vel ægrum. patet, quia nullũ ẽ corpus cuius opõnes non lędant̃ vel perficiantur. Tertia conclusio. Capiendo ægritudinẽ secundo modo inter sanitatem et ægritudinem est dabilis dispõ media per abnegationem extremorũ. patet quia inter quãlibet dispõnẽ per se sensibiliter opõnes lędentem & quãlibet ipsas perficientẽ dabilis est dispõ media per abnegationem. s. insensibiliter lędens eo ꝙ inter quãcũq; perfectionem operationum & sensibilem earum lęsionem cadit insensibiliter lęsio. Et ad sensum secundę conclusionis vadunt omnes auctoritates dicentes inter sanitatem & ægritudinem non esse dabilem neutralitatem mediam. Ad argumenta principalia patet ex dictis solutio &c.

Neutralitas duplex.

Ægritudo dupliciter.

Quæstio. iij.

TERTIO Quæritur. Vtrum spiritus sit subiectum propinquum sanitatis & ægritudinis. & arguit̃ multipliciter ꝙ sic. Primo sic. spũs est formaliter aĩatus. ergo &c. patet consequentia, quia cuicunq; animato vel viuenti cõpetit esse sanum vel ægrum. & assumptum arguitur. Primo per actionem vniuocam spiritus est productiuus formaliter animari. igitur &c patet consequentia, & antecedens arguitur, quia actio per quã a spiritu genitiuo ꝓduc̃ ẽ forma fœtus in materia generationis est vniuoca igit̃ &c.

Aristo.

Et cõfirmatur idẽ auctoritate philosophi in libro de morte & vita describentis & dicentis generationem viuentis esse primam participationem animæ in calido naturali, ideo videtur calidum naturale participare anima, sed tale non est nisi spiritus vt uolunt omnes auctores. igitur &c. Confirmatur tertio sic. spiritui competit naturaliter moueri ad oẽm dr̃iã positionis. igiẽ spũs est formaliter aĩatus. tenet cõsequentia, eo ꝙ solum animatum est naturaliter mobile ad plures differentias põnis, ut colligitur ex dictis philosophi secundo de anima. & assumptum patet. mouetur. n. spiritus an te retro sursum deorsum intus extra secundum exigentiam operationum animę, vt patet in timore gaudio. &c. Secũdo ad principale arguitur sic. per dispõnẽ existem in spũ immediate & sensibiliter læduntur operationes uiuentis igitur ꝓ tunc erit dispõ existẽs in spũ ægritudo, & ꝑ cõsequẽs &c. patet consequentia. & assumptum arguitur. ponendo cõplõnem alicuius determinati membri fore sanam. & cum hoc tamen ponatur ꝙ spũs vadens ad membrum sit distemperatus notabiliter, & sequitur operationes illius membri notabiliter lędi, & non nisi per dispõnem existentẽ in spiritu eo ꝙ dispositio existens in membro dicitur sana, igitur &c. patet consequentia, & assumptum sistr intuenti. Confirmaẽ idem, quia q̃̃ posse est aliquã rem in corpore nostro existẽtẽ quæ non sit pars nostri corporis esse ægritudinem, tã posse ẽ spũm esse ægritudinẽ, sed primum est possibile, vt patet de lapide in vesica existe, igitur etiam secundum est pose, et per consequẽs est possibile spiritum esse ęgritudinem, sed nullũ videtur esse subiectum huius ægritudinis nisi spũs. igiẽ &c.

Tertio pro illo facit auctoritas Aui. ponentis subiectum ꝓpinquũ sanitatis mẽbrõ aut spũm. Et exponiẽ ly aut, copulatiue, vt tactũ est circa lr̃am si bene respexit intuens. igiẽ &c.

In oppositum arguitur sic. Solum viuens est sanum vel ægrum sed spirtus non est viuens, vt tenet communis schola medicorum. igitur &c.

Spũs quid.

Rñdendo ad hanc quæstionem primo præmittam distinctiones & quędam notabilia. Secundo ponentur conclõnes quędam. Quantum ad primum. Sciendum est primo ꝙ per spiritum intelligere debemus in proposito corpus vaporosum temperatum generatum ex parte subtiliori sanguinis. Et dicitur vaporosum: quia subtile. Et fuit hoc necessarium, ut esset faciliter per corpus mobile aptum ad quãlibet ptem transmitti secundum exigentiam animæ in suis operationibus. Dicitur autem temperatum, quia in sua naturali dispõne exñs habet dispõnem siue complõnem per quam ẽ aptũ animæ in suis operationibus deseruire. Dicitur autem ex parte subtiliori sanguinis ad circũloquendum materiam ꝓpriã ipsius spiritus, sicut. n. pars sanguinis grossior & corpulẽtior est materia apta & conueniens generationi membrorum, ita subtilior pars sanguinis est cõueniens materia generationis. Et hæc diffõ colligitur de mente plurium auctorum & maxime Gal. 7. de iuuamentis membrorum cap. ultimo.

Gal.

Ex qua descriptione sequitur primo ꝙ non quodlibet mixtum participat spiritu cum multa sint mixta ualde frigida dura non apta euaporationi uel subtiliationi. Secundo cõcludi potest ꝙ non quodlibet uiuens actu participat spũ, patet sistr cum multæ sint plantæ ualde frigidæ & resolutioni ineptæ, quarum operationibus uidetur sua sola complexio sufficere. Necessitas autem ponendi huiusmodi spiritum maxime uidetur uelocitas resolõnis calidi naturalis uiuentis loco cuius oportet spiritum superuenire, quod non est est in plantis ualde frigidis, igitur &c. Ex quibus sequitur tertio aliquam substantiam inanimatam magis esse participem spiritus q̃ aliqua certa data animata. ut patet de sp̃mate respectu muscæ uel alterius viuentis modico calore participantis.

Spiritu s triplicis.

Secũdo principaliter sciendum ꝙ huiusmodi spiritus ponitur triplex scilicet vitalis, animalis, & naturalis. Vitalis procedit a corde super toto. Animalis vero a cerebro. Naturalis ab hepate. Per spiritum vitalem conseruatur vita in toto. Per naturalẽ perficiunẽ operationes naturales vt digestio nutritio &c. Per aĩalẽ vero operationes animales vt ẽ sẽsus & motus, licet ad quãlibet istarũ opõnes spũs vitalis effectiue concurrat sicut inferius apparebit. Tertio sciendum est quẽlibet illorum spũm posse esse duplicem, quia quidam dicitur cõplãtatus membro, & quidem non cõplãtatus, sed post generationem acquisitus. Intelligendo per spiritum complantatum spũm membro attributum a principio generationis ita ꝙ sil̃ incipit membrum esse & uiuere & hunc habere spiritum quo exercet suas operationes. E contrario vero per spiritum non cõplantatum intelligere debemus spiritum in membro acquisitum vel attributum non a principio generationis sed post illud.

Spiritus cõplãtatus & ñ cõplãtatus.

Quarto sciendum est quẽlibet istorũ spirituum esse duplicem, quia quidam dicitur Inatus, quidam vero influens. Et per spiritum innatum intelligere debemus spũm intrinsecum membro qui factus est membro conueniens ĩstr̃m pro suis operationibus exercendis: ideo dicitur secũdũ exigentiam membri dearticulatus & membro appropriatus. E contra vero per spũm influentem intelligere debemus spũm ad membrum prouenientem a membro alio, secundũ tamen exigentiam operationum illius membri non dearticulatum nec factum pro solis illius membri operationibus conueniens instrumentum. Exemplum sicut spũs a corde vl̃ ab hepate ad os trãsmissus nõdum est conueniens instr̃m operationis ossis eo ꝙ a corde non datur temperamentum per quod fiat spũs conueniens instrumentum: sic ad opõnes ossis ꝙ non carnis vel nerui. Oportet igitur hunc spiritum attrahi ad porositates particulares ossis, vbi a cõplõne ossis acquirit complõnem per quã efficitur sic conueniens istr̃m opõnũ ossis ꝙ non carnis vel nerui, & tunc vocatur inatus, sed añq̃ huiusmodi dearticulationem reciperet non erat innatus, sed influens. Nota tamen ꝙ multotiens vtuntur medici improprie hoc nomine spũs influens, omnem spũm uocando influentẽ a mẽbro ad mẽbrum ꝓcedentẽ siue fuerit dearticulatus siue non vt dcm̃ est. Ex quo satis patet causa necessitatis vtriusq; illorum spirituum. Cum igitur in qõne q̃rebatur vtrum spũs &c. de quolibet istorum potest esse quęstio.

Spiritus innatus quid & influẽs.

Quinto præmittendũ ꝙ subiectum sanitatis & ęgritudinis in proposito vt tactum est circa litteram intelligere debemus oẽ denominatum sanum vel ægrum, vel ex quo fieri potest aliquod actual̃r & principaliter sanũ ul̃ ægrum. Exemplum primi, vt membrum. Exemplum secundi, vt humores & elementa. Et dixi notanter principaliter ad differentiam signi & causæ quę non principaliter, sed per attributionem ad corpus & membra denominatur sana vel ægra.

Sexto pręmitendum est vt etiam circa literam tangebaẽ ꝙ per subiectum propinquum in proposito intelligere debemus subiectum actu denominatum sanum uel ægrum. Per subiectum vero remotum debemus intelligere rem non taliter actu denominatam, ex qua tamen factum est aliquid ul̃ aptum est fieri aliquid taliter denomiatum actu, vt elemẽta cibi humores & huiusmodi.

Subiectum sanitatis duplex.

Septimo pręmittẽdum est ꝙ licet aliqua dispõ non subiectiue exñs in uiuente possit esse ægritudo, nihil tamen dicitur sanum vel ęgrum nisi uiuens. prima pars huius suppõnis patet de lapide in vesica. secunda pars est de mente omnium auctorum. Octauo pręmittenda est diffõ sanitatis & ægritudinis. videlicet. Sanitas est dispõ per quã immediate perficiuntur operationes uiuentis. Ægritudo est dispõ per quã immediate læduntur operationes uiuentis. Et addendo vtrobiq; condictiones aliquas quę tactę fuerunt in pręcedenti. q.

Sanitas qd, & ęgritudo.

Pręmittendum est vltimo ꝙ ad genus causæ materialis non solum reducitur subiectũ denoĩatũ per formã, sed etiam dispositio reddens subiectum præparatum & dispositum, vt patiatur dicitur materialiter concurrere ad receptionem formæ, licet non principalir̃, sed secundario & instr̃alr̃. Unde imaginandum est ꝙ sicut caliditas ignis præparans ignem, ut possit ignem ex combustili generare dicitur concurrere effectiue ad generationem formæ ignis secundario & instr̃alr̃, ita dispõ existens in materia reddens ipsam conuenientem ad patiendum dicitur materialiter concurrere ad formam quę producitur in materia, sed non principaliter, quia concurrens principaliter dicitur

Preparãtes dispõnes ad cã3 naturales reducũẽ.

esse solum materia, alia vero instrumentaliter seu dispositiue. Quātū ad secundam infero aliquas concłones. Prima conclusio est hæc. Ad cuiuslibet membri vel animalis conseruationem necesse est in ipso ponere spūm innatum. probatur conclusio sic per spūm innatum perficit quodlibet animal & cuiuscūq; animalis membrum operationes suas & sibi proprias.ergo &c.patet consequentia & añs probatum est supra satis. Secunda conclusio. Ad cuiuscūq; mēbri nostri corporis conseruationem necessarius est spūs influens capiendo spiritum influētem prout distinguitur cōtra innatum.probatur. Spiritus innatus est faciliter resolubilis, ergo necessarius est spiritus, qui loco ipsius cum resolutus fuerit fiat innatus.patet consequentia & añs similiter. Itē patet spiritum influentem multum iuuare membra in suis opōnibus. Vnde ex isto patet quid intelligi debeat per illud quod communiter dicunt medici spiritum innatum actuari per influentem. Ipsum.n.actuari est ipsum iuuari ad agendū & ab influente conseruari & restaurari. Tertia conclusio. Ponētes spiritum innatum vel influentem esse formaliter aīatum ponere debent consequēter ipsum fore subiectum sanitatis propinquum patet per vnam suppōnē superius præmissā.

Spiritus aīatus duplex. Quarta conclusio. Ponentes spiritum non esse formaliter animatum, sed solum virtualiter consequenter habent ponere ipsum proprie non esse sanitatis vel ægritudinis subiectū propinquum. Et per formaliter animatum intelligo compositum includens animā in se tanq̄ partem essentialem ipsū informātem. Per virtualiter animatum solum intelligo cōpositum illud quod non habet in se animam tāq̄ partē eius. et tamen opōnum eius. s. animę productiuum, vel adhuc ipsius animæ productiuum. Exemplum primi, vt spiritus in nobis existens si non ponatur animatus. Exemplum secūdi, vt spiritus gignitiuus qui est in semine. Vtrum autem spūs debeat dici animatus satis plene declaraui super secundo libro techni. Hæc conclusio probatur sic spiritu non existente formaliter animato non denominatur spūs sanus uel æger actu.ergo cōclusio vera, patet consequentia per qd nois subiecti propinqui. & assumptum arguitur quia sic non est viuens.ergo &c. Quinta conclusio. Solum membrum est proprie subiectum sanitatis & ægritudinis propinquum. patet, quia solum membrum est viuens inter partes nostri corporis.ergo &c. Sexta conclusio. Licet ita sit vt præcedēs conclusio asserit, non tamen membrum existēs sine spiritu, sed præcipue membrum dispositum per spiritum est subiectum sanitatis vel egritudinis. patet, quia nullatenus sine spiritu potest esse uiuens. igitur &c. Ex quibus infero, pbabiliter spiritum materialiter concurrere ad hoc vt membrum sit sanum vel ægrum sicut & subiecti dispō ad hoc vt recipiat subiectum ipsam formam. Sicut autem ipsa subiecti pparatio non dicitur postea informata ipsa forma, ita spūs nō dicetur sanus vel æger. Ex isto patet intellectus Aui. dum dixit in litera. membrum aut spūs. exponendo ly aut copulatiue pro &. Sumpsit.n.subiectum pro ni eo quod denominaē vel quod materialiter concurrit, igitur &c. ad intellectum datum. Nota tamen q̄ probabiliter tenere possumus ly

Aut dupliciter. aut disiunctiue. Et quod notanter dixit aut. Dubium nanq̄ erat an spūs foret formaliter animatus. Ad argumēta prīcipalia respondetur. Ad primum dicitur negando assumptum. Ad probationem vlterius neganda est consequentia, vt in quæstionibus techni plene declaratum est. Ad aliā confirmationem diciē q̄ oportet illam auctoritatem sic exponi idest in subiecto disposito per calidum naturale. Ad aliam confirmationem dicitur negando consequentiam. Ad probationem dicitur illud esse verum per se primo. secūdario tamen & ex consequenti non repugnat, vt declaratū est in loco allegato. Ad secundum principale dicitur probabiliter admittendo casum & consequenter concedendo istā dispositionem quæ est in spiritu esse ægritudinem, & negando cōsequentiam ad intellectum positum in questione, quia ad hoc non sequitur spiritum denominari sanum vel egrum, sed solum membrum cuius operationes læduntur sensibiliter. Et per idem respondetur ad confirmationem. Ad quartū patet satis solutio per ea quæ in quæstione dicta sunt.

Quæstio. iiij.

QVARTO Quæritur. Vtrum humores sint, subiectum mediatum sanitatis vel ægritudinis. Et arguitur q̄ non. Primo sic. Cibus & potus non sunt subiectū mediatum.ergo nec humores.patet consequentia, cum ita ex cibo & potu fiat membrum quod est immediatum subiectum sicut ex humoribus. Et assumptū videtur. A. in litera q̄ inter subiecta mediata non numerat nisi elemēta & humores. Secūdo arguit. Hūores sunt cā effectiua sanitatis & ægritudinis igr̄ nō sunt cā materialis. patet consequētia cū idē non possit eē simul efficiēs & materia respectu eiusdē, ut colligitur secun. io physicorum textu commenti. & assumptum colligitur cum humor cholericus faciat feb. cholericam & phlegmaticus phlegmaticā. Item sanguis frigidus ex lactuca gñatus remouet ægritudinem cholericam hepatis sanitatem inducendo in hepate. Tertio humores sunt causæ immediatæ materialis ægritudinis. igitur &c. patet consequentia. & assumptum probatur. cum febres humorales specie distinguantur abinuicem secundum distinctionem suarum materierum humoralium, ut colligitur primo quarti & primo de differentijs febrium. Et confirmatur, quia humori immediate inest sanitas vel ægritudo, igitur &c. patet cōsequētia & assumptum arguitur, quia chrystallinæ inest sanitas, quia diaphaneitas uel luciditas sibi naturalis. Similiter ęgritudo si in ea foret opacitas. Q̄ tamē chrystallina sit humor asserit. Aui. tertia tertij cap. primo. Item confirmatur sic, sicut arguebatur in præcedenti questione ponendo q̄ in eo foret distemperata qualitas & non in membro, cuius operationes impediret & arguatur vt ibi. Quarto ad principale arguiē, nec humores manentes nec non manentes sub proprijs formis sunt cā fōalis sanitatis vel ægritudinis, igr̄ &c. assūptū probatur. non.n. manentes vt patet nec non manentes, quia quod non manet non est alicuius manentis materia, igr̄ &c.

In oppositum est Auicen.

Respondendo ad istam questionem primo pmittēda sunt quædam notabilia. Secundo ponendæ sunt conclusiones de questio in quæstionē. Quantum ad primum articulū sunt hę distinctiones. Prima distō. q̄ humor sumiē multipliciē. Primo pro quolibet corpore humido liquido. Secundo pro quolibet corpore humido liquido generato ex cibo mediate vel immediate, & sic a quolitatem vrinalem hēmus appellare humorem. Tertio, p oī corpore humido ex cibo mediate vel immediate generato, & hoc per vnam aut plēs transmutationes apto conuerti in substantia nostri corporis vel partes membrorum nostri corporis. Quarto sumitur p corpore humido &c. immediate ex chylo generato apto conuerti in substantiā nostri corporis. In proposito sumitur hic humor quartomodo. Et sic sumendo distinguitur contra chylum humiditates secundas, & contra aquositatem vrinalē. Sic autem non est de humore tertiomodo sumpto, quia non distinguitur nisi contra humiditates inutiles ex cibo generatas. Secundo nota q̄ per causam materialem mediatam sanitatis intelligere debemus oē non formaliter denominatū sanum vel ęgrum ex quo tamen mediate vel immediate fit vel factum est vel fieri potest aliquid formaliter denominatum sanum vel ęgrum. Quantum ad secundum articulum ponuntur conclusiones. Prima conclusio. Humores nostri corporis sumendo humorem tertiomodo sunt causæ effectiuæ sanitatis vel ęgritudinis. patet hęc conclusio per aliqua superius tacta. Et nota q̄ humor præternaturalis faciēs febrem non debet proprie denominari causa naturalis feb. est.n. causa efficiens febrem, sed dicitur materia ad istū sensum, quia est res corpulenta grossa respectu spiritus a quo pēdet febris, vnde has febres vocamus materiales, quia. s. dependentes a materia corpulēta grossa effectiua febris. Ex quo patet, quare auctores ponunt febrem ephemeram esse immaterialem, non quia sit depēdēs, quia est depēdēs a calefacto et spūum sed q a cā a qua dependet ephemera non est

Humor quadruplex.

Febris epheme ra quare materialis.

res grossa & corpulenta. Secunda cõclusio est. Humores sunt subiectum remotum sanitatis vel ęgritudinis siue exũtes sub proprijs formis, siue non. patet quia per subiectũ remotum in proposito intelligitur omne illud ex quo fit vel fiebat vel fieri potest aliquid actualiter denominatum sanum vel ægrum ideo &c. Ex qua conclusione sequitur idẽ fore subiectum siue materiam & efficiens sanitatis vel ægritudinis. patet ex dictis. Tertia conclusio, licet ita sit, posse tñ ẽ qualitates informantes humores esse ægritudinem. patet, q2 posse est per qualitatem exñtem in humorẽ immediate & sensibiliter lædi operationes. igitur &c. patet consequentia & assumptum arguitur. Ponendo in venis vel in aliquo alio receptaculo fore humores alicuius qualitatis naturæ rebellis, quia licet nullam sensibilem qualitatem imprimant in mẽbro, per qualitatem tamen hanc impediunt ne membrum debite digerat aut nutriatur, & hoc impedimẽto sensibili. Et patet operationem membri sensibiliter lędi et non ab aliquo immediate nisi a qualitate exñte in humore iã dicto. igr̃ &c. patet consequentia. & assumptum silr̃ ex casu. Ex qua cõclusione sequitur q̃ non quodlibet in quo est ægritudo subiectiue vel inhærenter est ægrum. patet, quia hic humor est huiusmodi, vt sequitur ex conclusione. Secundo sequitur aliquid esse ęgrum, in quo tamen non est inhęrẽter ęgritudo. patet, quia hoc membrum tale signatum in casu est ægrum eo q̃ sensibilr̃ lęsum est in suis operationibus, & vt tenet illa qualitas quæ est ægritudo non est in eo, sed in humore iã dicto inhęrenter. Et tota causa est quia non ex hoc dicitur aliquod membrum esse ægrum, quia habens ęgritudinem ĩ se inhęrenter, sed quia per ęgritudinem est sensibiliter lęsum ul' impeditum in suis operationibus. igitur &c. Et potest poni de hoc exemplum de membro non per proprietatem, sed p̃ communitatem ęgrotante, sicut de epyglotti non potẽte formare vocem propter impedimentum motus musculorum pectoris, licet hæc ægritudo dicatur per communitatem, & prima non. Secundum corrolarium ẽ hoc. Nõ in quocũq; subiecto potest esse ægritudo potest esse sanitas inhærenter. patet ex dictis superius. Ad argumenta principalia respõdetur. Ad primum dicitur negando añs. dicitur q̃ Aui. licet non enumerat cibum &c. dedit tamen intelligere p̃ alia. vnde Auic. non enumerat nisi exemplariter. Ad secundũ patet quid sit dicendum ex dictis in quæstione. Dicitur etiã q̃ non potest idem simul esse materia proprijssime capiẽdo materiã & efficiens respectu eiusdem. Aliter tamen capiendo materiam non repugnat. Et primomodo intellexit philosophus cũ materia non sit actiua. Ad tertium dicitur negãdo assumptum ad intellectum datum de materia immediata, & ad probationem. patet qualiter humores dicuntur materiæ febrium humoralium ex dictis in q̃one. Ad aliã confirmationem dicitur q̃ chrystallina est membrum aĩatũ & non humor. Dicitur autem ab Aui. & ab alijs auctoribus humor per quandam similitudinem quam habet cum hũoribus, vel forte capiendo humorem primomõ. Ad aliam confirmationem patet quid sit dicendũ per vltimam conclusionem positam in quæstione. Ad quartum principale patet q̃d sit dicẽdũ p̃ secũdã conclusionẽ cũ eius declaratione.

Quæstio. V.

QVINTO Quęritur. Vtrum cõplõ sit qualitas. Et arguitur q̃ non. Primo sic. cõplexio est substantia. igit̃ etc. patet consequentia. & assumptum arguitur. Primo quia cõplexio est natura. omnis autem natura est substantia ex eo q̃ omnis natura est materia vel forma. igitur &c. patet consequentia, & assumptum silr̃ penes mentem omnium auctorum ponentium q̃ tantum tres sunt omnes naturę ĩ quibus consistit sanitas vel ægritudo. s. cõplexio compositio & vnitas. igitur &c. Et confirmatur idem sic, quia idem est signum sumptum a complexione & signum sumptum a substantialiter inhærentibus, ut colligitur ex dictis Gal. secũdo techni. igitur &c. Et confirmatur idem auctoritate Gal. primo de iuuamentis membrorum. & idem asserit Haly. secundo techni auctoritate Gal. Secundo arguitur principaliter sic, quęlibet qualitas est vna qualitas, sed cõplexio non est vna qualitas. ergo &c. patet cõsequentia, & assumptum quo ad primam eius partem notum est, sed arguitur minor, quia alia est complexio media inter calidum & frigidum. & alia media inter humidum & siccum. & hoc secundũ spẽm. igitur &c. probatur assumptum, quia calidum & frigidũ ex vna parte & humidum & siccum ex alia sunt extrema diuersorum generum. igitur &c.

In oppositum est Aui. ponens cõplõnem esse qualitatem.

In ista quæstione primo videbitur de quæsito principali. Secundo tractabitur difficultas tacta in secundo principali. s. an complexio mixti sit tantum una, an sint plures cõplexiones in uno mixto adæquatę. Quantum ad primũ sunt quædam p̃mittenda. Præmitto primo q̃ per complõnem uiuentis per se & immediate perficiuntur operationes uiuentis. hæc suppositio videtur de mẽte omnium auctorũ. Secundo præmitto nullam formam in sua naturali dispõne p̃ficere operationes suas vel sibi debitas nisi mediante instrõ.

Tertio pręmitto q̃ omnis sub stãtia est materia uel forma vel compositum ex materia & forma, & hoc de mẽte oĩum auctorum. Prima conclusio est hæc. Complexio non est materia. patet, quia per materiã nullæ perficiuntur opões, sed per cõplõnem immediate perficiuntur operationes uiuẽtis, vt per primam suppõnem. patet. igitur &c. Secũda cõclusio. complõ non est forma substantialis compositi. p̃bat̃. nulla forma substantialis cõpositi ĩmediate p̃ducit opões sibi debitas per secundam suppositionem, sed complexio immediate producit operationes debitas formę uiuẽtis igr̃ etc. patet consequentia & assumptum per primam & secundam suppositionem. Ex his suppositionibus & conclusionibus sequitur tertia conclusio. s. q̃ complexio non est compositũ. patet per idem medium. Ex quibus sequitur q̃ complõ non est substantia. Sequitur secundo complõnem nõ esse naturam, & hoc capiendo naturam proprie. Quarta conclusio est hæc. q̃ probabiliter teneri potest complõnem non esse qualitatem aliquam distinctam a toto aggregato ex primis qualitatibus taliter refractis. patet, quia quascũq; operationes attribuimus complexionis si esset simplex qualitas attribuere possumus huic toto aggregato. igitur &c. patet cõsequentia & assumptum satis apparet sustentabile. Quinta conclusio probabilius & rõni magis consonum est complexionem mixti saltem perfecti esse qualitatem secũdã simplicem specifice distinctam a quacunq; qualitatum primarum quę tamẽ qualitates primas ĩ virtute sua actiua cõtinet, non. n. apparet qualiter opij complõ foret apta p̃ducere frigiditatem quarti gradus, aut euphorbium calitatem, si utriusque istorum complõ non esset nisi aggregatũ. Item nõ appet aliter qũo in marmore esset corrupta forma terræ aut notabiliter fracta, cum experimento pateat notabilr̃ terram calefieri anteq̃ corrũpatur vel notabilr̃ refrangatur. Imaginãdum igitur est q̃ in materia ex qua gñatur marmor aut lapis inducitur certa proportio qualitatum primarũ ad quam sequitur inductio complexionis debitę marmori qua complõne ĩducta corrumpitur forma terræ cui hęc complexio est incompossibilis & consequenter inducitur forma marmoris & sic de alijs. Quantũ ad secundũ præmitto q̃ posse est fieri distemperamentum in humido & sicco stante temperamento in calido & frigido, & econtra. Hæc suppõ clare patebit inferius de mente Aui. colligitur etiam de mente Gal. secundo techni in pluribus passibus. Secunda suppositio ẽ q̃ quorũcunq; temperamentorum potest vnum variari alio nõ uariato illa temperamenta sunt distincta. hoc etiam de se notũ est. Tunc sit prima conclusio. Aliud est temperamentum medium siue complexio media resultans ex actione qualitatum actiuarum inter se. & alia qualitatum passiuarum inter se. Hæc conclusio probatur. quia stat fieri distemperamentũ in cõplõne media inter passiuas nullo adueniente distẽperamento complõni medię inter actiuas, & econtra igitur &c. consequẽtia tenet per secundam suppõnem, quorũcunq; . n. unum variatur alio non uariato illa sunt distincta, & assũptũ

est prima suppõ. Et patet experimento, videmus.n.corpus aliquod notabiliter exiccari absq; hoc ꝙ notabiliter calefiat aut frigefiat, vt patet de puero tendente uersus iuuentutem. Igitur &c. Secundo pro ista conclusione videtur esse mẽs philosophi, secundo de anima ponẽtis sensus tactus esse plures. Vel.n. poneretur sensus tactus esse plures rõne organorũ in quibus fit subiectiue tactiua sensatio, & hoc non, quia tũc visus & tactus non essent plures sensus. Vel ex parte animę, & hoc non, vt patet. Vel ex parte qualitatiuarũ dispõnum organi quæ sunt instrũm in sensatione tactiua. Cum igitur non sit ponendum primum nec secundum vt tactum est, relinquitur tertium.s.ꝙ sensus tactus ẽ plures, quia dispõ qualitatiua deseruiens non est præcise una sed plures, vna.s.media inter passiuas, & alia media inter actiuas. Sed vt notum est hæc dispõ qualitatiua animæ immediate vt instrumẽtũ deseruiens &c. non est nisi complexio, ideo videtur ꝙ alia ẽ complõ media inter actiuas, & alia inter passiuas. Item pro illa conclusione fuerunt argumenta superius tacta.s.ꝙ inter extrema diuersorum generum debent esse media distincta.

Ex his sequitur secunda conclusio ꝙ totalis humana cõplõ non est una qualitas. patet ex conclusione. Tertia cõclusio est ꝙ in quolibet mixto perfecto adęquate sũt plures cõplõnes abinuicem specifice distinctæ. patet ex dictis. Quarta conclusio est hæc ꝙ per nullam illarum põt sufficienter pficci operationes viuentis, sed necessario requiritur vtrun.ꝗ vt uiuens possit debite perficere operationes, ad hoc.n. vt nutrimentum digeratur non semper oportet calefieri vel frigefieri, sed quandoq; necesse est ipsum exiccari & humectari, ideo &c. Ad argumenta añ oppositum rñdetur. Ad primum negando assumptũ. Et ad probationem dicitur ꝙ penes auctores sumitur natura dupliciter. Primo proprie pro principio primo & principali motus & quietis eius in quo est &c. & sic dicit natura pręcipue de materia et forma substantiali compositi naturalis, quo vnum est principiũ principale passiuum & reliquum actiuum. Secundo modo sumit natura pro quocũq; principio instrumentali vel dispositiuo materiæ vel formę, quia.s.naturam primo modo dictã disponẽte ad agere vel pati operationes debitas. Et taliter sumpserunt auctores diuidentes naturas in quibus consistit sanitas vel ægritudo in complõnem cõpõnẽ & unitatẽ. Ad confirmationẽ concedo ꝙ signum sumptum a complexione, est signum sumptum a substantialiter inhærentibus. & negatur consequentia cum concluditur: ergo complexio est substantia, dicitur enim signum sumptum a substantialiter inhęrentibus signum sumptum ab eo quod est essentialiter idem quod sanitas, sicut bona complexio idem est essentialit' qđ sanitas, & sic non procedit argumentum. Ad auctoritates dicitur ꝙ Gal. & Haly. non intellexere substantiam proprie dictã prout substantia distinguitur cõtra accidens, sed sumpserunt substantiam pro eo quod ad alterius esse & conseruationem multum operatur, sicut etiam dicimus diuitias eẽ substantiam nostram, & sic improprie dicitur complexio substantia membri. Ad secundum principale patet solutio ex secundo articulo &c.

Natura dupl'r.

Substantia dupliciter.

Quæstio. vj.

SEXTO Quæritur. Vtrum possibile sit ęquale ad pondus esse. Et arguitur multipliciter ꝙ sic. Primo posse ẽ aliquod corpus in se habere tãtum de leuitate quantum de grauitate. igitur &c. patet consequentia. & assumptum arguitur. Ponendo aliquod corpus summe graue per uniformem acquisitionem leuitatis fieri summe leue, & sequitur ꝙ tale corpus in medio instanti horæ acquisiuerit medietatem totius latitudinis leuitatis. & per consequens pro tunc erit deperdita medietas latitudinis grauitatis, eo ꝙ q̃tum de vno contrariorum acquiritur tantum de alio expellitur, sequitur ergo conclusio ꝙ pro isto instanti grauitas & leuitas ĩ isto corpore erunt simul sub medijs gradibus. ergo &c. Et confirmatur, idem sic. oleum est æquale ad pondus quo ad qualitates localiter motiuas. ergo &c. assumptum arguitur, quia tot sunt elementorum spheræ in quibus naturaliter oleum ascendit quot sunt spherę in quibus naturaliter descendit. igit' non magis debet dici graue q̃ leue, nec econtra. patet consequentia & assumptum patet experimento, ascendit.n. ĩ sphera terrę & aquę, & descẽdit in sphera ignis & aeris. ergo etc.

Secundo ad principale arguitur, posse est elita ad mixtionẽ simul concurrere cum suis qualitatibus æqualis intensionis & æque potentibus ad agendum, sed hoc posito inter hęc nõ cessabit actio quousq; peruenerit ad temperamentum medium æqualiter distans ab extremis. igitur &c. patet consequentia & maior, minor arguitur, quia ipsis taliter approximatis adinuicem q̃tum vnum contrarium de altero corrũpit tantum de eodem ab altero suo contrario corrumpitur, & notum est ꝙ inter hęc non cessabit actio quousq; iter illa erit dissimilitudo vel contrarietas quę nõ remouebitur nisi contrarijs omnibus ad medium deductis, tunc enim erunt omnia siñia. igitur &c. Et confirmatur, quia posse est sũme calidum per uniformẽ acquisitionem frigiditatis in hora acquirere frigiditatem summã. Et ponatur ita esse, & sequitur ꝙ in medio instanti horæ erit hoc corpus sub gradibus medijs caliditatis & frigiditatis, vt patet intuenti. Et per sisẽ argumentum deduci potest esse posse aliquod corpus præcise habere æqualiter de humiditate. sicut de siccitate ponendo corpus summe siccum per vniformem acquisitiõem humiditatis fieri summe humidum et arguitur ut prius. Tertio ad principale arguitur, quia secundum quãcũq; denominationem est reperibile magis & minus, secũdum eam ẽ reperibile æquale cuicũ.ꝗ generi attribuatur illa denolatio, sed in genere mixtorum secundum denominationem calidi & frigidi humidi & sicci reperibile est magis & minus. igitur etc.

Item non plus repugnat medius gradus caliditatis medio gradui frigiditatis q̃ gradus caliditatis intensus gradui frigiditatis remisso, sed cum intenso gradu caliditatis stat gradus remissus frigiditatis. igitur &c. patet consequentia & maior, minor patet. Ponẽdo ꝙ summe calidum remittatur aliqualiter citra summum per frigiditatis acquisitionem. Et sequitur ꝙ cum aliquali gradu caliditatis, immo cum quocunq; gradu caliditatis citra summum quantumcũq; intẽso stabit aliquis gradus remissus frigiditatis. igitur &c. & hoc quantũ ad partem affirmatiuam quæstionis.

In oppositum est Aui. in litera. Similiter Haly. primo techni. Itẽ secundo de gñatione colligitur idẽ de mẽte philosophi.

In ista quæstione erunt tres articuli iuxta materiam triũ argumentorum principalium. In primo videbitur vtrũ reperibile sit æquale ad pondus, quo ad qualitates motiuas localiter. Secundo videbitur vtrum posse sit reperiri idem ad ęqualitates alteratiuas. Tertio principalit' vtrum posse sit idẽ reperiri quo ad vtranq; illarum qualitatum simul. Quãtum ad primum. Præmittam primo quædam præambula. Secundo ponam conclusiones de quæsito. Sciendum est igitur primo ꝙ per qualitates localiter motiuas intelligo q̃litates quę sunt instrumentale principiũ motus localis cuiusmodi sunt grauitas & leuitas &c. Secundo pręmittitur ꝙ qualitates motiuæ naturaliter situatæ non faciunt tractum sursum neq; deorsum. alias enim aer continue ascenderet uł descenderet. similiter ignis. huiusmodi tamen qualitates cũ fuerint extra locum ad quem naturaliter inclinant tractum vel inclinationem faciunt sursum vel deorsũ. sicut.n. huiusmodi qualitates & proprietates inclinant mobilia naturalia vt ad hunc locum vel illum moueantur, ita naturaliter inclinant vt in illo loco quiescant. Tertio præmittendũ est ꝙ non est posse duo contraria instrumenta eidẽ principali agẽti & particulari formæ esse æqualiter conuenientia. patet hic quia duo contraria instrumenta necessario sunt diuersorum generum perfectionis, sed quorũcunq; duorum inęqualium vel dissisium ad quodcũq; est varia & dissimilis habitudo. Igitur &c. patet consequentia & assumptum satis intelligenti. Quarto præmittendum est ꝙ æquale pondus imaginari possumus vel uniformiter tale, vel difformiter tale. Exẽplum primi, vt si imaginemur vnum corpus cuius q̃libet pars q̃titatiua habet quatuor gradus grauitatis & quatuor leuitatis

Eq̃le ad pondus dupl'r.

uitatis. Exemplum secundi, sicut si esset vnum corpus bipedale cuius vnum pedale esset leue ut quatuor, & aliud graue vt quatuor. In proposito est sermo de æquali ad pondus primo modo. Notum. n. ē ꝙ non repugnat secūdo modo fore ęquale ad pondus. Tunc sit prima cōclusio. Possibile est quo ad qualitates localiter motiuas esse aliquod corpus æquale ad pondus, hæc conclusio deduci potest per primum argumentum deductum ante oppositum vt patet intelligenti. Secunda conclusio est ꝙ dato tali ęquali ad pondus illud non ubicūque poneretur quiesceret. probatᷣ sic. tale corpus posset alicubi situari. ubi potentior esset leuitas in trahendo sursum ꝙ̄ grauitas in trahendo deorsum, & alicubi situari posset, vbi foret contrarium. ergo &c. patet consequentia. & assumptum arguitur. Ponendo. a. fore tale æquale ad pondus in quo sit leuitas ignis, vt duo. & similiter aeris & grauitas terrę vt duo & similiter aquæ. Et patet ꝙ. a. situatum in sphera aquę sursum mouebitur. trahunt. n. sursum leuitas ignis & leuitas aeris et non resistit nisi grauitas terræ vt patet per secundam suppōnem. Et per idem patet ꝙ tale corpus situatum in sphera ignis vel aeris moueretur deorsum. Ex ista conclusione et eius probatione infero primo ꝙ tale corpus æquale ad pondus moueretur deducto īpedimento quousque medietas eius esset situata in sphera aquæ & reliqua medietas in sphera aeris patet, quia vsque tunc trahens esset maior ꝙ̄ potentia resistens, vt patet intelligēti. Sequitur secundo ꝙ deducta resistentia medij vel saltem impedimento sufficiente īpedire motum tale corpus circūsituatum continue circulariter moueretur. hæc conclusio deducitur. Ponendo. a. taliter qualificatum fore bipedalis q̄titatis & ꝙ. b. sit pedale existens in aere. & c. sit pedale existens in aqua. Et patet ꝙ in. b. potentia trahens deorsum est vt quatuor, quia duo aquæ & duo terrę, resistentia tamen est precise vt duo, quia. s. duo ignis, in. c. uero pedali econtra potētia trahens sursum est vt quatuor quia duo ignis duo aeris, resistentia vero est duo præcise. s. terræ. Et notanter dixi deducta resistentia quia tanta posset esse ꝙ impediret motum iam dictum. Infero tertio ꝙ si in p̄dicto ęquali ad pondus esset p̄cise per totum leuitas ignis et grauitas terræ ut duo illud quiesceret cum esset situatum in loco iam dicto. patet, quia utrobique esset tanta potentia sursū trahens sicut deorsum. igitur &c. Sequitur quarto deducta resistentia medij aliquod æquale ad pondus alicubi situatum subito moueretur, quia si esset uacuum in sphera ignis. a. ibi positum subito moueretur, quia aliquanta foret potentia motiua, sed non aliquanta foret resistentia vt patet. Ex quo ulterius patet non velocius posse moueri simplex in vacuo ꝙ̄ mixtum. Et multa alia sequerentᷣ quę gratia breuitatis omitto. Tertia conclusio principalis ponitur pro intentiōe Aui. Impossibile est aliqđ corpus naturale vel alicuius corporis naturalis formam substantialem in naturali sua dispōne determinare sibi æqualiter de grauitate & leuitate. probatur sic. Impossibile est grauitatem et leuitatē alicui corpori naturali vel eius formę substantiali ęqualiter fore conuenientem. igᷣ etc. patet consequentia & assumptum per tertiam suppositionē.

Quantum ad secundum articulū sint hæ suppōnes. Prima suppō. Quæcunque extrema sunt sibi adinuicem cōpossibilia, sunt compossibilia medio inter illa extrema, patet quia maior est repugnantia extremi ad extremum ꝙ̄ medij ad extremum, non. n. repugnat extremum medio nec econtra nisi pro quanto medium sapit naturam extremi &c. Secunda suppō. Quorūcunque sibi inuicem compossibiliū media sunt sibi inuicem compossibilia. patet hæc suppositio per suppositionem precedentem. Tertia suppō. Cum intensa caliditate stat intēsa humiditas uel stare potest, similiter siccitas. Similiter cum intensa frigiditate stat intensa humiditas & similiter de siccitate. Et econtra. hæc suppō patet intelligēti.

Tunc sit prima conclusio. Possibile est esse aliquod corpus habens per totum ęque intensam mensuram caliditatis & frigiditatis & ecōuerso. hæc conclusio patet per plura adducta ante oppositum. Itē sit aqua uniformiter calefacta et ab intrinseco alteretᷣ uniformiter, quo ad partes eius q̄titatiuas, & sequitᷣ conclusio, vt patet intuenti. Et patet per idem possibile esse aliquod corpus in se per totum habere æqualē mensuram humiditatis & siccitatis. Secunda cōclusio est hæc. Possibile est esse aliquod æquale ad pondus quo ad qualitates alteratiuas. probatur conclusio sic non minus repugnat quo ad simul informare idem subiectum intensa caliditas intensę humiditati ꝙ̄ medius gradus caliditatis medio gradui humiditatis, similiter medius frigiditatis medio humiditatis vel siccitatis, sed tam intensa caliditas ꝙ̄ intensa frigiditas ē compossibilis intēsę humiditati similiter & siccitati. ergo medius est compossibilis medio. Ponatᷣ igitur in esse. Et sequitᷣ in subiecto simul esse caliditatē præcise sub medio gradu, & similiter humiditatem. & per consequens in eodem etiam frigiditas & siccitas erunt sub medio. Suppono. n. ad præsens non fieri remissionem qualitatum contrariarum nisi per inductionem contrarij. & per consequens &c. Item ponatᷣ corpus summe calidum & humidum in hora per uniformē acquisitionem frigiditatis & siccitatis fieri summe frigidum & siccum. Et patet conclusio. Diceretur forte ꝙ humiditas tardius remittitur. Contra. ponatur latitudinem humiditatis tanto proportionabiliter esse minorem q̄to tardius remittitur. Et adhuc sequitur conclusio. Item cum gradu medio humiditatis & siccitatis informante subiectum stare potest intensa caliditas & similiter intensa frigiditas. Igitur etc. patet consequentia. & assumptum similiter ex superius dictis. Tertia conclusio. Tale corpus taliter dispositum est alicuius opōnis productiuum. patet, quia posset agere in calidum intensum per frigiditatem, & in humidum intensum per siccitatem. Immo concedendum foret illud simul posse producere contrarios motus, sed non in idem subiectū adæquate, vt patet intelligenti. Quartam conclusionem ponunt quidam ꝙ licet sit possibile taliter esse ęquale ad pōdus qualiter ponit secunda conclusio, impossibile tamē est eē aliquod tale ęquale ad pondus ꝙ in eo sint simul tam graduales mensurę ꝙ̄ potentię contrariarum qualitatum adæquate. patet, quia q̄ntōcūque in eodem subiecto sit ęqualiter intensa caliditas & intensa frigiditas & intensa humiditas & intensa siccitas, maioris tamen actiuitatis est caliditas ꝙ̄ frigiditas & maioris resistentię est frigiditas ꝙ̄ caliditas, & similiter siccitas est maioris actiuitatis ꝙ̄ humiditas, quę maioris tamen est resistentię ꝙ̄ aliqua qualitatum actiuarum, ideo &c. Dicunt autem conclusionē istā esse pro intellectu. Aui. Quinta conclusio quam credo esse de intellectu Aui. in litera. Impossibile est aliquod corpus naturale in sua naturali dispōne æquales mensuras qualitatum contrariarum sibi naturaliter æqualiter limitare. probatᷣ quia impossibile est alicuius corporis naturalis formam substantialem ad qualitates duas sibi inuicem contrarias ęqualē habere conuenientiam. Patet consequentia, & assumptum videtur patere per suppōnem tertiam in primo articulo positam. Quantum ad tertium ponuntur hę conclusiones. Prima conclusio. Cum caliditate intensa stare potest intensa grauitas. patet hæc. in aqua. n. feruente est caliditas intensa & ipsa est intēse grauis, & similiter in ferro ignito. igitur &c. Secunda conclusio ē hæc cum frigiditate intensa stat intensa leuitas. patet, quia tēpore hyemis experimento videmus aerem esse ita frigidum vt in eo rigeant membra & tn̄ est valde leuis. Item ventus septētrionalis vt boreas ē ualde leuis, et tamen in eo est intensa frigiditas, ita vt quandoque congelentur vapores quibus occursit vt ipsos in niuem vel pluuiam conuertat. ideo &c. Sic in media regione est intensa frigiditas continue, & tamē aer ibi exīs est leuis. Nisi forte quis diceret hoc fore propter vapores ibi exītes, sed ita de uaporibus ꝓcederet argumētum sicut de aere, cum etiam vapores illi sint leues. Consiles conclusiones possunt poni. s. ꝙ cum intensa humiditate stat intensa leuitas similiter grauitas, ut patet in aere et aqua. Et similiᷣ de siccitate vt patet intelligenti. Tertia conclusio. Cum caliditate intensa potest stare ęquale ad pondus in grauitate & leuitate. patet, quia cum quacunque possunt stare extrema pōt stare medium. Et similiter potest dici de humiditate & sic-

citate. Quarta cõclusio. Possibile ẽ simul fore aliquod ęquale ad põdus tam quo ad qualitates alteratiuas q̃ quo ad motiuas localiter. probatur sic cum caliditate & humiditate intensa stat intensa leuitas & intẽsa grauitas. similiter cum intensa frigiditate & siccitate stat intẽsa grauitas. & similiter intensa leuitas, vt in borea. igitur non repugnat cum temperamento æqualiter medio istarum duarum contrarietatum stare temperamentum ponderale inter medium grauitatis & leuitatis. patet cõsequentia, quia quorũcũq; extremorum inter se non est repugnantia, eorum mediorum inter se non ẽ repugnantia, vt supra dictum est. Quinta conclusio. licet ita sit nullum tamen corpus naturale in sua naturali dispõne exñs sibi limitat temperamentum medium ponderaliter, tam qualitatum alteratiuarum q̃ qualitatum motiuarum localiter. patet conclusio vt prius. Et ista conclusio est pro intentione Aui. in litera & omnium auctorum sonantium non esse possibile reperire æquale ad pondus. Ad argumenta principalia adducta ante oppositũ patet ex dictis in quæstione. Ad confirmationem superius adductam de oleo dicitur negando cõsequentiã. in tot spheras naturalit' descendit &c. ergo &c. per idem. n. concluderetur lignum fore æquale ad pondus. Et causa est, quia licet ascendat in aqua non tñ ęqualiter facit transitum sursum, sicut in aere deorsum vt docet experimentum. Item quia oleum non supernatat omnibus corporibus grauioribus aere, vt est manifestum de vaporibus grossis in aere descendentibus, quare &c.

Quæstio. vij.

SEPTIMO Quæritur. Vtrum æqualitas secũdi modi habeat latitudinem. Videtur q non. Quia primo omnibus alijs modis ęqualitatis Aui. asserit latitudinem, & huic non. Item quia vltimo non datur alterius, sed hic modus in vltima & optima æqualitate consistit. Item quod per supabũdantiã dicit vni soli conuenit. Et pro isto videtur

Gal.

auctoritas Gal. primo de regimine sanitatis dum dixit q simplex sanitas & perfecta quæ rectissimã habet eucrasiam vel nunq̃ fuit in aliquo animalis corpore, vel si vnq̃ fuit neque pusillo neq; sensibili tempore permansit in ictu oculi & in vnoquoq; momento alterata, & non eodem modo se habẽs. Ad oppositum arguitur, quia extrema huiusmodi habent latitudinem. ergo & medium. Item optima sanitas est principium optimarum opõnũ, sed nulla res præcise per instans durabilis est optimarum operationum principium. ergo &c. Pro isto dicunt quidam primo q hic modus habet latitudinem. Primo ex parte suppositorum, plura. n. esse corpora habentia æqualitatem secundi modi non repugnat. secundo ex parte formæ ipsius temperantiæ. Stat. n. æqualitas secundi modi cum debito somno & vigilia motu quiete cibo & potu in quibus omnibus variatur mensura æqualitatum in quibus consistit hæc temperantia. Dicunt secundo q si per æqualitatem secundi modi intelligamus sanitatem complexionalem absolute optimam quæ in corpore humano reperiri possit, aut talis dabilis non est, vel si dabilis est

Gent.

non est considerationis medici, quia præcise per istans apta est permanere. Dixit tamen Geñ. q illa optima sanitas q̃ est punctuale medium transitus in decursu ętatiuo licet sit indiuisibilis durationis, tamen habet latitudinem perfectionalem, potest. n. vna altera perfectior esse sicut illa quæ cũ melioribus circunstãtijs est medium transitus in decursu ętatiuo.

Cõciliator.
Sanitas perfecta triplex.

Conciliator vero differentia. 18. triplicem distinguit sanitatem perfectam. Vnam punctualem dictam tactam a Gal. vbi supra, & hanc dixit non esse considerationis medici. Non. n. considerat medicus sanitatem nisi inquantum est principium operationum. Alia est sanitas perfecta latitudinem habens aliquantam angustam tamen valde, & hæc in paucis indiuiduis, nec in eis nisi in longis temporum interuallis potest reperiri. Ad hanc. n. requiritur optimus cælestis influxus siue aspectus. verbi gratia. coniunctio saturni & iouis in pricipio arietis & alij aspectus, & ideo nedum plures, sed nec forte duos simul conuenit produci, tunc. n. videtur illud ex spãli diuina gratia contingere, sicut dum generatur propheta medius exñs vt supra inter sapientes & angelos, qualem dicunt fuisse Moysen. De hoc modo sanitatis optimę dixit Gal. in libro de optima habitudine. Quod vltimo perfectum in omnibus, vt q neq; in consimilibus neq; in organicis particulis nihil haberet in commensuratum sic positũ non valde quidem contingit, sed in longis temporum periodis consueuit fieri, quod autem breue deficit &c. Tertius est modus sanitatis optimæ ab hoc secundo parum differens repertus in indiuiduo in tempore in quo meliores & robustiores potest producere operationes durans forsasse per tres annos vel circa, vt circa. 33. annum in quo tempore passus est Xp̃s. Et notum est q hic modus habet latitudinem. Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primũ q Aui. dedit intelligere eius latitudinem ex præcedenti modo ęqualitatis. Ex quo. n. ponitur pars æqualitatis primi modi hẽt latitudinem. Ad alia satis patet ex dictis in quæstione.

Quæstio. viij.

OCTAVO Quæritur. Vtrum cõplexio humana sit cęteris complexionibus propinquior æquali ad pondus, & inter complexiones humanas æqualitas secundi modi sit ꝓpinquior æquali ad põdus. Et arguitur q non. Prĩo quodlibet viuens saltem vita sensitiua recedit ab æquali ad pondus per calidum & humidum, sed multa sunt viuentia vita sensitiua quæ hoĩe sunt minus calida & humida. ergo multa sunt viuentia homine æquali ad pondus propinquiora. patet consequentia & minor & assumptum probatur pro prĩa parte. Primo quia cuiuslibet viuentis operatio perficitur per calidum et humidum. Secundo quia quodlibet viuens generatur per digõnem, sed non fit digestio nisi dñante calido ut habetur. 4. metheororũ. ergo &c. Tertio quia cuiuslibet mẽbri vel partis viuentis conseruatio fit per nutricationem quę nõ fit nisi per dñiũ calidi, ẽ. n. nutricatio cõuersio nutrimẽti &c. facta ab anima mediante calore naturali. Quarto, quia gñio viuentis est prima pticipatio animæ nutritiuæ in calido naturali & vita est eius permansio, vt colligitur ex dictis philosophi in libro de morte & vita. Et per simile argumentum deduci potest q homo de secundo mõ ęqualitatis ad iustitiam non magis appropinquat æquali ad pondus vł eius complexio q̃ aliqua alia, quia totalis humana complexio saltem in sua naturali dispõne existens excedit ęquale ad põdus per calidum & humidum. ergo complexio minus calida q̃ ęqualitas secundi modi æquale ad pondus minus excedit p calidum & humidum, & per consequens ab eodem minus recedit. Secundo ad principale arguitur sic. plus repugnat æqualitas ponderalis complexioni humanę q̃ alicui alteri complexioni. ergo &c. patet consequentia eo q inter q̃scunq; formas substantiales diuisibiles intensiue est maior repugnantia inter illas est distantia, & assumptum videt̃ Aui. in litera dicentis nõ esse possibile reperiri complexionẽ ęqualem ad pondus vt sit complexio alicuius misti q̃to magis vt sit complexio hominis vel membri, clare hic innuitur cõplexionem æqualem ad pondus magis repugnare hoĩ &c.

Tertio ad principale sic arguit̃. sicut se videtur habere mẽbrum perfectius ad membra cętera imperfectiora, ita se debet habere animal perfectius ad animalia imperfectiora, sed perfectissimum membrorum in genere membrorum ẽ calidissimum. ergo perfectissimum animal in genere aĩalium similiter est calidissimum, tenet cõsequentia & maior, & minor arguitur, cor enim existens membrum maxime principale nostri corporis est membrum calidissimum membrorum nostri corporis. ergo &c.

In oppositum est dominus Aui. in litera. Secundo quia sensus tactus est in homine perfectissimus respectu aliorum animalium, vt colligitur secundo de anima, & hoc non põt esse nisi ponendo ipsum maxime medium eo q oportet ipsum esse denudatum ab excellentijs tangibilium idõ videtur q organum tactus humani corporis habeat complexionem seu dispõnem maxime mediam, & per consequens &c. Et per idem videtur tactum temperati hoĩs fore mediũ & ab excellentijs tangibiliũ magis denudatum respectu tactus distemperati.

stemperati. Et confirmatur quia dato opposito sequitur tactum melācholici esse perfectiorem q̄ sit tactus temperati, quod est contra philosophum secundo de anima. secundū enim hunc sensum iudicamus homines ingeniosos vel non īgeniosos esse, duros.n.carne duros mēte, molles carne molles mente siue aptos dicimus, & consequentia principalis ꝓbatur præmittendo q̄ obiectum quodcūq; tactui pręsentatum minus calidum q̄ sit organum tactus per tactum iudicatur frigidum, minus vero frigidum iudicatur calidum, & sequitur q̄ obiectum tangibile medium inter dispōnē organi tactus temperati & dispositionem organi tactus melancholici per tactum temperati iudicatur frigidum, et per tactū melancholici iudicatur calidum & siccum &c. Vnde ex hoc formari potest hoc argumentum, de quocunq; tangibili recte iudicat temperatus de eodem recte iudicat melancholicus, & non econtra. ergo &c. patet consequentia, & assumptum patet intelligenti per deductionem argumenti præcedentis. Respondendo ad istam quæstionem præmittam primo quædam ꝑambula. Secundo ponam conclusiones de quæsito. Quantum ad primum sint hæ suppōnes. Prima suppositio q̄ perfectius operatur anima suas operationes mediante temperamento vel ęqualitate iustitiali q̄ mediante aliqua dispōne lapsa, patet quia iustitiale temperamentum est instrumentum animæ proportionatissimum ad operationes exercendas, ideo mediante isto perfectius operatur forma. patet consequentia & assumptum similiter intuenti. Secūda suppō est hæc q̄ totalis complexio humana in sua naturali dispōne existēs excedit æquale ad pondus per calidū & humidum. Hæc suppō probari potest per argumenta tacta añ oppositum. Et videtur de mente Aui. infra ponentis q̄ caliditas est vitę conformior q̄ frigiditas & humiditas q̄ siccitas. Et potest argui quia dato opposito sequitur q̄ nutrimentum proprium ossis non conuerteretur in substantiam ossis per actionem caloris naturalis ī ipsum, quia cum os ponatur frigidum a ꝑdñio iam potius videtur nutrimentum infrigidare q̄ calefacere. Nisi forte diceret aduersarius q̄ nutrimētum transiens ad os est frigidius osse, vnde os est potēs calefacere. Transeat igitur hoc argumentum & sufficiant argumenta ante oppositum. Tertia suppō est q̄ inter æquale ad pondus & æqualitatem secundi modi multæ sunt dispōnes mediæ quarum quælibet ē calida respectu ęqualis ad pōdus. frigida vero respectu ęqualitatis ad iustitiam siue secundi modi. hæc suppō patet ex præcedenti. Quarta suppō ē q̄ æqualitatem iustitialem possumus ad alias dispositiones secundum propinquitatem ad æquale ad pondus dupliciter comparare.

Æqualitas iustitialis ad alias cōparatur dupl'r.

Primo ratione gradus suę perfectionis qui arguitur ex operationibus ab ea prouenientibus. Secundo ratione gradualis mensurę qualitatum primarum in quibus cōsistit æqualitas iustitialis. Quantum ad secundum sint hæ conclusiones. Prima conclusio. Comparando complexionē humanam ad alias mixtorum complexiones in propinquitate vel distantia ad æquale ad pondus ratione suorum graduū perfectionis totalis humana complexio inter cæteras cōplexiones mixtorum est maxime distans ab ęquali ad pondus. probatur sic. plus perfectionaliter excedit humana cōplexio ęquale ad pondus q̄ aliqua alia excedat illud. idem igiť &c. patet consequentia. & assumptum similiter intuenti. Secūda cōclusio sequitur q̄ comparando ęqualitatem secūdi modi ad alias complexiones humanas in propinquitate vel distantia ad æquale ad pondus ratione suorum graduum perfectionis ęqualitas secundi modi est ab ęquali ad pondus cæteris complexionibus distantior. probatur vt præcedens quia plus perfectionaliter excedit ęqualitas secundi modi æqualitatem ad pondus q̄ aliqua alia humana complexio excedat illud. idem igitur &c. patet consequentia. & assumptum arguitur, quia perfectior est æqualitas secundi modi q̄ aliqua alia eo q̄ perfectiores operationes producit. Item quia vt circa literam tactum est ratione suæ perfectionis obtinet ęqualitas secundi modi extremum intensius totius latitudinis sanitatis. igitur &c. Tertia conclusio. Comparando cōplexionem humanam ad alias complexiones mixtorum in ꝓpinquitate ad ęquale ad pondus ratione mensurę qualitatum in quibus consistunt complexiones iam dictę alicuius mixti complexio est complexione humana propinquior ad æquale ad pondus, & alicuius complexio est distantior ab eadem. Hæc conclusio patet, quia multa sunt mixta hoīe calidiora et humidiora. similiter multa sunt viuentia eodem minus calida. igitur &c. patet consequentia cum ponatur cuiuslibet viuentis complexionem excedere ęquale ad pondus per calidū & humidum. Quarta conclusio sequitur q̄ etiam taliter comparando ęqualitatem secundi modi ad alias complexiones humanas in propinquitate ad ęquale ad pondus, aliqua complexione humana ęqualitas secūdi modi est propingor, & aliqua distantior ab æquali ad pondus. patet similiter vt pręcedens. Ex hac conclusione sequitur hanc consequētiā non valere. huius tactus organum est propinquius ęquali ad pondus q̄ huius vel istius. igitur hic tactus est melius vel rectius iudicans. patet. organum.n.tactus melācholici ē huiusmodi, & tamen non perfectius iudicat. igitur &c. Sequiť secundo, nō ideo organum tactus esse melius dispositū, quia ab excellentijs tangibilium sit magis denudatum. Tertio sequitur non quodlibet obiectum perceptum a sensu tactus existēs organo tactus remissius calidum a sēsu iudicari frigidū. Ex quo sequitur tactum temperati de ęquali ad pondus sibi conuenienter approximato non iudicare tale calidum aut frigidum sed medium. Vbi tamen si perciperetur a tactu per materialem impressionem factam in organo concedendum foret remisse calidum iudicari frigidum. Et causa est quia remisse calidum non materialiter imprimit in intense calidū nisi per frigiditatem. Et si arguitur contra, quia obiectum materialiter imprimens non percipitur a tactu. Diciť hoc negando, sicut patet de dolore cāto a mala complone existēte in neruo. Quinta conclusio est hęc, licet ita sit vt ꝑcedēs ponunt cōclusiones, humana tamen complexio secūdum similitudinem & proportionem quandam est cęteris mixtorū complexionibus propinquior ęquali ad pōdus. probať. quia sicut in ęquali ad pondus refractę sunt elementorum qualitates, ita ut nullius illarum uirtus dñetur alteri uel excedatur ab ea, ita in complone humana refractæ sunt mensuræ qualitatum imperficientium operationes & reductæ sunt ad medium pro operationibus proportionatissimū, ita ī illa non dominetur uirtus alicuius qualitatis disproportionatæ ad opationes perficiendas. Silr sicut qualitercunq; recedat aliquod ab æquali ad pondus cadit sub excellentia alicuius qualitatis, ita qualitercunq; recedat aliquid &c. cadit sub complone disproportionata. Sexta conclusio. q̄ per proportionalitatē & silitudinē quādā qualitas secundi modi īter cæteras cōplexiones humanas ē ęquali ad pondus ꝓpinquior. patet vt ꝑcedēs. Sicut.n. in ęqualitate pōderali sunt oīum qualitatum excellentię refractę, ita in ęquali ad iustitiā refractæ sunt oēs mensurę qualitatum nimiū excellētes uel defectuose ꝓ opōnibus, & ad mēsurā deductę sunt opōnibus proportionatissima, ita ut in ea nullius qualitatis excellentia uel excessus inueniatur respectu operationis producendę. Et istas duas conclusiones dicere possumus esse de mente Aui. in litera dum dicit hanc ęqualitatem fore uicinam &c. Ex hoc patet responsio ad qōnem ut patet intuenti &c. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur q̄ illud argumentum cum suis confirmationibus probat coplonē hūanā non fore ad ęquale ad pōdus rōne mēsurę gradualis qualitatum in quibus consistit humana cōplo maioris ꝓpinquitatis. Et hoc cōcessum est. Si.n. omnes mixtorum cōplones in latitudine situentur secundum intensionem uel remissionē graduum suarum qualitatum reperientur inter humanā cōplexionem & æquale ad pondus plures eorum cōplexiones mediatæ, cum quo tamen stat q̄ secundum proportionalitatem & similitudinem iam dictam magis alijs ęquali ad pondus appropinquat. Consimiliter per omnia dicitur de ęqualitate secundi modi in comparatione ad alias complexiones humanas Ad secundum principale cum arguitur plus re-

pugnat &c.dicitur illud concedēdo ratione gradus perfectionis.plus.n.remouetur humanæ complexionis perfectio ab æquali ad pondus q̄ alicuius alterius mixti complexio, ideo plus repugnat æquale ad pondus fore cōplexionem homini conuenientem q̄ alicui alteri mixto. Et hoc intellexit Aui.in litera.Similiter dicitur de æquali iuſtitiali in comparatione ad alias complexiones hominum. Ad tertium dicitur negādo illam ſimilitudinem.Cauſam autem negationis huius tangam infra. Quia tamen argumenta adducta videntur probare æquali ad pondus ratione gradualis menſuræ ſuarū qualitatum complexionem humanam eſſe propinquam, iō ad argumenta illa reſpondetur. Ad auctoritates Aui.ſatis patet reſponſio per dicta in qōne. Ad ſecundum rñdetur concedendo tactum in homine fore perfectiſſimum,et negat̄ conſequentia cum concluditur.igitur organum eius eſt magis denudatum ab excellentijs tangibilium. Conceditur tñ organum tactus fore maxime denudatum a menſuris qualitatum ſenſui tactus diſproportionatarum quia in eo.ſ.ē menſura qualitatum optime deſeruiens animæ in operatione tactiua.Vnde imaginanda eſt vna magna latitudo qualitatū quibus mediātibus in organo tactus exiſtentibus aīa poteſt excedere ſenſationem tactiuam,& q̄ totalis iſta latitudo per gradus caliditatis & humiditatis intenſiue æquale ad pōdus excedat,& q̄ in tota illa latitudine reperitur menſura proportionatiſſima ad operationem tactiuam:& illa corrn̄det organo tactus hoīs,aliæ vero viuentibus vita ſenſitiua.organum igitur tactus hoīs eſt denudatum ab illis excellentijs ſicut patet. Poſſet etiam dici organum tactus eſſe denudatū &c.i.non actualiter informatum qualitate omnino ſimili qualitati obiecti tangibilis,tunc.n.non poſſet percipere obiectum.

Ad confirmationem cum arguitur q̄ tunc tactus eſſet perfectior in melancholico &c.dicitur negando cōſequentiā.Et cum permittitur vlterius q̄ remiſſe calidum obiectum organo tactus pñtatum ab eo iudicatur frigidum. Dicitur hoc negando,immo percipitur tale quale eſt. Et ſi arguitur contra ex eo quod ponit Gal.primo de experimentis de vrina actu calida proiecta ſupra dorſum hoīs febrientis aut in ſtufa exiſtentis. Huic dicitur concedendo experimentum illud,quia.ſ.ſtante materiali impreſſione tangibilis in organū tactus remiſſe calidum iudicatur frigidum eo q̄ in organum tactus non imprimit niſi per frigiditatem in eo exiſtentē,vbi tamen imprimeret ſpūaliter non iudicaretur tale ſed calidū ſicut eſt. Et ſi arguitur contra,quia ſemper tale obiectum materialiter imprimit. Item quia illa ratione data iam calidū obiectū oīno ī caliditate ſiſe organo tactus iudicabitur calidum,quod videtur contra philoſophum ſecundo de aīa dicentem q̄ æque calida non ſentimus. Dicitur ad primum q̄ non ſemper materialis impreſſio peruenit ad ſenſum vel ad organum tactus. Ad ſecundum dicitur cōcedēdo añs. Nec minus eſt hoc poſſibile q̄ q̄ oculus videat oculum omnino ſibi ſimilem,& hoc per ſpūalem impreſſionem. Vel dicitur negando conſequētiam,quia q̄uis obiectum ſecūdū qualitates tangibiles ſit conſiſr diſpoſitum ſicut organum & ſpūaliter imprimat,organum tamen non eſt perceptiuum ſimilis qualitatis qualitatibus ſui organi.quod ordinatum eſt a natura ne in nobis ſit continua ſenſatio qualitatum In organo exiſtentium.hæc reſponſio eſt multum probabilis.

Gal.

Quæſtio. ix.

NONO Quæritur. Vtrum complexio hoīs de ſecūdo modo æqualitatis ſit per æquidiſtantiam media inter extrema totius latitudinis primi modi ſiue latitudinis humanæ cōplexionis. Arguitur multipliciter q̄ ſic. Primo q̄to aliqua complexio eſt ad aliquod extremorum magis declinans tāto ipſa eſt magis lapſa,& econtra.igitur complexio nullo mō lapſa non eſt declinans ad aliquod extremorum, ſed hmōi ē complexio hoīs de ſecundo mō æqualitatis.igitur &c.conſequentia eſt nota.& aſſumptum videtur notum. Secundo ad principale arguitur ſic. Dato oppoſito qōnis ſequeretur aliquam complexionem diſtemperatam eſſe per æquidiſtātiam mediam etc.conſequens eſt falſum eo q̄ cum extrema totius latitudinis ſint peſſima q̄to aliqua complexio eſt minus illis participans tanto eſt melior & perfectior, huiuſmōi autem ē cōplo ęqualr ab illis diſtās. ergo &c. conſequentia principalis arguitur,quia inter quæcunq; extrema per latitudinem diuiſibilem abinuicem diſtantia eſt aliquod medium ab eis æqualiter diſtans. Tertio principaliter arguitur ſic. Sit.a.minimus gradus frigiditatis cum quo non ſtat vita.et.b.alius minimus gradus caliditatis,cum quo non ſtat vita. Et arguitur ſic.a.&.b.æqualiter lædunt operationes, quia.ſ.tam.a.q̄.b.auferunt operationes reſpectu temperati. igitur lapſus ad.a.&.ad.b.ſunt pręciſe æqualiter mali. ſed omnes lapſus ęqualiter mali æqualiter diſtant a temperamento ſiue optima ſanitate, vt debet videri primo techni. igitur &c.& per conſequens inter extrema.a.&.b.ē ęqualitas ſecūdi modi ſiue temperamentum iuſtitiale æquidiſtanter mediū,tota conſequentia eſt nota cum añte. Conſimiliter poteſt argui de extremis humiditatis & ſiccitatis totius latitudinis &c.

Quarto ad principale arguitur ſic.niſi. qō foret vera videretur q̄ ęqualitas ſecundi mōi non eſſet per ęquidiſtantiam media in tota latitudine temperamenti.conſequens eſt falſū, vt alias probaui in alia qōne,& cōſequentia videtur tenere, quia ſicut ſe habent extrema temperamenti ad ſuum mediū ſic extrema totius latitudinis humanæ complexionis ad ſuū medium. Quinto ad idem arguitur auctoritate Aui.in litera dicentis ſecundum modum æqualitatis medium exiſtere inter duas extremitates latæ complexionis.

In oppoſitum arguitur. Extrema totius latitudinis &c.inęqualiter ſunt repugnantia æqualitati ad iuſtitiam.igitur etc. conſequentia deducitur infra,& aſſumptum probatur, quia facilius tranſit ęqualitas iuſtitialis ad complexionem calidā & humidam q̄ ad frigidam cæteris paribus .igitur &c.

In iſta quæſtione erunt tres articuli. In primo articulo ponentur diſtinctiones & ſuppōnes quędam. In ſecundo ponētur concluſiones de quęſito. In tertio reſpondebitur ad argumenta principalia. Quantum ad primum ponuntur diſtinctiones. Prima diſtinctio dupliciter dicitur aliquod eē medium inter aliqua. Primo & proprie per æquidiſtantiam. Secundo & communiter per incluſionem. Exempla ſatis patent intelligenti. Secūda diſtinctio eſt. Duplr diciē ſiue dici poteſt vna complexio alia eſſe a tēperamento diſtātior. Prīo ſecūdū gradualem menſurā ſuarę qualitatum. Secūdo rōne gradus ſuæ perfectionis. Exempla ſatis patēt, quam diſtōnē aliter ponunt auctores cōiter.ſ.q̄ quædam eſt diſtantia latitudinis naturarum,& quędam eſt diſtantia naturalitatis & pręternaturalitatis. Tertia diſtinctio eſt q̄ æqualitatem ſecundi modi eſſe mediam &c.poteſt intelligi vel primo iſtorum modorum,vel ſecundo. Quarta diſtinctio eſt q̄ in latitudine humanę complexionis duplicia imaginamur extrema.ſ.extrema latitudīs cum quibus ſtat ſanitas,& iſta cum quibus ſtat vita,totum patet.de vtraq; eſt hic ſermo. Prima ſuppō eſt iſta q̄ caliditas eſt vitæ conformior frigiditate & humiditas q̄ ſiccitas,hoc totum habetur ab Aui. infra.

Medū duplr.

Cōplonis diſtātia duplex.

Æq̄litas ſecundi modi meda dicitur duplr.

Ex iſta ſequitur ſecunda ſuppō q̄ lapſus de ſecundo modo ęqualitatis ad frigidum eſt vitæ deterior & ſanitati q̄ ad calidum & ad ſiccum & ad humidum. Tertia ſuppoſitio eſt q̄ cæteris paribus per lapſus deteriores citius deducitur corpus ad ægritudinem, immo adhuc ad mortem q̄ per lapſum minus malum.

Extremum latitudīs cōplonis duplr.

Quantum ad ſecundum articulum ponuntur concluſiones. Prima concluſio. Secundum gradum perfectionis cōplexio hoīs tpatiſſimi non eſt per ęquidiſtantiam media.patet,quia vt ſic tenet extremum locum, vt alias declaratum eſt. Secunda concluſio eſt hęc. Si duo corpora de ſecundo modo æqualitatis oīno æqualiter labantur vnum ad calidū reliquum ad frigidum continuatis his lapſibus vſq; ad mortem citius perueniet ad mortem corpus quod labitur per frigidum.probatur. Primo quia labitur continue deteriori lapſu.igitur &c.patet conſequentia per ſecundam ſuppōnem. Secundo per talem lapſum ad frigidum continue maior latitudo perfectionis operationū deperditur.igitur &c.patet cō-

ſequentia

tia & assumptum similiter. Tertio gradus præter naturalitatis cum quo non stat vita æqualiter distat ab his et maiorem latitudinem præternaturalitatis continue acquirit corpus, quod labitur ad frigidum q̃ quod labitur ad calidum. igitur &c. Tertia conclusio sequitur quòd duobus corporibus de secundo modo æqualitatis omnino æqualiter labentibus vno ad calidum & reliquo ad frigidum citius fieret ægrum corpus quod labitur ad frigidum quàm quod labitur ad calidum. patet similiter per tertiam suppositionem, & per argumenta probantia conclusionem præcedentem. Corrolarium primum. Plus distat a temperamento remississimus calor cum quo nõ stat vita q̃ remississima frigiditas cum qua non stat vita ab eodem, vt patet intelligenti. Corrolarium secundum. Maior est latitudo caliditatis cum qua stare potest vita vltra temperamentum quàm sit latitudo frigiditatis vltra temperamentum cum qua stare potest vita. patet ex præcedenti. Corrolarium tertium. Plus distat a temperamento maximus gradus caliditatis cum quo stare potest vita & sanitas q̃ maximus gradus frigiditatis cum quo &c. Corrolariũ quartum. Latitudo caliditatis cum qua stare potest sanitas est maior q̃ latitudo frigiditatis cum qua stare põt etc.

Similes conclusiones & corrolaria inferantur de humiditate respectu siccitatis. Quarta conclusio sequitur q complexio de secundo modo æqualitatis non est secundũ mensuram gradualem &c. media per æquidistantiã inter extrema totius latitudinis &c. vt patet ex dictis. Quinta conclusio est quòd ipsa est media per interclusionẽ &c.

Sexta conclusio pro intellectu Auicen. est quòd secundus modus æqualitatis est medians inter extremas excellentias omnium qualitatum ad operationes disproportionatarum. patet: quia in eo est æqualitas & mensura qualitatum optima pro operationibus, excludit enim omnes excellentias disproportionatas ad operationes. Corrolarium primum. Aliqua complexio distemperata vel lapsa respectu æqualitatis secundi modi est per æquidistãtiam media inter extrema totius latitudinis humanæ complexionis. patet, quia aliqua est taliter media & non æqualitas secundi modi. igitur &c. Corrolarium secundum. Latitudo cholericitatis & sanguineitatis est maior q̃ latitudo phlegmaticitatis vel melancholicitatis. Corrolarium tertium. Latitudo sanguineitatis est maior q̃ latitudo cholericitatis. Corrolarium quartum. Sanguineus in extremo intensiori suæ latitudinis est calidior cholerico in extremo intensiori suæ latitudinis. Et infinita alia ex his possunt concludi.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum negatur assumptum: vt patet ex suppositione. Ad secundum conceditur consequentia & consequens, sed negatur illa alia consequentia extrema &c. sunt pessima. ergo quanto aliqua complexio est ista minus participans tãto est perfectior. Ad tertium dicitur concedendo q lapsus ad. a. & lapsus ad. b. sunt æqualit mali. Et vlterius dicitur q omnes lapsus æqualiter mali secundum latitudinẽ perfectionis æqualiter distant a temperamento, non tamẽ necessario secundum distantiam gradualem qualitatum in quibus lapsus illi consistunt. Ad quartum dicitur concedendo conclusionem, scilicet q æqualitas secundi modi nõ est per æquidistantiam media &c. Ex quo sequit q sor. & platone existentibus omnino æqualiter temperatis & vtroq; eorum æqualiter labente, vno tamen ad calidum: & reliquo ad frigidum, puta platone ad frigidum, deueniet citius plato ad distemperamentum q̃ sor. Ex quo sequitur vlterius ista conclusio q sor. & plato sunt æqualiter tẽperati omnino & velocius labitur a temperamento pla. q̃ sor. & tamen pla. fiet tardius distemperatus. Posito q sor. labatur ad frigidum & plato ad calidum: & pla. velocius, sed non tanta proportione in quanto latitudo temperamenti est maior versus calidum extremum q̃ versus extremũ frigidum. Et sequitur conclusio: vt patet intuenti. Ad quintum scilicet ad auctoritatem Aui. qualiter ipsa sit intelligenda, patet ex dictis in quæstione.

Quæstio. x.

DECIMO Quæritur. Vtrum si complexio indi permutetur ad complexionem sclaui vel econtra ad huiusmodi permutationem necessario mors vel infirmitas cõsequatur. Arguitur multipliciter q non. Primo non minus adinuicem repugnant complexiones naturales contrariæ q̃ complexiones contrariarum regionum inter se, sed cõplexionum contrariarum inter se ad inuicem est possibilis trãsmutatio absq; hoc q ad illam permutationem necessario sequatur mors vel ægritudo. ergo &c. patet consequentia, & maior & minor patet: similiter de corpore cholericissimo, quod in ætate paracmastica permutatur ad corpus vere melancholicum. Secundo principaliter sic arguitur. Ex permutatione climatis sclaui ad clima indi vel econtra ducitur sclauus ad temperamentum. ergo &c. patet consequẽtia, quia per transitum ad temperamentum non inducitur mors vel ægritudo, & assumptum patet, quia cõplexio sclaui & indi. s. climatis sunt contrariæ, vt pono, & æquipotentes, sed huiusmodi contrarijs concurrentibus generatur tẽperamentum inter illa. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Et confirmatur quia quibuslibet formis substantialibus eiusdem speciei siue eiusdem naturæ vel similis conueniens est simile instrumentum, sed formæ substantiales indorum & sclauorum sunt eiusdem speciei, vt patet. Igitur &c. & per consequens temperamentum vni illorum conueniens est conueniens alteri: tota consequentia est nota & minor, sed arguitur maior, quia quibuscunq; formis eiusdem speciei sunt cõuenientes similes operationes, vt patet sed non est possibile formas aliquas substantiales producere similes operationes nisi mediantibus similibus instrumẽtis. igitur &c. & per consequens instrumentum quo operatur forma indi est simile instrumento quo operatur forma sclaui & suas producit operationes, quod quidem instrumẽtum maxime est complexio. igitur &c. Tertio principaliter arguitur. aliquis indus est phlegmaticus. sed indi phlegmatici ad sclauum cholericum magna videtur conuenientia vel modica disconuenientia. igitur &c. patet consequentia, quia inter quoscunq; est disconuenientia modica facilis est transitus & permutatio cum in habentibus symbolum facilis sit transitus. & patet assumptum consideranti.

In oppositum est Auic. io littera.

Cõplo-nis uarietas unde.

In ista q̃õne primo præmittent quędã notabilia. Secũdo ponent cõcl̃ones de quæsito. Quãtũ ad primũ. Sciendũ est q uarietas cõpl̃onis in corporibus humanis inuenta secundũ varietates climatũ cõtracta est a principijs gñonis. Sicut. n. in l̃ra tangebat alterius cõpl̃onis est sperma & sanguis ex quo gñat indus q̃ sit sperma & sanguis ex quo gñat sclauus, tũ quia ea ex quibus sunt gñonis principia sunt alterius dispõnis, tũ quia calor hepatis & cordis & testiculorũ & totius est alterius mensuræ in indo & sclauo, tũ ẽt q̃a aer alr alterat & sperma & sanguinẽ in vno & alr in alio, ut notũ est. Ex quo sequit hanc cõpl̃onũ diuersitatẽ fore indo & sclauo naturalẽ & ꝓportionalẽ, & ita ꝓportionalr intelligendum est de alijs. Secundo est sciendũ: vt etiã in l̃ra tãgebatur q ad hoc vt alicui corpori aliqua cõpl̃o sit sanitas non sufficit ipsam esse talis uel talis gradus uel tantæ intensionis: sed cũ hoc requirit ipsam io corpore humano debitã hr̃e dependentiã a spiritibus & humoribus, tã secundũ eorũ quantitatẽ q̃ secundũ eorũ qualitatẽ. Et sir̃ dicendũ est de naturali humido mẽbrorũ in quibus est ista cõpl̃o, nõ est. n. cõpl̃o corpori sanitas nisi ꝓ quanto ipsa mediante aĩa põt exercere & perficere oẽs operationes, sed oõ põt nisi hmõi complexio taliter coniuncta fuerit debitæ quãtitati spirituũ & humorũ: igitur &c. patet consequentia & assumptũ intelligenti. Ex quo sequit in casu fore aliquã cõpl̃onẽ distẽperatam quæ tñ non est temperata calidior frigidior humidior vel siccior. patet vt circa l̃ram dicebat de cõplexione chołericissimi corporis ad senectutẽ peruenientis p̃ decidẽtiam

permutata ad complexionē melicam, huius.n.cōplo aliqñ erit tanti gradus præcise sicut temperata cōplexio quæ tamen pro tunc erit distemperata complexio. igitur &c. Secundo sequitur non quālibet complexionem distemperatā naturaliter esse simplicem vel compositam rōne suæ intensionis vel remissionis. patet similiter de cōplexione iam dicta. Ex quo sequitur tertio istā conclusionem in casu fore concedendam ꝙ complexio alicuius corporis complexiōi temperatæ continue fiet gradualiter propinquior, & tamen ista complexio erit continue distemperatior, quia hmōi melancholici cōplexio vsquequo erit æqualis gradus cum temperato continue erit eidem saltem in calido vicinior: & tamen continue hmōi complexio erit distemperatior vt satis patet. Ex quo sequitur vlterius diuisionem complexionū distemperatarum in quatuor simplices & quatuor cōpositas non sufficienter quālibet cōplexionem distemperatam compræhendere. Nisi forte dicatur ꝙ huiusmodi cōplexio distemperata in gradu tamen æqualis temperatæ sit reductiue sub aliqua illarum distemperatarum compræhendenda sub ista. s. cum qua maiorem habet conuenientiā in operationibus. Vel forte posset dici auctores solum tetigisse cōplexiones vtplurimum euenientes, nō autem possibiles euenire. Tertio sciendum ꝙ dupliciter complexionem indi possumus imaginari permutari ad cōplexionem sclaui vel econtra. Primo modo paulatine. Secundo subito siue repentinè. Et permutationem repentinam non intelligo solum repentinam localem mutationem, sed etiam subitum aeri frigido occursum postq̄ steterit in aere calido. Et ita similiter intelligitur de paulatina. Verbi gratia. si indus duceretur ad sclauoniæ clima, & etiam vsq; ad tale clima vteretur debito regimine iter agentis, & cum foret in sclauonia in camera poneret calidissima & non exponeret se aeri: deinde paulatine assuefieret aeri sclauoniæ, quantūcunq; iste in breui tempore egisset iter de india in sclauoniam, ista tamen non diceretur repentina, sed paulatina mutatio. Si tamen se subito aeri exposuisset, cum ibi fuisset hanc mutationem bene appellaremus repentinam. Quarto sciendum est ꝙ climatum quædam sunt per gradus suarum qualitatum multum distantia, quædam vero parum. patet hoc. Quod autē supra dictum est de complexione sclauorum & indorū: etiā de omnibus alijs abinuicem secundum suas dispositiones multum distantibus est intelligendum. Quantum ad secundū sint hæ conclusiones. Prima conclusio subita permutatio complexionis vnius climatis ad complexionē alterius climatis ab ea gradualiter multum distantis est causa infirmitatis vel mortis. probatur sic. Omnis subita mutatio dispositionis corporis naturalis est causa infirmitatis vel mortis. igitur &c. patet consequentia eo ꝙ complexio vnius climatis est corporibus illius climatis naturalis vt tactum est in prima suppositione, & patet assumptum intelligenti. Ex qua conclusione sequitur huiusmodi permutationem nunquam fore subito fiendam. Secunda cōclusio est hæc. Permutatio complexionis vnius climatis ad complexionem alterius climatis ab ea parum distantis gradualiter & si repente fuerit facta non necessario est causa infirmitatis vel mortis. patet, qa possibile est huiusmodi climata ita parum fore gradualiter secundum suas qualitates distantia ꝙ ex huiusmodi permutatione solum intra latitudinem sanitatis fiet permutatio complexionis, vt patet intelligenti. igitur &c. patet consequentia cum añte. Tertia cōclusio est hæc. Permutatio complexionis vnius climatis ad complexionem alterius climatis ab ea extremaliter multū distantis paulatine facta nō necessario est causa ęgritudiois vel mortis: immo potest esse causa melioris acquisitionis sanitatis patet. Nam q̄ possibile est vnam naturalem complexionem ad aliam permutari ab eo multum distantem paulatine sine hoc ꝙ corpus fiat infirmum, tam possibile videtur de regione. Item non maior est permutatio facta a complexione indi ad complexionem sclaui q̄ sit mutatio facta a pueritia in senectutem: sed secundum tolerat virtus absq; infirmitate & morte saltem vsq; ad primam senectutem. igitur &c. patet consequentia & assumptum intelligenti.

Cōplo indi permutatur ad illā sclaui dupliciter.

Climatū distātia duplicit.

Ad intellectum huius conclusionis non dixit Auicē. Indi namq; corpus cum fiat quale secūdum complexionem sclaui aut infirmabitur aut morietur, sed dixit ad intellectū primæ conclusionis. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum patet ex dictis in quæstione quid sit dicendum. Ad secundum dicitur negando consequentiā, licet enim talibus contrarijs occurrentibus resultet complexio media secundum gradum & æqualis temperatæ complexioni in gradu, vt satis est possibile, non tamen illa erit huic corpori temperata vel sanitas, immo eidem erit ægritudo. Ad confirmationem dicitur ꝙ sicut forma substātialis indi & sclaui sunt vere similes & eiusdem speciei: ita eis competunt instrumenta secundum speciem similia, quę tamen sunt abinuicem secundum magis & minus perfectius & imperfectius accidentaliter differētia. Sicut & operationes eorum, licet sint sibijnuicem correspondentes similes in specie, sunt tamen secundum magis et minus in perfectione accidentali differentes. Vnde licet tam indus quàm sclauus intelligat sentiat & nutriat, differenter tamen & imperfectius vnus altero: ut patet intuenti. Ad tertium principale dicitur ꝙ magna est differentia cuiuslibet indi quæcunq; fuerit eius naturalis complexio ad quēcunq; sclauum cuiuscunq; fuerit complexionis. Et sic non procedit argumentum. Et sic est finis quæstionis.

Quæstio. xj.

VNDECIMO Quæritur. Vtrum sit possibile reperiri plura indiuidua omnino consimilis complexionis.

Arguitur multipliciter ꝙ sic. Primo possibile est plura esse corpora de secundo modo æqualitatis. ergo &c. patet consequentia, quia necessario si sunt duo corpora de secundo modo æqualitatis sunt omnino similis complexionis ex eo quòd habent complexionem perfectissimam quæ potest esse in specie humana, et assumptum est satis notum. Secundo possibile est duo corpora esse per calidum & humidum a temperamento præcise æqualiter recedentia & hoc naturaliter. igitur &c. patet consequentia, quia quorūcunq; duorū ad aliquod tertium est eadē habitudo illa inter se sunt silia, & patet assumptū, quia potest esse sor. calidior & humidior platone recedens a temperamēto per calm & humidū, & silr pōt esse minus calidus & humidus eodē. igitur &c. patet consequentia, quia in quacunq; latitudine diuisibili est reperire intensius & remissius in eadē est reperire ęquale: & assumptum satis patet intelligenti. Itē sor. & platone parum lapsis a temperamento possibile est tam sor. q̄ pla. reduci ad eundem gradum tēperamenti. igr̄ &c. consequentia nota est, & antecedens potest colligi de mente Gal. 3. techni. Tertio ad principale arguitur. possibile est causas ꝓductiuas complexionis sor. & cōplexionis pla. omnino fore similes, et per omnia consimiliter applicari ad eius gñonem, sed hoc posito omnino similes producerentur complexiones in sor. & pla. igitur &c. patet consequentia et antecedēs nullam videtur includere repugnantiam: minor etiam patet, quia causis omnino consimilibus existentibus consimiles debent omnino effectus produci. vt patet ex dictis philosophi. 9. metaphysicæ. Omnis enī varietas in causatis prouenit ex varietate agētis. Quarto corpus sanguineum in primo existens in ætate iuuentutis est calidius & humidius q̄ corpus temperatum in eadem ætate, & per decursum eiusdem per omnes suas ætates fiet frigidius & siccius q̄ iam est corpus temperatum. ergo erit quandoq; præcise æqualiter calidum & humidum sicut iam est corpus temperatum, sed pro tunc videtur esse perfecta similitudo complexionis huiusmodi ad complexionem temperati, quia nulla pro tunc apparebit dissimilitudo esse. igit̄ &c. Quinto pro illo videtur auctoritas Auerro. secundo colliget de duobus gemellis. igitur &c. Item pro illo videtur auctoritas beati Augustini in libro de ciuita. Dei,

Gal.

Auerro.

quam

quam allegat Conciliator vbi Augustinus auctoritate Hyppocratis dixit duos fuisse gemellos similis complexionis intantum ꝙ quando vnus ridebat alter ridebat, & quando unus lætabatur alter lætabatur, & quando unus tristabatur alter similiter, & ita in alijs accidentibus animæ.

In oppositum est Aui. in līa cum dicit. Debes autē scire ꝙ omne indiuiduum debet ꝓbare cōplexionem sibi ꝓpriā solummodo in qua aliud ei associari est impossibile.

Respondendo ad istā qōnem. Primo præmittēt præambula quædam. Secundo rñdebitur ad quęsitum principale.

Indiuiduū qd.

Quantum ad primū. Sciendum est primo ꝙ per indiuiduum in ꝓposito intelligendum est mixtum complexionatum perfectum exñs vnum numero per se, & non indifferēter quodlibet contentum sub aliqua specie. Vel forte possumus hoc restringere ad mixtum animatum. Secundo est sciendum in quolibet tali mixto duplicē reperiri vel inueniri cōplōnem. Vna dr̄ complexio insequens formam. Alia vero insequens materiam.

Mixti complo duplr quid.

Et per cōplexionem insequentem formam in ꝓposito non debemus intelligere cōplōnē insequentem dispōnem principij actiui, sicut spermatis viri & spiritus genitiui. Sicut nec per cōplōnem insequentē materiam debemus intelligere cōplōnē dependentem a dispositione principij passiui, sicut sanguis menstrui, cōplo. n. sanguinea in indiuiduo reperta, ita reperitur qñq dependentiam habuisse a dispositione sanguinis menstrui sicut spermatis, cum plerūq in oībus similet magis foetus matri q̄ patri. cum tñ illa cōplo sit insequens formā vt satis patet.

Prima suppositio. Qualibet temperata caliditas coniuncta humido temperato nata est cum temperamento huius humidi & proprie per totum decursum suarum ætatū decurrere ita ꝙ continue permanebit temperatum. alias enim hmōi temperamentum non foret sanitas simplex. Secunda suppositio. Vbi maior est proportio calidi resoluentis ad humidum resoluendum ibi citius cęteris paribus trahitur vel aptum est trahi humidum illud a calido extra latitudinem temperamēti. Tertio sciendum ꝙ per caliditatem maiorem ꝙ̄ oporteret associare secum siccitatem maiorem ꝙ̄ oportet, & sic de aliis duo possumus intelligere. Primo maiorem graduał'r ꝙ̄ sit in latitudine temperamenti. Secundo maiorem ꝙ̄ huic corpori pro vitę duratione conueniat. Quarto sciendū est ꝙ dupl'r dicitur aliquod corpus exiccari & similiter infrigidari. s. priuatiue & positiue. Et positiue iterum dupliciter. s. gradualiter & q̄titatiue siue extensiue. hęc distinctio tacta est inferius. Tunc sit prima conclusio. Possibile est distemperantiam calidam naturaliter talem per totum decursum suarum ætatum permanere talem absq; hoc. s. ꝙ fiat compositum

Exiccari vel infrigidari dupl'r.

probatur. Primo possibile est tardiorem esse resolutionē humidi a calido in calida tantum ꝙ̄ in temperata. igitur &c. patet consequentia & assumptum decimaseptima quęstione libri secundi techni. Secundo adducas argumenta frequenter facta pro ista opinione facienda in loco dicto. Secunda cōclusio sequitur. complone temperata tam in actiuis ꝙ̄ in passiuis, & complone calida tantum habentibus ęqualem mensuram præcipue humiditatis necessario fiet siccius corpus calidum tantum intra vel extra latitudinem temperare humiditatis patet satis, quia fortius exiccabitur. igitur &c. Tertia conclusio sequitur ꝙ citius per actionem calidi in humidum morietur quodlibet tale corpus calidum tantum ꝙ̄ corpus temperatum in calido, hoc satis patet. Ex quo sequitur ꝙ caliditas maior ꝙ̄ debet reddit corpus siccius ꝙ̄ debet respectu temperati per priuationem humiditatis facientis pro vita patet satis ex dictis. Et nota ꝙ cum ista conclusione stat adhuc tale corpus nunꝙ̄ fore gradualiter siccum extra latitudinem temperamenti vsq; ad mortem. Quarta cōclusio est ꝙ caliditas maior ꝙ̄ debet multum a temperamentō excedens coniuncta humiditati temperate potest extra latitudinem temperamenti exiccare. hæc conclusio satis patet.

Et similem conclusionem possumus ponere de distemperātia calida præter naturam. Ex isto patet intell's illius ꝓp̄onis. Caliditas maior ꝙ̄ debet etc. Est. n. sensus ꝙ reddit subiectum siccius vel per gradum siccitatis maiorem vel ꝑ priuationem humiditatis facientis ad perdurationem vitę respectu temperati, vel ꝙ ab illa caliditate plus exiccatur ꝙ̄ illi sit conueniens pro duratione vitæ respectu temperati Consimiliter per oīa de frigiditate quæ reddit subiectum humidū ꝙ̄ oportet &c. Et sic etiam de siccitate &c. Alia vero dicēda in hac materia tacta sunt in q̄stione allegata secundo techni. . Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū patet ex dictis in quæstione. .Ad secundum dicitur ꝙ sit varietas formæ quo ad operationes. Ad tertium dicit negādo similitudinem, & negando ꝙ ad quālibet caliditatem præter naturam sequitur siccitas præter naturam. Ad q̄rtum dicitur negando assumptum pręterꝙ̄ de numero complexionum compositarum distemperatarū graduał'r. Ad Quintum negatur assumptum. Ex argumentis probantibus primam partem eius satis patet quid sit dicendum. Pro argumento vero probante secundam dicunt quidam concedēdo aliquam esse febrem dependentem actualiter a causa primitiua. Et vlterius negatur ꝙ nulla sit substantia posita in calefacto esse quia. s. spiritus est huiusmodi. Et ꝙ ad hoc ꝙ spūs dicatur in calefacto esse non requiritur in eo fore caliditatem independentem. sed sufficit in eo fore caliditatem tantam ꝙ ab ea veniat sensibilis lęsio in operationibus. Et dicunt hoc intellexisse Aui. dum dixit. Ita vt retineatur, Aliter secundum viam communem satis patet qual'r esset respondēdū.

Quæstio. xvj.

DECIMOSEXTO Quęritur. Vtrū sanitas magis attineat caliditati ꝙ̄ frigiditati. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic sanitas est temperamentum medium vniformiter se habens ad vtrunq; extremum eius. s. tam calidū ꝙ̄ frigidum. ergo non magis attinet &c. patet cōsequentia et assumptum cum sanitas sit temperamentum medium in calido & frigido secundum vnum extremum eius immediate se habens ad caliditatem excedentem sanitatem & secundū aliud ad frigiditatem. Secundo si quæstio esset vera hoc maxime foret, quia viuens in sanitate sibi maiorem determinat mensuram caloris ꝙ̄ frigiditatis, sed arguitur ꝙ nō quia tunc facilius liberetur quodlibet corpus humanum in lapsū calidum ꝙ̄ in lapsum frigidum. consequens est falsum, & uidetur contra mentem Gal. in commē. illius apho. trigesimiquarti secundæ particulæ. In morbis minus periclitanē ęgrotantes &c. Et arguitur ratione quia ita cito potest labi qualibet qualitas ad extremum calidum sicut ad frigidum & ecōtra eo ꝙ in utrunq; imediate labi potest cum vtraq; sit imediata, ideo &c. & arguitur consequentia, quia si maiorem latitudinē caliditatis ꝙ̄ frigiditatis determinat sibi corpus qdlibet

libet &c. tūc per maiorem mensuram resistit quodlibet corpus infrigidantibus q̃ ad lapsum calidum trahentibus, & p consequens cęteris paribus facilius laberetur quodlibet corpus ad calidum &c. Confirmatur. cuilibet corpori & cuilibet membro humani corporis lapsus ad calidum esset lapsus similis, & lapsus ad frigidum foret contrarius, & ita lapsus phlegmatici ad feb. cholericam foret lapsus similis sibi, quod nunq̃ auctores posuerunt & lapsus calidus esset sı̄lis seni & frigidus contrarius, cuius oppositum notat experiētia, & arguitur consequentia, quia si sanitas magis attinet &c. ergo sanitati conformior & proportionabilior est lapsus ad calidū q̃ ad frigidum, sed semper conformior lapsus respectu minus conformis dicitur similis vel proportionalis, vt colligi potest in cōmen. allegato ergo &c. Tertio si quęstio eēt vera sequitur ꝙ difficilius esset reducibile corpus sanguineū ad temperamentum q̃ melancholicum. consequens falsum, tunc. n. difficilior lapsus foret sanguineitas q̃ melicitas et deterior. arguitur consequentia, quia si conformior esset caliditas sanitati &c. & maior est in quolibet corpore mensura caloris. ergo per multo maiorem mensuram caliditatis resistit sanguineus reducentibus ad medium siue temperamentum quam per mensuram frigiditatis resistat melicus &c. sed ubi est maior resistentia ibi difficilior est transitus & actio & reductio. igitur &c. patet consequentia & assumptum, quia per infrigidantia reducitur sanguineus, quibus resistit per caliditatem suam, & per calefacientia reducitur melancholicus quibus resistit per suam frigiditatem, sed multo maior ē caliditas in sanguineo quā frigiditas in melācholico ergo etc.

Margin: Lapsus sı̄l's uł ꝓportionalis.

Quarto si quæstio esset vera sequitur ꝙ plus appropinquaret dispō optime sana extremo intensius calido totius latitudinis cōplōnis humanæ q̃ extremo frigidiori vel remissius, calido, sed illud consequens est falsum & patet consequentia quia plus debet esse propinqua sanitas extremo magis sibi conformi. cum ergo extremum caliditatis sit huiusmodi sequit̃ &c. Quinto morbi calidi sunt magis mortiferi quā morbi frigidi. ergo &c. patet consequentia. Et assumptū docet experimētum. Et ponitur a Damasceno ī suis aphoris. Et arguitur ratione sic, quia tales ægrotantes sunt magis apti fu rere & periclitari vt satis notum est. igitur &c.

Ad oppositum est Auicen. in littera.

In ista quæstione primo præmittenda sunt quędam præambula. Secundo respondendum est ad quæsitum. Quātum ad primum præmitto ꝙ per sanitatem magis attinere caliditati &c. possumus & debemus intelligere sanitatem siue temperamentum ad operationes plus indigere caliditate q̃ frigiditate. & hoc alias declaratum est. Secundo principaliter præmittendum est ꝙ non repugnat eundem lapsum fore eidem corpori similem & contrarium respectu diuersorum. & hoc per lapsum similem intelligendo proportionalem. Verbi gratia. cervo pueri spasmus humidus est proportionalis, & spasmus siccus disproportionalis, in comparatione tamen ad iuuenem spasmus siccus est ei proportionalis et facilis, vt satis patet. Similiter proportionaliter imaginari possumus lapsum calidum fore phlegmatico faciliorem q̃ frigidum respectu tamen temperati, quia. s. phlegmaticum ad tēperatum comparando, dicitur lapsus calidus difficilis respectu tēperati ipsi phlegmatico & frigidus facilis eo ꝙ facilius labitur phlegmaticus ad lapsum frigidum q̃ temperatus, & difficilius cadit ad lapsum calidum, & hoc merito mensuræ gradualis qualitatum primarum in ipsis existium. Tertio pręmittēdum ex superius dictis ꝙ quando lapsus est minus malus de ipso tanto maiorem latitudinem tolerat vel tolerare potest corpus et membrū, cui huiusmodi lapsus est minus malus & econtra. Quantum ad secundum sint hę conclusiones. Prima conclusio. Sanitas magis attinet caliditati q̃ frigiditati ad intellectum datum in quæstione. Hæc cōclusio satis patet ex dictis alias. Ex quo sequitur primo ꝙ ī quolibet corpore sibi sano maior est caliditatis mensura q̃ frigiditatis. Secundo sequit̃ ꝙ quodlibet corpus sibi sanū plus tolerare potest cęteris paribus de lapsu ad calidum q̃ de lapsu ad frigidū. Et notanter dico cæteris paribus propter argumentum quod solet cōiter adduci de corpore existente in extremo intensiori cholericitatis, ita ꝙ q̃ cito ab illa permutat̃ fit extra latitudinem sanitatis, quia si consimiliter laberetur versus extremum remissius esset consimiliter in extremo remissiori situatum deterius tunc laberetur & minus de ipso lapsu tunc tolerare posset. Ex quo vlterius sequitur ꝙ frigiditas primi gradus ē minor mēsura q̃ caliditas primi gradus & frigiditas secundi gradus q̃ caliditas secūdi. Et possemus probabiliter concedere ꝙ latitudo totalis formę inducibilis a medicinis frigidis ē minor q̃ latitudo totalis formæ a medicinis calidis inducibilis &c. Et infinita quasi alia sequuntur. Secūda conclusio. Cæteris pibus cuilibet humano corpori naturaliter disposito facilior est lapsus ad calidū q̃ ad frigidum. probatur illud per argumentum tactum añ oppositum. Ex quo sequitur prīo ꝙ cuilibet humano corpori naturaliter &c. lapsus ad calidum est lapsus similis, & lapsus ad frigidum est lapsus dissı̄lis siue contrarius patet ex quid nominis lapsus similis vel dissı̄lis vel contrarij. Corolarium secundum. hæc consequentia non valet æque immediate alterabile est hoc corpus ad calidum sicut ad frigidum, & econtra. ergo æque faciliter, licet. n. ita sit vt ponit, añs stat tamen ꝙ ad alterandum corpus illud ad calidum requiratur minor causa alterans, & ad frigidum maior Tertia conclusio. licet ita sit, lapsus tamen ad frigidum dicitur similis phlegmatico, et ad calidū respectu tēperati cōtrarius patet, quia facilius permutatur phlegmaticus ad frigidum q̃ temperatus & ad calidum difficilius merito suæ qualitatiuæ dispositionis. igitur &c. patet cōsequētia cum añte. Et per hoc tollitur apparens contradictio inter auctores & secundā conclusionem. Ad argumenta principalia r̄ndetur Ad primum patet, quoniam non valet consequentia. Ad secūdum dicitur concedendo consequentiam & consequens. Et dicitur vlterius ꝙ in lapsum calidum immaterialem facilius cadit senex quicunq; q̃ in frigidum, quia tamen propter defectum spirituum multiplicantur indigestiones. Ideo stat ꝙ in frigidum materialem facilius labatur senex. Ad confirmationem similiter patet responsio. Ad tertium dicitur ꝙ si per simplicem alterationem deberet ista reductio fieri argumentū probaret veritatem, quia tamē hoc fit per cibos vł potus hoc non oportet. Ad quartum dicitur negando consequentiam, sed ex illo añte sequitur oppositum, vt alias declaratum est. Ad vltimum dicitur ꝙ cęteris paribus magis mortiferi sunt morbi frigidi quia tamen corpora sunt facilius alterabilia ad magnam mensuram caloris q̃ frigiditatis, hinc est ꝙ oppositum contingere potest vbi non est paritas. Et si fiat instantia de pestilentia. Dicas ꝙ hoc non ē ꝑ gradum sed per aliam qualitatem siue proprietatem, quę nō est calor aut frigus nec aliqua manifestarum qualitatum. Et conceditur ex isto ꝙ taliter febriens habet duas ægritudines, vnam manifestam, & aliam occultam. Et similiter ꝙ taliter ægrotans habet duplicem alterationem. s. occultam & manifestam. Et est simile sicut de napello alterante nos a manifesta qualitate calefaciendo in quarto, & proprietate occulta, quia. s. spm̄ resoluit & mortificat. Et notandum est ꝙ ista caliditas in quarto, & ista occulta proprietas non sunt idē, cū contingat talia abinuicem absolui taliter. s. ꝙ ꝓhibetur eius calefactio in quarto, non tamē spiritus mortificatio vt docet experimētū, sed de hoc patebit infra in vna quæstione.

Margin: Pestilentia. Febrientis ægritudo duplex.

Quęstio. xvij.

DECIMOSEPTIMO Quæritur Vtrum in eodem corpore vel membro simul esse possint duæ distemperantiæ contrariæ. s. calida & fri. hu. & sic. Et arguitur quod sic. Primo. In moriente ex febre per resolōnem est morbus calidus quia fe. & frigidus, quia anhelitum frigidum habet. Secundo si frenetico febrienti detur opium stupefit & per consequens infrigidatur. stupor. n. non fit nisi a frido. Secundo cañ. quarto cap̄. & tamen hic est febriens. igitur &c.

Tertio. theriaca noua stupefacit & inflāmat, & similr̄ philoniū stupefacit & vētositates dissoluit. Quarto, In ascly-

tico febriente est morbus. frigidus hepatis, propter quod ex
chylo aquositatem gñat, & tñ habet morbum calidũ quia fe
brit. Quinto. ex morsu salamãdræ fit inflammatio & stu-
por. Sexta. quarti cap. de morsu salamandræ. Et tarchon cale
facit linguã & stupefacit, vt secũdo cañ. cap. de tarchõ. Sex
to. Aer humidus humectat nos, vt secunda fen huius primi
doc. secũda. 6. cap. Aer. n. humidus cutim & corpus hũectat,
& tamẽ in omni dispõne nos exiccat & resoluit, vt lra cap.
de ætatibus & secũda fen. doc. secunda cap. tertio. Arguit
vltimo argumentis Gent. in quinto cañ. & in quæstionibus
de tpibus morbi. Primo quotienscunq; aliquod subiectũ
se habet per indifferẽtiã ad duas formas suscipiendas a duo-
bus quascũq; compossibiles formas potest successiue recipe-
re potest simul easdem recipere. Secundo possibile est in
aliquo simul esse caliditatem & fri. humanum temperamẽ-
Gal. tum excedẽtes. vide ab eo. Pro isto sunt auctoritates Gal.
secundo de accidẽti ibi. Et si in tempore diuisibili &c. Et idẽ
tertio de simpl. medicina. tertia digõne. cap. 3. et. 4. Ad quod
adducit plura exempla. Primum de circulis in aqua mota se
intersecantibus. Secundum de homine tenente pedes in aq̃
frigida & manus in calida. Tertium de febribus in quibus si
mul in toto sentitur calor & frigus. Quartum de re amara &
dulci, vt melle & absinthio simul commixtis. Quinto est est
ratio sumpta ex medicina mixta ex solatro & camomilla.
Aut. n. solum solatrum operatur repercutiendo. Aut camomil
la sola resoluendo. Aut vtrunq; sil. Si primum erit medicina
pure repercussiua. Si secundum erit pure resolutiua. Si tertiũ
in eadem parte fiet repercussio & resolo, & per consequens
calefactio & infrigidatio. Et Auer. aliqualiter tertio collget.

Ad oppositum est Auic. in litera. Et secundo cañ. cap. se-
cundo. Et Arist. 2. de generatione. Calidum. n. & frigidum,
rursus autem humidum, & siccum idem esse est impossibi-
le. Primo in quæstione ista ponentur quædam præambu
la. Secundo conclusiones de quæsito. Prima distinctio est
Mẽbrũ ĩfrĩdari dupl'r. ista. Dupliciter contingit aliquod membrum infrigidari vel
distemperari in frigido s. intensiue & extensiue. Et similiter
calefieri. Et colligitur hæc distõ q̃situm ad calefieri secunda
huius doc. secunda cap. 15. quod est de eo quod comeditur et
bibitur. ubi ponit cibum frigidum vt lactucam inquantum
Calor distẽpatus dupl'r. est a materia operans corpus calefacere. Secũda distõ. Du
pliciter potest dici aliquis calor respectu corporis vel mem-
bri intensiue distemperatus. Primo respectu mensuræ eidem
corpori tempore sanitatis debitæ. Secundo in comparatione
ad dispõnem in corpore actualiter existentem. Exemplũ pri-
mi, vt dum corpus sibi sanum acquirit caliditatem febrilẽ
primi gradus. Exemplum secundi, vt homo febriens prope
mortem ex resolone habet calorem intensum respectu humi
di. Tertia distinctio. Dupliciter aliquod corpus vel mem
Mẽbrũ hũectari dupl'r & exiccari. brum dicitur humectari. s. intensiue & extensiue. Et hoc du-
pliciter. s. substantifice & madefactiue. Exempla patent.
Quarta distinctio. Dupliciter dicitur aliquod corpus exic-
cari. s. intensiue vel qualitatiue & substantifice seu extensiue.
Totum satis patet intuenti. Prima conclusio. possibile est
idem corpus simul intensiue infrigidari & extensiue calefie-
ri, & econtra. Prima pars patet in hecticis dum curantur. Se-
cunda in corpore dum fit hecticum aut in asclytico incipien
te febrire. Corrolarium primum. possibile est in eodem si
mul esse morbum frigidum extensiue & calidum intensiue,
& econtra. patet. Secundum corrolarium huiusmodi mor
bi siue distemperantiæ non sunt contrarie. Secunda cõclu
sio. Possibile est eandem distemperantiam simul in eodem
corpore vel membro esse respectu proprij temperamenti fri
gidam, quę tamen respectu dispõnis membri vel corporis
actualiter existentis est calida. patet de dispositione corporis
febrientis ad mortem per resolonem tendentis. Corrola-
rium primum. Huiusmodi distemperamenta non sunt con-
traria, sed eadem. Corrolarium secundum. Non ideo cali-
ditas morientis ex febre per resolutionẽ est præter naturam,
quia gradualiter huiusmodi corpus naturale temperamentũ
excedat, sed quia humido membri disproportionata existens

illud exterminat. Tertia conclusio pro intellectu Aui. &
contra Gen. Impossibile est in eodem corpore vel membro
simul esse distemperantiam calidam & frigidam aut humidã
& siccam per gradualem vtriusq; illarum qualitatum vltra
temperamentum excessum. Persuadetur. Primo, quia tunc
sex essent distemperantiæ simplices & nouem vel septẽ cõ-
positæ. Secundo quia qua ratione præter naturam eadem ra
tione naturaliter, & sic daretur corpus naturaliter calidum et
frigidum respectu temperati, & similiter humidum & siccũ,
& sic essent sex distemperantiæ simplices hic ab Aui. distin-
ctæ & nouem compositę. s. calida & humida, calida & sicca,
frigida & humida frigida & sicca, & pręter has quatuor cali-
da frigida & sicca, deinde calida frigida hũi. humida sicca ca
lida, humida sicca & frigida, & vltimo calida frigida hũida
& sicca. Vel aliter. Item. 16. essent distẽperantię hic ab Aui. Distẽperãtia q̃tuplex.
distinctæ. s. sex simplices & septem compositę. s. calida & hu
mida, calida & sicca, frigida & humida, frigida & sicca, et p̄-
ter has quatuor, calida frigida & humida, & calida frigida &
sicca, deinde calida frigida humida & sicca. ipsis igitur diui-
sis per materialem & immaterialem essent etiam. 30. uel. 26.
quod est contra Aui. hic & Gal. primo cõplexionum. 8. cap. Gal.
& in primo libro virtutum naturalium & in libro elemẽto-
rum. Item aliqua mala complexio per contrarium debite ap
proximatum non posset remoueri ab æquali in gradu argui-
tur consequentia ponendo cum complexione a calida in se-
cundo compossibilem esse frigiditatem secũdi gradus supra
temperamentum. Et patet q; per frigidum in secundo debite
approximatum a. non curabitur. a. eo quia non inducit dispo
sitionem incompossibilem. igitur &c. Ad argumenta prĩ-
cipalia respondetur. Ad primum de moriente ex febre pa
tet. Ad secundum & ad alia parebit alias, & potest ex di-
ctis solo patere. Caderet etiã hic quęstio an caliditas ma-
gis attineat æqualitati &c. quam alibi bene habeo.

Quæstio. xviij.

DECIMOOCTAVO Quæritur. Vtrum homo
habeat temperatiorem complexionem q̃ in hoc mundo eẽ
sit posse. i. vtrum humana complexio sit temperatissima cõ-
plexio quæ possit esse. Et arguit q; non. Primo perfectio-
rem complexionem q̃ sit hoĩs complexio posset deus in ali-
quo animali alio ab hoĩe producere. igitur &c. patet consequẽ
tia & assumptum arguitur, quia inter gradum perfectionis
humanæ speciei correspondentem & perfectionem angeli
infiniti mediant gradus perfectionis, quorum quilibet est im
perfectior perfectione angeli, & intensior perfectione huma-
na. Ponatur igitur q; deus creet aliquod viuens, cui correspõ
deat talis gradus perfectionis medię et sequit illud viuens eẽ
perfectius homine, & per consequens complonem illius vi-
uentis esse perfectionem complexione humana. Et confir
matur, quia si foret aliquod animal perfectioris complexiõis
homine non includeret contradictionem, sed qualitercunq;
fieri non includit contradictionem deus potest facere igr̄ etc.
patet consequentia cum añte. Secundo multa sunt anima-
lia multas operationes melius perficientia q̃ homo perficiat,
vel sit aptus illas perficere vel similes. igitur &c. patet conse
quentia, cum perfectio operationum arguat perfectiõem cõ
plexionis, & patet assumptum de multis operationibus sen-
suum exteriorum vt est auditus in apro, qui est valde melior
q̃ in homine, & de visu lyncis, vnde in metro dicitur. Nos
aper auditu, lynx visu, simia gustu. Vultur odoratu precellit,
aranea tactu. Tertio multa sunt animalia vitæ longioris
q̃ homo. igitur &c. patet consequentia, quia sicut cõplexio ẽ
longioris vitæ, ita videtur esse perfectior & temperatior. as-
sumptum patet de elephante & ceruo, & aliqui dicunt de an
sere. Et propter hoc quando primo contrahuntur spõsalia di
cunt mulieres Bononienses dum primo spõsæ intrant domos
maritorum, ocha, ocha, quasi dicendo tam diu viuant in hac
domo sicut viuit vel aptus est viuere anser. Quarto. de
facto aliquod animal est cuius operationes perfectiores sunt
q̃ alicuius certi hominis dati. igitur &c. patet consequentia
& assumptũ arguitur, quia in cane aut simia aut quocunq;
alio

alio animali valde disciplinabili pfectiores sunt omnes operationes q̃ in frenetico vel apopletico. ergo &c.

In oppositũ est Aui. in litera dũ dicit. Donauit aũt hoi &c.

Cõplo humana tẽpatissima potẽtia duplex.

Primo limitandus est quæstionis titulus & ponenda sunt notabilia quædam. Secundo respondendum est ad quæsitum. Quantum ad primum sciendum est ꝙ qõ potest quærere, vtrum homo habeat perfectiorem complexionem quæ per aliquam potentiam possit esse. Et sub hoc sensu nõ esset difficultas nec itelligitur qõ. Notum est. n. ꝙ deus per suam potentiam absolutam posset animal perfectius homine producere, & sic perfectiorem complexionem q̃ sit complexio humana, ad hoc. n. non sequitur contradictio, immo infinitæ perfectionis posset deus animal producere & posset producere animal essentialiter perfectius angelo, & hæc pscrutatio est theologica & non medicinalis. Alius sensus est, vtrũ hõ habeat perfectiorem complexionem, quæ per naturalem potentiam in genere viuentium reperiri potest. Et sub hoc sensu intelligitur quæstio. Ex quo soluitur primum ante oppositum adductum & eius confirmatio. Secundo sciẽdum ꝙ licet complo ordinetur ad operationem tanq̃ ad finem principalius tamen ordinatur ad formam q̃ ad operationem eo ꝙ operatio a complone proueniens est gratia formæ, vt patet, datur enim complo in materia, vt per ipsam forma ĩ materia conseruetur, ordinatur etiam similiter vt per ipsam forma possit in materia operari, & adhuc operatur forma in materia per complexionem, vt melius in esse conseruetur & sic per prius ordinatur ad formam q̃ ad operationem. Ex q̃ patet primo ꝙ complexionalis perfectio non est attendẽda penes operationes ab ista prouenientes vel aptas ab ipsa prouenire. Notum est. n. ꝙ multo perfectiores operationes aptæ sunt prouenire ab aliquo bruto in sua spẽ temperato q̃ ab homine ad mortem tendente, vt ab apoplectico forti apoplexia vel frenetico tendente ad mortem. Sequitur vlterius perfectionem complexionis non esse attendendam penes perfectionem formæ cui ista complexio subordinatur vel quæ cũ ista complone stare vel conseruari potest in materia. Sic enĩ non perfectior esset complexio for. temperati q̃ cholerici, qđ non apparet rationabile. Veruntamen perfectio formæ & perfectio naturalis complexionis bene argui potest cum certis circunstantijs ex perfectione operationis. Et si quęratur penes quid tandem attẽditur perfectio complexionis. Dico ꝙ comparando complexiones diuersarum specierum inter se perfectio illarum attenditur penes perfectiõem formæ, ita vt illa sit perfectior cum qua esse vel conseruari potest pfectior forma. Ita ꝙ illud argumentum est bonum pfectior forma esse vel stare potest ĩ materia cum. a. complexione q̃ cum. b. igitur. a. complexio est perfectior q̃. b. & econtra. Et hoc dico volendo omnino tenere ꝙ totalis humana complo est perfectior &c. Si tamen adinuicem comparentur complexiones eiusdem speciei, illa perfectio attenditur penes proportionalitatem ipsarum ad formam vel conuenientiam ita ꝙ quanto aliqua complexio est formæ humanæ conformior tãto est temperatior seu perfectior, propter quod dicimus temperatam esse perfectiorem distemperata, & sanguineam cæteris paribus phlegmatica aut melancholica. Et his sequitur ꝙ non penes longitudinem vel breuitatem vitæ attenditur complexionia temperies vel perfectio, temperatior. n. est complexio iuuenis temperati q̃ pueri, & tamen non ẽ longioris durationis vt patet. Vlterius patet ꝙ non ꝓpter aliquã perfectiorem operationem esse ab aliqua complexione q̃ sit consimilis operatio ab alia, debemus arguere illam complexionem esse perfectiorem. Verũtamen vt dictum est, bene teneret illud argumentum comparando perfectissimam aptã prouenire ab vna ad perfectissimam aptam ab alia prouenire; vtriusq; formis quibus illæ complexiones debentur ĩ naturali dispositione sua existentibus.

Cõplonis pfectio vñ.

Cõplo tẽpatior alia dupliciter.

Sciendum vltimo ꝙ vna complexio potest dici alia temperatior dupliciter. Prio absolute, vt dicimus complexionem humanam tẽperatiorẽ esse complexione bruti. Secundo respectiue vtranq; illarum ad formam suam vel suam speciem comparando vel referẽdo vt dicendo ꝙ complexio asini sana est temperatior in suã spẽ q̃ sit complexio hois non sana in sua specie, vt sic dicatur complexio temperatior quæ in sua specie maiorem obtinet gradum temperamenti. Quantum ad secundum sint istæ conclusiones. Prima conclusio. Absolute temperatior & perfectior est humana complexio q̃ aliqua quæ ĩ aliquo alio viuente reperiri possit. probatur, quia cum ea stat vel conseruatur perfectior forma in materia. igitur &c. patet cõsequẽtia cum antecedente. Secunda conclusio. licet ita sit stat tamẽ complexionem aliquam bruto fore temperatiorem q̃ sit hoi aliqua certa humana complexio, probatur quia cõplexio tẽperata asini est temperatior complexio asino q̃ complexio melancholici hois sit temperata complexio hoĩ. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Ex quo sequitur ꝙ aliqua complexio asini potest esse ita temperata cõplexio asino, sicut hoĩs temperatissima est temperata complexio hoĩ, quia tantum gradum temperamenti in sua latitudinem obtinere potest aliqua complexio asini sicut hois temperatissimi complexio obtinet in sua. igitur &c. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum modo iam rñsum est. Ad secundum negatur consequentia vt tactum est supra. Posset ẽt negari aňs, dicendo ꝙ quilibet gradus visionis humanæ q̃tũcũq; remissus est essentialiter perfectior q̃ visio bruti q̃tũcunq; intensa. Illa ergo intensio non est nisi accidentaliter perfectior. Ad tertium dicitur similiter negando consequẽtiã, vt tactum est in quęstione. Ad quartum dicitur negando consequentiam. Argumentũ tamen concluderet si vtrũq; illorum foret in dispõne naturali &c.

Quęstio. xix.

DECIMONONO Quæritur. vtrum in corpore tẽperato sit quælibet operatio perfectior q̃ similis operatio in corpore distemperato. Arguitur ꝙ non. Primo a cõplone brutti potest aliqua operatio melius perfici q̃ similis opatio ab hoie temperato. ergo a fortiori a complexione humana distemperata poterit aliqua operatio prouenire perfectior, consequentia videtur tenere & assumptum patet ex præcedenti quęstione. Secundo melius digerit stomachus calidus q̃ tẽperatus & melius stomachus frigidus appetit. ergo &c. patet consequentia & assumptum etiam patet, quia in calido stomacho est calor potentior. similiter pro minore est Gal. secũdo techni. Frigidus quidem stomachus appetere bonus, digerere vero non bonus. Tertio operationes motiuę sunt perfectiores in puero cholerico q̃ in puero temperato cũ motio vigoretur calo, igitur &c. Quarto operationes cognoscitiuę sunt perfectiores in puero melancholico q̃ in puero tẽperato, vt videtur velle. Gal. secundo techni. Quinto operatio memoratiua & odoratiua perfectior est in habentibus huiusmodi operationum organa labentia ad siccũ. igitur etc. patet consequentia. & colligitur assumptum quãtum ad partem illam de odoratu a philosopho in primo de sensu & sensato. quo vero ad secundam partem patet, quia operationis memoratiuę est conseruare, sed melius fit cõseruatio in subiecto sicco. igitur &c. Sexto posset adduci argumentum de tactu melancholici superius adductum.

In oppositum est Aui. ĩ cap. de complonibus. Et Ga. secũdo techni in q̃pluribus locis vbi determinauit istam qõnẽ.

Ideo istam abbreuiando præmittam quasdam suppõnes Secundo ponam conclusiones de quęsito. Quantũ ad primum sit hæc prima suppositio. Formę humanę correspõdet vnum temperamentum optimum cum quo ipsa optime in subiecto conseruatur & optime cum illo suas perficit operationes. patet ex dictis alias. Et posset probari, quia dicitur tẽperamentum iustitiale. Secunda suppositio est hęc. Distinctis formis secundum speciem distincta temperamenta correspondent secundum speciem, hoc etiam patet, quia notum est ꝙ cum temperamento canis non conuenienter exerceret anima humana suas operationes, immo quantũcunq; canis habeat in organo suo optimam dispositionem pro operatione olfactiua, si tamen illa dispositio foret in hoie non cum illa perficeret anima actum olfaciendi. Ex quo sequitur ꝙ vi-

sum perfici ab aliquo alio magis q̄ ab homine non solū est merito instrumenti, sed etiam merito formæ cui illud instrumentum est maxime proportionatum & illi operationi taliter conueniens qualiter non ex conueniens formæ humanæ.

Tertia suppositio est hæc. In diuersis partibus nostri corporis tam consimilibus q̄ organicis sunt temperamenta iustitialia disticta. patet per diuersitatem operationum. Quarta suppositio est hæc. Possibile est in quolibet membro nostri corporis esse iustitiale temperamentum sibi proportionatum. patet, quia alias homo de secundo modo æqualitatis esset corpus neutrum de secundo significato. Quantū ad secundum sit hæc prima conclusio. Nulla operatio cæteris paribus potest esse perfectior in corpore vel in membro distēperato q̄ temperato. probatur. quælibet operatio in corpore temperato prouenit a temperamento iustitiali, sed cæteris paribus melius perficit operationes temperamentum iustitiale respectu illius q̄ distemperamētū ex quid nois temperamento iustitialis, igitur &c. patet consequentia cum antecedente, & p illo possunt adduci argumēta tacta secūdo techni, quæstione eadem. Secunda conclusio. Sequitur quālibet operationem magis esse perfectam in corpore temperato q̄ i distemperato cæteris paribus. patet ex dictis. Ad argumēta principalia respondetur. Ad primum negatur consequentia. tale enim temperamentum cum quo visio vel operatio aliqua melius perficitur in bruto q̄ in homine tēperato pōt esse proportionatum formæ bruti sed non formæ humanæ. igitur &c. Ad secundum dicitur negando assumptum. Et q non quolibet maiori calido perficitur melius digestio. Pro auctoritatibus vero dicitur q Gal. voluit q stomachus calidus digerit melius q̄ ipse appetat. Et frigidus econtra. Ad tertium & quartum negatur antecedens. Dixit autem Gal. q in puero melancholico in pueritia sunt sensus perfecti non respectu temperati, quia sint perfectiores in eo in pueritia sicut oec i iuuentute, sed quia non sunt tantum in eo Iperfecti in pueritia sicut i iuuētute respectu temperati iuuenis. Aliter q sunt perfecti respectu temperati, sed non sunt cętera paria. qa in æquali tempore plus proportionabiliter pręterit de pueritia melancholicus q̄ temperatus propter quod apparent in eo operationes perfectiores. Si tamen sumeretur in partibus suarum ętatum sibi proportionabiliter correspōdentibus cōtingeret oppositum. Ad quintum dicitur negādo assumptū. Et dicitur q licet homo inter cętera animalia praue odoret propter humiditatem &c. homo tamen temperatus, quia habet mensuram humiditatis formæ humanę proportionatam inter cæteros homines optime odorat, vnde qualitercunque ab ea laberetur deterius odoraret. Similiter dicitur de memoratiua. Et cum arguitur q non, quia memoratiuæ operatio ē conseruatio &c. Dicitur q non cum quolibet sicco perficeret animæ operationem memoratiuam, sed cum sicco tēpato q̄le est huiusmodi siccū quod correspōdet tēpamēto iustitiali,

Quæstio. xx.

VIGESIMO Quęritur. Vtrum spiritus sit res calidior quæ sit in corpore nostro. Et arguitur q non. Primo quia cor est calidius spiritu vel saltem non minus calidum. igitur &c. consequentia tenet & assumptum probatur, quia cor producit caliditatem spiritus vel spirituum, sed nihil agit vltra gradum proprium. igitur &c. Et confirmatur idem sic. Sic se habet caliditas naturalis cordis ad caliditatem naturalem spiritus & econtra, sicut caliditas eius pręter naturā ad caliditatem pręter naturam spiritus, sed maior est caliditas præter naturam cordis q̄ spiritus. igitur &c. patet consequentia & arguitur maior, quia quanto res est calidior tanto est inflāmabilior & maioris caliditatis receptiua saltem i genere membrorum nostri corporis. & patet minor, quia calefactum esse cordis est molto maius q̄ possit esse calefactum esse spiritus, quare &c. Vel potest sic argui & melius fortificari, sicut aliquod membrum est calidius ita est intēsioris caliditatis præter naturam receptiuum, & econtra, sed maioris caliditatis pręter naturam receptiuum ē cor q̄ spūs. igr &c. nota consequentia cum antecedente nota est. Secūdo principaliter arguitur. calor spiritus est temperatus. igitur &c. assumptum patet ex descriptione spiritus superius posita, quia spiritus est vapor sanguinis temperatus &c. Cōfirmatur. quia quod est omnibus operationibus viuentis proportionatum est maxime temperatum, sed spiritus est huiusmōi, quia spiritus effectiue concurrit ad quascūq; membrorum operationes. Tertio cholera est calidior spiritu. igitur &c. patet consequentia, & añs ponit Gal. in libro de malitia complexionis diuersę. Quarto arguitur feb. de sanguine & similiter de cholera est calidior q̄ feb. ephemera. ergo videtur sāguinem & choleram esse spiritu calidiores. consequentia tenet eo q cum spiritus sit substantiæ subtilioris q̄ aliquod illorum si foret aliquo illorum calidior ad maiorem caliditatē a caliditate præter naturam citius deduceretur. & assumptū cōcedunt auctores, fe. n. ephemera est remissior gradus feb. Quinto. si &c. sequitur q quodlibet membrum spirituosū esset calidum. consequens est falsum eo q oculus est membrum valde spirituosum, & tamen oculus non est calidus, sed est membrom frigidum.

Io oppositum est Aui. io litera qui in primo ordine calidorum ponit spiritum.

In ista quæstione erunt duo articuli. Io primo videbitur de principali quæsito. Secundo spāliter videbitur vtrum spiritus sit calidior corde. Quantum ad primnm. Pręmittam primo quędam notabilia. Secundo ponam conclusiones de quęsito. Quantum ad primum sciendum est primo ut circa litteram tangebatur q cum triplex sit spiritus. s. naturalis Spūs triplex.
animalis & uitalis, de quorum distōne inferius hēbitur i ꝓposito quęritur de vitali. Notum est. o. nec animalem nec naturalem esse rem calidiorem &c. cum quolibet illorum spūa vitalis sit calidior. Sciendum secundo hunc spiritum eē in corde & in membris alijs omnibus quibus a corde transmittitur. Quia tamen a corde ad alia membra transmissus alteratur & ifrigidatur, ideo de tali in proposito non est sermo, sed solum de spiritu existente in corde. Et adhuc potest extendi qō ad spiritum vitalem in arterijs existentem cordi ꝓpinquum. Sciendum tertio q etiam spiritus vitalis existens i corde est duplex. Quidam est cordi appropriatus pro suis Spiritus vitalis in corde duplex.
operationibus, & iste est in corde interius contentus etiam in porositatibus intrinsecis cordis. Quidam vero est cōmunis aptus a corde ad alia membra transmitti, quia igitur primus alteratus est & complexionatus secundum exigentiam operationum cordis, secundus vero non ideo de secundo in proposito est sermo. Sciendum quarto q. A. in proposito graduās membra nostri corporis in suis complexionibus in cōparatione ad cutim ponit graduationes eorum secūdū suas naturales complexiones & non secundum complexionē eorum præter naturam. Ex dictis quantum ad secundum sequuntur istæ conclusiones. Prima cōclusio. Non quilibet spūs est res calidior quæ sit in corpore nostro. patet, quia nec naturalis nec animalis. igitur &c. Secunda conclusio est. Non quilibet spiritus vitalis est res calidissima quæ sit i corpore nostro. patet quia spūs uitalis alteratus vt fiat animalis est vitalis, qui tamen non est calidissima res. igitur &c. Tertia conclusio. sequitur probabiliter q possibile est aliquē esse spiritum vitalem aliquo naturali vel animali frigidiorem vł minus calidum. hęc conclusio probatur. maxime secundum opinionem medicorum ponentium spiritus vitales naturales & animales fore abinuicem distinctos specie. Ponatur igitur q ex. a. spiritu vitali generetur spiritus. b. animalis & sic nunc primum instans i quo est. b. spiritus genitus ex. a. et patet q. b. spūs potest esse aliquis spiritus animalis calidior, qa alias q̄ cito inciperet. b. spūs calefieri tam cito deficeret esse. sit igitur. c. spūs animalis in sexquialtero calidior. b. spū animali. Et arguitur sic. c. spūs est calidior. b. spū in sexquialtero, sed minus q̄ in sexquialtero immediate ante istans, quod est pręsens fuit a. spūs vitalis calidior. b. igitur &c. patet consequentia. et assumptum satis sequitur ex casu. igitur &c. Ex quo sequitur satis esse possibile aliquem spiritum animalem fore pręcise ita calidum sicut est aliquis certus datus spiritus

vitalis

vitalis. Consimiliter dicatur per oīa de naturali. Quarta conclusio est hæc. Non quilibet spūs vitalis exīs in corde est res calidissima quæ sit in corpore nostro. patet de spū appropriato cordi pro operationibus suis. Quinta conclusio est hęc. Spūs vitalis existens ī corde & nō cordi pro suis operationibus appropriatus est calidior vel calidissima res quæ sit in corpore nostro. Hanc conclusionem intellexit Aui. in litera. Et persuadet, quia ꝑ præsentiā & transmissionem huius spūs ad omnes partes nostri corporis conseruatur cuiuslibet partis nostri corporis caliditas naturalis. igitur &c. patet cōsequentia & assumptum satis patet & īfra declarabit̄. Sexta conclusio sequitur ꝙ licet ita sit, stat tamen huiusmodi caliditatem fore iustitialiter temperatam. patet, quia stat cum hoc hanc fore operationibus membrorum proportionatam. igitur &c. cōsequentia nota & assumptū satis patet.

Cordis mēsura caloris triplici.

Quantum ad secundum articulum sciendum est primo ꝙ ī corde triplicem imaginamur mensuram caloris. Prima est quæ debetur cordi merito partium, ex quibus ītegratur cor, sicut ē caro nerui arteriæ &c. deducta caliditate spūs cordi & suis partibus appropriati. Secunda mensura est aggregatū ex caliditate iā dicta & caliditate spiritus cordi & suis ꝑtibus pro eorum operationibus appropriati. Tertia est totalis mensura aggregata ex duabus caliditatibus iam dictis & caliditate spūs communis in ventriculis iam dictis contenti ꝑ totum distribuendi. Et notum est ꝙ secunda caliditas est intensior prima, & tertia adhuc intensior secūda. Ad propositum igitur comparare possumus cor ad spm̄ & econtra in denominatione esse calidi vel quo ad primam mensuram iam dictam in corde, vel quo ad secundam vel quo ad tertiam.

Secundo principaliter præmittendum est ꝙ aliud est caliditatem alicuius corporis fore caliditate alterius intensiorem, & aliud est corpus illud fore alio calidius. Vnde hæc cōsequentia non valet. caliditas. a. est intensior q̄ꝫ caliditas. b. igitur. a. est intensius calidum. b. & hoc præmittitur tāq̄ꝫ inuestigatum a naturali philosophia. Similiter non sequitur ecōtra. Tertio principaliter præmittendum ꝙ omne calidū resultans ex duabus partibus quarum vna est intensius & alia remissius in calida est remissius calidum q̄ꝫ sit pars eius intensius calida. patet, quia remissius est illud totum q̄ꝫ eēt si secundum quanlibet partem foret æquę intensum, sicut eius pars intense calida, sed pro tunc illud foret præcise ita calidum sicut pars eius intensiore st calida. igitur &c. patet consequentia tota. & assumptū similit̄ intelligenti. Tunc sit prima conclusio, spiritus est calidior q̄ꝫ sit cor secundum mēsuram gradualem caliditatis cordis primam iam dictā, patet hoc intelligenti. Secunda conclusio est hęc, spūs ē calidior corde adhuc quo ad secundam mensuram caliditatis ī corde repertam. patet, quia maxima caliditas existens in corde pro tunc est caliditas spūs sibi appropriati, & notum ē ꝙ illa est remissior q̄ꝫ caliditas spūs cōmunis de quo est sermo in proposito. igitur &c. Nota tamen probabiliter ꝙ secundum aliquos potest sustineri caliditatem spiritus cordis appropriati esse æquę intensam sicut caliditas spūs communis contenti in eius ventriculis. Imaginādo ꝙ licet caliditas spiritus appropriati &c. sit remissa a complexione cordis ipsum sibi appropriante & dearticulante secundum exigentiā operationum cordis, quia tamen caliditas spiritus communis in ventriculis contenti &c. per aerem frigidum multo plus remittetur sibi magis occurrentem q̄ꝫ occurrat spiritui intrinseco, ideo non est euidens cuius illorum caliditas sit intēsior, sed quātūcunq̄ꝫ ita foret adhuc spūs est calidior corde taliter considerato, quia cor taliter consideratum est compositum, ex sua substantia & spū qui est pars eius intensior, sed per tertiam suppōnem superius premissam omne tale est remissius q̄ꝫ eius pars intensior. ergo &c. patet consequentia cum antecedente. Tertia conclusio principalis est hęc. Licet caliditas spiritus non sit intensior q̄ꝫ caliditas cordis eidem attributa secundum mensuram tertiam, secundum hoc tamen ē concedendum spiritum esse calidiorem corde. prima pars huius arguitur. tantum distat a non gradu tertia mensura caliditatis in corde existens quantum caliditas spūs, sed penes hanc distantiam attenditur intensio cuiuslibet qualitatis. ergo &c. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur negando primam consequentiam, cor producit calidiratem qua spūs est calidus & nihil agit vltra gradū proprium. igitur spūs nō est calidior corde, sed ex illo āte sequitur ꝙ non intensior est caliditas spūs q̄ꝫ sit caliditas cordis illam caliditatem producens. Et hoc conceditur saltē de caliditate cordis tertiæ mensuræ. Cum hoc tamen stat ipsū esse calidiorem, eodem. n. gradu potest aliquod subiectū denominari magis & aliquod minus intensum vt debet alibi videri. Potest etiam dici probabiliter ꝙ non tantam caliditatem quandam habet spūs producit cor, sed primo ꝓducit spūm remisse calidum, qui postea alterat se ad gradū intensiorem conuenientem suæ formę, sicut videmus de aqua interius ex vaporibus generata, quę a remissa frigiditate generatur, deinde mouet se ad gradum frigiditatis intensiorē. Et multa alia possumus hic imaginari. Et si quæratur cū cor primo generetur. vnde habeat tūc spiritum quo mediāte alium generare possit. Dicitur ꝙ generans agens in materiam generationis cordis secundum difformitatem partium illius materiæ ex aliqua parte generat carnem, & ex aliqua neruum, & ex aliqua spūm uitalem &c. Nec hoc est mirabile cum etiam spiritus gignitiuus habeat in se istos tres spūs vł formaliter vel virtualiter, sed de hoc plus videbitur infra.

Ad confirmationem cum arguitur sic, quanto aliqua pars nostri corporis est calidior &c. de negando assumptum. quātūcunq̄ꝫ enim spūs de se sit facilioris inflāmationis q̄ꝫ aliqua alia pars &c. quia tamen cito & velociter corrumpitur forma spūs & exhalat, hinc est ꝙ sub forma sua non tantum tolerat caliditatem ꝑter naturam. licet ergo cor vel aliud prę ter naturam posset esse calidius spū, hoc tamen non est cōtra dicta, quia non graduantur in proposito partes secūdum dispōnem præter naturam. 10. &c. Aliter posset probabiliter dici ꝙ spūs intensiorem potest habere caliditatē præter naturam &c. & ꝙ calefactum esse ethice non est intensius, licet illud sit acutius et magis resolutiuum propter subiecti diuersitatem. Ad secundum dicitur negando consequētiam vt tactum est in quæstione. Et consimiliter dicitur ad confirmationem. Ad tertium dicitur communiter ꝙ caliditate potentiori qua alterabilis & extraneabilis est cholera ipsa ęst calidior spū. spūs tamen est calidior caliditate actuali naturali. Et ad primum sensum vadit auctoritas Gal. Ad quartum potest dici sicut dicebatur supra ad confirmationē primi. Aliter dicere possumus negando consequentiam. & causa est qa quātūcūq̄ꝫ spūs existens in calefacto esse sit intensius calidus q̄ꝫ sanguis vel cholera quia tamen propter suæ substantiæ subtilitatem & raritatem multo minus pōt in membri substantiam imprimere q̄ꝫ cholera vel sanguis calefactus. ideo cum hoc non repugnat ephemeram esse remissiorem sicut & multis alijs exemplis naturalibus potest exemplificari & declarari. Ad quintum dicitur negando consequentiam. sed illud tantum sequitur deducta cōtra operantia paulum membri contrariæ complexionis spiritui q̄ ē in oculo, licet enim in eo sit multus spiritus, in eo tamen sunt multi humores & tunicæ amplioris quantitatis & potentiores in denominando oculum frigidum q̄ꝫ spiritus sit sufficiēs oculum denominare calidum &c.

Quęstio. xxj.

VIGESIMOPRIMO Quæritur. Vtrū phlegma sit frigidius quod est in corpore nostro. Et arguitur multiplr ꝙ non. Primo. melancholia est frigidior phlegmate. igitur &c. patet cōseq̄ntia & arguit̄ assūptū, qa ex q̄cūq̄ꝫ phlāte q̄ꝫtūcūq̄ꝫ frigido pōt per viam cōgelationis generari melancholia. sed omne generatum ex alio per congelationē est frigidius eo. igitur &c. patet consequentia & colligitur maior ex dictis Aui. in caplo de generatione humorum & patet minor cum congelatio procedat continue infrigidando. Secūdo. possibile est aliquod phlegma fore aliquo sanguine calidius vel saltem minus frigidum, igitur &c. patet consequen.

tia patet & arguitur assumptum. Ponendo. a. phlegma immediate in. b. sanguinem transmutari, & sit nunc instans primũ in quo generatus est. b. sanguis ex. a. phlegmate, & sit b. sanguis in sexquialtero frigidior. b. generato ex. a. Et arguit̃ sic. In sexquialtero frigidior est. e. sanguis q̃ nũc ẽ. b. sed minus q̃ in sexquialtero frigidius fuit per tempus ante hoc. a. phlegma q̃ nunc est. b. igitur patet consequentia & assumptũ pro prima parte. & secunda sequitur ex casu cum vsq; ad frigiditatem. b. continue ante remissa fuerit frigiditas. a. igitur &c.

Tertio. rigor quartanæ est maior q̃ rigor quotidianæ vel phlegmaticę. igitur frigidior est melancholia &c. patet consequentia cum humor melancholicus & similiter phlegmaticus per frigiditatem causent rigorem. & assumptum colligĩ ex dictis Aui. prima quarti in pluribus passibus, & patet per experimẽtum. Quarto. phlegma est sanguis diminute decoctus, ergo phlegma non est frigidius &c. patet consequẽtia cum nullus sanguis sit frigidior res quę sit in corpore nostro. & assumptũ hẽbit̃ infra in litera ĩ cap̃. de humoribus. Quinto. phlegma est frigiditatis paucæ, sed nihil existens frigiditatis paucæ est res frigidior quæ sit in corpore. igitur &c. patet consequentia & assumptum ponitur in litera in cap̃. de hũoribus. Vltimo arguitur sic communiter in frigidissima ætate multiplicatur melancholia vt in senectute. igitur. &c. patet consequentia & assumptum similiter.

Ad oppositum est Aui. in littera dum dicit. Frigidius vero quod est in corpore nostro est phlegma.

Phl'a duplex. Pro responsione ad quæsitum pręmitto quędam proposito necessaria. secundo ponentur conclusiones de quæsito.

Quantum ad primum sit prima distinctio hęc. Duplex est phlegma, quoddam naturale. quoddam vero præter naturã. Et per Phlegma naturale intelligere debemus phlegma naturę vel virtuti conueniens pro suis operationibus exercẽdis & finibus, ad quos a natura inuentum est phlegma. Econtra vero per phlegma præter naturã intelligas phlegma habens dispositionem qua redditur virtuti difformis, vel disconueniens pro suis operationibus & finibus iam dictis sicut dictũ est phlegma vitreum vel salsum vel aliquod hmõi. Phl'a naturale duplex. Secũda distinctio est hæc. Phlegma naturale ad intellectum datũ potest esse duplex, quia quoddam est alteratum a dispõne puri phlegmatis versus naturam sanguinis, quoddam vero nõ. exempla patent. Consimiliter per omnia distingui potest de melancholia, aut quocũq; alio humore vel humiditate nostri corporis. Quantum ad secundum articulum sit hęc prima conclusio. Possibile est aliquod phlegma aliquo sanguine esse calidius vel remissius frigidum. hanc conclusionem deducit argumentum factum ante oppositum. Et confirmat̃, quia satis verisimile est phlegma existens in corde calidius fore sanguine nutriente os vel neruum &c. Ex quo sequit̃ primo non quodlibet phlegma esse rem frigidiorem, quæ sit in corpore nostro. Secundo sequitur. aliquod phlegma nõ præternaturale esse calidius cute. aliquod enim tale aliquo sanguine naturali est calidius, vt argutum ẽ. igitur &c. Secunda conclusio. probabiliter teneri potest phlegma quãtũcunq; præternaturaliter frigidum non esse rem frigidiorem q̃ sit in nostro corpore. probatur. nam ex frigidissimo phlegmate quocunq; per congelationem potest generari melancholia. igitur &c. patet consequentia. satis. n. rationabile apparet q̃ melancholia ex eo taliter generata per congelationẽ partes humidas & subtiles phlegmatis exprimentem cum remanentia terrestrium sicut patet in congelatione luti, erit frigidior q̃ phlegma ex quo per talem congelationem erit generata. ergo &c. Item pro isto videtur intẽtio Aui. cap̃. de generatione humorum dicentis q̃ frigiditas gñat phlegma, & multum intensa melancholiã. Tertia conclusio est hęc. Licet ita sit, probabiliter tamẽ apparet & sustentabile q̃ frigidissimum phlegma præternaturale est frigidius melãcholia præternaturaliter frigidissima. Imaginando q̃ cum ex vitreo phlegmate frigidissimo generetur melancholia per cõgelationem quantũcunq; partes terrestres in phlegmate illo continue frigesiant quia tamẽ multo remissius frigidę prius erant q̃ aquosę facta congelatione & expręssis aquosis remanebunt adhuc illæ terrestres congelatæ remissius frigidæ q̃ prius erant illæ aquosę, & sic melancholia illa remissius frigida, sicut apparet in luto quod cum habet permixtionem aquearum partium cum terrestribus in principio congelationis apparet multum frigidius q̃ post congelationem multũ procedentem & multum terrestrificantem, vt docet experimentum. sic ꝓportionabiliter imaginandum est in proposito. Sed forte contra hoc arguitur. non videtur aliquo mõ esse possibile in corpore humano reperiri phlegma sic cõgelatum. non. n. videtur q̃ stãte vita tanta possit in homine frigiditas reperiri q̃ huiusmodi cõgelet phlegma. Sed ad hoc potest dici primo q̃ ipsa non est vera congelatio sicut corporum existentium extra nos, sed est quædam superflua ingrossatio. Vel aliter dicitur q̃ licet non sit possibile in aliquo membro viuente fore tantam frigiditatem &c. calore tamẽ alicuius membri existente debili, vt intestinorum & multiplicato phlegmate ex rebus frigidis generato, puta fungis et cucumeribus, possibile est virtutem elementorum frigidorum in hoc phlegmate tantum dominari q̃ non poterit mẽbri complexio tantum prohibere quin talia se ad gradum valde intensum frigiditatis reducant, ad quem sequitur quędam congelatio & induratio & partium humidarum exp̃ssio, quod adhuc foret euidentius ponenti elementa in mixto formaliter remanere licet refracta vt patet. Quarta cõclusio. sequitur aliquod phlegma esse aliqua melancholia tam naturali q̃ præter naturam calidius & aliquod frigidius, & aliquod ęquæ frigidum præcise. hoc totum patet intuenti.

Vltima conclusio ponitur pro intentione Aui. in litera. videlicet. Cęteris paribus phlegma naturale in sua puritate existens non alteratum uersus conuersionem eius in alium hũorem est frigidissimum, quod ẽ in nostro corpore respectu aliarum partium nostri corporis naturaliter se habentium. Ista conclusio est de mente Aui. in litera & persuadet̃, quia phlegma plus attestatur aquę q̃ aliquis alius humor vel aliqua ps nostri corporis, quæ attestetur vel proportionetur alicui alteri elemento. igitur &c. patet consequentia, cum aqua sit elementum frigidissimum. & assumptum oñdit experimentũ.

Et ex hoc tanq̃ experimentum persuaderi potest phlegma præternaturaliter frigidissimum fore frigidius melancholia frigidissima pręternaturaliter, quod est, quia quod est naturaliter frigidius videtur etiam pręternaturaliter fieri posse frigidius &c. Et dixi notanter in conclusione cęteris paribus, q̃a vbi non seruaretur paritas, puta, quia compararetur phlegma existens in corde melancholiæ pedis, patet q̃ pro tũc nõ forent cætera paria, nec esset cõclusio vniuersaliter vera. Debet igitur cõparari phlegma naturale frigidum ad alias partes naturaliter frigidas in sua latitudine correspondenter, vt mediocriter frigidum ad mediocriter frigidas, & sic de alijs. Ipsis. n. adinuicem sic correspondenter comparatis, patet q̃ semper phlegma erit frigidius &c. Et sic uoluit Aui. in lr̃a. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum patet ex quæstione quid sit respondendum. Ad secundum similit̃ patet intuenti quid sit respondendum. Ad tertium dicitur negando consequentiam, quia non est maior siue intensior, nisi propter humorem ipsum facientem esse difficilius calefactibilem & subtiliabilem. Ad quartum qualiter ista ꝓpositio sit intelligenda videbitur infra. Ad quintum dicit̃ q̃ illa propõ recipit multas expositiones. Prima est q̃ phlegma naturale ẽ pauci frigoris respectu phl'atis p̃ternãlis, eo q̃ phl'a p̃ternaturale est multo frigidius. secunda expõ ẽ. phlegma naturale est paucæ frigiditatis respectu eius in comparatione. s. ad caliditatem choleræ & sanguinis, quia. s. multo frigidius est respectu choleræ & sanguinis q̃ respectu cutis. tertia expositio est hęc. q̃ phlegma. s. naturale est paucæ frigiditatis respectu cutis ad hunc sensum q̃ minus recedit phlegma per frigidum a cute, & hoc quo ad gradualem mensurã, q̃ humores calidissimi, vt cholera recedant ab eadem per calidum. Et hoc conformatur quibusdam dictis supius. Ad vltimum dicitur q̃ in frigidissima ætate multo plus multiplicatur

catur humor phlegmaticus ꝙ melãcholicus,ut patet colligi ex dictis Auicen.capl'o illo. Nutriens masticatione illa particula.Non oportet vt ster credulitas ꝙ omnis complexio generet humorem sibi similem &c.licet in ætate senectutis plus multiplicetur melancholia ꝙ̄ in alijs ætatibus, de quo tamen inferius habebitur.ideo &c. Quæstio. xxij.

VIGESIMOSECVNDO Quæritur. Vtrũ pili sint complexionis frigidæ. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo materia generationis pilorum est calida. igitur &c.patet consequentia & assumptum similiter, probatur multipliciter.Primo talis materia est exhalatio a forti calido & adurente subtiliata & sursum eleuata.igitur &c. patet consequentia & assumptum satis patet.talis enim materia non est nisi vapor fumosus, sed non fit vapor fumosus nisi a forti calido.igitur &c.Et confirmatur idem auctoritate Halyabatis secundo theoricæ dicentis materiam pili esse vaporem calidum & siccum.Secundo. huiusmodi materia plus eleuatur & multiplicatur in ætate calidiori. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter,quia in iuuentute. Tertio.quia in corporibus calidioribus,puta in cholericis plures generantur pili & grossiores, igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter patet per experimentum. Quarto.pili calefaciunt corpus humanum. ergo nõ sunt frigidi. Nota est consequentia. & assumptum patet de panno. Quinto.quia facilius inflammantur pili a calore.sed quod a calore faciliter inflammatur est calidum. igitur &c.patet consequentia.et assumptum similiter est de mente Gal. 3.de complexionibus.vbi vult ꝙ illud quod faciliter a calido patitur & calefit est potentia calidum.

Halya.

Ad oppositum est Auicen.in littera.

In ista quæstione primo uidebitur de causa generationis pilorum,& modus generationis eorũdem. Secundo rñdebitur ad quæsitum. Quantum ad primum sciendum est ꝙ per actionem calidi resoluentis humiditates nostri corporis multi eleuantur uapores siue exhalationes. Quidã enim sunt uapores humidi & aquosi ualde,qui ad porositates uenientes aut subtiliantur & resoluuntur, puta si calidum forte fuerit,aut condensantur & ingrossantur & sub forma sudoris expelluntur,& quandoque cum perueniunt ad cerebrum conuertuntur in aquositates, & catarrhos generant vel reuma.Et notum est quòd isti non sunt conueniens materia pro generatione pili. huiusmodi autem vapor vtplurimum est frigidus & humidus naturaliter, aut calidus & humidus naturaliter. Secunda est exhalatio quædam ignea,scilicet subtilis valde calida & sicca, sicut est vapor cholericus siue a subtili cholera eleuatus. Et adhuc huiusmodi exhalatio est conueniens materia generationis pili: cum non sit apta in porositatibus retineri & ingrossari sicut oportet ad pilorum generationem. Tertia est superfluitas quædam lutosa grossa, quæ non expellitur sub forma sudoris,sed est res grossa terrestris valde sicut est sorditiesapparens circa superficiem vel cutim nostri corporis. Et illa etiam non est conueniens materia generationis pili.

Pili gño

Quarta est vapor grossus terrestris a calido eleuatus participans aliquid de vnctuoso & viscoso qui perueniens ad porositates cutis a frigiditate cutis ingrossatur & induratur, & per eius viscositatem cuti conglutinatur & continuatur, cui succedens alter vapor similis consimiliter ingrossatur & priorem expellit versus superficiem exteriorem, & ipse succedens remanet continuus priori.& sic continue alteratur ipse vapor a cuti.& sic iterum succedit alter propellendo alium, & sic vltra quousque generetur vnum corpus subtile secundum longum protensum, quod dicimus pilum. Et hanc eandem sententiam colligere possumus ex dictis Auicen.quarto cañ.quinta fen.dum dicitur. Capillus nascitur ex vapore fumoso quando congelatur in poris & oritur super eos & proprie per illud quod assumitur ex alimento & proprie quando humiditas corporis est viscosa vnctuosa non aquosa nec lutosa, sicut arborum vnctuosarum folia non cadunt &c. Ex hoc patet secundo quæ sunt causæ generationis pilorum.sunt.n.quatuor sicut & aliorũ compositorum naturalium.s.materialis. formalis.efficiens & finalis. Materialis est vapor fumosus iam dictus.Forma lis est illa forma per quam dicitur pilus,quę vtrum sit essentialiter distincta a forma substantiali illius vaporis fumosi vel non,non est ad propositum. Finalis vero est mundificatio corporis ab huiusmodi vaporibus fumosis,et adhuc cor poris decoratio. vt patet de pilis superciliorum & barbę. Efficiens vero est duplex, quædam mediata & remota: & ista est calidum adurens eleuans vaporem fumosum iam dictum. Alia vero est causa efficiens immediata, & ista est frigiditas cutis & aliorum membrorum & aeris circunstãtis ingrossans siue congelans prædictũ vaporem fumosum & in pilum conuertens. Sed dices forte.quomodo ad frigiditatem cutis potest prædictus vapor fumosus congelari cum sit frigidior vapor ille ꝙ̄ aer extrinsecus vel cutis & re missius frigidum non possit infrigidare & congelare intensius frigidum.igitur &c.Et confirmatur, quia uidetur frigidum cutis & membrorum circunstantium agere vltra gradum ꝓprium. Sed ad hęc potest dici ꝙ licet ille vapor sit naturaliter frigidior cute accĩtaliter tñ,quia a calido passus & eleuatus est,est calidior cute, & hanc caliditatem põt remittere cutis & membra circumstantia & aer. Sed adhuc non apparet qualiter ducatur ad frigiditatem tantæ intẽsionis ꝙ congeletur.nisi dicatur ꝙ ab intrinseco quia naturaliter frigidus est ducitur ad frigiditatem tantæ intensionis ꝙ ad eam sequitur congelatio. Aliter potest dici ꝙ ille vapor non infrigidatur a cute nisi ad istum sensum ꝙ in cute non est caliditas sufficiens prohibere ne iste uapor intendaẽ ad gradum frigiditatis iam dictum. Et utraq; responsio potest satis tolerari. Quantum ad secundum. Sit prima cõclusio.ꝙ pilus est frigidæ cõplexionis. ꝓbatur. materia pili est frigida, efficiens immediatum est frigidũ.ergo &c.patet consequentia & assumptum ꝓ prima parte, cũ sit materia illa uapor terrestris. sꝫ secunda pars patet, qa licet mediatũ agens sit calidum, nihilominus tamen immediate complẽs generationem pili est frigidum,ut dictum est.ideo &c. Secunda cõclo.sequitur ꝓ pilus etiam res est valde sicca. patet cum vapor ille sit siccus & fumosus. ideo &c. Tertia conclusio.sequitur ꝓ pilus est magis siccus ꝙ̄ ipse sit frigidus. patet quia fortius est exiccans generans pilum ꝙ̄ sit infrigidans.igitur &c.assumptum patet, quia tale est calidissimum forte urens, frigidum uero est frigidum cutis & aliorum iam dictorum. Item pro isto est auctoritas Auicen. dicentis in littera ꝙ siccior res quæ sit in corpore nostro est pilus & est in primo ordine siccorum non autem frigidorum igitur &c. Quarta conclusio.sequitur ꝙ phlegma est frigidius pilo.& hanc conclusionem habemus in littera. quare &c. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum negatur assumptum, & ad probationem dicitur negando illam consequentiam.s.huiusmodi exhalatio fit a forti calido urente, ergo est calida potest enim a forti calido generari vapor frigidus per resolutionem humidi. vel dicitur ꝙ concedendum est hunc uaporem accidentaliter esse calidissimum sicut est uapor aqueus, qui tamen est naturalr̃ frigidus, immo ad gradum intensæ frigiditatis reducitur.

Pilorũ gñatorũ cã qua druplex

Pili cõplexio.

Ad confirmationem exponitur illa auctoritas Halyabatis a multis taliter. pilus fit ex uapore calido & sicco. idest a calido exiccato. Vel aliter dicitur ꝙ fit ex uapore calido, scilicet capiendo accidentaliter, ut dictum est. Ad secundũ dicitur ꝙ pili huiusmodi uel materia in ætate calidiori plus multiplicantur &c. quia tunc sunt materiæ magis terrestrificationi aptæ & dispositæ & calidum aptum magis terrestrificare, ideo &c. Ad tertium similiter dicitur. Ad quartum dicitur ꝙ calefaciunt per accidens reuerberando calorem, ut iam alias dictum est. Ad quintum dicitur negando quòd omne quod a calore faciliter inflammatur est calidum. Pro auctoritate Gal. possumus dicere quòd illud qđ faciliter calefit propter dominium partium aerearum uel ignearum in eo potest dici potentialiter calidum.

sic autem non est de pilo, cum non ita faciliter inflammetur nisi propter subtilitatem suam: ideo &c.

Quæstio. xxiij.

VIGESIMOTERTIO Quæritur. Vtrum cerebrum sit frigidæ complexionis. Arguitur multipliciter quod non. Primo. cerebrum per se est productiuum calidi. igitur cerebrum per se calidum. patet consequentia: & assumptum patet, quia cerebrum per se est productiuũ spiritus animalis, qui est valde calidus. igitur &c. patet consequentia. & assumptum habetur prima tertij. capitulo primo. Secundo. cerebrum indiget euentatione continua. ergo cerebrum est calidum. patet consequentia, quia non debetur euentatio nisi ratione intensi caloris. & patet assumptum, quia eleuato craneo sensibiliter apparet cerebrũ moueri motu dilatationis & constrictionis. Tertio. cerebrũ est principium sensus & motus, sed huiusmodi operationes non perficiuntur nisi a calido satis intenso. igitur &c. nota est consequentia, & assumptum patet prima tertij. Et confirmatur, quia a cerebro perficiuntur operationes interiorum virtutum, scilicet sensus communis phantasia &c. quę multo indigent calido & multo spiritu. ideo &c. Quarto quia circa cerebrum maxime multiplicantur pili. ideo &c. patet consequentia: cum pili fiant a forti calido adurẽte materiam. Quinto. cerebrum est materia nutricationis calida. igitur est calidum & humidum. patet consequentia: quia eadem est materia generationis & nutricationis. assumptũ satis patet si sumatur loco cibi. Vltimo pro isto videtur

Isaac.

auctoritas Isaac in diætis particularibus cap^lo de cerebro, vbi auctoritate philosophi dicit cerebrum esse calidum naturaliter & accidentaliter frigidum.

Ad oppositum est Auicen. in littera, qui enumerat cerebrum inter membra frigida.

Respondendo ad istam quæstionem. Primo præmittam quædam præambula Secundo ponã conclusiones de quæsito.

Cerebri compl^o ul' membri cuiuslibet triplex.

Quantum ad primum sciendum est primo quod cerebrum esse calidæ complexionis aut frigidæ et similiter quodcunque aliud membrum tripliciter potest intelligi. Vel respectu æqualis ad pondus. Vel respectu medij generis quod est cutis. Vel respectu medij suæ speciei. Hic autem est sermo de membris frigidis aut calidis respectu medij generis, puta cutis. Notum est. n. quod iuxta superius dicta cerebrum respectu æqualis ad pondus est calidum & humidum. Similiter satis patet comparando cerebrum ad medium propriæ speciei aliquod cerebrum est calidum, aliquod frigidũ &c. De his non est sermo in proposito, sed solum de secundo, et est sensus quæstionis. vtrum cerebrum comparando ad cutem sit frigidæ complexionis.

Cerebri mẽsura compl^onalis triplex.

Secundo. sciendum quod in cerebro tres imaginamur mensuras complexionales. Prima est complexio resultans a cerebro merito miscibilium concurrentium ad cerebri generationem deducta omni caliditate & frigiditate &c. in ipso posita a spiritu existente in eo aut vaporibus ad ipsum eleuatis &c. & hæc dicitur complexio innata. Secunda est mensura caloris aggregata ex complexione iam dicta & caliditate in eo posita a spiritu sibi appropriato pro operationibus cerebri, & hæc dicitur cõplexio innata actuata per influentem. Tertia est mensura aggregata ex mensuris iam dictis & caliditate spiritus animalis vitalis & naturalis & sanguinis in cerebro existẽtis & vaporum ad ipsum eleuatorum. Et notum est quod tertia mensura excedit secundam, & secunda excedit primam intensiue.

Mẽbrũ frigidũ dupl^r.

Tertio sciendum quod aliquod membrum potest dici multipliciter frigidum. Vel quia in se multam habens frigiditatem. Vel quia aptum est corpus totum vel aliquod uel aliqua membra infrigidare Exemplum primi. dicimus os vel neruum frigidius esse cerebro, eo quod vtrunque istorum habet in se frigiditatem intensiorem quam habeat cerebrum. Exemplum secundi. Dicimus cerebrum vt vult philosophus in libro de somno, esse frigidissimam particularum nostri corporis, quia per vapores frigidos in humiditatem phlegmaticam in cerebro conuersos & deorsum a cerebro ad alia membra deriuãtes cerebrum est aptum totum corpus valde in calore. remittere &c. Quantum ad secundum sint istæ conclusiones. Prima conclusio. secundum quosdam cerebrum quo ad complexionem innatam tantum est frigidæ & siccæ complexionis, & hoc deducta humiditate in eo reperta a vaporibus & phlegmatibus humidis in eo repertis. Et pro isto adducunt auctoritatem philosophi secundo de partibus animalium. Et rationem suam, quia si cerebrum coquatur exclusis ab eo humiditatibus iã dictis reperiretur materia terrestris, quia, scilicet frigida & sicca, quæ remanebit vt apparet ad experimẽtum. Sed hoc argumentum non est efficax. consimile namque potest adduci ad probandum de carne & quacunque alia parte nostri corporis. Voluit igitur philosophus quod quo ad mollem cerebrum est a prædominio terrestre, sicut & fere membrum quodlibet nostri corporis, non tamen necessario quo ad qualitatiuam dispositionem. Secunda conclusio. sequit huic opposita. scilicet. Cerebrum est frigidæ & humidæ complexionis quo ad complexionem eius innatam tantum. probatur, quia cerebrum nutritur sanguine phlegmatico. igitur &c. consequentia tenet, quia complexio naturalis membri similatur ei ex quo nutritur. vt Auicen. ponit in litera.

Tertia conclusio. Cerebrum quo ad complexionem eius innatam actuatam per influentem, quæ est complexio pro suis operationibus debita est etiam frigidæ & humidæ cõplexionis. Hæc conclusio potest multipliciter persuaderi.

Primo. quia ad operationes cerebri plus operatur frigidum quam calidum, & humidum quam siccum. igitur &c. patet consequentia et assumptum declaratur discurrendo. Primo generatio spiritus animalis ex vitali, quæ cerebro est magis attributa magis perficitur per frigidum quam per calidum, vt patet adhuc per humidum, cum videatur spiritus animalis humidior vitali. Secundo appræhensiones in sensu communi & cogitatiua videntur conformiores subiecto humido quam sicco. Tertio quia ad ipsum terminantur alterationes vigiliarum & motuum per neruos: ideo oportuit ipsum esse valde resistens inflammationi. huiusmodi autem cõplexio est frigida & humida. igitur &c. hoc argumento vtitur Auicen. tertio cañ. fen prima. Quarto quia substantia medullaris est in cerebro dominans, quæ frigida est & humida vt patuit. Item per hanc complexionem eius est causa somni. somnus autem fit a frigido, vt primo de somno.

Item per complexionem eius innatam actuatã per influẽtem exercet operationes nutricationis sibi proprias, quibus nutritur sanguine phlegmatico. ergo &c. Et plura alia patent, quæ non sunt nisi probabilia. Quarta conclusio est hæc. Cerebrum quantum ad mensuram complexionalem tertiam in eo repertam naturaliter se habens est complexionis calidæ & humidæ. probatur. Primo, quia tactus sic indicat. Secundo, quia propter hanc mensuram indiget euentatione continua cum continue moueatur motu diastolis & systolis. ergo &c. patet consequentia cum antecedente. Quinta conclusio incidenter ponitur. quod cerebrum magis recedit a cute per humidum quàm per frigidum. probatur. Primo plura & potentiora sunt cerebrum humectãtia quàm ipsum infrigidantia. igitur &c. patet consequentia. & assumptum patet: quia sanguis & spiritus sunt humiditatem cerebri coadiuuantia, quæ tamen sunt eiusdem frigiditatem remouentia. igitur &c. Item vapores actu calidi ad cerebrum transmissi sunt cerebrum humectantes. non tamen sunt cerebrum infrigidantes. Et pro ista conclusione plura alia possunt adduci: puta quòd tactu parum percipitur frigidum: multum uero molle & humidum, sed de hoc plus infra uidebitur. Secunda conclusio. Inter alia membra nostri corporis cerebrum est cor & totum corpus maxime potens infrigidare. Et pro ista uadit auctoritas philosophi primo de somno dicentis quòd cerebrum est frigidissima particularum nostri corporis. Patet etiam ratione, quia a cerebro reciprocantur uapores frigidi

per

per neruos poros uenas & arterias totum infrigidare potentes: ut patet tempore somni. igitur &c. patet consequentia & assumptum. Similiter a cerebro super toto spargitur materia catarrhasis phlegmatica, quæ etiam totum est maxime potens infrigidare. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Ad argumenta principalia respondet. Ad primum dicitur negando consequentiam. est. n. per se productiuum calidi remissioris ex intensius calido. & per hoc concluditur ipsum esse frigidum & non calidum r ut patet.

Ad secundũ dr̃ q̃ illa est complexio quo ad mensurã tertiam, & quantum ad illam conceditur ipsum esse calidum.

Ad tertium dicitur q̃ licet huius operationes non perficiãtur, nisi mediante calido puta spiritu, stat tamen membrũ fore frigidum. sicut de neruis circa litteram dicebat. Ad quartum dicitur q̃ hoc est, quia hæc materia fumosa a calido eleuata maxime peruenit ad cerebrum & caput & ibi coagulatur. hoc igitur arguit plus cerebrum frigidum q̃ calidum. Ad quintum conceditur q̃ illud concludit cerebrum in via nutrimenti fore absolute calidum & humidũ, & hoc in potentia, sicut nutrimentũ dr̃ tale respectu nr̃i corporis, quia absolute conuertibile in calm & humidũ, cum quo tñ stat q̃ in gñe membrorũ sit frigidum. Et p isto intellectu pcedit argumentum vltimo adductum in q̃one.

Quæstio: xxiiij.

VIGESIMOQVARTO Quæritur. Vtrũ pinguedo & adeps sint complexionis frigidæ. Et arguitur q̃ non. Primo adeps & pinguedo faciliter inflammantur: igitur &c. consequentia vr̃ nota. assumptum patet experimento. Secundo materia ex qua generatur adeps & pinguedo est calida. igit̃ &c. consequentia vr̃ nota. & patet assumptum, cũ gñetur ex parte vnctuosa sanguinis. Tertio adeps & pinguedo dũ sunt viuētia suot calidiora ipsis mortuis, sed dum mortua suot & a regimine alæ derelicta sunt calida. igitur &c. cõsequentia vr̃ nota. & patet maior cum oẽ moriens infrigidetur. & arguitur minor, quia adeps interius assumpta vel exterius iuncta calefacit & resoluit & cõfert doloribus causatis ex materia frigida. igit̃ &c. Quarto. circa membra satis intensæ caliditatis generatur & conseruatur adeps & pinguedo. igitur &c. patet cõsequentia & assumptum similiter. generatur enim pinguedo iuxta cor, quod est membrum satis calidum. Similiter adeps multiplicatur circa cor & circa renes; quod non videtur esse possibile si forent partes frigidæ.

Ad oppositum est Auicen. in littera.

Pinguedo quid et adeps

Respondendo ad istam quæstionem. Primo præmittenda sunt quædam proposito necessaria. Secundo soluet̃ quæsitum. Quantum ad primum præmittendum est primo q̃ per pinguedinem in proposito intelligere debemus illud quod vulgariter dicitur lardo. Per adipem vero illud quod cõiter dr̃ axungia. Differunt autẽ hæc duo abinuicem & cõueniunt inter se. Conueniunt primo in materia, quia vtrũq; eorum generatur ex materia vnctuosa siue ex parte sanguinis vnctuosa similiter conueniunt in agente. vtrũq; n. generatur a frigido congelante siue condensante huiusmodi sanguinem vnctuosum. Secundo differunt, quia fortior est partium cõmixt'o in adipe q̃ in pinguedine. vnde complexio adipis respectu complexionis pĩguedinis potest dici cõplexio fortis, & econtra debilis. propter quod licet agens ut ignis possit faciliùs dissoluere adipem q̃ pinguedinem, nõ tamen æque bene sufficit partes adipis abinuicem separare sicut partes pinguedinis, quẽadmodum etiam de oleo diceremus, vt Auic. pònit. 1. cano. Differunt tertiò ratione situ eo q̃ pinguedo magis multiplicatur circa partes carnosas, adeps vero circa partes panniculares: Ex quo potest pbabiliter concludi q̃ a fortiori frigido generatur & condensatur adeps q̃ pinguedo. cum sit maior frigiditas circa partes panniculosas q̃ carnosas cæteris paribus. Ex quibus omnibus concludi possunt causæ adipis & pinguedinis. Causa enim materialis est pars sanguinis vnctuosa. Formalis vero est anima nutritiua penes ponentes has fore partes nostri corporis animatas penes vero tenentes oppositum causa formalis est forma huius determinati mixti. Efficiẽs vero remota siue mediata est calidum partem sanguinis vnctuosam eleuans & separans ab aliis. Propinqua vero & immediata est frigidum hanc partem condensans. Finalis uero uariatur secundum uarietatem membrorum in quibus sunt. quãdoq; est repletio uacuitatis inter aliqua membra. quandoq; caloris reuerberatio ut uidebitur infra capitulo de membris. ideo &c. Quantum ad secundũ sit prima conclusio. Q. pinguedinis & adipis est materia calida. probatur, quia talis est pars sanguinis unctuosa. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter. Secunda cõclusio. Materia ex qua generatur pinguedo est minus calida quàm materia ex qua generatur adeps, probatur, quia materiæ pinguedinis plures sunt partes aquosæ permixtæ quàm materiæ adipis. igitur &c. patet consequentia & assumptum patet experimento. cum adeps melius & facilius inflammetur, ita ut oleo assimiletur. ideo &c. Tertia conclusio est. Q. tam adeps q̃ pinguedo sint frigidæ complexionis in comparatione ad cutim. patet: quia quãtũcũq; horum materia sit calida, immediate tamen fit a frigido cõgelante. ideo &c. patet consequentia. & assumptum similiter, cum tam adeps q̃ pinguedo liquefiant a calido. quæcunq; autem humida congelantur a frigido dissoluuntur a calido & econtra ut metalla. Quarta conclusio est hæc. Q. licet materia generationis adipis sit calidior materia pinguedinis, frigidior est tamẽ adeps q̃ pinguedo. Prima pars huius conclusionis est posita superius. Et secunda patet primo per Auicen. in littera & arguitur signo. quia densioris & solidioris substantiæ apparet adeps q̃ pinguedo. igitur adeps recipit congelationem fortiorẽ. & per cõsequens &c. patet consequentia & assumptum experimur. Item quia circa membra panniculosa maxime multiplicatur adeps: quæ membra panniculosa sunt frigidiora q̃ carnosa membra circa quæ multipl catur pinguedo. igitur &c. Istas omnes conclusiones consueuerunt antiqui ponere sub his uerbis. Prima. Adeps et pinguedo sunt calida materialiter licet sint frigida formaliter. Secunda licet pinguedo sit materialiter frigidior adipe, formalit' tamẽ frigidior est adeps q̃ pinguedo. Et intelligunt has quatuor conclusiones superius positas. Sed circa dicta quædam concurrunt dubia. Dubia.

Primum. Adeps & pinguedo assumptæ in cibo uel medicina sunt calefacientes, ideo non uidetur quòd rationabiliter debeant poni frigidæ. consequentia uidetur bona, & colligitur assumptum secundo canõ capitulo de adipe. & ab Isaac in diætis uniuersalibus in pluribus capitulo. Secundum dubium est, quia adeps posita in stomacho uel super stomacho animalis liquefit subtiliatur & in uaporem conuertitur existens tamen interius circa membra ualde calidiora q̃ sit stomachus in eius grossitie conseruatur ubi uideretur ipsam fortius dissolui debere ut circa cor. Tertium dubium, cum in qualibet parte corporis adhuc cordi propinqua sit caliditas ualde intensa, quomodo potest unctuosum ibi congelari a frigido & in adipem conuerti cum sit iuxta cor. Ad hæc omnia respondetur. Ad primum dicitur q̃ non repugnat idem prout est pars nostri corporis esse complexionis aliqualis, qualis non est occurrens corpori nostro, ut cibus uel medicina. uerbi gratia. cor prout est uiuens uel pars nostri corporis uiuentis est complexionis ualde calidæ, quod tamen inter cibaria ponitur. complexionis melancholicæ. Et sic in proposito quantũcunq; ponatur pinguedo &c. inter partes nostri corporis frigida in comparatione ad cutim, ipsa tñ occurrens corpori nr̃o ut cibus uel medicina põt corpus calefacere & in latitudine calidorum reponi. Et tota causa est quia, secundum aliã cõplexionem operatur prout est pars uiuentis, & secundum aliã cum sumitur ut medicina. Primo n. mõ operatur per cõplxonẽ quã respectu cutis ipsa est frigida. Cũ uero occurrit ut medicina operatur per cõplexionem eius uirtualẽ. Et nõ repu-

gnat aliquid fore formaliter vel actualiter frigidum, quod tm̄ est virtualiter calidum, vt patet de vino & multis alijs.

Et si arguitur contra hanc respōsionem: quia ita habet cō plexionem hanc virtualiter calidam dum est pars viuentis sicut quando non est pars viuentis. igitur qua ratione calefacit vna vice & reliqua. Item quæritur quæ complexio virtualis est illa. Dicitur ad primum concedendo assum ptum ꝙ habet illam complexionem virtualem, illa tamen complexio virtualis non qualitercunq; est caliditatis productiua nisi adipe taliter subtiliata & ad actum reducta de quo videbitur alias. Ad secundum dicitur ꝙ illa est qualitas secunda ita naturaliter productiua caliditatis sicut lumen, quāuis non sit formaliter caliditas nec frigiditas: sed de hoc magis videbitur infra. Ad secundum dubium dicunt quidam tenendo ꝙ adeps & pinguedo sint partes animatæ, ꝙ anima adipis & pinguedinis resistit, ne partes in adipe moueantur ad gradum caloris intensum, & hoc mediante complexione adipis & pinguedinis ut se in sua naturali dispositione conseruent. cum vero corpori nostro applicatur adeps aut pinguedo tanquam medicina vel cibus iā corrupta est anima in eis. ideo partes calidæ aereæ igneę in ipsis existentes iam se reducunt ad gradum caloris intensiorem vel mouent & potentes sunt corpus calefacere. Si autē teneatur ꝙ pinguedo & adeps non sint partes animatę, sed habeant solum formam misti inanimati, dicuntur similiter ꝙ licet pinguedo & adeps existens in viuente non sit in se habens animam formaliter, ab anima tamen siue a virtute regulatur & resistit suæ inflammationi & liquefactioni nisi causa consumens fuerit nimis potens, sicut in hectica & marasmo. Sed hæc responsio multas patitur instantias.

Prima, quia quantūcunq; virtus regulare habeat &c. non tamen aufert quin in adipe a corde vel spiritu inducatur intensior gradus caloris. sed huiusmodi gradus videtur sufficiens ad liquefaciendum adipem. igitur &c. cōsequentia videtur nota. Item minor gradus caloris q̄ sit inductus in adipe a corde sufficit ipsum subtiliare & in vaporem cōuertere, igitur gradus caloris in adipe a corde positus potēs erit ad hoc faciendum. consequentia videtur nota & assumptū probatur, quia calor stomachi sufficit hoc facere cum tamē videatur multo remissior. Ad primum dicitur ꝙ per resistentiam iam dictam prohibetur vt inducatur ita intēsus gradus ꝙ sufficiat ipsas liquefacere, licet intra latitudinem alteretur adeps. Nec negandū est quin cæteris paribus inæquali tempore fiat maior resolō adipis in partibus cordi vicinis q̄ in alijs Ad ipsam etiam conseruandam & gn̄andā satis adiuuat aer frigidus ad cor perueniens & frigiditas capsulæ. Ad secundum negat̃ afis & dr̄ ꝙ in adipe pro cibo vel medicina in stomacho assumpta a stomacho maior gradus caloris ꝑducitur q̄ a corde in adipe viuente. & p̃ cām iam dictam patet ꝙ non ꝓcedit argumentum. Ad tertiū dubium tacta est solō ꝓ parte. dicitur. n. ꝙ ad illius congelationem satis adiuuat frigiditas capsulæ, quæ est frigida respectu cutis et etiam frigiditas aeris inspirati. Vel dicitur ꝙ non quælibet pars existens prope cor est calidior cute, imo aliqua est frigidior, licet quælibet talis sit respectu cutis minus frigida q̄ foret si esset distantior a corde. Circa istam materiam essent multa speculanda. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum potest dici probabiliter adipem & pinguedinem esse potentialiter calida. & hoc in potentia passiua, sicut oē vnctuosum sed hoc non repugnat dictis in q̄ōne. Ad secundum dicitur negando consequētiam, licet. n. materia sit calida agens tamen immediatum est frigidum. Ad tertium dicitur ꝙ adeps & pinguedo dum sunt viuentia sunt formaliter calidiora q̄ ipsis mortuis. non tamen virtualiter. vt satis dictum est. Ad quartum dr̄ negando consequentiam sicut satis patet ex dictis.

Calidū dupl̃r.

Adeps & pigue do consi derātur dupl̃r.

Quæstio, .xxv.

VIGESIMOQVINTO Quæritur. Vtrum cuiuslibet mēbri cōplō naturalis similetur ei ex quo nutritur. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo, quia tunc sequeret̃ ꝙ omnia membra nostri corporis forent sibijnuicē in cōplexione similia. cōsequens est falsum, vt patet. & arguitur consequentia, quia si quæstio esset vera, tunc cum quodlibet membrum nutriatur sanguine cuiuslibet membri, cōplexio naturalis est similis complexioni sanguinis naturali: sed quæcunq; in complexione similantur vni tertio inter se sunt similia. Secundo. si quæstio esset vera sequeretur ꝙ pulmo foret naturaliter complexionis calidæ & siccæ. consequens est falsum, & videtur contra Aui. in littera &c. arguitur cōsequentia, quia sanguis ex quo nutritur pulmo est complexionis siccæ: cum sit multum admixtus cholerę, vt ponitur in littera. ideo &c. Tertio. sequitur ꝙ quodlibet membrum nostri corporis esset complexionis temperatæ. consequens est falsum. et arguitur consequentia, quia ex nutrimēto temperato potest nutriri quodlibet membrum nostri corporis, sed quodlibet tale secundum naturalem eius complexionem similatur ei ex quo nutrit̃. ideo &c. Quarto. possibile est nutrimentum esse contrarium complexioni naturali membri quod nutritur ex eo. igitur &c. nota est cō sequentia & assumptum patet, quia potest sanguis esse frigidus cuiuslibet membri complexione naturali existente calida. igitur &c. Quinto. aliquod est membrum nostri corporis, cuius naturalis complexio non seruatur nisi per contraria. igit̃ &c. patet consequentia & assumptum quia cordis naturalis complexio non seruatur nisi a prohibentibus eius incendium & distemperamentum ad calm̄. talia vero sunt frigida. ideo &c. Sexto nutrimentū assimilat̃ mēbro & non econtra. ergo q̄ō falsa, patet consequentia & assumptum habet̃. 3. de virtutibus naturalibus a Gal.

In oppositum est Auicen. in littera.

In ista quæstione primo præmittēda sunt notabilia quędam & distinctiones. Secundo ponendæ sunt conclusiones de quæsito. Quantum ad primum sciendum ꝙ per complexionem naturalem membri intelligere debemus complexionem conuenientem siue debitam membro pro suis operationibus exercendis. Econtra vero per accidentalem quæ non est debita vel requisita pro suis operationibus ꝓducendis siue cum illa remaneat membrum intra latitudinem sanitatis siue non. Exemplum primi. sicut est cōplō hepatis per quā gn̄at humores conuenientes ꝓ nutricatione. Exēplū secundi. sicut est cōplō reperta in pulmone in eo posita ab humiditatibus & vaporibus phlegmatibus & catarrhis ad pulmonē peruenientibus, licet. n. in pulmone quantum est de se non esset huiōi humiditas acc̃ntalis ab his vaporibus &c. adhuc pulmo esset sibi sanus et cōuenient̃ suas exerceret opōnes, iō cōuenient̃ dr̄ hæc cōplō acc̃ntalis. Secūdo sciendū est ꝙ duplex est nutrimentū. Qd'dā opans a mā tm̄ respcū eius, respcū cuius dr̄ nutrimētū. Qd'dā operās a mā & a q̄litate sil̃. Exēplū primi. sicut sanguis tpatus. Exēplū scd'i. sicut sanguis gn̄atus ex lactucis q nō solū opatur, q̄a in corpus trāsmutet̃, sed etiā refrigerādo corpus aliq̄lr alterat. Et dixi notant̃ respcū eius respcū cuius dr̄ nutrimētū vel ē, q̄a idē nutrimentū, qd' respcū vnius dr̄ nutrimētū et respcū vnius mēbri diceret̃ opari solū a mā aliqd' aliud mēbrū notab l̃r alteraret, & trāsmutaret, vel īfra cap̄. illo. de eo qd' comedit̃ etc. patebit. Tertio sciēdū ꝙ adhuc dupl̃x ē cuiuslibet mēbri nutrimētū. qd'dā ꝓpriū & qd'dā cōe. Exēplū de cōi vt massa sanguinea dr̄ nutrimētū cōe oīum mēbroꝝ, eo ꝙ ex ea apta sūt oīa mēbra nutriri. In totali. n. massa ista repibilis est ps sanguis cuilibet mēbro ꝓportionalis: exēplū de ꝓprio sicut nutrimētū sic cōueniēs ossi ꝙ nō alteri mēbro dr̄ nutrimētū ꝓpriū ossis. Quarto sciēdū ꝙ adhuc cuiuslibet mēbri nutrimentū ꝓpriū est duplex. Quoddam appropriatū siue ꝓpinquū iā dispositū dispōnibus mēbri et ꝓpinquū subæ mēbri: vt humiditates secundæ. Quoddā est mediatū siue remotū: sicut sanguis ꝓportionatus ossi dr̄ nutrimentum ossis ꝓprium. In ꝓposito maxime est sermo de nutrimento ꝓprio secundo modo dicto. sic. n. exēplificat Auic. in littera de sanguine nutriente pulmonem. manifestum. n. est ꝙ nutrimētum ꝓprium primo mō dcm̄ est sile

Cōplō mēbri duplex & quid.

Nutrimentū duplex.

Mēbri nutrimētū ꝓpriū duplex.

membro & econuerso, vt patet ex qd nois nutrimenti proprij taliter accepti.

Cõplo mẽbri siſari nutrimento duplex.

Quinto principal̃r sciendũ ꝙ cõplonem mẽbri similari ei ex quo nutrit̃ possumus dupl̃r imaginari. Primo formalit̃ vtrũq; ipsoꝝ ad idẽ medium generis .ſ. cutim cõparando. Secundo corrñdenter, vt sit sensus ꝙ quale est mẽbrum in gñe membroꝝ respectu cutis tale est nutrimentum mẽbro ꝓportionatum in gñe nutrimentoꝝ; respectu .ſ. nutrimenti conuenientis medio gñis. Imaginandum est .n. ꝙ sanguis est massa cõis nutrimentalis omniũ membroꝝ hñs in se difformitatẽ corrñdentem difformitati membroꝝ nr̃i corporis, vt quantã habet difformitatẽ os & caro tantã habet pars sanguinis ꝓportionata ossi a parte sanguinis ꝓportionata carni, & sic de alijs. Et ideo sicut se habet os inter mẽbra nr̃i corporis quoad cõplonẽ eius naturalem, ita nutrimentũ ꝓportionatũ ossi se habet ad nutrimentum alijs mẽbris ꝓportionatum. Sexto sciendum ꝙ similitudo vel ꝓportionalitas nutrimẽti ad membrũ qñq; ꝓuenit ex parte qualitatũ manifestaꝝ vt similitudo sanguis grossi melãcholici ad os. Qñq; autem ꝓuenit ex parte qualitatis vel dispõnis occultæ, sicut est hepar conseruatiuũ hepatis & sibi conforme, & stomachus stomachi: & pulmo pulmonis & gñaliter quodlibet mẽbrum humanũ eiusdẽ speciei cum illo, sicut colligi põt quinto colliget. & decima tertij de pulmone vulpis asmatico conferente. & decimasexta. 3. cap. de colica de intestinis lupi conferentibus in colicis. & decimaquarta tertij de hepate lupi conferente hepati humano, & sic de alijs. Ad ꝓpositum est hic sermo de similitudine primo mõ dicta & non secundo mõ dicta. Vlterius præmittendũ est cuiuslibet mẽbri conseruationẽ maxime fieri per nutrimẽtũ: sed de hoc magis infra videbit̃. quare &c.

Auerrois Asmatici cura est pulmo vulpis & aliorũ siſia.

Quantum ad secundũ articulũ sint istæ cõclones.

Prima cõclo. Non cuiuslibet mẽbri naturalis cõplexio similatur ei ex quo nutritur tanq̃ ex nutrimento cõi. patet per vnũ argumentũ adductũ añ oppositum. Secunda cõclo. Non cuiuslibet mẽbri naturalis cõplexio similat̃ nutrimento operanti a qualitate ex quo illud mẽbrũ nutrit̃. patet sil̃r, quia tale potest esse calidum mẽbro exñte frigido, & econuerso sicut satis est notum. Tertia conclusio. Non cuiuslibet membri naturalis complexio similat̃ complexioni nutrimenti eius ꝓprij formaliter vtrũq; illoꝝ cõparando ad cutim siue ad medium generis. patet. alterius enim complexionis est os comparatum cuti, & alterius sanguis ex quo nutritur &c. Quarta conclusio. Pro mente Aui. est hæc. Cuiuslibet membri nostri corporis complexio naturalis correspondenter similatur nutrimento eius proprio mediato a materia tantum operanti, quæ conclusio debet sic intelligi. qualẽcunq; gradum vel situm obtinet mẽbri naturalis complexio in genere membrorum siue in latitudine mẽbrorum talem obtinet nutrimentũ in latitudine nutrimentorum. patet, quia quodlibet mẽbrũ in sua cõplexione conseruat̃ nutrimento sibi ꝓportionato, & per consequens assimilatur nutrimento ꝓprio, sed nõ aliter nisi mõ iam dicto, vt patet discurrendo per alios modos sil̃itudis. igit̃ &c. patet consequentia cum añte. Itẽ os vt in naturali sua cõplone conseruet̃ debite oportet nutrimentũ ossis conuerti in partẽ ꝓportionalẽ vel silẽm parti resolutæ ab osse. sed ad hoc melius ꝓportionalis est sanguis grossus in gñe sanguis melẽci, sicut in gñe mẽbroꝝ. igit̃ &c. patet consequentia cũ añte.

Ad argumenta principalia rñdet̃. Ad primũ satis patet ex qõne. ꝓbat .n. non similari cuiuslibet mẽbri cõplonem naturalẽ nutrimento cõi: quod in qõne cõcessum vt patet. Ad secundũ dr̃ ꝙ Aui. ꝓbat ꝙ licet sanguis ex quo nutrit̃ pulmo sit multũ admixtus choleræ, ille tñ est ad modũ humidus. Sed tñ de hoc plus habebit̃ infra. Ad tertium dr̃ sicut de sanguine cõi dicebat̃. licet .n. non silet̃ur totali sanguini tẽperato, similat̃ tñ parti sibi ꝓportionali in sanguine tẽperato. Ad quartũ dr̃ ꝙ tunc erit nutrimentum non a materia, sed a qualitate operans. Ad quintum dr̃ ꝙ quãtũcunq; nutrimentũ cordis, immo & cuiuslibet membri sit membro aliquo modo contrarium, stat tñ illud fore eidem simile correspondenter vt dictum est. Et ita proportionabiliter dicere possumus de aere. Vel dicitur ꝙ per aerem non conseruatur cor vera & proprie dicta conseruatione, sed potius præseruatur per aerem, per nutrimentum tamen cõseruatur reponẽdo in eo tale quale deperditum est. Sed de hoc infra melius videbitur.

Conseruatio cordis per aerẽ.

Quæstio. xxvj.

VIGESIMOSEXTO Quæritur. vtrum qdlibet membrum secundum complexionem eius accñtalem similetur ei quod ab eo superfluit. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo, quia quod a pulmonis digestione superfluit est calidum & siccum, & tamen pulmo est accidentalit̃ humidus. igitur &c. patet consequentia, & assumptum ꝓ prima parte patet cum pulmo nutriatur sanguine cholerico vt vult Aui. in l'ra superfluitas debeat proportionari ei a quo deciditur, vt infra videbitur. ideo &c. Secundo possibile est quodlibet membrum nostri corporis secundum cõplexionem accidentalem similari ei ex quo nutritur. ergo pro tunc necessario non similabitur ei quod ab eo superfluit secundum complexionem accidentalem. patet consequẽtia; & assumptũ. pot̃. n. est nutrimentũ alterare quodlibet mẽbrum nr̃i corporis in eo qualitatẽ vel cõplexionem accñtalem ꝓducendo vt lactuca. ideo &c. Tertio sic principaliter arguitur. superfluitas membri deciditur a digõne membri. igitur per superfluitatẽ membri significare possumus super complexionem naturalem membri & non accidentalem. patet consequentia cum per superfluitatem decisam a digestione arguamus super bonitatem vel malitiam digestionis. & per consequens super perfectionem vel imperfectionem complexionis, quæ est instr̃m digestionis. & si sic videbitur superfluitatem &c. magis proportionari complexioni naturali q̃ complexioni accidentali membri. Quarto per vrinã significare possumus super digõnem hepatis & venaꝝ, & per egõnẽ super digõnem stõi, & intestinorũ, & per consequens super cõplonẽ corrñdentẽ nãlẽ. igit̃ &c.

In oppositum est Auic. in littera.

In ista qõne primo videbitur de principali quæsito. Secundo videbitur an sanguis ex quo pulmo nutritur vel debeat dici sanguis cholericus. Quantum ad primum præmisso ex antecedenti quæstione quid per complexionem accidẽtalem intelligere debemus. Sciendum primo ꝙ superfluitas est duplex .ſ. communis & propria. per superfluitatem communem intelligere debemus superfluitatem decisam a materia communi, vt feces a chylo, & vrinã a sanguine vel factam ab agente operante pro toto, sicut superfluitates dictæ prouenientes a calore stomachi vel hepatis operantium pro toto, vel quia producta ad finem communem vt sperma ad conseruationem speciei, vel quia ad membrum delegata est a toto sicut est superfluitas existens in pulmone ex catarrhis & vaporibus eleuatis a toto. Et sicut dicitur quatuor modis aliqua superfluitas communis ita quatuor modis oppositis dicitur propria. Primo quia decisa a materia propria vt superfluitas nutrimenti ossis. Secundo quia decisa ab agente non operante pro toto vt eadem ossis superfluitas. Tertio quia non ad finem communem. Quarto quia non membro delegata a toto, sed a determinato membro. Et de omnibus his potest intelligi in quæstione.

Sup̃fluitas duplex.

Sup̃fluitatis vtriusq; modus quadrupliciter.

Secundo sciendum quòd duplex superfluitas potest in membris inueniri, vel per viam defluxus, vel per viam congestionis. Exempla satis patent.

Sup̃fluitas in mẽbris dupl̃r.

Tertio sciendum quòd vtroque istorum modorum dupliciter in membro potest superfluitas reperiri. Primo ipso existente in naturali sua dispositione. Secundo ipso existente in dispositione præter naturam. Exempla satis patent. Quarto sciendum quòd huiusmodi superfluitas vel ibi moram longam contrahit vel non. Exempla satis patent. Tunc sit prima conclusio. Possibile est membrum secundum complexionem eius accidentalem assimilari ei ex quo nutritur. hanc conclusionem probat vnum argumẽtum adductum ante oppositum, vt membra calida

naturaliter nutrita ex lactuca, quæ fiunt accñtaliter frigida, & ita secundum accñtalem cōplonem assimilant ei ex quo nutriuntur. Nec est hoc contra Aui. in lr̃a nec contra determinata in præcedenti qōne. ibi. n. ex intentione Auic. dicebatur ꝙ cōplo naturalis membri similatur ei ex quo nutrit tanquam nutrimento proprio vel sibi proportionato qualr non est in casu conclusionis nunc positæ cum nutrimētum tale non sit proportionatum membris, quæ ex eo dicuntur nutriri, ideo &c. Secunda cōclo. Nō cuiuslibet membri nostri corporis in sua naturali dispositione existentis accidētalis complexio assimilatur superfluitati ꝑpriæ illius membri. patet quia superfluitas talis magis proportionatur complexioni naturali illius membri. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Tertia cōclusio principalis. Adhuc non cuiuslibet membri nostri corporis naturalitee se hñtis et habentis superfluitatē cōem primo secundo uel tertio modo dictā accidentalis cōplexio assimliat uel ꝓportionat superfluitati communi primo secundo uel tertio mō dictę. patet, quia hepate naturaliter se habente cōsimiliter stomacho urina & egestiones attestantur naturali complexioni hepatis & stomachi, ideo &c. Quarta conclusio. His membris non existentibus in sua naturali dispositione pole est superfluitates communes primo secundo uel tertio modo dictas proportionari uel similari complexionibus istoꝝ mēbrorum accidentalibus. patet, quia urina existente cholerica super digestionem accidentaliter cholericam hepatis significamus & ipsa phlegmatica similiter, ideo &c. Et nullā illarum conclusionum uoluit Aui. in littera dum dixit mēbrum secundum accidentalem complexionē assimilat &c.

Quinto de mente Aui. est hæc. Superfluitas communis in membro existens per uiam defluxus & longam contrahēs in membro moram similatur membro secundum complexionem membri accidentalem. Patet. Primo discurrendo de pulmone & cerebro. Et arguitur ratione: quia talis communis superfluitas contrahens &c. necessario alterat membrum sua qualitate uel suis qualitatibus quæ non sunt necessariæ membro nec requisitæ ad suas operationes exercēdas. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter patet intuenti. Et hanc intellexit Aui. Quantum ad secūdum articulum est sciendum primo. Aliquem sanguinem esse cholericum potest intelligi dupliciter. Primo. n. sanguinem cholericum in genere intelligere possumus sanguinem calidum et siccum in cōparatione ad sanguinē tēperatum. Secundo per sanguinē cholericum intelligere possumus sanguinem, cui multa admixta est cholera siue per talem choleræ admixtionem reddat sanguis siccus vel non. Secūdo præmittendum ꝙ pulmo secundum complexionem eius naturalem est complexionis calidæ & humidæ, & hoc vē de mente Auic. in littera. Tertio præmittendum ꝙ cuiuslibet membri complexio naturalis similatur ei, ex quo nutritur membrum ad intellectum datum in pręcedenti quęstione. Quarto præmittendum ꝙ non necessario ꝑ quālibet admixtionē cholere redditur sanguis siccior temperato sanguine, hoc satis patet. Tunc sit prima conclusio. Sanguis ex quo nutrit pulmo non est cholericus primo mō. patet, qa non est calidus & siccus. igit &c. patet consequētia et assumptū ꝓbat, quia pulmo est naturaliter calidus & humidus, sed talis est sanguis ex quo nutritur pulmo in gñe sanguinis qualis est pulmo in gñe mēbroꝝ. igit &c. patet cōsequentia cū añte. Secunda cōclo. Sequitur ꝙ licet multa chola admixta sanguini nutrienti pulmonē sit potens illum sanguinem calefacere, non tñ est potens ipsum multū exiccare. Prima pars patet. Secunda similitee, quia alias ille sanguis esset siccus. Tertia cōclo sequitur. Sanguis nutriens pulmonem est sanguis cholericus capiendo cholericum secundo modo. patet quia huiusmodi sanguis est multæ choleræ admixtus, vt experientia docet, cū sit subtilis fumosus rubeus rubedine clara, vt patet cum spuitur sanguis ex ruptura venæ in pulmone, & colligitur etiam hoc quarta particula aphor. quicunq; expuunt sanguinē spumosum, Itē cōcludi potest ex pulmonis leuitate & spongiositate &c. Ad argumenta principalia rñdet. Ad primū satis patet ex dictis in secundo articulo quid rñdendum est. Silr ad alia quid sit respondendum patet ex primo articulo, quare &c.

Sanguis cholicus dupłr.

Quæstio. xxvij.

VIGESIMOSEPTIMO Quæritur. Vtrum membra in hoc ca. ab Aui. graduata in suis complexionibus graduentur taliter per cōplones coꝝ innatas, vel influētes, vel innatas actuatas per influentes. Arguit primo ꝙ per innatas solū. Primo, quia capilli ponuntur inter cęteras partes complexionis maxime siccæ ꝑꝑ hoc ꝙ ex eis raro nutrit aliquod aial sed hoc est graduare ipsos pee suā innatā cōplonē tm̄. igit &c, patet cōsequentia & assumptū silr.

Et confirmat idē secundo, os ponit siccæ cōplonis ꝑpter eius duriuē. sed per nullā cōplonē influentē est os durū. igitur &c, patet consequentia, & maior in lr̃a. & arguit minor, quia ossi non influitur nisi spiritus aut sanguis quoꝝ quodlibet est corpus humidū respectu cutis vt satis patet. igr̄ etc.

Confirmat. idē sic, hepar ponit minus calm sanguine ꝑꝑ ipsum esse sanguinem congelatū, sed notū est ꝙ hoc est ipsum graduare secundū cōplonē innatā. igit &c. patet consequentia cū añte. Itē quarto graduare mēbra vel partes alias nr̃i corporis est in varias qualitatū mēsuras & denotationes attribuere secundū coꝝ varietatē, sed per illā cōplonem maxime sunt membra in suis cōplonibus graduanda per quā maxime diuersificant inter se, maxime autē diuersificant inter se secundum coꝝ cōplexiones innatas. igit &c. consequentia prima satis patet & vltima, sed arguit minor quia in complexione influente vr̃r fere oēs partes nr̃i corporis esse siles cū eadē vel valde similis sit influentia super toto cordis & alioꝝ principaliū membroꝝ, vbi tñ cōplones innatę mēbroꝝ & partiū nr̃i corporis sunt sibi inuicem maxime contrariæ, ideo &c. Secundo ad principale arguitur ꝙ mēbra & partes iam dictæ graduent secundū cōplones coꝝ influentes. Primo venæ & arterię per cōplones coꝝ innatas sunt frigidæ cōplonis, & tamen inter mēbra calida graduant ab Aui. igit &c. patet consequentia et assumptum colr. Secundo quia ab Aui. ponitur sanguis calidior hepate ꝑpter continuitatē quā habet cum corde, sed per illam continuitatē non recipit innatā. sed præcise influentē cōplonē. igit &c. consequentia nota & assumptū silr satis patet.

Gradare membrū gd.

Tertio pulmo ꝑ accñtalem cōplonē eius ponit humidior hepate, sed notū est ꝙ accñtalis cōplo nō est nisi influēs. igitur &c. patet cōseqñtia. & totū assumptū colr in lr̃a. Tertio ad principale arguit ꝙ per cōplonem innatā actuatam per influentē. Primo quia cutis volæ ponit cōplonis tēperatissimę. & non per innatā cum sit cutis neruosa, nec per influentē tm̄: vt satis patet. ergo ponenda est talis per complexionem innatā actuatā per influentē. consequentia patet & assumptū silr intelligenti. Et confirmat hoc auctoritate Aui. in lr̃a dū inquit cutē esse mēbrū tēperatū, quia fere in ea æquantur caliditas venaꝝ & sanguis & neruoꝝ frigiditas, pōt autē hoc totū aggregatū cōstituere cōplonē innatā actuatā per influentem. Tertio per illā cōplonē graduāda sunt mēbra nr̃i corporis per quā suas pricipalr perficiūt operationes ad quas sunt finaliter a natura ordinata & reperta, sed hoc in oībus aut ī pluribus partibus nr̃i corporis est per cōplonē innatā actuatā per influentē. igit &c. patet consequentia, & minor silr discurrēdo per partes nr̃i corporis, & patet maior, quia mēbra nō graduant ab auctoribus in suis cōplonibus nisi vt ipsis cognitis sciamus naturales cōplones coꝝ conseruare, & præternaturales abijcere, naturales autem cōplones conseruande vr̃r innatæ actuatę pee influentem. ergo &c. patet consequentia cum añte.

Ad oppositum est Auicen. in littera.

Respondendo ad hanc quæstionem primo præmittent quædam terminorum distinctiones & notabilia. Secundo ponentur conclusiones de quæsito. Quantum ad primū. Sciendum est primo ꝙ per complexionem innatā duo intelligere possumus. Primo enim complexionem membro

Cōplo innata duplr.

vel

vel corpori naturalem exñtem siue proportionatam ꝓ suis operationibus & sic distinguitur complexio innata contra complexionem accidentalem vel præter naturam:et nõ cõtra influentem:immo taliter capiẽdo complexionem innatam aliqua complexio influens est naturalis vel proportionata membro pro suis operationibus exercendis. Secundo per complexionem innatam intelligere possumus complexionem in complexionato consurgentem merito suorũ miscibilium, sicut exempli gratia est complexio in neruo resultans merito humorum ex quibus generaẽ neruus in quo dominantibus partibus frigidis resultat complexio nerui frigida & calidis calida. similiter complexio in musculo resultãs merito complexionis carnis & nerui & ligamentorũ ingredientium complexionem musculi dicitur innata musculo, & sic de alijs. Et taliter capiendo complexionem innatam distinguitur innata cõtra Influentem. Complexio enim influens non consurgit in membro merito suorum miscibiliũ sed aliunde sibi influitur sicut satis patet de complexione data musculo a corde vel cerebro per spiritus animales vel vitales a corde & cerebro ad musculum transmissos. Secũdo sciendum ꝙ per complexionem innatam actuatam per influentem intelligere possumus iuxta communem modũ loquẽdi auctorum totum aggregatum ex complexione innata & influente per quam innata iam dicta perficitur et iuuatur: vt sit conueniens instrumentum partiale operationũ ad quas mẽbrũ finalr̃ ordinaẽ. Exẽpli grã. musculus finalr̃ ordinaẽ a nã ad motũ voluntariũ per eius cõplonẽ innatam solũ non posset esse conueniens instrm̃. requiritur igiẽ in ipso musculo præter complexionem in ipso merito componẽtium ipsum insurgentem complexio influens cordis & cerebri ex qua similiter cum complexione præexistẽte in musculo siue fuerit præexistẽs tempore vel natura resultat, una totalis complexio qua redditur musculus instrumentũ conueniens motus voluntarij. Ex quo patet hanc complexionem influentem actuare innatam, quia perficere talit̃ ipsam vt simul cum influente fiat partiale instrumentum operationum iam dictarum. Ex his omnibus patere potest intellectus distinctionis communiter ab auctoribus positæ. s. ꝙ complexionum, quædam est innata, quędam influens, quædam innata actuata per Influentem. Patet scdõ quid est complexionem innatam actuari per influentem. Tertio principaliter sciendum ꝙ per graduationem membrorũ nostri corporis in suis complexionibus non aliud intelligere debemus in proposito nisi attributionem determinatæ mensuræ complexionis membris, puta temperatæ vel tantum a temperata recedentis. Et hoc per temperatam intelligendo in proposito complexionem medio generis attributam. s. cuti. Et ex hoc patet quid sit graduare mẽbra aut partes nostri corporis per complexionem innatam aut, influentem. Quarto principaliter sciendum est ꝙ in partibus nostri corporis quatuor possumus imaginari mensuras complexionales distinctas. Sicut exempli gratia in musculo. Primo quidem imaginamur complexionem in eo innatam tantum de qua iam dictum est: & hanc etiam imaginamur in quolibet simplicium componentium organicum. Secundo imaginamur innatam actuatam per influentẽ in quolibet simplicium existẽtem pro operatione propria cuilibet illorum vt consimilium consimile est debitum, sicut est cõplexio debita carni musculi pro sua nutricatione. Tertio imaginamur mensuram complexionalem organico attributam per quam perficit organicum operationes organici, vt organicum est, sicut musculus pro operatione sensus & motus, per nullam enim complexionum iam dictarum videtur musculus conueniens instrumentum sensus & motus, patet enim plures perfici operationes consimilium cõponentia organicum, organici tamen operatione ut organicum est impedita similiter in musculo aliquanta reperitur spirituum vitalium & animalium quantitas pro operatione sensus & motus quanta non requireretur in eodem si non forent sensus & motus voluntarij. igitur &c. Quarto vero imaginamur mensuram complexionalem in membro secundum maiorem vel minorem distantiam eius a fonte caloris siue cordis, notum est enim ꝙ cæteris paribus membrum quod est cordi propinquius est calidius q̃ simile mẽbrum a corde remotius eodem, siue organicum fuerit siue consimile, vt neruus vel adeps alicuius membri vt satis patet. Et ꝙ hæc mẽsura complexionis in membro vel parte nostri corporis reperta differat a complexionibus mensuris alijs prius dictis patet ex multis. Primo quia membrũ vel pars nostri corporis existens secundum alias mensuras frigidum respectu cutis potest secundum hanc quartã mensuram sibi attributam esse calidum respectu cutis, & situari in latitudine proportionata sibi opposita, vt neruus cordis calidior est q̃ sit cutis volæ temperatæ quantũcunq; secundum alias mẽsuras cõplexionales prius dictas respectu cutis esset frigidus ex quo patet ꝙ licet neruus secundũ cõplexionem quæ sibi debetur vt neruus est sit mẽbrum frigidum, secundum tamen complexionem conuenientem ut taliter vel tantum propinquus est cordi potest esse mẽbrũ carne calidius. Secundo videtur secundum quosdam differre hæc complexio iam dicta ab Influente cum qua tamẽ videtur maiorem habere conuenientiam, vt ponit Gentilis; quia influens communicatur magis membro per spiritum transmissum per arterias &c. hæc autem magis mediantibus fumis & vaporibus a corde & membris propinquis ꝓuenientibus, licet non sit negandum ꝙ mediantibus spiritibus cõmunicetur, sed magis mediantibus vaporibus q̃ iã dictæ: immo per simplicem alterationem deducto spiritu transmisso imaginandum est a corde, aliquantam mensuram caloris membris tribui propinquis. Tertio secundum Gentilem differt hic modus complexionis &c. quia hic magis fundatus est in vaporibus q̃ in membro. Econtra vero est de mõ complexionis Innatæ actuatæ per Influentem. Et similiter de influente. Additur adhuc alia differẽtia, quia tres primæ mensuræ complexionales sunt necessarię membro: vt per illas suas exerceat operationes. hæc autem quarta nõ, sed qualiter hoc veritatem habeat infra patebit. Ad propositum secundum vnãquãq; mensuram iam dictarũ possumus imaginari graduari partes nostri corporis in suis complexionibus. Quinto principaliter præmittendum est ꝙ multiplex potest esse inuestigatio vel modus inuestigandi complexiones membri. Primo per tactum qualiter membra & partes extrinsecæ nostri corporis maxime graduantur. Secundo ratiocinio siue ratione, sicut dicimus neruum frigidum eo quòd debet esse instrumentum motus ne inflammetur ex motu, & tamen notum est ꝙ si tactus talem neruum tetigisset neruum cordis non posuisset frigidum. Tertio antiquorum testimonio dimittendo rationem & experimentum. Quarto ex consideratione complexionis innatæ: vt puta consideratione complexionis in membro resultantis, merito miscibilium ingredientium compositionem membri. Ad propositum ut patebit omnes uel plures istorum modorum, graduandi membra tetigit Auicen. in littera quod notanter fecit vt nobis innotescerent omnes modi graduandi membra nostri corporis.

Sexto principaliter præmittendum ꝙ in isto capitulo nõ graduantur membra vel partes nostri corporis nisi pro quanto existentia actualiter sunt in corpore humano, hoc satis patet ex dictis: quia non graduantur membra uel partes iam dictæ nisi ut sciatur eorum complexio naturalis in sua naturali dispositione, & debite sciamus partes nostri corporis conseruare & permutare eas ad illam cum fuerint ab eadem lapsæ, ideo &c. Præmittendum est ulterius ꝙ membra nostri corporis diuersarum specierum maiorem abinuicem habent contrarietatem per complexionẽ eorum innatam q̃ per eorum influentẽ hoc satis notũ est intuenti & discurrenti per singula membra nostri corporis diuersarum specierum. Et dixit notanter de membris diuersarum specierum. Eiusdem. n. speciei mẽbra adinuicẽ maiorẽ habent drĩam per cõplonem influentẽ q̃ per innatã. Notũ

Cõplo triplex.

Actuari cõplonẽ innatã ꝑ influẽtẽ quid.

Cõplonalis mẽsura quadruplex.

Cõplonis mẽbri inuestigatio q̃d. uplx

est.n.ꝙ neruus exñs ꝓpe cor diuersificatur multum a complexione nerui pedis quod non est per innatã, quia merito miscibilium suorũ sunt eiusdem cõplonis, sed non per influẽtem. vt patet ex dictis. Quantum ad secundũ sit prima cõclo. Non quæcunq; membra in gradibus suarũ cõplonũ sunt distincta taliter abinuicẽ per cõplones eorũ innatas distinguũtur. patet ex dictis. neruus.n. cordis alterius gradus cõplonis est q̃ neruus pedis qd᷑ non est per cõplonẽ innatam: ideo &c. Secunda cõclo est hæc. Euidentius mẽbra vel partes nr̃i corporis distinctarũ spẽrũ abinuicẽ in gradibus suarũ cõplonum per innatã cõplonem distinguunt̃ q̃ per influentẽ. patet, quia euidentius apparet gradus cõplonis dictõ consurgens merito illorũ miscibiliũ, iõ &c. Ex ista conclusione sequit̃ primo ꝙ qualitercunq; distinguunt̃ aliqua membra nr̃i corporis per complexionẽ eorũ innatã, taliter eadẽ distinguuntur abinuicem per influentem stante vtrobiq; in fluxu consimili, patet hoc corrolarium de se.

Secundo sequitur ꝙ non qualiter se hñt adinuicem aliqua membra distincta specie per eorũ complexiones innatas taliter se habẽt per innatas actuatas per influentes, patet, licet enim cor per complexionem innatam tñ nõ sit calidius hepate: multo tñ est eodem calidius secundum cõplonem influentem innatã & actuatã per influentẽ &c. Similiter licet caro per complexionem eius innatã sit multo calidior neruo, neruus tñ cordis per cõplexionem influentem & innatã actuatam &c. est carne pedis multo calidior. Silr̃ licet in cõplexione innata pauca sit drĩa arteriæ eius ad venã, in complexione tamen influente multum abinuicem gradualiter distinguuntur siue diuersificantur. Tertia conclusio principaliter sequens est hæc. Partes & membra nr̃i corporis in suis complexionibus siue organica siue simplicia fuerĩt, q̃nq; graduãt̃ per cõplonẽ innatã, q̃nq; per influentẽ, q̃nq; per innatam actuatam per influentẽ hæc cõclo patet. Hepar.n. ponitur minus calm̃ sanguine, quia est sanguis cõgelatus, quod vr̃ esse per cõplonem innatã. silr̃ ponitur musculus minus calidus carne simplici ꝑꝑ neruos & ligamenta ingredientia cõpõnem musculi, ideo &c. patet cõsequentia. Et secũda pars cõclonis patet, quia cor ponitur calidius hepate & cæteris membris propter spũm exñtem in ipso, ideo sanguis ponit̃ calidus valde ꝓpter spm̃ quem recipit a corde. Patet tertia cum cutis volæ ponat̃ temperatæ complexionis, quia nõ patitur a mixto æqualiter, ideo &c. & qa est index qualitatum tangibilium extranearũ, quod non videbitur esse nisi per complexionem innatam actuatam per influentem. Ex his patet ꝙ ad sufficienter cõprehendendum cõplones innatas mẽbrorum & etiã innatas actuatas per influentes non sufficit sola cognitio tactualis, imo q̃nq; requirit̃ discorsus, & aliq̃n experimentũ, & adhuc aliq̃n stamus auctoritati illud testificanti, licet inter oẽs sensus huic magis seruiat tactus. Secundo sequit̃ mẽbra in hoc cap̃. graduata non solũ talr̃ graduari per cõplones innatas &c. sed aliqua per innatas & aliqua per influentes. Et ex hoc patet rñsio ad quæsitũ principale: quia cũ hæc oĩa non semper de eodẽ mẽbro sint possibilia haberi q̃nq; in graduãdo aliquod mẽbrum ꝓcedimus vna via q̃nq; alia, vt patet intuenti, & secundũ hoc cõuenit mẽbrum graduari q̃nq; per cõplonem innatã, q̃nq; per influentẽ &c. quos modos oẽs tetigit Aui. in lr̃a.

Dubia. Sed circa dicta occurrunt dubia. Primum dubium. Vr̃ ꝙ nullum mẽbrum nr̃i corporis sit graduandũ nisi per cõplonem innatã actuatã per influentem. Non.n. ꝓpter aliud mẽbra nr̃i corporis graduantur nisi vt cognito gradu suæ cõplonis sciamus ipsa conseruare & ad illud gradum perducere mẽbrum cũ ab illo lapsum fuerit vt suas operationes possit mẽbrum perficere. cõplo igit̃ graduata est illa per quã perficit mẽbrum operationes sibi debitas: quæ est cõplo innata actuata per influentem &c. patet consequentia & assumptum similiter intelligenti. Secundum dubium est. Non videtur ꝙ in membro organico sit aliqua alia mensura complexionalis ꝓ operationibus organicis vt organicum est q̃ illa quæ debetur cõsimilibus, immo ꝙ illa eadem cõclo præcise cum qua perficiũt consimilia organici suas operationes & organicum illud resultãs ex consimilibus, cuius tñ oppositum superius ponebatur. ꝓbatur hæc propositio, quia membrum organicum est idẽ quod eius consimilia simul sumpta cum totum sit suæ partes igitur nihil subiectiue est in organico quod non sit subiectiue in consimilibus & per consequens per complexionẽ exñtem in consimilibus perficit organicum membrũ suas operationes. Et confirmatur, quia si aliqua complexionalis mensura requireretur pro operationibus organici ut organicum est quæ non requireretur pro operationibus consimilium vt consimilia sunt sit illa mensura.a. & sit mensura b. per quam perficiunt consimilia suas operationes, et sequitur ꝙ non repugnat.a. distemperari non distemperata.b. mensura. Pono igitur ꝙ ita fiat ꝙ distemperetur.a. ita vt operationes ab.a. prouenientes sensibiliter lædantur & patet distemperamentum.a. esse ægritudinem complexionalem & non consimilis vt sequitur in casu. Etiam per distẽperamentum.a. non læditur operatio alicuius cõsimilis. igitur distemperamentum.a. est organici ægritudo: & per cõsequẽs aliquis morbus complexionalis est organicus quod non apparet rationabile. Et confirmatur idem quia sicut ꝓbatum est huiusmodi complexio non est subiectiue nisi in consimilibus componentibus organicum illud ita ꝙ pars eius est in partiali consimili & tota in omnibus: vel igit̃ huiusmodi complexio est tota in omnibus consimilibus naturaliter, vel præter naturam. Si dicitur secundum sequit̃ hãc complexionem lædere operationes consimilium. Si dicitur primum, sequitur per hãc perficere consimilia operationes sibi debitas vt consimilia sunt, & per consequens non sunt huiusmodi mensuræ cõplexionales abinuicẽ distinctæ &c.

Tertium dubium. Videtur ꝙ non sit ponenda alia & alia mensura complexionalis membro siue consimili siue organico, secundum maiorem vel minorem propinquitatẽ eius ad cor. Primo quia neruus in corde vel cordi multum propinquus existens foret continue communiter cum dispositione præternaturali sibi quod non videtur rationale. & arguitur consequentia, quia neruus est naturaliter frigidus respectu cutis sensibiliter calidę, igitur neruus existens in corde est sensibiliter a sua dispõne naturali remotus, & per cõsequens &c. patet consequentia cum añte. Et confirmat̃ vt prius, quia vel talis mensura complexionis est neruo iã dicto naturalis, vel præter naturam. Si primum cũ per quãlibet complexionem membro naturalem perficiat membrum operationes debitas sequitur ꝙ per hanc complexionẽ perficit neruus suas operationes, cuius tamẽ oppositum innuit Gentilis & alij hanc complexionem mensuram asserentes. Si dicitur secundum sequitur inconueniens superius conclusum. s. neruum esse in dispositione sibi præternaturali. Et confirmatur idem tertio, quia duobus membris contrarijs non conuenit eadem complexionalis mensura, sed neruus cordis & caro cordis sunt membra naturaliter contrariatum complexionum. igitur eis non conuenit eadem mensura complexionalis sed præcise eadem videtur acquiri ex propinquitate ipsorum ad cor si ex propinquitate iam dicta acquiritur aliqua complexionalis mensura, igitur etc. tota deductio huius argumenti satis patet. Ad hæc omnia per ordinem respondetur. Ad primum concedendo quòd membra nostri corporis vtplurimum suas exercent operationes per complexionem innatam actuatam per influentem. Et dico notanter vtplurimum propter mẽbra quæ ab auctoribus dicuntur habentia virtutem innatã tantum quæ principalem eorum operationem exercẽt maxime per inatam complexionem eorum. Et dicitur ꝙ tam complexio innata q̃ influens q̃ complexio innata actuata per influentem indicat de sui conseruatione cum qualibet illarum sit cõplo naturalis, iõ necesse est medico scire graduare membra secũdum unãquãq; illarum complexionũ. Conceditur tamen membra habentia uirtutem innatam actuatam per influentẽ maxime esse graduanda in suis cõ-

plexionibus

plexionibus secundum eorum complexionem īnatam actuatā per influentem. Negatur tamen consequentia illa cum infertur non esse graduanda membra in suis complexionibus per complexionem eorum innatam. Et si concluditur ex his saltē nulla membra fore graduanda per complexionem eorum accidentalem, cuius tamen oppositum videtur facere Aui in litera dum graduat pulmonem per humiditatem accidentalem. Dicitur ꝙ hoc etiam oportuit Aui. facere cum a complexione accidentali membri etiam sumi possit indicatio de quantitate & qualitate approximandorum mēbrorum ad conseruandum eius naturalem dispositionem, ut satis patet intelligenti. ideo. &c. Ad secundum dubium dicitur primo a quibusdam ꝙ si sumatur complexio. proprie

Cōplō duplr.

prout est qualitas resultans ex actione & passione qualitatū elementorum &c. sic nulla complexio est attribuenda organico, solum.n. illi proprie est complexio attribuenda, quod ē īmediate resultans uel compositum ex elementis vel his quę elementis proportionātur vt humor, hoc autem est consimile & non organicum vt satis patet ideo &c. Si autem sumatē complexio pro toto aggregato ex pluribus complexionibus & partium similium componentium organicum vnū sic eēt organico attribuenda aliqua complexio quæ non esset complexio alicuius consimilium ꝗuis omnium simul sumptorꝫ, & cum hac complexione totali perficit organicum operationes suas & nullum consimilium cum eadem perficit operationes suas. Et secundum hoc facile responderetur ad argumenta adducta in primo dubio, cuius solō secundum hāc viam non procedit secundum intellectum superius dictorū. Notum.n. videtur ꝙ cū Gentilis & alij auctores ponunt aliā mensuram complexionalem pro operationibus organici ꝗ̄ consimilium componentium organicum, non intelligunt ꝑ huiusmodi mensuram aggregatum ex complexionibus consimilium omnium componentium organicum illud. Iō videtur aliter respondendum ad dubium concedendo s. ꝙ in membro organico nulla est mensura complexionalis ꝓ suis operationibus requisita alia complexione suorum consimilium. Et consimiliter conceditur ꝙ per illam complexionē perficiunt consimilia suas operatiōes per quam organicum vt organicum est. Verbi gratia. licet in musculo pro operationibus voluntarij motus exercēdis sit plus de spiritu ꝗ̄ nō præcise operationes consimilium essent exercendæ siue perficiēdæ tamen imaginandum est hunc spiritum & calorem in consimilibus ab huiusmodi spū positum effectiue concurrere ad operationes suorum consimilium vt consimilia sunt. Quia tamen hanc mensuram caloris & hunc spūm recipiūt consimilia secundum exigentiam organici cuius sunt partes, & non secundum absolutam exigētiam suarum primarum operationum, ideo hanc mensuram attribuūt organico. Verbi gratia. caro cordis ad perficiendas operationes sibi conuenientes vt caro absolute est non indiget tanta mensura caloris quanta in ea actualiter reperitur dum est pars cordis, & similiter neruus cordis. igitur mensuram illam caloris quę in carne cordis est vltra illam quæ sufficeret sibi ad exercendū operationes suas absolute secūdum ꝙ caro est attribuunt auctores cordi quia. s. non est in carne nisi pro ꝗto est pars cordis. Consimiliter per omnia dicitur de neruo cordis, & vr̄ de quocunq; consimili componente aliquod organicum. Et dicitur vlterius ꝙ totalis illa mensura caloris quæ est in carne cordis secundum cordis exigentiam est instrumentū carnis cordis pro suis operationibus sibi competentibus inꝗtū consimile tale est, quia talis organi pars ē. Et ita dicitur de caliditate existente in neruo cordis, & sic de alijs. Cum igitur dicitur hanc mensuram complexionalem esse principium operationis organici inꝗtum organicum per hoc non excludunt quin sit etiam operationum suorum consimilium principiū non absolute sed secundum ꝙ consimilia huiusmodi organicum componentia. Et per hęc argumenta adducta pro secundo soluuntur. Ad primum conceditur vt deducit argumentum ꝙ in organico non est aliqua mensura caloris vl̄ complexionalis, quę non sit in consimilibus suis. Ad confirmationem dicitur ꝙ nulla est mensura requisita pro operationibus organici vt organicum est quæ non sit requisita ꝓ operationibus consimilium prout consimilia sunt huius organici partes. Conceditur tamen ꝙ aliqua est mensura requisita pro operationibus organici prout organicum est quæ non est requisita pro operationibus consimilium, ꝓut absolute sunt consimilia. cum remissiori.n. calore ꝗ̄ sit caliditas existens in carne cordis perficit caro suas operationes conuenientes sibi vt caro est. Et ex hoc vlterius patet ꝙ distemperamentum non est morbus organicus sed potius consimilium ut patet satis. Sed forte cōtra hoc arguitur. quia ꝗ̄ ratione distemperamentum ꝗ̄titatis attribuitur organico & non consimili eadem ratione distemperamentum in huiusmodi complexiōe requisita pro operationibus organici videtur esse organico attribuendum, sed primum attribuimus organico, vt satis patet. igitur &c. consequentia nota & minor arguitur, quia ægritudo in ꝗ̄titate non dicitur morbus organicus nisi quia tanta vel tanta ꝗ̄titas pro operationibus debita licet sit in cōsimilibus, non tamen est in eis nisi ad finem organici. igit̄ pari ratione hic morbus complexionalis debet dici organicus. licet.n. talis complexio sit ī consimilibus subiectiue, nō tamē est in eis nisi ad finem organici. Sed huic dicitur negando hanc similitudinem, tanta.n. vel tanta ꝗ̄titas non est ordinata aliquo modo ad operationes consimilis, quia nec inꝗtum absolute consimile, nec inꝗtum est consimile huius organici. patet enim ꝙ partes illius consimilis suas perficerent operationes sub minori ꝗ̄titate. Similiter ꝗ̄titcunq; caro manus augeretur ꝗ̄titate, dum tamen eadem permaneret complō æqualiter suas perficeret operationes inquantum caro, et adhuc inꝗtum caro manus nutriretur.n. vt conuenit carni manus & superfluitates expelleret &c. Sic autem non est in cōplexione consimilibus attributa ad finem organici. Si.n. caro cordis mutaretur ab eo quod est in corde sibi sano nullo modo perficeret suas operationes sibi conuenientes inꝗtum huiusmodi caro est talis organici pars, ideo huiusmodi distēperamentum attribui potest carni & non primum vt patet intuenti. Ex his patet responsio ad aliam confirmatiōem.

Ad tertium dubium dicitur negando illam consequentiam. s. ꝙ tunc neruus cordis &c. Et cum arguitur ꝙ quilibet neruus est frigidus &c. Dicitur hoc concedendo per complexionem eius innatam, non tamen necessario per influentem, dispositio.n. cum qua stare potest neruus sanus habet latitudinem satis magnam non præcise contentā in latitudine membrorum frigidorum. Ad confirmationem dicli cōcedēdo ꝙ per huiusmodi complexionem exercet neruus operationē suam. Et dicitur vlterius ꝙ ponētes hanc complexionē non esse principium non plus volunt nisi ꝙ huiusmodi complō non est requisita pro operationibus consimilis vt consimile talis speciei absolute, & hoc est verum. Q. si aliter hoc intelligant dictum eorum est absolute negandum. Ad aliā cōfirmationem dicitur ꝙ idem tāꝗ̄ vl̄ principium potest esse causa contrariorum conseruatiua, sicut medicina temperata & cibus temperatus, similiter eadem cælestis influentia quę est contrariorum conseruatiua. Vnde imaginandum est de membris nostri corporis adhuc eiusdem speciei sicut de hominibus habitantibus contraria climata. Sicut indi habent complexionem humanam & habent complexionem talē vel talem secundum qualitatem climatis, cum qua tamē ꝑficiunt suas operationes, & ita sclaui, & adhuc regionem tēperatam hītantes. Ita neruus existens prope cor secundum propinquitatem hanc aliter complexionatus est ꝗ̄ neruus pedis. Istorum tamen vtrunq; per suam complexionē suas perficit operationes. igitur &c. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum cum suis confirmationibus satis patet responsio, conceditur. o. illa membra graduari ꝑ complexiones innatas eorum. Ad secundum consimiliter respondetur ꝙ membra de quibus idem arguitur graduanē per complexiones influentes. Ad tertium similiter respōdetur. Hic superius posset moueri quęstio utrum cor sit siccę complexionis. Ad quam uidetur consimiliter rn̄dendū

Nerui cōplo.

ſicut ad quæſtionem qua quæritur. vtrum ſit cor calidius qȝ ſit in corpore noſtro poſt ſpiritum, ideo pertranſeo. Item plures aliæ poſſēt q̄ōnes moueri litterales ſuper hoc capitulo. Iſta tñ q̄ſtio I. 2. techni I tractatu de diſcraſijs cordis declarata ē.

Quæſtio. xxviij.

VIGESIMOOCTAVO Quæritur. Vtrū eiuſdem corporis compl̄o naturalis & ætatiua abinuicem diſtinguātur. Arguitur multipliciter ꝙ ſic. Primo quia aliter de eis fruſtra Aui. & alij auctores cap̄a facerent diſtincta. ſufficeret enim vnum eiſdem cap̄m ſi ſunt idem realiter. Secūdo arguitur ſic. accidentali complexione permutata pmanet complexio naturalis eadem. igitur &c. conſequentia tenet, quia quorūcunqȝ plurimum vno mutato vel variato nō. variatur alterum. illa ſunt diſtincta. & aſſumptum patet. Phlegmatica enim complexio in ſor. permanet eadem in pueritia & iuuentute, & tamen permutatur vel variatur ętatiua vt ſatis patet. igitur &c. Tertio cum eadem complexione naturali poteſt corpus permanere continue a primo inſtanti ſuæ generationis vſqȝ ad inſtans mortis naturalis, ſed non poteſt permanere cum eadem complexione ætatiua continue cum neceſſario tranſeat per pueritiam & iuuentutem ideo, &c. tota conſequentia patet cum antecedente. Et confirmatur, quia alicuius corporis naturalis complexio eſt talis ſimplicit̄ igitur &c. patet conſequentia & ſimiliter prima pars añtis, et ſecunda pars arguitur, quia nulla complexio ætatiua ē apta durare talis ſemper vel vt multum. igitur &c. conſequentia nota eſt quid nominis diſpōnis ſimpliciter talis, & patet aſſumptum diſcurrendo per ſingl̄as ętates, quia nec pueritia nec iuuentus &c. eſt apta permanere talis ſemper vel ut multum. igitur &c. Quarto ad principale ſic. indicatio ſūpta a complexione naturali quandoqȝ eſt contraria indicationi ſumptæ a complexione ætatiua eiuſdē corporis. igitur &c. patet conſequentia eo ꝙ ab eodem non poſſunt ſumi indicationes oppoſitæ vel contrariæ, & aſſumptum probatur, quia complexio naturalis humida faciliter tolerat ieiunium, & ſic ab ea ſumitur indicatio de raro vel parum exhibendo cibū. complexio autem ætatiua humida vt pueritia difficulter tolerat ieiunium, & ſic ab ea ſumitur indicatio frequenter vl̄ multæ oblationis, igitur &c. conſequentia nota. & aſſumptū colligitur octauo terapeu. & aphoriſmorum. 7. illo apho. Corporibus humitas. & ſecunda pars añcedentis patet per Auic. quarta primi cap̄. de cibatione febricitantium, & per Hipp. apho. prima apho. illo. Senes facillime tolerant ieiunium. & Gal. in commeto. Quinto ſit ſor. naturaliter colericus, & arguitur ſic. ſor. naturalis complexio conſeruanda eſt per ſicca, ſed ſortis eiuſdem complexio ætatiua conſeruanda eſt ꝑ humida. igitur naturalis complexio ſortis non eſt complexio ætatiua eiuſdem. conſequentia nota & patet maior, quia conſeruatio fit per ſimilia, & minor colligit̄ ex ꝓceſſu ab Hipp. apho. primi illo apho. Humidæ dietæ. Sexto. naturalis cō plexio eſt res naturalis, ſed complexio ętatiua eſt complexioni naturali annexa igitur &c. conſequentia nota eo ꝙ nihil ē ſibi annexum. & aſſumptum ponit Ioannitius & alij plurimi auctores. Et confirmatur, quia principia naturalis cō plexionis & ætatiuę ſunt diſtincta. igitur &c. patet conſeq̄ntia & aſſumptum arguitur, quia naturalis complexionis principia ſunt qualitates elementorum. ætatiuę vero principium eſt actio calidi in humidum naturale, quare &c.

Ad oppoſitum arguitur per complexionem ętatiuam corpus per ſe perficit. operationes ſibi debitas. igitur compl̄o ętatiua eſt naturalis. & per conſequens. &c.

In iſta quæſtione prīo ponēntur præambula quędam. Secūdo ponentur concluſiones de quæſito. Q̄tum ad primū eſt notandum ꝙ per complexionem naturalem debemus in propoſito intelligere complexionem corpori conuenientem aut proportionatam vt virtus mediante ipſa tanq̄ proportionali ſuo inſtrumento ſuas poſſit producere operatiōes qualiter dicimus complexionem temperatam eſſe complexionē naturalem temperato & cholericam cholerico &c. Secundo præmittendum eſt ꝙ varietas ętatum & complexionum

Cōpl̄o natura lis q̄d.

ætatiuarum in nobis conſurgit ex varia proportione vel habitudine calidi naturalis ad humidum naturale noſtri corpis, & econtra. Quandoqȝ. n. talis eſt habitudo calidi ad humidū ꝙ potēs eſt calidum huiuſmodi humidum extendere etiam plus reſtaurare q̄ de ipſo reſoluatur, & humidum calidū in ſua naturali mēſura conſeruare. Quandoqȝ autem ſufficit calidum q̄tum reſoluitur tantum reſtaurare, & non plus et tā tum humidum adhuc ſufficit calidum in ſua graduali menſura conſeruare. Quandoqȝ autem talis eſt habitudo calidi ad humidum &c. ꝙ præciſe ſufficit minus reſtaurare, nec in eadem menſura ſufficit calidum in humido conſeruari, ſed cō tinue gradualiter minuendo procedit. Et ſecundum hoc diſtīguitur in nobis ætas adoleſcentiæ contra ętatem conſiſtētiæ & ſenectutis, vt circa literam dictum eſt. Ex quo patet ꝙ ꝑ complexionem ætatiuam non aliud intelligere debemus niſi complexionem exiſtentem in nobis cum tali vel tali habitudine calidi ad humidum & econtra ex qua in nobis cōſurgit poſſibilitas crementi aut conſiſtentię aut diminutio calidi vel virtutis. Tertio principaliter præmittendum ē ꝙ iuxta communem modum loquendi auctorum cū dicimus aliquam ætatiuam complexionem calidam eſſe vel fridā &c. hoc nō dicimus reſpectu complexionis temperate ſed reſpectu alterius vel aliarum ætatum. Si. n. dicimus complexionē ętatiuam ſor. pueri cholerici eſſe humidam non intelligimus hoc reſpectu temperatę complexionis pueri, ſed reſpectu iouentutis vel ſenectutis, vt ſatis patet. Quarto principalit̄ præmittendum ꝙ non repugnat eādem diſpōnem diuerſis et contrarijs comparatam cōtrarias denominationes recipere, quod circa literam declaratum eſt complexio. n. temperata reſpectu phlegmaticę dicitur calida & ſic. complexio, quę tñ reſpectu cholericæ dicitur frigida & humida. Et ætas iuuentutis reſpectu ſenectutis dicitur ætas humida, quæ tamen reſpectu pueritiæ dicitur ſicca, vt patet in litera, & ſic de multis alijs. Ex quo patet ꝙ ab eadem diſpōne diuerſis cōparata poſſumus indicationes diuerſas contrarias ſaltem ſecundum denominationem habere complexio enim temperata reſpectu phlegmaticæ eſt calida & difficulter tolerās ieiuniū vnde ab ea phlegmaticę comparata ſumitur indicatio de offerendo multum cibum & frequenter, ſi tamē compararetur cholericę ab ea ſumitur contraria indicatio vt ſatis patet.

Ætatiuarum & complexionum varietas unde.

Cōpl̄o ętatiua quid.

Quantum ad ſecundum ſit prima concluſio. Compl̄o ætatiua eſt compl̄o naturalis probatur ſic compl̄o ętatiua eſt virtuti conueniens & proportionata. igitur compl̄o ætatiua eſt compl̄o naturalis. patet conſequētia ex quid nominis cōpl̄onis naturalis, & aſſumptum ſatis patet compl̄o. n. pueritiæ ſortis eſt conueniens ſorti inſtrumentum & ſic de alijs. Item quælibet compl̄o viuētis eſt naturalis vel accidentalis, ſed notum eſt compl̄onem ætatiuam nō fore accñtalē igit̄ &c. patet conſequentia cum antecedente. Secunda concluſio eſt hæc. Cuiuslibet corporis compl̄o naturalis eſt eiuſdē cō plexio ætatiua. concluſio probatur ſic. cuiuslibet corporis compl̄o naturalis eſt compl̄o cum tali vel tali habitudine vl̄ proportione calidi ad humidum. igitur &c. patet conſequentia ex quid nominis compl̄onis ætatiuæ ſuperius poſitæ, & aſſumptum ſatis patet. Pro iſtis etiam concl̄onibus adduci pñt argumenta alia. Vt quod fruſtra fit ꝑ plura &c. Et ꝙ ſi huiuſmodi compl̄ones forēt diſtinctæ, vel hoc eſſet diſtinctione numerali vel ſpecifica. Non primum, quia ex his nō fieret cōpl̄o vna, plura. n. accidentia ſolo numero differentia ex quibus non efficitur vnum non poſſunt in ſubiecto vno exiſtere. Nec ſecundum, quia diſtinctæ compl̄ones totales ſecundum ſpeciem videntur præparare ad formas ſpecie diſtinctas. Item in nullo membro ſaltem conſimili poteſt poni compl̄o ætatiua diſtincta contra naturalem eius compl̄onē igitur &c. patet conſequentia & arguitur aſſumptum, quia in nullo conſimili ſunt plures totales proportiones qualitatum primarum ex quibus poſſit compl̄o reſultare. igitur &c. conſequentia nota cum antecedente. Et plura his ſimilia poſſent adduci. Tertia concluſio. Licet ita ſit, complexio tamē naturalis & complexio ętatiua ſunt abinuicem ſecundum ſuas

formales

formales rationes distinctæ. patet, quia licet eadem res sit cõplexio naturalis & ætatiua, secundum tamen aliam rationẽ dicitur ętatiua, & secundum aliam dicitur complexio naturalis, vt patet ex quid nominis complexionis naturalis & ætatiuæ. Ex his omnibus sequuntur corrolaria quędã. Primum corrolarium. Cuiuslibet corporis sani simpliciter cõplexio ætatiua est simpliciter talis. patet quia quælibet talis est dispositio naturalis. igitur &c. Secundum. Quælibet cõplẽo ętatiua sana ægra vel neutra simpliciter est apta pmanere semper vel vt multum sana ægra vel neutra. patet ex quid nominis complexionis sanæ vel ægræ vel neutræ simpliciter. Tertium corrolarium. Cõplexio ętatiua pueri facilliter tolerat ieiunium. probatur sic. sit sor. puer phlegmaticus. & arguitur sic. hæc complexio phlegmatica faciliter tolerat ieiunium, & hęc eadem est complexio ętatiua pueri. igitur &c. patet consequentia & assumptum ex dictis. Nota tamen q non est concedendum complexionem ætatiuã esse aptam permanere talem ętatiuam semper vel vt multum, licet enim semper vel vt multum permanebit non tamen permanebit ætatiua talis. Similiter licet concedendum sit in casu corrolarij tertij cõplexionẽ ætatiuam pueri facilius etc. non tamen ratione qua ætatiua. sed qua frigida vel phlegmatica. Similiter dicendum est q licet omnis indicatio sumpta a complexione naturali sit sumpta a complexione ætatiua. Aliqua tamen vel aliqualis sumitur indicatio a complexione vt naturalis est, quæ tamen non sumitur ab ea rõne qua ætatiua & econtra. Similiter licet sit concedendum cõplẽnẽ ætatiuam permanere eãdem a principio pueritiæ vsq ad finem senectutis saltem secundum specificam denominationem, quia continue permanet temperata vel sanguinea &c. non tamen permanet eadem ætatiua vel eiusdem denominationis specifice sub hoc genere ętatiuum. Et hęc omnia satis nota sunt intelligenti. Ad argumenta principalia respõdetur Ad primum dicitur q quia distincta est rõ formalis complexionis ætatiuæ & complexionis naturalis, & non quia sint in eadem abinuicem realiter distinctę fecerũt Aui. & alij auctores distincta capitula sicut in pluribus alijs frequenter contingit. Ad secundum dicitur negando assumptum. Quandocũq enim complexio ętatiua mutatur, & cõplexio naturalis etiam permutatur, licet non permutetur ratione qua naturalis. v.g. forte puero temperato existente dũ permutatur ad iuuentutem complexio naturalis recipit varietatem istam intra tamen latitudinem suæ naturalitatis. vnde illa complexio quæ prius dicebatur puerilis nunc dicitur iuuenilis, ideo dicimus complexionem ętatiuam esse permutatam. Quia tamen sicut prius ille erat puer temperatus, ita iam erit iuuenis temperatus non dicimus permutatam eẽ complexionem naturalem. Non plus per hoc intelligitur nisi per hanc varietatem acquiritur huic complexioni noua specifica denominatio sub hoc genere ętatiuum, & non sub hoc genere naturalis complexio. Et hoc est permutari hanc complexionem ratione qua ętatiua est & non ratione qua naturalis. Ad tertium cum eius confirmatione satis patet p idem responsio & per dicta in quęstione. Ad quartum dicit̃ negando consequentiam, & conceditur q ab eodem diuersis comparato sumi possunt indicationes contrariæ saltem secũdum denominationem vt complexione phlegmatica pueri temperate comparata & comparata alijs ætatibus eiusdem puta iuuentuti. Ad quintum concesso antecedente in casu argumenti negatur consequentia, sicut enim complexio sor. pueri cholerici respectu aliarum ætatum eiusdem est humida quę respectu pueri temperati est sicca, ita q eadem ẽ sicca & humida respectu diuersorum. Ita ea quæ cõueniunt p conseruatione complexionis huius simul sunt sicca & humida respectu diuersorum, humida respectu eorum quę sibi cõueniunt iuuentute & alijs ætatibus, sicca vero respectu conseruantis complexionem naturalem corporis tẽperati. Ad sextum dicitur q cõplexio ætatiua ẽ ita res naturalis sicut naturalis complexio, quia tamen non dicitur naturalis ratione qua ætatiua, ideo dicitur sibi annexa, sicut si diceret risibile aut risibilitatem esse quid annexum homini. Ad confirmationem dicitur q eadem sunt principia naturalis & ætatiue complexionis. Et dicitur q ętatiue complexionis principia effectiua non sunt calidum & humidum &c. plus q̃ naturalis complexionis, licet secundum aliam & aliam proportionem & habitudinem calidi ad humidum varientur denominationes complẽonis, vt ætatiua est & non vt naturalis.

Quęstio. xxix.

VIGESIMONONO Quæritur. Vtrum quatuor sint ætates. Et arguitur multipliciter q non. Primo non plures sunt ætates q̃ duæ igitur &c. patet consequentia, & assumptum probatur auctoritate philosophi primo de generatione ponentis pręcipue duas ętates. s. ętatem perfectus, & ętatem defectus. Secundo non sunt ponendę plures ætates q̃ tres. igitur &c. consequentia nota, & assumptum probat̃, quia omnis ętas vel est ętas cremẽti vel status vel decremẽti. igitur &c. Et confirmatur, quia ętas senectutis non ẽ distinguenda in ętatẽ primę & secundę. igitur non sunt ponendę nisi tres. patet consequentia & arguitur assumptum, quia si talis foret diuidenda diuideretur vt eã diuidit. Aui. in ętatẽ ĩ qua est virtutis debilitas occulta & in ętatem in qua ẽ hmõi debilitas manifesta. Sed arguitur q non quia similiter p idẽ ętas augmenti foret diuidenda in ætatem in qua est occultũ & in ętatem in qua est virtutis manifestum augmentum, & per consequens essent quinq & non quatuor solum. Tertio principaliter sic non est danda consistendi ętas. igitur etc. patet consequentia & assumptum probatur, quia nulla ẽ ętas in qua non procedat continue humidum exiccando. igit̃ &c. consequentia videtur nota & assumptum similiter. Et cõfirmatur idem cõtinue per actionem virtutis nutritiuę restauratur humidum in pueris pro vita deterius. ergo nulla ẽ ætas consistendi. consequentia videtur nota & assumptum infra declarabitur. Et confirmatur idem, quia in fine ętatis consistendi vel versus finem virtus est debilior & operationes imperfectiores q̃ in principio vel medio ętatis eiusdem, igitur in nulla ętate debet dici corpus consistere. consequentia videtur nota & assumptum probatur, quia fortitudo virtutis reperta in corpore versus finem consistentię per minorem latitudinem distat a fortitudine virtutis in eodem reperta tempore senectutis. igitur &c. consequentia nota & assumptum probatur, quia per minorem alterationem & exiccationem permutatur ad illam vel remouetur, igitur minus distat ab ea. Consimiliter arguitur per omnia de operationibus puenientibus a corpore existente iuxta finem suę consistentię. s. q per minorem latitudinem distant ab operationibus eiusdem tempore senectutis. igitur &c. Quarto huiusmodi ætates non attribuuntur alijs ab homine, igitur non sunt homini attribuendę consequentia videtur nota, quia non apparet ratio diuersitatis, non. n. dicimus vinũ vel aurum aut theriacã eẽ decrepitã vel senectutẽ hr̃e. videt̃. n. q uinũ vel theriaca in senectute sua si senectus eis attribuatur sint perfectioris uirtutis, & per consequens illa non est senectus. igitur &c.

Ad oppositũ est Aui. in lr̃a. Aetates omnes sunt quatuor.

In ista quęstione erũt duo articuli. In primo videbitur de principali quęsito. Secundo videbit̃ qualiter sit ponẽda ętas consistentię vel non. Quantum ad primum sciendum ẽ q ætas sumitur dupliciter. Primo proprie. Et sic ętas non est nisi viuentis corporis dispositio mensurata tempore cum tali proportiõe calidi ad humidum & ecõtra. sic. n. dicimus dispõnem fortis pueri esse ætatem pueritię pro q̃to est hoc tempore. 14. vel. 15. annorum mensurata cum tali habitudĩne calidi ad humidum, vt. s. calidum possit illud humidũ extendere & augmẽtare. Secundo & improprie sumitur ætas pro tempore hanc dispõnem mẽsurãte, ęqualiter improprie dicimus. 30. annos esse vnam ętatem, & sumitur hic modus loquendi de ętate ex hoc, quia. n. videmus in. 30. annis variari hanc corporis dispõnem & calidi habitudinem ad humidum ad quam gratia exempli sequitur augmẽtum dicimus. 30. annos esse hanc ętatem. Et ex hoc conuenit q ętas a multis diuersimode distinguitur. Quidam enim ut Albertus

Ætas dupl̃r.

Albertus magnus

alamanus in libro de ętatibus ętatem ſic diffiniuit: Ætas eſt terminus in quo virtus vitæ omnem perficit ſuæ menſuræ modum niſi per accidens impediatur. Alij autem ſic deſcribunt.

Ætas quid

Ætas eſt menſura menſurans diſpoſitiones corporis viuentis. Alij autem ſic deſcribunt. Ætas eſt ſpatium vel tempus vitæ animalis quo creſcit, ſtat diminuitur occulte, & poſtea manifeſte. notum eſt autem q̃ in his deſcriptionibus poſitis ſumitur ætas pro tempore ipſam corporis viuẽtis diſpoſitionem menſurãte. Aliter ergo deſcribitur ætas proprie ſumpta. Ætas eſt corporis diſpoſitio temporali periodo menſurata per quam corpus augetur, ſtat, occulte vel manifeſte diminuitur ſecundum variam habitudinem calidi naturalis ad humidum naturale, & taliter ſumitur ætas in propoſito ab Aui. in lntera.

Secundo principaliter ſciendum eſt q̃ diuiſio ætatũ q̃nq; ſumitur ex parte variarum diſpoſitionum nobis ĩtrinſecarũ, puta ex varia proportione vel habitudine, & per conſequens actione calidi naturalis in humidum radicale. Quandoq; aũt ſumitur ętatum diſtinctio ex parte cauſarum cęleſtium vſuũ, quia planetarum diſtinctorum dñantiũ nobis in diuerſis partibus totalis periodi vitæ noſtræ. Et ſic diſtinguunt aſtrologi ętates humanas in ſeptem, quia ſeptem ſunt planetæ in diuerſis temporibus inclinantes dirigentes nos in actionibus noſtris. Vnde prima ætas ſubijcitur dominio lunæ.

Ætatis diſtinctio ſecundũ aſtrologos.

Sicut n. luna mater eſt humiditatum, ita in hac prima ætate in nobis plurima abundat humiditas. Similiter ſicut luna eſt velocis motus & variabilitatis, quia creſcit & decreſcit &c. ita pueri propter indiſcretionem in operationibus ſunt variabiles.

Horatius

Vnde Horatius. Quando puer paribus geſtit colludere & iram Colligit ac ponit pro deponit &c. Et iſta ætas durat vſq; ad. 10. annum. Secunda vero ætas dominio mercurij. Tunc. n. apparet proprietates mercurio attributæ, nũc. n. incipit puer diſcretus fieri, & eloquens & velocis motus corporei quę proprietates mercurio attribuũtur.

Ouidius

Vnde Ouidius. Ego ſum qui iuſſa per aura Verba patris porto pater ẽ mihi iupiter ipſe. Et iſta ętas durat vſq; ad decimum quartum annum. Tertia ætas ſubijcitur veneri. Tunc. n. apparent ꝓprietates veneris, quia efficiuntur pueri venerei, quia in venereis delectantur & volunt ire politi & bene induti vt placeãt amaſijs ſuis, & volunt ire æquites ante hoſtia ipſarum vt appareãt diuites. Vnde horatius.

horatius

Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto Gaudet æquis canibuſq;. Et hæc ætas durat uſque ad. 22. annũ. Quarta ætas ſubijcitur dominio ſolis. Sol. n. inclinat nos ad optima, pura uirtutes & honores, et ita homines tunc efficiuntur uirtuoſi & attenti ad honores et uolunt doctorari & ire cum cauda poſt ſe. In hac ætate capit iuuenis proprie denominationem uiri. Vnde magiſtraliter dicitur a uireo uires. nam uirtute florere debet cum ad ætatem peruenit ipſe virilem. Et durat iſta ætas vſq; ad trigeſimum quintum annum vel quadrageſimum. Quinta ętas ſubijcitur dominio martis. Tunc. n. ſunt homines valde bellicoſi, & durat iſta ętas vſq; ad quinquageſimum vel quinquageſimũquintum annum. Item tunc audent magna & periculoſa facere, puta tractatus & mortes inimicorum, ſubuerſiões ſtatuum, acquiſitiones dñiorum.

Ioannes bentiuolus ciuis mediocris factus tyranus.

Vt Ioannes de Bentiuolijs ciuis mediocris exiſtens prorupit ad dominium Bononie capiendum, & illam hũit ſub dominio. 15. menſibus, ſed tandem interfectus eſt. Sexta ætas ſubijcitur Ioui. iupiter. n. inclinat homines ad appetendum bona ardua & alta & ſpernendum uilia & tranſitoria caduca. Et ita conuenit homini, quia in hac ætate incipit curare ſalutem animæ & mundana ſpernere & petit glĩam paradiſi.

Dãthes

Vnde Danthes. Quãdo me uedo in quella parte De la mia ętate, che a çaſchadũ derebbe Calar le uele & abaſſar le ſarte. Et durat iſta ætas uſq; ad ſexageſimum annum & plus et minus ſecũdum naturales cõplexiones. Septima ætas ſubijcitur ſaturno. Tunc. n. apparent maxime ĩ homine proprietates ſaturni. ſ. triſt a.

Virgil.

Propter quod virgilius. Triſtiſq; ſenectus. Auaritia & miſeria.

horatius

Vnde horatius. Multa ſenẽ circũueniunt incõmoda uel q̃ Quęrit et inuentis miſer abſtinet & timet uti.

Ariſto.

Difficilis quærulus. 1 Item philoſophus. 4. ethicorum. Videtur autem ſenectus & omnis impotentia illiberales facere. Et iſta durat uſq; ad finem uitæ &c. Ad propoſitum igitur, quia has cauſas uniuerſales non habet medicus inquantum medicus cõſiderare, ideo taliter Aui. & alij medicine auctores ętates abinuicem non diſtinxerunt, ſed ſolum ut dictum eſt ex uaria proportione calidi naturalis ad humidũ naturale. Tertio principaliter ſciendum eſt q̃ a principio generationis uſq; ad finem quatuor in nobis percipiuntur diſpoſitiones uariæ per actionem calidi naturalis in hũidũ ſecundum uariã eorum ꝓportionem adinuicem. Prima eſt in qua fit motus augmẽti & extenſio. Et hanc dicimus adoleſcentiam. Secundo ẽ per quam corpus in eadem q̃titatem permanet & in eadem fere menſura uirtutis & caloris graduali ſicut prius. Et iſtam uocamus conſiſtentiam. Tertia eſt in qua uirtus corporis & calor diminuitur ſiue diminui incipit, licet nõdum ſit ſenſibiliter diminuta. Et hanc dicimus ſenectutem primam.

Quarta eſt in qua uirtus corporis apparet ſenſibiliter decreuiſſe, unde corpus notabiliter læſum eſt in ſuis operatiõibus reſpectu eius quod prius fuit. Hanc appellamus ſenium ſiue ſenectutem ultimam. Et iſta eſt uia qua cõtra ſe inuicem diſtinguuntur ætatęs penes generales uarietates diſpoſitionũ nobis ad intra appentes. Quarto principaliter ſciendum q̃ licet ita ſit penes medicos philoſophi tamen uidentur generalius ętates contra ſe inuicem diſtinguere, quia nõ ſic ſpecialiter conſiderant mutationes in corpore humano apparentes ut medici.

Ætas perfectus quid & defectus.

Ideo dicũt duas eẽ ætates totum corpus noſtræ durationis comprehendentes. ſ. ætas perfectus & ętas defectus. Et per ætatem perfectus intelligunt ætatẽ totam in qua corpus perficitur uel eſt perfectum, ita ut patet comprehẽdũt adoleſcentiam & conſiſtentiam. Et per ætatem defectus intelligunt totalem ætatem in qua uirtus corporis diminuitur ſiue notabiliter ſiue nõ, et patet q̃ iſta includit primam ſenectutem & ſenium. Et tota cauſa huius diuerſitatis eſſe põt, quia medici uarietates ętatum conſiderant ſecundum q̃ ab eis in regimine corporum uarie ſumuntur ĩdicatiões. Quia igitur iſtæ ſunt quatuor, quia alia ſumitur indicatio ab adoleſcentia alia a conſiſtentia, alia ab ipſa ſenectute prima, alia ab vltimo ſenio, ideo &c. Philoſophus autem non conſiderat diſtinctionẽ ętatum, niſi pro q̃to corpus in illis acquirit ꝑfectionem, aut eſt ĩ ipſam deperdendo. Et nota q̃ quidam ſub ętate defectus comprehendunt conſiſtentiam dicẽtes q̃ licet per illam corpus non producat operationes imperfectiores, quia tamen immediate ad imperfectionem tendũt põt dici deficere. Et ex his patet quare in generali diuiſioe ętatum quam ponunt medici ætas adoleſcentiæ non diuiditur in ętatem ſenſibilis augmenti virtutis, & in ętatẽ occulti augmenti. Poteſt. n. dici hoc contingere, quia non ſic manifeſte in hac ętate hęc diuerſitas percipitur. vel aliter, quia in tota adoleſcentia ſumitur eadem ĩdicatio generalis adminiſtrationis dietę, quia ſemper eſt dandum multum &c. ĩ totali. n. ſenectute vtranq; comprehendente ſumuntur indicationes contrarię, vt colligitur in commento illius aphoriſmi Senes facillime ferunt ieiunium. Ex quibus omnibus concludi pñt concluſiones. Prima concluſio. Taliter conſiderando ętates qualiter conſiderant philoſophi non ſunt ponendę niſi duæ ętates generales vel tres ad plus. patet, quia ĩ omni ętate corpus, aut eſt perfectum, aut imperfectum, vel tendens ad imperfectionem, ideo nõ erunt niſi ætas perfectus et defectus, aut perfectus conſiſtentiæ & defectus.

Ætatũ numerus ſecũdũ medicos.

Secũda concluſio. Conſiderando ætates qualiter ipſas medici conſiderant contra ſe inuicem ſunt quatuor in nobis ętates diſtinguendę ꝓbatur, quia quatuor in nobis percipiuntur diſpoſitiones ad quas ſequuntur in nobis varię mutationes. igitur &c. patet conſequentia & aſſumptum patet. Primo. n. comprehendimus diſpoſitionem ad quam ſequitur augmentum. Secũdo ad quam ſequitur ſtatus uel permanẽtia in eodem &c. Et ex hoc patet quare Aui. in plures partiales ętates diuiſerit adoleſcentiam, & non ſic de alijs fecit, hoc. n. ideo fecit, quia plures apparent partiales uarietates in hac q̃ in alijs ętatibus, ut pa

ter

tet cum primo nascatur puer sine dentibus deinde nascūtur ei dentes, deinde loquitur & graditur deinde polluitur, deinde barbescit, quales varietates in alijs ætatibus nō percipiūtur, vt patet discurrendo, ideo &c. Tertia conclusio sequitur. Modus diuidendi ętates secundum philosophos nō contradicit diuisioni ætatum quam ponunt medici nec ecōtra. patet, quia vna diuisio potest ad alterā reduci. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter, quia omnis ętas vł est ætas perfectus vel defectus. Si primum, vel in ea corpus est perfectum vel tendit ad perfectionem. Si primum est cōsistencia. Si secundum est adolescentia. Si est ætas defectus vel in ea corpus est occulte vel manifeste debilitatum. Si primum est ætas senectutis primæ. Si secundum est ætas senij. Patet ergo q istæ diuisiones sunt conuertibiles &c. Quātum ad secundum pręmittendum primo est aliquam eē certam humidi latitudinem cum qua potest eadem mensura gradualis caloris conseruari merito actionis calidi naturalis in humidum q̄ntūcunq; non fiat augmentum, sed solum tātū quātum resoluitur restauretur. patet quia alias stati post augmentum inciperet caloe naturalis gradualiter diminui quod non apparet rationale. cum. n. difficilius sit calidum humidū extendere & augmentare q̄ sit ipsum se in sua mensura conseruare, & per tempus potest facere primum. igitur per tempus potest facere secuodum. Verum autem fiet aliqua varietas, vel non, non curat medicus, sed sufficit q nō sit uarietas a medico consideranda. Secundo præmittendum q continue humidum quod resoluitur est siccius & pro vita deterius licet non necessario pro operationibus & pro graduali mensura caloris conseruanda, hoc satis patet & infra declarabitur melius. Tunc sit prima conclusio. Non ꝓpter hoc aliqua dicitur ætas consistentię, quia in ea consistit corpus in eodem gradu siccitatis ætatiuæ continue, patet quia ætatiuę, corpus continue exiccatur & tendit ad mortem. igitur &c. patet consequentia & assumptum præmittendum est. Secunda conclusio. Non propter hoc dicitur aliqua ętas consistendi, quia in ea corpus in eadem q̄ntitate permaneat. patet quia possibile est a causa impediente in ætate adolescētię corpus in eadem q̄ntitate permanere & augmentum prohiberi, ideo &c. patet consequentia & assumptum similiter. Tertia conclusio. Propter hoc dicitur aliqua ætas consistendi, qa merito ꝓportiōis calidi ad humidū ī illa ętate existētis corpus in eodem gradu perfectionis suarum operationum ꝑmanet, & in eodem gradu fortitudinis virtutis & permanet cum eadem graduali mensura caloris. patet, quia per istas formales rationes sufficienter distinguitur ętas consistendi ab alijs ætatibus quibuscunq;. igitur &c. patet consequentia & assūptū considerāti. Ex ista conclusione sequitur q q̄ntūcunq; senex primus sub eodem gradu caloris inueniretur sub quo ipse consistens vel iuuenis erat, non tamen deberet dici consistens, vt patet. Quarta conclusio est hæc. Est dare ætatē consistendi. patet. quia est reperibilis ętas in qua conseruatur æqualis q̄ntitas corporis æqualis caloris gradualis mensura, & æqualis fortitudo virtutis. igitur &c. patet consequentia & assumptum satis notum est de se. Dixi notanter in præcedenti conclusione merito proportionalis &c. propter causas accidētales accidentaliter operationes imperficientes. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum satis patet ex dictis in quęstione. Ad secūdum similiter & ad eius confirmationem. Ad tertium negatur assumptum. & ad probationem dicitur q non per maiorem latitudinem fortitudinis virtutis distat &c. sed vtrobiq; æqualiter, & negaē consequentia per minorem alterationem transit ad illud igē etc. sic. n. contingeret arguere puerum a sene plus distare igē etc. Ad quartum dicitur q etiā alijs mixtis sunt huiusmodi ætates attribuendæ licet non sint sic nobis manifestæ. Et dicitur q vinum potest tantum antiquari q operationes eius erunt notabiliter imperfectæ. igitur &c.

Quęstio. xxx.

TRICESIMO Quęritur. Vtrum post ætatem consistendi calor naturalis incipiat diminui. Et arguitur multipliciter q non. Primo in aliquo corpore ante finem ętatis consistentiæ minoratur calor naturalis. igitur &c. patet consequētia & probatur assumptum, quia corpus a principio generationis ualde cholericum in senectute ē frigidum respectu temperati senis. igitur ante principium senectutis eius calor naturalis gradualiter minoratus est saltem ad gradum ęqualem gradui caloris temperati senis, alias. o. fieret saltus de extremo ad extremum sine medio. consequentia tenet & colligitur assumptum de mente Gal. 2. techni illo cap̄. Decidentie vero calida & sicca. Et confirmatur idem. Signetur primum instans senectutis fortis q sit nunc gratia argumenti. Et arguiē sic. for. nunc esse senex. igitur caliditas fortis ē remissior q̄ fuerit gradus caloris existentis in forte in medio instanti suæ iuuentutis, & per consequens est eodem i aliqua proportione remissior. Sit igitur gratia exempli in sexquialtero, & sit calor nunc existens in forte. a. & gradus caloris tempore iuuentutis. b. Et arguitur sic. a. est io sexquialtero remissius. b. & hoc per continuam remissionem caloris io forte. igitur prius fuit. a. remissius. b. minus q̄ in sexquialtero, sed continue prius fuit for. In ętate consistentiæ. igitur. &c. io. a consequentia patet & assumptum intuenti. Secūdo ad principale arguitur sic. possibile est post ętatem consistentiæ caliditatem fore ęqualem vel maiorem q̄ fuerit in ætate cōsistēdi. igitur &c. consequentia nota est & assumptum probatur, quia senex primus exercitatus & repletus cibarijs calidis videtur calidior q̄ ipsemet cōsistens frigidus & repletus cibarijs frigidis. Similiter senex post vtens cibarijs vel regimine calido potest esse calidior q̄ ipsemet erat cōsistens vtēs ocio & regimine frigido. Similiter quia phlegmaticus consistens potest reduci ad cholericum vel temperatum ita q in senectute erit temperatus vel cholericus senex, sed hoc posito sequitur propositum. igitur &c. Et confirmatur. Ponendo fortem in ætate consistentiæ, & sit iam tempus æstiuum, et sit in vltima parte consistentiæ, ita q in hyeme ingrediatur fortes ætatem senectutis primæ. s. in principio hyemis. Et arguitur sic. for. in hyeme sequente erit calidior q̄ nunc est & hoc caliditate naturali, & pro tunc erit for. in ętate senectutis primæ, & iam est in ætate consistentiæ. igitur &c. tota consequentia patet & colligitur assumptum de mente Hippocratis illo aphorismo. Ventres vere & hyeme calidissimi sunt natura, & a Gal. in commento eiusdem aphorismi. Tertio ad principale. si quæstio esset vera hoc maxime esset propter exiccationem vel resolutionem humidi. Sed arguitur q nō, quia tunc in senectute superueniente hectica calor continue fieret remissior, quod est contra experimentum. & arguitur iconsequentia, quia maior fit & est facta humidi consumptio in senectute superueniente hectica, ideo &c. Et confirmaē idem, quia humidum repertum in sene potest cōseruare gradum caloris intensiorem q̄ sit gradus vel fuerit existens i eo tempore iuuentutis, igitur potest æqualem caloris mensurā vel gradum conseruare. patet consequentia & assumptum cum ab intrinseco possit senex incurrere ephemeram ex fame, & ex illa in hecticam. Item maior est mēsura vł quātitas humidi io sene temperato q̄ iuuene cholerico, sed humidum iuuenis cholerici potest intensiorem conseruare mensuram caloris q̄ sit caliditas iuuenis temperati, igiē poterit conseruare gradum caloris temperati iuuenis, consequencia tenet, quia quicquid potest minus potest maius, & assumptum satis notum est intelligenti.

Hippo.

Gal.

Ad oppositum est Aui. io litera dicēs. Postea est sciēdum q caliditas post ętatem consistendi incipit minui.

In ista quęstione primo pręmittenda sunt præambula quędam. Secundo ponendæ sunt cōclusiones de quęsito. Quātum ad primum sciendum est primo q per ætatem coosistēdi vt supra tactum est debemus itelligere ętatem io qua corpus cæteris paribus merito proportionis calidi naturalis ad humidum naturale permanet vel aptum est permanere sub eadem vel æquali mensura caloris graduali & sub fortitudine virtutis eadem vel æquali, & in qua illud quod restauraē est æquale ei quod resoluitur. Econtra per ętatem senectutis

Intelligere debemus ætatē illam in qua corpus merito ꝓportionis calidi naturalis ad humidum aptum est continue in calore & virtutis fortitudine diminuendo procedere. Et dico notanter merito proportionis calidi naturalis, quia licet ab aliqua causa intendente calorem in sene cōtinue per tempus augendo procederet, aut sub eodem gradu permaneret, quia tamen hoc non foret merito proportionis iam dictæ nō diceretur illa ætas nisi ætas senectutis Similiter licet ab aliqua accidentali causa sit possibile remitti caliditatem continue in ꝑte consistentię, quia tamen illud non eueniret merito proportionis &c. illa ętas adhuc diceretur ętas consistentię. Consimiliter per omnia dici potest de alijs. Quantum ad secundum sit hęc prima conclusio. Possibile est in ætate senectutis caliditatem naturalem fore intensiue maiorem in aliquo corpore ꝙ̄ fuerit in eodem in ætate aliqua pręcedente. patet hæc conclusio per aliqua argumenta superius facta, ubi .s. non est paritas in regimine. Secunda conclusio sequitur. Possibile est caliditatē in tempore senectutis ęqualem esse gradualiter caliditati quæ fuit prius tempore iuuentutis. patet, quia pōt esse maior intensiue & potest esse minor. igitur potest esse æqualis. tota consequentia patet cum antecedente. Tertiam cōclusionem ponunt quidam. Corpus tale quod in ætate senectutis est calidius gradualiter ꝙ̄ fuerit tempore iuuentutis, plus & uelocius morti appropinquat ꝙ̄ si nō foret calidius, sed foret calidum pręcise sub mensura sibi debita merito ętatis. Hanc conclusionem probant sic huiusmodi corporis hūidum uelocius resoluitur a caliditate existente intensiori. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter intuenti.

Quarta conclusio potest probabiliter poni contra hāc. Nō necessario corpus tale est morti propīquius ꝙ̄ foret &c. probatur sic. Possibile est tali corpore facto calidiori meliorem esse proportionem calidi naturalis ad humidum ꝙ̄ foret. igitur &c. patet consequentia & assumptum. Ponendo tale corpus prius fuisse sanguineum humido dominante &c. Et dicitur ꝙ ista consequentia non valet eius humidum uelocius resoluitur. igitur &c. quia licet ita sit, cum hoc tamen uelocius & melius restauratur in casu, sicut ꝙ̄uis in sene sanguineo vel cholerico uelocius humidum resoluatur ꝙ̄ in phlegmatico vel melancholico sene, non tamen citius mors aduenit in eo cæteris paribus. Quinta conclusio ad mentem Aui. in litera. Stante paritate in regimine corporis & naturali complexione & causis accidentalibus omnibus deductis impedientibus continue post ætatem consistendi caliditas procedit minorando tam gradualiter ꝙ̄ q̄titatiue, ita ꝙ in instāti terminante consistentiam incipit &c. patet ex quid nominis senectutis superius posito. patet etiam conclusio per causas extinctionis calidi naturalis tactas in lrā, vt est humor phlegmaticus multiplicatus &c. Ex ista conclusione sequit̄ primo ꝙ corpus cholericum in senectute permutatum ad melancholicum non est in consistentia in gradu suæ caliditatis remissum. Sequitur secundo non necessario tale corpus in qualibet parte senectutis esse frigidę complexionis & siccę.

Patet tertio intellectus Aui in litera dum dicit. Postea sciendum ꝙ caliditas &c. Non plus enim voluit nisi ꝙ post ætatē consistentiæ incipit calor diminui in termino vel in instanti terminante ętatem consistentiæ .s. tam gradualiter ꝙ̄ q̄titatiue. iam enim humidum factum est terrestre valde vt non amplius sit instrumentum conueniens tante mensurę caloris vt infra magis declarabitur. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur negando assumptum. Et dicitur ulterius ꝙ licet in aliqua parte senectutis huiusmodi corpus sit frigidum respectu temperati senis, non tamen in qualibet, immo in aliqua parte senectutis huiusmodi corpus est calidius in aliqua ęqualiter calidum & in aliqua minus calidum. tota igitur hęc diminutio non prouenit nisi in ętate senectutis. Ad confirmationem dicitur non esse signabile primum instans senectutis fortis, sed vltimum non esse senectutis eiusdem, in quo .s. non erit fortis caliditas gradualiter minor ꝙ̄ sit in iuuentute, & immediate post illud erit minor, & tunc patet qualiter argumentum non procedit. Et si arguitur contra, quia tunc foret signandum vltimum instans consistentię for. Dicitur illud concedendo. Et conceditur cōsequenter in forte hanc mensuram humidi, quæ est in eo in illo instanti esse minimam, quę tantum gradus caloris sufficit conseruare cum illis circunstantijs scilicet cum tali dependētia a spiritibus & humoribus. Et notum est ꝙ hoc non includit aliquam repugnantiā. Ad secūdum principale dicitur concedendo totum ad quod deducit argumētum, sicut patet per aliquas conclusiones positas in quęstione. Et ad cōfirmationem dicitur ꝙ quando dicunt auctores caliditatem diminui in senectute respectu consistentię, debet hoc intelligi merito proportionis calidi naturalis ad humidum naturale, cum quo tamen stat per aliquid aliud superueniens posset illa caliditas maiorari vt caliditas aeris calorem interius uniēs & conseruans. acquirit tamen humidum dispōnem per quā remota causa calidum vigorante continue procedit calidum minorando. Aliter dicitur ꝙ illud quod dictum est intelligi debet cæteris paribus qualiter non est in proposito. comparatur enim corpus senis tempore hyemis eidem consistēti in ęstate. Si tamen comparatur corpus iam dictum senile existens in tempore hyemis ad seipsum dum fuerit consistens tempore hyemis patet ꝙ caliditas erit minor. Aliter dicit̄ ꝙ caliditas in corporibus fortis caloris est in hyeme intēsior & maior, in non robustis tamen & senibus vt innuit Gal. in commento aphorismi allegati oppositum contingere pōt.

Ad tertium principale dicitur ꝙ licet humidum in sene repertum ex conuenienti & naturali actione caloris naturalis in ipsum non sit sufficiens vt in eo conseruetur tanta mensura caloris sicut in tempore iuuentutis aut consistentiæ conseruabatur. ex actione tamen alicuius causę fortioris ad imprimendum in humidum illud posset esse sufficiens vt in eo tanta & adhuc maior conseruaretur mensura, sicut si seni occurreret fortis radius solis aut ignis aut aliqua causa īprimens febrē hecticam. Neganda est igitur illa consequentia. in hectico senē fit & est facta maior cōsumptio humidi. igit̄ &c. ut patet intuenti. Et per idem patet solutio ad confirmationem primam. Ad aliam dicitur negando illam .s. maior est mensura humidi &c. licet enim corpus sit humidius eius, tamen humidum est ad calidum conseruandum ineptius. Et negat̄ ꝙ quācunq; mensuram caloris sit sufficiens conseruare minor humidi mensura, sufficiens est conseruare qualibet maior nisi ponantur cætera paria, qualiter nō est in proposito.

Quęstio. trigesimaprima [xxxj.]

TRIGESIMOPRIMO Quæritur. Vtrū aer nos circundans continue exiccet corpora nostra. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo aer nos circundans cōtinue humectat corpora nostra. igitur &c. patet consequentia & assumptum probatur, quia aer nos circundans est humidus naturaliter. igitur &c. Secundo aer attractus per anhelitum ꝓhibet corporum nostrorum exiccationem vel saltem ei resistit & ipsam retardat. igitur &c. patet consequentia & assumptum. quia aer attractus prohibet super incensionem & inflāmationem spirituum, ad quam sequitur corporis velox exiccatio. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Tertio aer nos circundans tempore hyemis nullo modo pōt nos exiccare. igitur &c. patet consequentia & assumptum ꝓbat̄, cum tunc nos intensiue infriget & humectet. igitur &c. Et confirmatur, quia si continue nos exiccaret, hoc non posset poni nisi per influentias exiccatiuas continue in aere nos circundante ante receptas. Sed arguitur ꝙ non, quia possibile ē influentiam humectatiuam esse fortiorem ad humectandū ꝙ̄ exiccatiua ad exiccandum. igitur &c. patet consequentia & assumptum patet experimento de stantibus in nocte sub radijs lunę. tales enim vt plurimum incurrunt morbos frigidos & humidos, puta catarrorum reumatum & vertiginum. Quarto principaliter sic. aer nos circundans cōseruat corpus nostrum, igitur non exiccat. consequentia tenet, eo ꝙ ꝑ exiccationem perducitur corpus versus mortem, sed nihil aliud conseruans perducit illud ad corruptionem vel mortē. igitur &c. Assumptum principale probatur sic, quia aer

conseruat

conseruat calorem naturalem. similiter patet q remotio & prohibitio attractionis aeris est causa velocioris interitus animalis. igitur &c. Item pro isto est auctoritas Aui. secunda primi. doc. secũda. cap̃. sexto. s. de operatione qualitatum aeris, vbi ponit aerem humidũ corpus humectare. igr̃ &c. Ad oppositum arguitur auctoritate Aui. in litera dicentis aerem nos circundantem exiccare corpora nostra. Et secunda fen primi doc. secunda. cap̃. 3. Neq; enim frigiditas puenit apud nos tanta quo aliquo modo resoluat, immo in omnibus resoluit dispositionibus propter illud, quod in eo est de virtute solis & stellarum.

In ista quæstione primo præmittenda sunt quædam notabilia. Secundo respondendum est ad quæsitum.

Exiccatio dupliciter.

Quantum ad primum sciendum est primo q iuxta communem modum loquendi medicorum dupliciter sumit̃ exiccatio. Primo enim sumitur prout idem est quod siccitatis inductio, intelligendo per siccitatem vnam de primis qualitatibus distinctam contra caliditatem frigiditatem & humiditatem, & sic exiccatio est simplex alteratio. secundo modo sumitur exiccatio pro resolutione, per resolutionem intelligẽdo corporis grossi subtiliationem & conuersionem eius in uaporem qualit̃ dicimus aquam resolui dũ ipsa euaporat. Istã distinctionem consueuerunt ponere auctores sub alijs verbis, q quædam est exiccatio qualitatiua & quædam substantifica. Intelligentes per exiccationem qualitatiuam inductionem qualitatis illius, quæ est siccitas. Per substantificam vero resolutionem ad intellectum datum. Ad propositum aerẽ exiccare nos potest intelligi vel primo vel secundo. Secũdo principaliter sciendum q dupl̃r contingit siccitatem qualitatiuam produci in corporibus nostris ab aliquo exiccante. Primo per se, vt qualitas quæ est siccitas producit siccitatẽ. Secundo per accidens vt caliditas exiccat. subtiliando enim siue rarefaciendo subiectum ipsum reddit dispositum vt facilius a siccitate patiatur & recipiat siccitatem. similiter faciendo partes humidiores euaporare cum remanentia terrestrium & siccarum est causa q partes siccæ dominentur super humidis, & consequenter q partes humidæ magis alterentur & exiccentur.

Siccitatẽ q̃litatiuã produci in corporibus dupliciter.

Qualitas siccitatia productiua duplex.

Tertio præmittendum est q adhuc duplex est qualitas per se productiua siccitatis. Vna est formaliter siccitas. Alia vero non formaliter, sed virtualiter siccitatis productiua, vt cœlestis influentia vel aliud huiusmodi. Quarto præmittendum q non propter hoc dicitur aliquod corpus aut calorem nostri corporis conseruare, quia ipsum in eodem statu faciat pũctualiter permanere. hoc enim est simpliciter impossibile, sed quia facit ipsum continue pmanere tale quale est secundum quod est possibile ipsum pmanere. verbi gratia. aer temperatus non potest prohibere quin corpus temperatum continue plus appropinq̃t morti, cum necessario continue exiccetur ætatiue, quia tamen vltra exiccationem ætatiuam prohibet alias permutationes producentes corpus extra latitudinem temperantiæ dicitur conseruare corpus temperatum. Consimiliter per omnia dicitur de cibo temperato, & alijs huiusmodi. Quantum ad secundũ sit prima conclusio. Non necessario aer nos circundans corpora nostra qualitatiue exiccat. probatur sic. possibile est aerem nos circundantem corpora nostra qualitatiue humectare. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter ponendo aerem esse valde frigidum & humidum nobis applicatum. Ex ista conclusione sequitur q non necessario per influentias in aere repertas aer nos exiccat & corpora nostra qualitatiue. Secunda conclusio. Possẽ est aerem nos circundantem corpora nostra non exiccare substantifice siue resoluere. probatur sic possibile est aerem nos circundantem humidum nostri corporis non subtiliare & in vaporem conuertere, sed potius condẽsare & ingrossare. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter cum contingat huiusmodi aerem esse valde frigidum, vt patet in tempore frigido & in regione frigida. igitur &c. Ex ista conclusione sequitur q causæ resolutionis ab Aui. in litera positę non necessario sunt continue corpus nostrum exiccantes, licet enim aer quandoque iuuet ad resolutionem non tamen necessario resoluit vt satis patet. Nota tamen q Aui. secunda primi doctrina tertia. cap̃. 3. ad literam videtur velle oppositum huius secundę conclusionis, ideo cõsidera expõnem auctoritatis illius si vis tenere istam conclusionem. Si autem vis tenere oppositũ conclusionis, hẽres dicere consequenter q q̃tũcunq; fuerit aer humidus vel frigidus in eo sunt influentiæ exiccatiue, & q propter difformitatem partium nostri corporis licet in casu potentior sit potentia aeris absolute ad ingrossandum q̃ influentia exiccatiua ad exiccandum nostri corporis humiditatem, tamẽ influentiæ semper exiccant aliquid. in nobis. n. semper reperitur pars aliqua a sicco faciliter resolubilis et passibilis, a frigido autem difficulter, ideo contingit partem illã pari ab influentia exiccatiua fortius q̃ a frigiditate, & per cõsequens resolui. Tertia conclusio. Tam qualitatiue q̃ substãtifice potest aer nos circũdãs corpora nostra exiccare. Prima pars huius conclusionis patet, quia possibile est aerem esse siccum. igitur &c. patet consequentia & assumptum patet de aere multum alterato & transmutato vt conuertatur in ignem. Item quia in aere potest esse influentia exiccatiua nostri corporis, ideo deducto impedimento nos exiccabit. Secunda pars arguitur. possibile est aerem esse valde calidum comparatione nostri corporis, sed hoc posito partes aliquas humidas membrorum nostri corporis poterit subtiliare & in vaporẽ cõuertere. igit̃ &c. patet cõseq̃ntia & assumptum sil̃r. Et istã partẽ secundam huius conclusionis voluit Aui. in litera. Ex ista conclusione & eius probatione sequitur corrolarie q possibile est ab eodem agente corpus nostrum sil̃r qualitatiue humectari & substantifice exiccari. patet, quia aere existente valde calido & humido respectu nostri corporis corpus nostrum q̃litatiue ab eo poterit humectari vt patet, & cum hoc ab eo substantifice exiccari, eo q aere existente taliter calido partes humidas nostri corporis subtiliabit & in vaporem conuertet, ideo &c. patet consequentia cum antecedente. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur negando illam consequentiam. Aer nos circũdans est humidus naturaliter, igitur non exiccat sed humectat. Primo, quia per influentiam contingens est ipsum esse fortiorem in exiccando q̃ sit eius humiditas in humectãdo. Secundo, quia & si sit humidus, stat tamen ipsum resoluere per calorem, vt dictum est. & hanc resolutionem appellat Aui. exiccationem. Ad secundum dicitur negando consequentiã, licet enim prohibeat illam exiccationem quam faceret spũs supcalefactus, stat tamẽ ipsum corpora nostra exiccare. Ad tertium & eius confirmationem satis patet p ea quæ dicta sunt in quæstione. Sed hic incidit dubium, q̃re stantes de nocte sub radijs lunę de necessitate humectentur & infrigidentur cum radius lunæ sit exiccatiuus. Dicunt quidam primo q radius lunæ rarefacit corpus & aperit poros, vnde frigiditas aeris faciliter penetrat ad iferiora. Aliter q luna non precise agit in nos per lumẽ, sed per influentiã infrigidatiuam & humectatiuam. Et hoc est ratio melior.

Lune radij.

Lune pprietas causãdo fluxũ & refluxũ.

Sed hic habemus duos modos, quibus luna cãt fluxum & refluxum maris. Primo rarefaciendo & tumefaciendo aquã per radios eius. Secundo aquam generando & multiplicãdo per eius influentiam infrigidatiuam et humectatiuam. sicut videmus a septẽtrione in meridiem continue aquam fluere, econtra imaginandum est de aere. Alij dicunt lunam hr̃e lumen proprium distinctum a lumine solis infrigidatiuum & humectatiuum. Ad quartum tactum est in quarto notabili. dicitur enim q aliquod conseruans corpus nostrum modo conseruationis possibili continue ducit ipsum versus terminum mortis, vt patet de calore naturali &c.

Quæstio. xxxij.

TRIGESIMOSECVNDO Quæritur. Vtrum si virtus nutritiua foret infinita, & semper dum restaurat ipsa restauraret æqualiter & vno modo corpus aliquando ad mortem produceretur. Et arguitur multipliciter q nõ. Primo. si virtus nutritiua esset ifinita & semper restauraret, uirtus nutritiua semper esset in actu secũdo, sed tãdiu viuit alal

q̃ diu nutriatur. igitur &c. tota consequentia patet cum antecedente. Et confirmat. quia si virtus nutritiua foret infinita & semper restauraret æqualiter & uno modo, virtus nutritiua semper esset in corpore & in membris restaurãdis. igitur &c. Secundo. si virtus nutritiua foret infinita & semp restauraret æqualiter & uno modo, semper humidum restauratum foret æquæ bonum, & per consequens æqualiter sustentatiuum caloris naturalis. sed quandocunq; ita est ꝑmanet vita æqualis perdurationis. igitur &c. patet consequẽtia & assumptum similiter, quia si non foret continue humidum restauratum æquale & æqualiter bonum iã non restauraret ęqualiter & uno modo. Tertio. si infinita esset virtus nutritiua infinite melius humidum restauraret q̃ iam restauret. sed iam restaurat humidum sufficiens ad perdurationem vitæ per tempus finitum. igitur tunc restauraret humidum sufficiens ad conseruandum vitam per tempus infinitum. igitur &c. tota consequentia nota est & minor. & arguitur maior, quia qualis est proportio virtutis ad virtutem talis est ꝓportio humidi restaurati ad humidum restauratum. Et cõfirmatur, quia sit virtus fortis restauratiua finita & restauret modo humidum perfectionis vt vnum, & in hora imediate pręcedenti restaurauit ipsum perfectionis vt duo, & arguitur sic. si virtus fortis foret infinita plus q̃ in duplo melius humidum restauraret q̃ nunc restaurat, sed præcise in duplo perfectius in præcedenti hora restaurauit, ergo melius restaurauit iã q̃ prius restaurauit, & per consequens posset hoc modo vita perpetuari, & per communem formam. patet tota consequentia & assumptum, quia dato opposito eadem posset eẽ proportio virtutis finitę & ĩfinitæ ad humidum restaurandũ.

Quarto. si virtus nutritiua esset infinita infinite potentior eẽt ad conseruandum calorem & humidum naturale q̃ iam est, & per consequens infinite resisteret exiccationi siue actioni caloris, ad quod sequitur nunq̃ eius calidum naturale extingui igitur &c. Quinto si virtus restauratiua præcise finita sufficit restaurare humidum melius q̃ fuerit a corpore dissolutum. igitur a fortiori virtus infinita. sed hoc posito nũq̃ virtute restauratiua infinita existente posset aduenire mors. igitur &c. patet consequentia & assumptum principale arguit, quia virtus restauratiua hectici curati ipso curato restaurat humidum melius pro vita q̃ prius erat, igitur &c. patet consequentia cum antecedente.

Ad oppositum est Aui. in littera. Amplius si hæc virtus infinita foret & semper &c.

Respondendo ad istam quęstionem primo præmittentur quædam distinctiones & suppositiones. secundo cõclusiões de quęsito. Quantum ad primum sit hæc prima distictio, ꝙ virtutem restauratiuam possumus imaginari infinitã multipliciter scilicet extensiue vt posito ꝙ foret extensa per subiectum infinitũ. Et itensiue, ut posito ꝙ eẽt potentię restauratiuę infinitę. Et in durabilitate, vt posito ꝙ ipsa esset apta durare ꝑ tempus infinitum & incorruptibile. Secunda distinctio ẽ ꝙ virtutem nutritiuam restaurare æqualiter & uno mõ põt dupliciter intelligi. Primo ꝙ restauraret æquale in quantitate & vno modo, quia æquę perfectum vel bonum humidũ. Secundo ꝙ restauraret æquale in q̃litate & vno modo, quia restauret humidum æquę proportionale membro cui apponitur. Differunt autem isti duo modi, quia stat cõtinue aliqd restaurare humidum æquę proportionale membro cui apponitur, quod tamen non restaurat humidum æquę bonum ꝓ vita vel æquę perfectum, sicut sene exiccato gratiue, ita imaginari possumus humidum quod ei restauratur esse proportionale membris suis taliter exiccatis sicut illud quod apponitur puero vel iuueni. Tertio ꝙ restauret ęquale in quãtitate & uno modo, quia. s. continue fieret siue permaneret vnio vel assimilatio, quæ est actus nutritiuę virtutis. Tertia distinctio est ꝙ dissolũo quandoq; capitur pro motu quo dissoluitur vel consumitur humidum, quandoq; autem sumitur dissolũo pro ipsa siccitate. Cum igitur dicit Aui. in litera ꝙ dissolutio vno mõ nõ esset. potest intelligi vel ꝙ ille motus dissolutionis non esset vno modo quia non foret vniformis, & ille

Virtus restauratiua dr̃ infinitã tripliciter.

Virtus nutritiua restauratiua æq̃liter tripliciter.

Dissolũo dupl̃r.

non est intellectus Aui. vel ꝙ siccitas per illum motum corpori acquisita non esset vnius intensionis, sed continue maioris, & iste est intellectus. A. in litera. Istis distinctionibus præmissis sit hęc prima suppositio. Non sub gradu siccitatis q̃tocunq; & terrestreitatis potest virtus nutritiua ĩ subiecto vel materia conseruari, vel suas exercere operationes. hæc suppositio videtur de se manifesta. non. n. apparet virtutem nutritiuam suas posse operationes exercere in materia lapidea aut terrestri sicut lapis. Secunda suppositio. Semp corpus & quodlibet membrum nostri corporis a quo fit resolutio & exiccatio in termino ad quẽ resolutiõis est siccius & terrestrius q̃ in termino a quo resolutionis eiusdem. patet, quia per q̃libet resolutionem resoluitur subtilius & magis aereum cum sit resolutioni paratius & cętera sint paria. Illud ergo qđ facta resolutione relinquitur est continue siccius & terrestrius. continue enim crescit proportio partium terrestrium & siccarum ad partes humidas vt patet intelligenti. Tertia suppositio est ꝙ per virtutem nutritiuam in proposito intelligere debemus ipsam animam informantem membra nostri corporis mediante calido naturali in membris actum nutricationis exercente. Ex quo patet hanc virtutem sibi aliquem gradum caloris uel mensuram limitare, a qua cũ egressa fuerit non amplius poterit in materia hæc virtus huiusmodi actum producere. hæc omnia satis patent. Quarta suppositio. Nutrimentum quod assimilatur membro non acquirit gradum humiditatis substantificę maiorem q̃ hẽat membrum cui assimilatur. quod enim apponitur membro apponitur sibi secundum dispositionem, quę tunc est in membro.

Virtus nutri quid.

Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio. Si virtus restauratiua foret infinita extensiue, quia scilicet materię infinitę extensiue extenderetur, & semper restauraret ęqualiť & vno modo. s. modo proportiõali membro exiccato in termino ad quẽ exiccationis, quia. s. tale humidum restauraret quale tunc esset membrum taliter exiccatum adhuc corpus ad mortem perueniret. probatur conclusio sic. tale corpus continue fieret terrestrius & siccius, igitur in aliquo tempore finito perduceretur ad siccitatem cum qua vita stare non potest. patet cõsequentia cum non sub gradu terrestreitatis q̃tocũque &c. & assumptum satis patet ex dictis. verbi gratia. sit subiectum infinitum informatum virtute nutritiua, illud tñ est finite humidum intensiue humiditate faciente ad vitã, sit igitur illud humidum. 8. graduum, quia igitur continue resoluitur resoluat calor huiusmodi humidum per vnum in hora & patet ꝙ in fine horę erit humidũ pręcise ut. 7. si igitur restauratur ęqualiter & modo proportionabili restauratur sibi humidum extensiue infinitum tale quale erat hoc corpus in termino ad quẽ resolutionis iam signatæ, & per consequens restauratum erit præcise humidum vt. 7. & sic deinceps vlterius procedit resolutio. & patet ꝙ aliquando deueniet ad humidum ita terrestre & exiccatum, ꝙ cum illo vita stare non poterit. Secunda conclusio est. Si virtus nutritiua esset infinita intensiue, & semper faceret restaurationem modo iã dicto corpus tandem ad mortem perduceretur. probatur sic, vt præcedens, quia aliquando fieret subiectum ineptum sustentaculum vitæ, vt in pręcedenti conclusione argutum ẽ.

Tertia conclusio. licet ita sit, tamen si virtus restauratiua foret infinita & infinite potens ad restaurandum nunquã sequeretur mors. probatur. semper infinitę perfectionis humidum posset restaurare. igitur &c. patet consequentia & assũptum similiter. Ex quo sequitur ꝙ virtutem restauratiuã fore infinite perfectionis & restaurare semper & uno modo est antecedens ad contradictoria. Quarta conclusio. Si uirtus restauratiua foret in durabilitate infinita & sed restauraret æqualiter & uno modo ad sensum datum, corpus tãdem perueniret ad mortem. probatur conclusio sic. corpus illud foret continue siccius & terrestrius. igitur &c. patet conseq̃ntia & assumptum declaratum est supra. Ex ista conclusione sequitur corrolarie ꝙ qualitercunq; virtus restauratiua foret infinita, dum tamen ipsa restauraret continue æqualiť & modo proportionabili siccitati membri restaurati corpus ꝑ-

uenire

ueniret ad mortẽ. Ex quo sequitur vlterius tam de infinite intensiue q̃ extẽsiue q̃ in durabilitate poterit lr̃a Aui. intelligi. Ex his oibus potest sequi talis litterę expositio amplius si virtus hæc.s.nutritiua foret infinita, siue in durabilitate, siue in perfectione &c. licet magis sit consonum in durabilitate, & semper.i. toto tẽpore quo restauraret in corpore faceret permutationẽ.i.restaurationẽ eius quod a corpore dissoluiẽ ęqualiter: quia.s.tm̃ restauraret q̃tum est dissolutum, & vno modo.i.proportionabili siccitati membri in termino ad quem exiccationis, quod est necessarium propter quartã supponem. dissolutio tamen.i.siccitas & terreitas corpori acquisita per resolutionem non esset vno modo.i. non esset æqualis, immo cõtinue semper augeretur, quia corpus semper esset continue terrestrius & siccius, & corpus nõ posset tolerare dissolutionem.i.non posset stare cum tanta siccitate & terrestreitate quanta tandem acquireretur, & ista dissolutio finiret.i.consumeret humiditatem cum qua stat vita. Quanto magis supple debet corpus mori virtute existente finita, & non semper restaurante æqualiter & vno mõ. Et hoc intelligit dum dicit, quando duæ res se iuuent. Quinta conclusio. Si virtus nutritiua esset præcise finita & toto tẽpore quo restaurat restauraret humidum æquale & ęque perfectum humido resoluto corpus nunquam ad mortem perduceretur. p̃batur. semper esset humidum corpori cõueniens calidi & vitæ sustentaculũ sicut prius. ergo &c. patet consequentia & assumptum similiter intelligenti. Ex quo sequitur q̃ si virtus nutritiua esset infinita dum restauraret semper æqualiter & æque perfectum nunquã corpus illud ad mortem perduceretur. hoc statim sequitur ex cõclusione. Ex quo posset hic concludi contra quosdam de humido contracto. Ad argumenta principalia respondetur ad primum dicit̃ q̃ illud argumentum de virtute sermonis cõcludit veritatem, sed iste non est intellectus Auicen. sed ille qui in quæstione est tactus.s.q̃ semper.i. omni tẽpore quo restaurat. Et secundum hunc intellectum non p̃cedit argumentum. Et per idem soluitur ad confirmationem. Ad secundum dicitur negando argumentum, immo est humidum deterius continue sicut in quæstione declaratum est. Et cum arguitur illud antecedens, quia si non iam restauraret æqualiter & vno modo. dicitur negando cõsequentiam ad intellectum datum in quæstione & circa litteram. Ad tertium dicitur q̃ si virtus nutritiua foret infinita intensiue infinite melius restauraret &c. sed ex alia parte adducta in quæstione sequitur alia pars contradictionis.s.q̃ semper restauraret æqualiter &c. Si tamen poneretur virtus aliter q̃ intensiue infinita argumentum esset negandum vt patet intuenti. Et vlterius pro illo qualis est proportio virtutis ad virtutem &c. dicitur q̃ illud est verum ad istum intellectũ q̃ cæteris paribus qualis est proportio vel habitudo virtutis ad virtutem in perfectione vel extensione talis est humidi in extensione. Non tamen oportet q̃ in durabilitate, quia posset vtrobiq; ęque perfectum humidum restaurare. Ad quartum negatur assumptum si semper faceret restaurare ad intellectum datum. Ad quintum dicitur q̃ potest restaurare accidentaliter melius: quia.s. denudatum ab accidentibus multis ipsum inficientibus, illud tamẽ humidum est continue terrestrius & impurius. Vnde humidum pueri hectici est melius, quàm sit humidum ipsius iuuenis curati. Si tamen cum isto breuiori tempore durasset non fuisset merito humidi, sed calidi præter naturam ipsum consumentis &c.

Quæstio. xxxiij.

TRIGESIMOTERTIO Quæritur. Vtrum aliqua sit mors naturalis morienti. Et arguitur multipliciter q̃ non. Primo sic. Quælibet mors est contra naturalem inclinationem morientis. igitur &c. patet cõsequentia: eo q̃ quodlibet existens contra naturalem inclinationem alterius est eidem violentum. et assumptum probatur, quia quodlibet ens naturaliter inclinatur ad eius permanentiam vt colligitur primo hecticorũ & tertio de cõsolatione. Omne namque animal tueri salutem laborat, mortem vero perniciemq; deuitat. Secundo principaliter arguitur sic, cuilibet viuenti vita est eidem naturalis & eius generatio. ergo cuilibet tali mors & corruptio est violenta & præter naturam, & per consequens &c. antecedens satis patet. & tenet consequentia, quia si alicui corpori naturali aliqua mutatio vel dispositio inest naturaliter opposita inest ei violenter, vt colligitur primo de cœlo. Tertio si aliqua foret mors naturalis sequeretur quod aliquod viuens posset peruenire ad mortem antequam ad ægritudinem vel neutralitatem deueniret. consequentia cõmuniter sequitur, sed falsitas consequentis arguitur. Ex illo enim sequitur alicuius viuentis operationem quamlibet auferri posse totaliter absque hoc quòd diminuatur, quod non est rationabile, quia tunc fieret transitus ab extremo ad extremum, & non per medium cum inter cuiuslibet operationis perfectionẽ, & eius totalem ablationem tanquam medium cadat operationis diminutio. Sed arguitur principalis consequentia, quia sor. simpliciter sano deueniente ad mortem naturalem operationes eius totaliter auferuntur, quæ tamen nunquam prius fuerunt diminutæ. probatur, quia continue ante instans mortis fuit sor. simpliciter sanus: igitur nunquam ante fuit sor. in suis operationibus læsis, et per consequens &c.

Quarto ad principale arguitur auctoritate Philosophi tertio de cœlo ponentis omnem defectum, & corruptionem esse pręter naturam. Item tertio hecticorum. Mors est vltimum terribilium &c. Aristo.

Ad oppositum est Auicen. in littera dicens q̃ hæc mors est naturalis cuilibet indiuiduo destinata secundum suam propriam complexionem.

Respondendo ad istam quæstionem videbitur primo de principali quæsito. Secundo tangetur modus quo contingere vel euenire potest mors naturalis. Quantum ad primum sciendum est primo q̃ communiter vtuntur auctores istis terminis generatio vita & mors. Intelligunt autem per generationem viuentis.s. de qua in proposito est sermo primam participationem animę nutritiuę in calido naturali. Et hanc descriptionẽ posuit Philosophus in libro de morte & vita. Et per hoc quod dicitur participatio animæ nutritiuæ tangitur genus, per hoc enim conuenit generatio hominis cum cuiuslibet alterius viuentis generatione. Et per hoc quod dicitur. prima differt a nutricatione et huiusmodi quę non sunt primæ. Et per hoc quod dicitur in calido naturali declarat̃ instr̃m & dispositio cui debet anima in materia cõiungi, tunc enim dicitur viuens generari, quando prima materia eius disposita per calidum naturale participat anima nutritiua. Per vitam autem intelligere debemus animę nutritiuæ permanentiam in calido naturali ad intellectum datum. Per mortem autem intelligere debemus separationem animæ nutritiuæ a corpore viuente. Quia tamen huiusmodi separatio est per calidi naturalis extinctionẽ quod conseruabat ipsam animam in materia, ideo multotiens vtuntur auctores isto termino mors pro calidi naturalis extinctione, dicentes mortem esse calidi naturalis extinctionem, scilicet causatiue, quia scilicet ad extinctionem calidi naturalis sequitur mors. Secundo principaliter sciendum est mortem dupliciter posse aduenire. Primo enim aduenit a causa extrinseca & accidentali vel præter naturam sicut gladio. frigore. apostemate & huiusmodi. Secundo potest aduenire mors ab intrinseco per naturalem et conuenientem actionem calidi naturalis in humidum naturale. Tertio sciendũ est q̃ calidi naturalis extinctio multipliciter potest contingere. Primo a contrario ipsum extinguente per simplicẽ alterationẽ, sicut frigidum per simplicẽ alterationẽ gñando frigiditatem corrumpit caliditatem. Quandoq; autem fit caloris extinctio per modum suffocationis, sicut p̃hibita euentatione corrumpitur calor & extinguitur. Quandoq; autem fit per humidi quod est caloris naturalis sustentatiuum exiccationem siue resolutionem, quamuis vt declarabitur prima aphorismorum. extinctio calidi per viam

Gñatio quid.

Vita quid. Mors quid.

Mortis aduẽtus duplex.

Extĩctio cal̃i nãlis multipliciter.

suffocationis reducaт ad illā quæ fit per viam resolutionis. Nota tamen φ extinctio facta per viam resolutionis humidi quando φ sequitur causam præter naturam sicut in homine moriente ex febre per resolutionem contingit. Quādoq; autem cōsequitur actionem præcise naturalem sicut est extinctio quæ consequitur resolutionem humidi factam a calore naturali agente in ipsum. Quarto principaliter est sciendum φ dupliciter dicitur aliqua mors naturalis alicui morienti. Primo, quia a natura inrenta & conueniens naturę ipsius morientis. Secundo, quia non sibi eueniens a eā præter naturam. Cōsimiliter per omnia distingui potest de ly, præter naturam. Dupliciť enim dici potest aliqua mors prę ter naturam alicui morienti. Primo, quia non conueniens, sed disconueniens naturæ ipsius morientis. Secundo, qa nō sibi adueniens a causa præternaturam. Vltimo sciendū est φ tam naturale qm̄ præter naturam dicuntur respectiue & ad alterum, ideo non repugnat aliquid respectu vnius naturale esse, violentum vero vel præter naturam respectu alterius. v.g. caliditas ab igne ꝓducta in aqua est aquæ & eius formę violenta, quia disconueniens vt satis patet. Huiusmodi autem caliditas & calefactio est materiæ aquæ naturalis quia materia aquę est naturaliter inclinata ad recipiendum oēm formam io a qua ꝓducibilem. Siľr igni calefacienti est hæc calefactio naturalis cum ignis sit naturaliter inclinatus ad calefaciendum. Ex quo patet hanc consequentiā non valere. in. a. est principium intrinsecum naturale inclinatū ad calefaciendum. igitur. a. naturaliter calefacit. Tunc sit prima conclusio. Aliqua mors potest esse alicui naturalis. probatur. aliquod agens esse potest alicuius uiuentis naturaliter corruptiuum. igitur &c. patet consequentia & assumptum satis patet. multæ enim sunt influentiæ cœlestes hominum corruptiuæ & multorum animalium. Similiter omne contrarium est alterius naturaliter corruptiuum, sed cuiuslibet uiuentis multa sunt cōtraria. igitur etc. Similiter multa sunt uenena naturaliter hominem mortificantia, & ita illis uenenis mors hominis est naturalis. ideo &c. Secunda cōclō. Capiēdo naturale primo mō nulla mors alicui est illa moete morienti naturalis. ꝓbatur sic. nulli morienti conueniens est eius mors. igitur etc. Item nullus naturaliter appetit mortem, sed ipsam refutat naturaliter, vt supra argutum est. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Ex ista conclusione sequitur φ capiendo violentum vel præter naturā ꝓut distinguitur contra naturale primo modo sumptū quęlibet mors est præter naturam vel violenta morienti, vt satis patet ex conclusione. Tertia cōclō. Capiendo naturale secundo mō possibile est aliquam mortem esse naturalē morienti. ꝓbatur. possibile est alicui morienti mortem aduenire ex sola naturali & conuenienti actione calidi naturalis in humidum absq; concursu causæ tale corpus præternaturaliter immutantis. igitur &c. patet cōsequentia & assumptum declarabitur post, licet satis in littera fuerit declaratū.

Quarta conclusio. Taliter capiendo naturale non quęlibet mors ab intrinseco ꝓueniēs est naturalis. patet satis de morte ab intra ꝓueniente per putredinem aut per viam suffocationis. Ex his omnibus sequitur aliquod corpus peruenire ad mortem absq; hoc φ aliquando cadat in ægritudinē vel neutralitatem nunc. patet hoc de moriente morte naturali. Sequitur secundo. alicuius viuētis operationes in casu totaliter auferri postq; respectu eiusdem nunquam fuerunt præternaturaliter diminutæ vel corruptæ. homine. n. temperato existente & moriente morte naturali ipse continue vsq; ad primum sui non esse permanet temperatus, & per consequens nullo modo in suis operationibus læsus respectu sui. Nota tamē φ licet in tali casu operationes eius nullo modo dicantur diminutæ respectu eius quod debetur tali corpori existenti in tali ætate, comparatæ tamen ad operationes eidem debitas in alijs ætatibus multum, immo ad non gradum perfectionis eorundem diminuunť. Ex quo patet in casu illo non fieri trāsitum de certo gradu perfectionis operationum ad non gradum perfectionis earūdem sine medio. quare &c. Quantum ad secundum præmittēdū est ex dictis superius & circa litterā. Primo φ non sub mensura calidi & humidi quantūcunq; parua potest anima nutritiua in membris nostri corporis conseruari. Secūdo præmittendum est φ calidum naturale continue agit in humidum membrale ipsum resoluendo, licet etiam ipsius resoluti continue fiat restauratio. Ex quo sequitur quod membrale humidum fit continue siccius & terrestrius, continue enim resoluitur illud quod est resolutioni paratius & illud est subtilius. Tertio præmittendum est quòd calor naturalis non conseruatur in humido nisi quamdiu habet ad ipsum proportionem talem, quòd illud possit subtiliare & seipsum ex eo fouere. Ex quo sequitur quòd humido multum terrestrificato extinguitur calor. Ex qbus omnibus colligitur modus quo aduenire potest mors naturalis. Calido enim naturali agente in humidum naturale humidum continue fit terrestrius vt iam dictum est. deueniet igitur humidum ad tantam terrestreitatem φ non poterit calidum naturale conuenienter sustentare. vnde incipit calidum naturale diminui, quia tamen adhuc non cessat humidum resoluere adhuc, ꝓcedit humidi vlterius siccitatem augendo & mensuram caloris diminuendo, vnde intantū minorabitur calidum φ non erit amplius sufficiens ad operationes vitæ, & per consequens tunc deficit vita & aduenit mors. Ad cuius calidi minorationem et extinctionem iuuat humor etiam phlegmaticus & labor & cæteræ causę, quas in lr̄a tangit Auic. dum dixit & adiuuat ipsum humor &c. Ad quod etiam concurrit φ calore multū debilitato & mēbris anhelitus multum induratis deficit motus anhelitus, & per consequens velocitatur pauci calidi remanētis extinctio. Quam snīam innuit philosophus in libro de morte & vita: dum inquit. Pſm autem vitæ deficit habentibus si nō refrigeretur calm̄ & communicans sibi t quēadmodum. n. dictum est frequenter contabescit ipsum a seipso qſi his qui dem pulmo his quidem bracchia indurata fuerit propter tēporis longitudinem, desiccatis his quidem brachijs his quidem pulmone & pſm factis terrestribus non pñt has partes mouere nec eleuare nec simul ducere, tādem ergo facta incensione marcescit ignis. Alij autem tangunt alios modos sumptos ex parte contrarietatis elementorum existentium in mixto, sed hic primus modus sufficit medico. Ex his omnibus possunt colligi differentiæ quædam inter mortem naturalem & præternaturalem. Prima est: quia mors naturalis non sequitur actionem agentis præter naturam, mors autem præternaturalis sic. Secunda, quia mors naturalis non præsupponit ægritudinem nūc vel neutralitatem nunc præternaturalis vero sic. Tertia differentia, quia naturalis mors fit sine dolore corporali, mors autem præter naturam raro contingit sine dolore. Et hanc snīam tetigit Ari. in libro de morte & vita dum inquit. Propter quod & sine tristitia est quæ est in senectute mors. nulla enim violenta passione contingente moriuntur, sed in sensibus animę ablatio fit oīno. Hanc snīam tetigit Seneca in tragœdia Oedippi dum dixit. Animam senilem mollis exoluit sapor. Quarta differentia est, φ non potest mors naturalis aduenire nisi in vltimo senio, sed mors præter naturam indifferenter in qualibet ætate potest contingere. Si quis. n. ꝓpter abstinentiam a cibo moreretur non moreretur morte naturali. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur φ illud probat nullam mortem esse naturalem morienti capiendo naturale primo, quod bene conceditur. Consimiliter per omnia dicitur ad secundum. Ad tertium dr̄ concedendo consequens. Et concedit esse posse alicuius viuētis quālibet operationē totaliter auferri absq; hoc φ aliqñ fuerit respectu eiusdem diminuta. Et negatur vlterius cū infertur φ esset transitus de extremo in extremum sine medio: Dicitur tamen φ licet in corpore taliter viuente non sint operationes diminutæ respectu sui in tali ætate constituti, comparatæ tamen alijs ætatibus absolute secundum suam perfectionem ad non gradum perfectionis diminuuntur.

Vt iam

Marginal notes: Mors nālis dupl'r. & pręter naturā. — Naturale & pręter naturam dupliciter. — Aristo. — Mors naturał & præternaturali differt quadrupl'r. — Seneca.

vt iam dictum est. Ad auctoritatem vero dicitur q Philosophus voluit mortem esse praeternaturam prout distinguitur naturale contra praeternaturale primo modo sumptum. Et haec de quaesito.

Quaestio. xxxiiij.

TRIGESIMOQVARTO Quaeritur. Vtrum per actionem virtutis nutritiuae possit restaurari humidum ęque bonum vel melius, eo q prius fuit a corpore resolutũ. Et arguitur multipliciter q sic. Primo. per actionem virtutis nutritiuae potest restaurari humidũ cũ quo longiori tẽpore potest vita & calor naturalis conseruari q̃ cum humido pręexñti, igitur &c. patet cõsequentia. & assumptum ꝓbatur. ponendo sortem esse leprosum vel hecticum primae vel secundae speciei, & q in sequenti hora sor. erit curatus, & arguitur sic. cum humido in hora sequenti sor. restaurado longiori tempore poterit permanere vita eius q̃ cũ pręexñti. igitur &c. patet consequentia, quia non priori humido vita breuiori tẽpore permansisset. non. n. potuisset sor. permanere hecticus longo tempore cum sequenti tñ actus est permanere, & per multas aetates decurrere. Item confirmatur idem. humidum praeexñs minus conueniens erat vitae q̃ postq̃ erit restauratum. igr̃ &c. patet consequentia. & assumptũ arguitur, quia humidum praeexñs erat infectum qualitate vitae disproportionata & contraria. igitur &c. Secundo principaliter arguitur sic. corpus lapsum a temperamento potest ad temperamentum reduci. sed ipso taliter reducto erit humidum restauratum melius & perfectius pręexistente. igitur &c. patet consequentia. & assumptum pro prima parte colligitur. 3. techni. & pro secuoda parte arguitur, quia humidum temperatum perfectius est humido distemperato vel lapso a temperamento. sed pręexistens humidum erat a temperamento lapsum, restauratum vero tẽperatum. igitur &c. tota consequentia cum antecedente videtur nota. Item confirmatur idem humidum restauratum post reductionem aptius erit in casu ad conseruandum vitam & calidum naturale q̃ humidũ praeexistens. igĩ etc. patet cõsequentia. & assumptum approbatur. ponendo sor. infantem melancholicum, & sit melancholicus aptus perdurare in vita per annos. 50. & temperatus per annos. 80. & sit sor. reductus ad temperamentum in fine. x. annorum. Et arguitur sic. humidum praeexistens in sor. erat aptũ conseruare vitã praecise per annos. 50. & humidũ restauratum est aptum conseruare per annos. 80. vt patet in casu. igr̃ etc. consequentia vr̃ nota cum añte. Et cõfirmatur idẽ sic. Sit sor. iam melancholicus infans, vt positum est, & plato sit tẽperatus hñs humidum eius temperatum & perfectum pręcise eodem gradu, quo erit humidum sor. in fine decem annorum reducti. Et arguitur sic. perfectius est humidum in platone nunc exñs q̃ humidum nunc exñs in sor. eo q temperatum potest longiori tempore vitã conseruare, sed ęque perfectum erit humidum sor. facta reductione sicut iam est humidum platonis sicut dictum est in casu. igĩ perfectius erit humidum sor. facta reductione q̃ iam est humidũ exñs in eo. tota consequentia vr̃ nota cum añte. Tertio principaliter arguitur sic. poſe est humidum nutrimentale mẽbro approximatum fore perfectius, eo q subijciebatur ꝓ materia gñonis eiusdem membri. igitur poſe est illud humidum restauratum ex nutrimento fore perfectius contracto a principio gñonis consequentia vr̃ nota. & assumptũ satis patet intuenti. qñq. n. sanguis ex quo nutritur membrum est sanguis temperatus factus ex cibis temperatis. vbi tñ sanguis qui subijcitur ꝓ materia gñonis est melancholicus generatus ex cibis melancholicis aut malae qualitatis. Quarto principaliter sic. Possibile est vitam perpetuari, ergo saltem aeque bonum humidum per actionem virtutis nutritiuę potest restaurari. patet consequentia & assumptum. arguĩ, qa actio caloris naturalis in humidum naturale potest totaliter ĩpediri. sed ipsa sic ĩpedita nullo mõ fit humidi cõsumptio, et per cõsequens nõ adueniet mors. igr̃ &c. tota cõsequẽtia patet cum añte. Quinto ad principale arguitur experimẽto, quia contingit indum permutari paulatine ad regionem istam: & experimur ipsum longiori tempore in vita permanere, vbi tamen merito humidi contracti in regione indorũ non erat aptus ultra. 30. annos vel parum plus in vita perdurare, dicente Auic. secunda primi doc. secunda. ca. de his quae ꝓueniunt ex habitationibus locorum. Loca calida magnificant capillos, & intantum crispant eos q cum colligũtur piperi similes efficiuntur: digestiuam debilitant, & cum in eis maxima fuerit resolutio, & minuatur humiditas, cito aduenit senium sicut in terra iodorũ illis nanq; qui ibi morantur accidit senium in. 30. annis.

Indorũ seniũ in 30. ãnis.

Ad oppositũ vr̃ intentio Aui. in lr̃a. innuit. n. cõtinue humidũ nr̃i corporis fieri magis terrestre & siccius. Idẽ expressius tertia primi. cap̃. 2. de causis necessitatis mortis.

Respondendo ad istam quaestionem ponendae sunt quorundam terminorum descriptiones & suppositiones quaedam. Secundo ponendae sunt cõclusiones de quęsito. Quãtum ad primum sciendum est q auctores & doctores cõmuniter vtuntur istis terminis. humidum radicale. humidũ nutrimentale. humidum influens. & humidum innatum. Intelligentes per humidum radicale ꝓprie humidum mẽbrale animatum. quod ideo radicale dicitur, ipso tanquã radice sustentatur & fouetur calidum naturale per cuius pñtiam conseruatur anima in membris. Vtuntur tñ auctores & doctores frequenter isto termino radicale magis stricte & pręcise ꝓ humido cõtracto a principijs gñonis. Per humidum autẽ nutrimentale intelligunt humidum quod est nutrimentum, ex quo aptum est restaurari vel generari pars in membro ꝓportionalis parti ab eodem resolute, sicut dicimus gluten esse humidum nutrimentale. ex ipso enim potest generari pars ossis uel neruì loco eius quod ab osse vel neruo dissoluitur per actionem caloris naturalis. Vtuntur tamen auctores hoc termino humidum nutrimentale multotiens indifferenter tam ꝓ eo quod est vere nutrimentum q̃ ꝓ eo quod in nutrimento contrahitur. sic. n. partem ossis ex nutrimento generatam appellant humidum nutrimentale. Ex quo patet primo q non quodlibet radicale humidum est a generatione contractum: immo aliquod a generatione & aliqđ a nutrimento contrahitur. Patet secundo aliquo mõ posse concedi humidum nutrimentale esse humidum radicale, quia aliquod humidum ex nutrimento cõtractum vere est humidum membrale aĩatum, & per consequens radicale secundum q aĩatum, nutrimentale secundum q contractum ex nutrimẽto. Eodem modo per humidum innatũ qñq; intelligunt indifferenter omne humidum membrale aĩatum quandoq; autem solum tale a generatione contractum. Per humidum uero influens intelligunt nutrimentum aduenĩẽs membro.

Hũidũ dcm̃ q̃drupl̃r & quid.

Secundo sciendum est q per actum uel actionem uirtutis nutritiuę in proposito debemus intelligere operationem quam facit uirtus uel anima membri mediãte calore vel complexione membri in nutrimentum ipsum apponendo membro eidem uniendo ac ipsum tandem ei assimilando. Est ergo sensus quaestionis, utrum uirtus nutritiua membri taliter possit nutrimentum transmutare & ipsum membro assimilare q ipsum assimilatum ipsi membro sit melius & perfectius q̃ pręexñs humidum membrale resolutum: uel q illud humidum sit meliori modo humidum q̃ prius erat.

Virtutis nutritiae actus vł actõ qd.

Istis descriptionibus terminorum sic positis ponuntur distinctiones. Prima distinctio. Humidũ membro restauratum dupliciter potest dici melius. Primo absolute pro uita uel uitae perduratione. Secundo pro operationibus. Primo dicimus illud humidum pro uita melius quod longiori tempore potest esse vitae sustentatiuum. Secundo modo dicimus illud melius cum quo perfectiores operationes potest anima producere.

Hũidũs dr̃ melius dupl̃r

Secunda distinctio. Vnum humidum potest esse altero melius pro uita dupliciter. Primo in se & absolute. Secundo merito qualitatiuae dispositionis illi humido coniunctae. Exemplum primi. dicimus quòd humidum pueri in se & absolute est melius

Hũidũ melius ꝓ vita dupl̃r.

pm vita q̄ humidum senis: eo q plus habet de humido subtili & aereo puer calidi sustentatiuo. Exēplum secundi, sicut si puer sit hecticus vel leprosus, licet in se & absolute sit humidum huius ꝓ vita melius q̄ humidum senis, merito tamen qualitatiuæ dispōnis humidum pueri insicientis dicimus illud humidum ꝓ vita deterius. Et ex hac distinctione insurgit hæc tertia distinctio. Humidum in membrū restauratum esse melius vel æque bonum &c. potest intelligi dupliciter. Primo in se & absolute, quia. s. melius vel æqualiter aereum. Secundo merito alicuius qualitatiuę dispōnis. Quam distōnem communiter ponunt auctores sub his uerbis. s. Dupl̄r dr̄ humidum melius alio, quia cum eo potest longiori tempore vita conseruari q̄ potuisset absolute cum primo, vel quia cum eo potest longiori tempore vita cōseruari q̄ potuisset si taliter restauratum non fuisset. Exempli gratia melancholico puero permutato ad temperatum in medio pueritię dupliciter possumus imaginari in eo fore humidum restauratum melius. Primo, quia longiori tempore pōt vita cōseruari cū restaurato q̄ absolute potuisset cū primo. Secundo quia longiori tempore potest vita permanere in humido isto facta hac permutatione q̄ si hæc permutatio facta non fuisset. differunt tamen isti duo modi: vt infra patebit. Quarta distinctio. Dupliciter dicitur aliquid altero humidius. Primo qualitatiue. Secundo substantifice. Exemplum primi vt phlegmaticus in secundo dicitur qualitatiue humidior temperato, temperatus tamen aut sanguineus in primo est substantifice humidior. Dicitur autem aliquid altero qualitatiue humidius, quod est intensiori gradu humiditatis humidum. Illud autem substātifice quod plus vel melius habet humidum vitæ & calidi naturalis sustentatiuum. Ad propositum humidum restauratum fore humidius præexistenti resoluto possumus imaginari, uel qualitatiue vel substantifice. Exemplū primi vt si cholericus permutetur ad phlegmaticum. Exemplum secundi, vt si humidum restauratum haberet plus de aereo & minus de terreo aut esset magis conueniens subiectum caloris naturalis.

Hūidius altero dr̄ dupl̄r.

His distinctionibus præmissis ponuntur suppositiones.

Prima suppositio per actionem calidi naturalis in humidum semper resoluitur subtilius & magis aereum. patet, q̄ æque bene est applicatus calor humido aereo sicut grosso terrestri, & cum hoc facilius est resoluere humidum aereū q̄ terrestre grossum. ideo &c. Secunda suppositio. Quanto humidum est magis aereum & unctuosum illud est conuenientius sustentaculum caloris. patet, quia tanto est a calido facilius subtiliabile & disponibile secūdum exigentiā caloris ad eius conseruationem in subiecto. vt alias declaratum est. Tertia suppositio. Stantibus omnibus similibus & æqualibus caussis durabilitatis vitæ semper stat æqualis uitæ durabilitas. patet, quia similitudo omnium causatum arguit similitudinē in effectibus. oīs. n. dissimilitudo in causatis dependet ex dissil̄itudine efficientis aut materiæ, ut colligitur. ix. metaphysicæ. Quarta suppō. Membrū cui assimilatur nutrimentum perfecte obtinet super nutrimentū quod sibi assimilat. Ex quo sequit̄ q tales requirit nutrimētum dispōnes a membro quales sunt in mēbro, cui sibi assimilatur nutrimentum. Quinta suppō. Contingens est humidum melius pro uitæ perduratione ꝑpter dispōnē secum coniunctam minori tempore uitam aliquo alio deteriori humido conseruare. patet hoc intelligenti. Quantū ad secundū sit hæc prima cōcl̄o. Poss̄e est per actionem virtutis nutritiuæ restaurari humidū ꝓ opōnibus melius q̄ fuerit præexn̄s humidum resolutum. ꝓbat̄ sic. In principio iuuentutis restauratum est melius q̄ fuerit pręexn̄s humidū ꝓ operationibus, eo q cū tali humido pōt uirtus perfectiores producere operationes. igitur &c. patet consequentia & declaratum est assumptum superius, ubi ostensum est iuuentutem perfectiorem esse pueritia. Et pro ista cōcl̄one est Auic. tertia. primi. cap̄. 1. dū inquit. Verūtn̄ perfectio & integritas nr̄a & potentia nr̄as perficiendi operationes non est nisi post multā siccitatē quæ nobis accidit, deinde ista siccitas incessanter ꝓcedit donec nos perimat. Acquirit̄ autem ista siccitas faciēs ad perfectionem operationum in iuuentute. igitur &c. Ex hac conclusione sequit̄ hanc ꝓpōnem esse concedendam. per actionem uirtutis nutritiuę potest restaurari humidum perfectius q̄ fuerit pręexn̄s, quod enim est melius pro operationibus est absolute melius & perfectius. Secunda concl̄o. Per actionem uirtutis nutritiuæ pōt restaurari humidum qualitatiue humidius. patet, quia corpus cal̄m potest ad phlegmaticum permutari, qd' fieri non potest quin tali corpori restauratum sit humidum qualitatiue humidius. igitur &c. pateę consequentia cū antecedente. Idem patet de hectico, qui curatur &c. Tertia cōclusio. Per actionem uirtutis nutritiuæ potest restaurari humidum ꝓ uita melius merito qualitatiuæ dispōnis illi humido nouiter acquisitæ. patet hæc concl̄o, quia in leproso puero aut hectico curato humidum quod restauratur est ꝓ uita melius, quia dispositum est dispositionibus qualitatiuis melioribus pro uita. prius. n. erat leprosis qualitatibus infectum, a quibus iam est denudatum. Et dixi notāter merito qualitatiuæ dispositionis, quia licet ꝑpter hanc qualitatiuam dispōnē nouit' huic humido acquisitā ualeat illud humidum sustentare melius cal̄m q̄ prius potuisset cum pręexistenti dispositione, in se tamen melius humidum erat tūc & magis aereum q̄ nunc, licet talis bona sustentatio ꝓ nūc ab illis primis qualitatibus impediretur. Consimiliter per oīa dicendum est de humido restaurato corpori temperato facto ex melancholico, licet. n. tale corpus ad temperamentum permutatum longiori tempore uiuere poterit q̄ si non fuisset permutatum, eius tamen humidum erit minus aereum & in se ꝓ calidi cōseruatione minus aptum q̄ prius erat ante reductionem. Vn̄ si ante reductionem fuisset cū æque bonis dispositionibus q̄litatiuis sicut erit post, notū est q cum ea longiori tempore uita conseruari potuisset. Ex qua conclusione sequitur q licet hecticus curatus sit a morte distantior q̄ esset si sic curatus non fuisset, non tamen est distantior absolute q̄ prius. Quarta conclusio. Non est possibile per actionem uirtutis nutritiuæ restaurari humidū in se & absolute ꝓ uitæ perduratione æque bonum, sic q cum eo longiori tempore q̄ cum præexistenti sit apta uita perdurare. ꝓbatur hæc conclusio, quia tunc non repugnaret corpus humanum in uita perpetuari. consequens est falsum, & contra sn̄iam Aui. in lr̄a. & tertia primi. cap̄. 1. & argr̄ consequentia. Ponendo q sórtes in hora quæ nunc est restauraret æque bonum humidum ad sensum datum sicut in hora præcedenti. Et argr̄ sic. humidum iam dictum restauratū est in se æque bonum &c. sicut humidum præexn̄s, igitur æque bona est ꝓportio calidi naturalis ad humidum sicut in pręcedenti & sicut in sequenti, & per consequens nunq̄ perueniret corpus hoc ad senectutem. Et fundatur hoc argumentum super illa suppōne superius præmissa. s. q causis oīno similibus &c. Item si æque bonum restauraretur &c. igitur cum cætera sint paria sequitur sor. esse per totū illud tempus in eadem uel simili dispositione pūctualiter, & per consequens &c. Item sit sor. iam merito sui humidi naturalis aptus uiuere per. 100. annos. & restauret per annum continue humidum æque bonum, sicut nunc habet, & patet q etiā in sequenti tēpore erat aptus uiuere. 100. annis. Quinta conclusio. Sequitur q per actionem uirtutis nutritiuę nō est poss̄e restaurari humidum ꝓ uitæ duratione in se & absolute melius. quæ conclusio sic est exponenda, q non est possibile per actionem uirtutis nutritiuæ restaurari humidum cum quo longiori tēpore sit apta conseruari uita q̄ cū priori. ꝓbatur hæc cōcl̄o sic. qualitercunq̄ fuerit humidum per actionem uirtutis nutritiuę restauratum semper illud est siccius & terrestrius. igitur &c. patet consequentia, quia cæteris paribus quod est siccius & terrestrius minori tempore est uitæ & caloris sustentatiuum. & assumptū patet per primam suppositionem pręmissam. Secundo. membrum cui assimilatur nutrimentum est continue siccius. igitur continue nutrimentū qd' sibi assimilat̄ est siccius. igitur &c. tota

consequentia

consequentia patet cum antecedēte per quartam suppōnē.
Tertio toto tēpore quo conseruabit̄ vita cum humido sic re
staurato erat præexñs humidū aptum ipsam conseruare.si
bi.n.nō repugnaret si debite regulatum fuisset, & cum hoc
tēpore ampliori, quia.s.tempore añ talem restaurationem.
igitur &c.patet consequentia cum añte. Quarto. dato oppo
sito cōclōnis sequeret̄ aliquod corpus posse in ætate retroce
dere.consequens est falsum.tunc.n.non fieret cōtinue mor
ti propinquius.& patet consequentia intelligenti. Item per
actionem virtutis nutritiuæ non potest humidum omnino
ęquale in perfectione restaurari.igitur nec melius.patet cō
sequentia et assumptū sit̄r ex ꝓbōne præcedentis cōclōnis.

Ex ista conclōne & eius ꝓbatione sequitur primo ꝙ licet
puer hecticus curatus sit humidior humiditate opposita sic
citati ægritudinali, eius tamen humidum terrestrius est ip
so curato ꝙ̄ añ, & siccius siccitate ætatiua, cuius signum est
ꝙ quantūcunqꝫ fuerit puer hecticus in iuuentute bene sana
tus, pro tunc tamen eius humidum est inobediens extensio
ni & motui augmenti, ubi prius augeri poterat. Secundo
sequit̄ ꝙ nunquā ætas posterior plus distat a morte ꝙ̄ prior
licet bene plus a morte posset distare ꝙ̄ distaret prius in eo
dem corpore nulla permutatione facta. Verūtñ in aliquo
corpore possibile est ætatem posteriorem plus a morte di
stare ꝙ̄ prior ætas in corpore aliquo certe dato, ut in tempe
rata iuuentute ꝙ̄ in pueritia melancholica. Sequitur ter
tio probabiliter fore tenendum non quālibet cōplōnem tē
peratam fore qualibet distemperata vitę longioris. patet de
temperata facta ex melancholica. cuius humidū pōt esse ter
restrius & impurius in termino ad quem reductionis ꝙ̄ ali
cuius certæ datæ sanguineæ, propter ipsum a principio ge
nerationis fuisse melicum & terrestrius. Et infinita alia pñt
concludi. Patet etiam ex dictis qualiter beneficio medici
potest vel non pōt vita hoīs ꝓlongari &c. Ad argumen
ta principalia respondetur. Ad primum dicitur negando
assumptum, & ad probationē dicitur ꝙ humidum sor. quā
tūcunqꝫ leprosi est in se & absolute melius pro vita ꝙ̄ erit
humidum eiusdē curati, licet sit deteriori qualitate infectū
eius bonam calidi sustētationem impediente aut ipsum ve
locius resoluente: & ideo illud humidum restauratum post
lapsum non erit pro vita melius in se, licet dispositio secum
iuncta erit melior. Et per idem soluitur ad confirmationē.

Ad secundum dicitur ꝙ illud humidum erit melius pro
operationibus & non pro vitæ perduratione. Ad confir
mationem primam dicitur ꝙ post reductionem illud humi
dum non erit magis aptum conseruare calidum ꝙ̄ erat præ
existens, sed bene ꝙ̄ erat præexistens deducta reductione.

Ad aliam confirmationem admittitur casus & negatur as
sumptum pro ista parte.s.perfectius est humidum existens
in pulmone &c. & negatur ꝙ sit aptum longiori tempore
vitam conseruare &c. nisi sit temperatum & nisi sint cæte
ra paria: cuius oppositum sequitur ex casu. Ad tertiū dici
tur negando consequentiam. & causa est; quia membrum
assimilat sibi nutrimentum, quod non facit virtus in geni
to semine existens aut semen. quātūcunqꝫ igitur aliquod
nutrimentum sit melius &c. quia tamen membrum exic
catum est & terrestre fit ex eo terrestre. igit̄ &c. Ad quar
tum dicitur negando assumptum, & cum arguitur ꝙ actio
caloris in humidum potest totaliter auferri dicitur ꝙ nō stā
te vita. Ad quintum dicitur ꝙ indus permutatus ad re
gionem istam longiori tempore viuit, non quia humidum
quod restaurabitur sit melius pro vitę perduratione, sed qa
non ita cito consumetur & resoluetur sicut resolutum fuis
set in regione inda.

TRIGESIMOQVINTO Quæritur. Vtrū iu
uenis sit tēperatior puero. Et arguit̄ multipl̄r ꝙ non. Pri
mo sic. Melius & perfectius restaurat̄ humidū tēpore pue
ritiæ ꝙ̄ in tēpore iuuentutis. igit̄ &c. patet consequentia &
assumptū ꝓbat̄, quia humidū quod restauratur in puero ꝓ
portionat̄ ei quod ab eo resoluit̄, sit̄r quod restaurat̄ a iuue
ne ꝓportionat̄ ei quod ab eo resoluitur, sed melius et purius
humidum resoluit̄ a puero ꝙ̄ a iuuene, igit̄ &c. patet conse
quentia & maior & minor patet, cum a principio pueritiæ
vsqꝫ ad iuuentutem fiat humidū naturale per nutrimentale
impurius. Secundo. Cōplō pueri est longioris vitę ꝙ̄ cō
plexio iuuenis. ergo est melior & tēperatior. cōsequentia te
net, eo ꝙ dispō cum qua melius et longiori tēpore conserua
tur forma in mā est formæ conuenientior & magis ꝓpor
tionata, & per consequens tēperatior. assumptū satis patet.

Et confirmat̄, qa sic se vr̄ hr̄e ætas tēperata ad alias distē
peratas ætates, sicut cōplō nālr̄ tēperata se habet ad cōplō
nes naturalr̄ distēperatas, sed qualibet cōplōne distempe
perata cōplō tēperata ē longioris vitæ, sola autē pueritia est
longioris vitæ cæteris paribus. ergo &c. tota consequentia
vr̄ nota cū añte. Tertio principaliter sic. puer in qualita
tibus actiuis est tēperatior iuuene, ergo saltē non debet iuue
nis dici tēperatior puero. igitur &c. patet consequentia & ar
guitur assumptum auctē Gal. in cōmento illius aphorismi Gal.
primæ particulæ. Qui crescunt & pl̄m hñt calorem inna
tum &c. qui ponit ꝙ caliditas pueri est multū grata & sua
uis iuuenis vero mordax. Sit̄r caliditas pueri sic se habet ad
caliditatem iuuenis sicut caliditas pueri sani ad caliditatem
febrientis. sed tēperatior est caliditas sani. igr̄ &c. patet cō
sequentia, & assumptū patet in cōmento allegato. Quar
to cōplō pueri est similior & ꝓportionabilior corpori tēpera
to ꝙ̄ cōplō iuuenis vel alterius ætatis. igr̄ &c. patet conse
quentia & assumptū ꝓbat̄, quia puer melius conseruat̄ in tē
pore hyemis & veris ꝙ̄ iuuenis: sed non fit conseruatio nisi
per silīa. igitur &c. patet consequentia & assumptum habet̄
in cōmento illius aphorismi tertię particulę. Secundum hos
quidē veris. Quinto principaliter arḡr auctoritate Gale.
sexto de regimine sanitatis, vbi clare vult ꝙ optimam cō
plexionem habet puer. Cæteræ vero sunt deteriores &c.

Ad oppositū est Aui. in caꝑ. de cōplōnibus, innuēs ęqua
litatē secūdi modi non reperibilē nisi in ętate in qua augmē
tū ad suū peruenit finē. Et dr̄ a ꝗpl̄rimis ꝙ ly peruenit debet
legi ꝓducte non correpte. hoc autē solū est in ætate iuuentu
tis. Sit̄r in hoc caꝑ. de ætatibus versus finē dicit ꝙ iuuentus
habet complexionem magis æqualem complexione pueri.

In ista qōne primo præmittendæ sunt quędā distōnes et
notabilia. Secundo ponēdę sunt cōclōnes de ꝗsito. Quan Cōplō
tum ad primum sciendum primo. Dupl̄r pōt dici vna cō ꝑatior
plexio temperatior alia. Primo per maiorē ꝓpinquitatem alia dr̄
ad æquale ad pondus, & sic complexio ab æquali ad pon dupl̄r.
dus minus distans dicitur temperatior. Secundo modo tē
peramento iustitiali, & sic cōplōnem a qua perfectiores ꝓ
ueniunt operationes dicimus perfectiorem. Secundo pre Opatio
mittendū est ꝙ quędā operationes sunt naturales, quædā duplex.
aīales, non distinguendo vitales contra naturales. Exēplū
primi, vt digestiua & nutritiua. Exēplū secundi, vt sensitiuę
tā interiores ꝙ̄ exteriores & motiuæ. Tertio præminen Opatio
dū est ꝙ opōnum naturalium quędā sunt facientes ad con naturalr̄
seruationem indiuidui quędā ad conseruationē spēi ad bo duplex.
num sensum. Quarto prēmittendū est calorē in puero et
in iuuene esse in gradu æqualē: puer tñ est iuuene humidior.

Quinto prēmittendum est totā humanā cōplōnem decli
nare ab æquali ad pondus per calīm & humidū &c. Quā
tū ad secundū sit hęc prima conclō. Opōnes ad vitam vel
eius perdurationē requisitę perfectiores & meliores sunt in
puero ꝙ̄ in iuuene cęteris paribus. ꝓbat̄ sic. per hmōi opō
nes longiori tēpore durat aut longius conseruat̄ vita pueri
ꝙ̄ iuuenis igr̄ &c. patet cōsequentia & assumptū patet intel
ligenti. Ex ista conclusione sequit̄ primo ꝙ perfectiores
sunt opōnes naturales vt nutritiua & eisdē administrantes
in puero ꝙ̄ in iuuene. patet: quia perfectius preparat̄ & re
stauratur nutrimētum humidum in puero ꝙ̄ in iuuene. Se
quitur secundo hanc conclusionem esse concedendā ꝙ tem
peramento ꝓ vita requisito tēperatior est puer ꝙ̄ iuuenis.

Secunda conclusio principalis. Cæterę operationes vt ani
males & generatiua perfectiores sunt in iuuene quàm in

puero. patet hæc conclusio discurrendo, quia sensitiuæ tam interiores q̃ exteriores intellectiuæ & motiuæ localiter sunt multo perfectiores in iuuene q̃ in puero. igitur &c. Et arguitur ratione. Primo, quia huiusmodi operationes requirũt organa a superflua humiditate depurata, vt bene perficiantur. hoc autẽ maxime ẽ in ætate iuuẽtutis vt satis patet. igr̃ &c. Secundo quia organa istarum operationum tunc sunt maxime perfecta & completa cum iam sit augmentum completum. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter.

Tertia conclusio sequitur. Absolute temperamento iustitiali temperatior est iuuenis q̃ puer. hanc cõclusionẽ voluit Auicen. in littera in locis allegatis. Et arguitur ratione per complexionem iuuenis cæteris paribus melius & perfectius perficiuntur operationes ad quas homo finaliter ordinatur. igitur &c. patet consequentia & assumptum probatur, quia tales sunt operationes animales cognoscitiuæ quæ vt patet sunt in iuuene perfectissimæ. Ex hac conclusione sequitur hanc cõsequentiam non valere. complexio fortis est temperatior complexione Platonis, ergo complexio fortis est longioris vitæ q̃ complexio platonis. Similiter nõ sequitur econtra vt patet intuenti. Sequitur secundo hanc consequentiam non valere. cum. a. complexione melius & diutius est apta anima in subiecto conseruari q̃ cum. b. cõplexione. igitur. a. complexio est melior & temperatior. est. n. in casu añs verum & consequens falsum, vt posito q a. sit complexio temperati iuuenis, & b. sit complexio pueri temperati. Et causa est, quia perfectio complexionis non arguit ex longiori vel breuiori cõseruatione formæ in materia, sed ex maiori & minori perfectione operationum, quas mediãte ista complexione apta est forma producere. Verũtamẽ si essent cætera paria ex parte ætatũ sp̃ valet illud argumentum cõparatis indiuiduis eiusdem speciei adinuicem, vt patet intuenti. Sed contra secundam & tertiam conclusionem videtur auctoritas Gal. 2. techni. cap. de signis dyscrasiarum cerebri frigidi & sicci sonare oppositum, vbi ad litteram inquit. Sensus vero in eis in pueritia magis perfecti, accedente vero iuuentute marcescũt citius. Vbi apparet expresse velle in puero frigidi & sicci cerebri tempore pueritiæ perfectiores esse operationes animales q̃ in eodẽ tempore iuuentutis. Et confirmatur ratione sic in puero melancholico reperitur saltem in passiuis temperamentum tale quale i iuuene temperato in iuuẽtute reperitur, & in iuuentute est in eodem temperamento a temperamento iuuenis temperati valde notabiliter lapsum. ideo &c. Et ad hoc euidentius foret argumentum arguendo de puero sicco tm̃. notum enim est q in principio suæ generationis ipse est humidior iuuene temperato & aliquando erit siccior in pueritia. ergo aliquando erit æqualiter humidus præcise, & pro tunc erit æqualiter calidus. ideo &c. Argumenta ista alibi soluta sunt. Et auctoritas Gal. est sic exponenda, q sensus pueri melancholici sunt perfectiores &c. i. minus excedũtur in perfectione a sensibus temperati pueri q̃ iuuenis, quia. s. non tantum augetur perfectio sensuum in iuuentute super perfectionem eiusdem in pueritia quantum in alijs cõplexionibus. Vnde sensus in iuuentute dicuntur marcescere licet absolute multo perfectiores sint q̃ fuerint in ætate senectutis. Huius tamen causa est nimium siccitatis augmentum uersus ætatem senectutis. Quarta conclusio. Temperamento ponderali temperatior est iuuenis q̃ puer. patet quia in actiuis sunt æqualiter distantes ab æquali ad põdus. sed in passiuis plus eidem appropinquat iuuenis q̃ puer secundum suum situm. Verum autem secundum similitudinem & æquiualentiã magis appropinquet non est præsentis speculationis. Potest tamen dici q secundum similitudinem iuuenis est magis propinquus, & sumitur similitudo hoc modo, quia sicut æquale est medium ita ætas iuuẽtutis est media. Ad argumenta principalia respondetur.

Ad primum dicitur concedendo añs & negando cõsequẽtiam, vt patet ex dictis in quæstione. Ad secundum dicitẽ negando similitudinem. Et dicitur vlterius q non quælibet dispositio cum qua melius & longiori tempore conseruatur forma in materia est formæ magis conueniens & proportionata, nisi cum hoc ponatur q ab ea perfectiores vel æque perfectæ proueniant operationes, quod non est in casu argumenti. Ad confirmationem dicitur illam similitudinem vlt negando. Conueniunt tamen in hoc q sicut a naturali complexione optima siue temperatissima optimæ pueniũt operationes respectu aliarum cõpōnum cæteris paribus ita ab ætatiua temperatissima optimæ proueniunt operationes respectu aliarum ætatum. Ad tertium principale dicitur q per illud non plus voluit Gal. nisi q fortius in tactu imprimit caliditas iuuenis q̃ pueri ppter ipsam esse in subiecto frigidiori & densiori: cum quo tamen stat ipsam non fore distemperatam. Et dicitur ulterius negando illam similitudinem. s. q sicut se habet calor pueri etc. nisi quantum ad modum imprimendi inorganum tactus, quia sicut caliditas febricitantis fortius in tactum imprimit q̃ caliditas sani & respectu illius apparet mordax, ita caliditas iuuenis respectu caliditatis pueri. notum est autem q hoc non repugnat dictis superius. Ad quartum dicitur q ex illo cõcluditur q temperamẽto pro operationibus naturalibus requisito temperatior est puer q̃ iuuenis. Non tñ concluditur q absolute temperatior. Notum est enim q quantũcunq caliditas iuuenis sit magis acuta, propter quod temperatior est cadere in lapsum calidum in vere q̃ complexio pueri cæteris paribus, quia tñ ab ea perfectiores pducũt operationes cæteris paribus non sequitur contra dicta. Ad quintũ dr̃ q Gal. non plus voluit nisi q complexio pueri temperamẽto requisito pro operationibus naturalibus & vitæ perduratione est maxime temperata. Et hoc etiam dictum satis est dictis consonum.

Quæstio. xxxvj.

TRIGESIMOSEXTO Quæritur. Vtrum mulieres sint naturaliter viris frigidiores. Arguitur multipliciter q non. Primo sic. Aliqua mulier est valde cholerica aliquo viro existẽte valde phlegmatico vel frigido, igiẽ aliqua mulier vĩ aliquo uiro calidior ualde. patet consequẽtia & assumptũ sic. Secundo. Aliqua mulier est aliquo uiro mobilior & fortior. opõnum motiuum quæ a calido vñr perfici, ut patet. 2. de aia. igitur &c. patet consequentia & assumptum docet experimentum. Tertio. De facto aliqua mulier aliquo uiro est pilosior, pilositas autem efficitur a calido. Sic experimẽto patet aliquas mulieres esse carnosas et bñ coloratas, ubi aliquis uir erit gracilis et pilis nudus tactu frigidus & coloris plumbei, quæ omnia arguunt frigiditatem magnam. Quarto. Fortius & facilius læditur a frigido uir q̃ mulier. igitur &c. consequentia tenet, eo q signum frigidæ complexionis est a frigido faciliter lædi, vt colligitur ab Auic. secunda primi. capitulo de signis cõplexionum in sexto gñe signoꝝ. & añs satis patet experimẽto, uidemus enim mulieres optime ire capite & collo discooperto, uiros autem non. similiter lotrices quæ stant in fluminibus tempore hyemis uidentur calidiores uiris. Quinto arguitur. Mulier cæteris paribus plus habet de sanguine q̃ uir. igitur &c. patet consequẽtia & assumptum similiter experimento: cum fluxum sanguinem habeant periodum, uiri autem non. Vltimo si sic esset &c. hoc maxime foret ppter motiuum tactum ab Auic. in littera, quia. s. uidemus eas in creatura minores. sed arguitur hoc non pbare. nam in multis animalibus sunt masculi in creatura minores. cũ tamen sint calidiores fœmellis, ut patet de ansere accipitre & falcone & huiusmodi consimilibus rapacibus. igĩ &c.

Item auctoritate Ouidij metamorphoseos. Mulier est magis uenerea uiro. igitur &c. Ad oppositum est Auicenna in littera.

Respondendo ad istam quæstionem primo præmittenda sunt quædam pręambula. Secundo rñdendum est ad quæsitum. Quantum ad primum sciendum est primo q uirũ & mulierem possumus adinuicem in caliditate suæ cõplexionũ dupliciter cõparare, Primo indifferenter quẽlibet ad quẽlibet.

Margin notes: Gal. — Pilositas cã. — Frigiditatis signa — Ouidius — Viri cõparatio ad mr̃e rem duplex.

ad qualibet. Secundo non indifferenter quemlibet ad qualibet, sed solū uirū ad mulierē in situ suę latitudinis sibi inuicem correspondente, puta temperatum virum ad temperatam mulierem, cholericum ad cholericam. Item stante paritate in regimine & alijs habentibus calidicatem complexionis variare. Secundo principaliter sciendum est ꝙ licet muliebritas & virilitas dependeāt ex dispositione triū principalium membrorum vel saltem cordis, vt colligiť a philosopho primo de generatione animalium, quia tamen non necessario omnia membra illis in naturalibus complexionibus proportionantur non repugnat aliquod corpus ex parte cordis habere complexionem fœmineam, quod tamē ex parte genitalium habet masculinam complexionem. Similiter non repugnat esse econtra vt patet intelligenti. Et secūdum hoc contingit huiusmodi diuersitas ꝙ aliquæ sunt aīo viriles, secundum vero genitalia muliebres. Et econtra aliquas esse mulieres ex parte cordis, quę tamen sunt secundū genitalia viriles, & sic de alijs. Quantū ad secundum sit hæc prima conclusio. Non quilibet vir est qualibet muliere calidior. patet hæc conclusio per plura argumenta superius adducta. Secunda cōclo. Non quilibet vir non orbatus est qualiber muliere non orbata calidior. Et intelligo ꝑ virum non orbatum, virum qui merito suæ complexionis naturalis potest in operationes sibi debitas ratione sui sexus patet hæc conclusio, quia experimēto videmus aliquas mulieres esse aliquibus viris non orbatis calidiores, quia robustiores rubicundiores mobiliores audaciores & pilosiores, quæ omnia significant supra maiorem caliditatem. igr̄ &c. patet consequentia & assumptum similiter. Tertia conclusio. Quilibet vir non orbatus qualiber muliere non orbata est secundum membra genitalia calidior. patet, quia tēperamentum datum spermati virili semper est caliditate abundantius q̄ꝫ datum spermati muliebri. igitur &c. patet consequentia & colligitur assumptum. 21. tertij cap̄. de generatione embrionis. & primo de generatione animalium. & a Gal. in libro de spermate. & prima tertij. cap̄. 1. Et persuadetur ratione sic. quia semper sperma viri tenet locū agētis, vel saltem magis est actiuum sperma viri q̄ꝫ sperma mulieris. igitur &c. tenet consequentia et assumptum similiter.

Vir non orbatus quid.

Quarta cōclo principalis est hæc. Comparando virū & mulierem inter se similes vel correspondentes obtinētes situm in suis latitudinibus semper vir est calidior muliere cæteris paribus. tēperatus. n. vir est calidior tēperata muliere, cholericus cholerica, exercitatus exercitata semper cæteris paribus, & sic de alijs. Et istā cōclonem voluit Aui. in lra. patet etiam conclo experimento. quia videmus ipsos viros cæteris paribus robustiores pilosiores & fortiores operationum motiuaꝝ, & sic de alijs. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum secundum & tertium patet ex dictis. Ad quartum dr̄ negando consequentiam illā. difficilius læduntur a frigido, ergo sunt calidiores nisi ponerentur cætera paria, & ex parte raritatis & densitatis & porositatis. qualiter non est in proposito. habēt enim mulieres poros strictos & strictiores q̄ꝫ viri. Et hęc solo vel eius fundamentum colls. 3. techni. &. 2. cañ. cap̄. 3. Ad quod etiā adiuuat consuetudo, sunt. n. mulieres solitæ magis ire cum capite discooperto q̄ꝫ viri, & lotrices stare in aqua. Ex quo tā quam ex fundamento solui potest hoc ꝓblema, propter qd mulieres melius ferunt onera supra caput q̄ꝫ viri. Dicitur hoc esse, quia cranei commissurę sunt in mulieribus ꝓpter frigiditatem suæ complexionis strictæ. Ex quo etiam patet, quare aliquæ ipsarum sunt stolidæ, ut habitantes regiones frigidas. Ad quintum dicitur, ꝙ quia uirtus solutiua est in muliere debilior & digestiua, plus de sanguine indigesto & crudo retinetur & multiplicatur in muliere q̄ꝫ in uiro de sanguine tamen bono & bene digesto amplius generať in uiro. Ad ultimum dicitur ꝙ licet motiuum tactum ab Auic. in littera non foret euidens, in proposito tamen est euidens, & generaliter in specie uiuentium quorūcunq; habentium multum de humido, sicut homo equus &c. In his. n. masculo existente calidiori & humido existente multo non arefactibili ab aliquo calido fit cæteris paribus extēsio maior membrorum maris q̄ꝫ fœmellę, nisi in quo calidum nō habet potentiam ad extendendum. In animalibus autē habentibus humidum modicum & calidum multum contingit oppositum, calido enim existente multo in masculo & humido pauco arefit humidum tale, unde resoluitur magna pars illius: & per consequens abbreuiatur masculus in dimensionibus suis. Econtra uero in fœmina existente calido non ita intenso & humido ampliori nō consumitur illud humidum, sed ad ampliorem dimensionem extenditur. Sicut patet in accipitre ansere & falcone: in quibus animalibus propter audaciam & agilitatem necesse fuit calidū esse plurimum & humidum paucum. Ex quibus soluuntur multa problemata de quantitate maris et fœminæ in hac materia solita proponi, quæ gratia breuitatis omitto &c.

Quæstio. xxxvij.

TRIGESIMOSEPTIMO Quæritur. Vtrū caro mulieris sit rarior q̄ꝫ caro uiri. Et arguitur multipliciť ꝙ non. Primo sic. Raritas est effectus caloris, igiť ex raritate maiori argui potest maior caliditas. sed mulier non est calidior uiro, ut patet ex præcedenti quæstione, igitur &c. tota consequentia patet & assumptum similiter. Secundo mulier difficilius patitur & alteratur a frigido q̄ꝫ uir. igitur mulier est calidior uiro uel eodem densior. sed non est calidior, igitur densior. patet hæc cōsequentia ultima, & prima colligitur ex Ga. 2. techni. ubi ex facili passione a frigido cōcluditur membrum frigidum uel rarum, ecōtra uero ex difficili. Item potest colligi. 2. cañ. cap̄. 3. Tertio principaliter arguitur. in muliere magis dominantur elementa frigida q̄ꝫ in uiro: econtra uero in uiro calida sed elementa frigida consequiť densitas & calida consequitur raritas. igr̄ &c. patet consequentia cum antecedente. Quarto. uir est pilosior muliere. igitur rarior. consequentia uidetur nota. Multitudo enim pilorum arguit multitudinem pororum, et per consequens raritatem. & assumptum satis patet. Pro illo etiā satis potest facere auctoritas Hyppo. quinta aphor. Illo aphoris. Rigores mulieribus. Et infra dicit. Cutem uero raram declarat pilus &c.

Hyppo.

Ad oppositum est Auicen. in littera.

Respondendo ad istam q̄ōnem primo præmittenē quędam præambula. Secundo ponentur cōclones de quęsito.

Quantum ad primum sciēdum est primo ꝙ ut colligi potest ex pluribus modis loquēdi auctoꝝ. multipliciter aliqd' corpus uel membrum potest dici alio rarius. Primo quia sub æquali uel minori extensione de materia minus cōtinet qualiter dicimus aerem esse aqua rariorem & aquā terra. Secundo dicitur aliquod corpus alio rarius, quia porosius. sic enim corpus plures uel maiores habens porositates potest dici alio rarius habente ipsas pauciores, & strictiores, qualiter diceremus spongiam & pumicem esse corpus ualde rarum: quantūcunq; substantia eoꝝ sit terrestris & grossa uel densa densitate distincta contra raritatem primo modo sumptam. Tertio dicitur corpus uel membrum alio rarius, quia uilli componētes ipsum sunt adinuicem male cōtexti, quia non habet adinuicem bonam connexionem et ꝓpinquitatem, sicut pannū a mala textrice contextum dicimus esse rarum, quia. s. fila ex quibus componitur pannus non sunt sibi inuicem debite contexta & propinqua. Sic cō similiter imaginari possumus aliquem musculum uel neruum habere uillos suos ex debilitate uirtutis informatiuæ adinuicem male contextos & connexos, unde dicimus ipsum esse rarum. Et sumitur hic modus raritatis ex dictis Auicen. 13. tertij. tract. secundo capło de causis debilitatis stomachi. & secunda primi. capło de causis debilitatis mēbrorum. ubi raritatem texturæ dicit esse magnam causam debilitatis. Quarto dicitur aliquod corpus uel membrum alio rarius, quia eodem mollius aut fluxibilius aut fluxibili propinquius aut magis laxum. Et iste modus colligitur ab Auice. secundo cañ. capitulo tertio si quis bene considerat.

Corpus rarius alio quadrupliciť.

Vltimo dicitur aliquod corpus vel membrum rarius alio, quia in suis porositatibus minus obstructum. qualiter sum

Aristo.

plit philosophus problematum decima dum quæsiuit. Propter quid morphea senibus magis contingit q̃ pueris, ac decrepitis viris magis q̃ mulieribus. Dicens hoc esse magis in dictis corporibus in quibus sunt consumptæ humiditates quæ replebant porositates & impediebant materiam morpheæ pelli ad exteriora cutis, econtra vero in pueris vt satis patet, ideo dicitur cutem in talibus corporibus esse rariorem, quia in suis poris minus obstructam. Et quot modis dicitur aliquod rarum, tot mod s correspōdent aliquid

Dẽsum quintuplex.

dicitur densum. Primo, quia sub modica extensione multū habet de materia. Secundo, quia paucas & strictas habens porositates. Tertio, quia habēs uillos adinuicem fortiter cōtextos. Quarto, quia solidum & non laxum vel fluidum vel fluido ꝓpinquū. Quinto, quia in suis porositatibus multum obstructum. Ad propositum omnibus his modis in raritate & densitate virum & mulierem adinuicem comparare possumus. Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio ꝓbabiliter loquendo de raritate primo mō dicta & drositate sibi opposita vir est rarior muliere. patet quia in viro plus abundant elementa calida & in muliere frigida. sed raritas primo modo dicta consequitur elementa calida & densitas frigida. igitur &c. patet cōsequentia & assumptum intelligenti. Et intelligitur ista conclusio cæteris paribus ex parte complexionis naturalis & regiminis &c. & in viro & muliere ex parte ætatum & aliorum. Secunda cōclusio. Cæteris paribus vir est rarior muliere raritate secundo modo dicta. patet, quia vir est porosior vt docet experimentum cęteris paribus. Primo quia calidior. Secūdo quia pilosior. Tertia conclusio. Raritate tertio modo sumpta mulier cæteris paribus est rarior viro. patet, quia villi musculi & neruorum in muliere sunt adinuicem cæteris paribus deterius contexti. igitur &c. patet cōsequentia & assumptum probatur, quia virtus informatiua cęteris paribus est in muliere debilior. igitur &c. Quarta conclusio est hæc. Raritate quarto modo sumpta caro mulieris cęteris paribus rarior est carne viri. patet: quia magis laxa vel fluida ꝓpter ipsam esse humidiorem. Et istam conclusionem intellexit Auic. in littera cum dixit. Et substantia carnium earum est rarior. Quinta conclusio est hæc. Raritate quinto modo dicta vir est rarior muliere & mulier densior viro. ꝓbatur sic. Mulier cæteris paribus in suis porositatibus magis est obstructa. igitur &c. patet consequentia & probatur assumptum, quia plures abundant in mulieribus superfluitates & humiditates potentes poros obstruere: tum ꝓpter ocium, tū etiam propter frigiditatem & humiditatem complexionis earum respectu viri, tum etiam propter poros carnium mulierum fore strictiores, & per consequens aptos facilius obstrui. Et hanc conclusionem intellexit Auicen. in littera dum inquit. Licet viri caro ex parte complexionis vel euacuationis eius quod admiscet sit rarior etc. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur ꝙ non quælibet raritas est effectus caloris, quia non raritas tertio & quarto modo sumpta, vt patet ex dictis in quęstione. Ad secundum dicitur ꝙ mulier paritur difficilius etc. quia est densior dēsitate opposita raritati secundo modo dictæ, cum quo tamen stat ipsam esse rariorem modo tacto in quarta conclusione. Ad tertium dicitur ꝙ illud arguit virum fore rariorem raritate secundo modo dicta, quod est concessum superius. Et hæc de quæstione.

Quæstio. xxxviij.

TRIGESIMOOCTAVO Quæritur. Vtrum habitantes terras septētrionales sint humidiores alijs. Et arguitur multiplr ꝙ non. Primo, quia stat aliquē habitantē terrā septētrionalē esse valde cholericū aliquo habitante tēperatam existe valde phlegmatico, sed quodlibet cholericū corpus est siccius phlegmatico. igitur &c. patet consequentia & assumptum de se satis est notum. Secundo. in terris septētrionalibus maxime abundat boreas qui est vētus ma

Boreæ cōplo et austri

xime exiccatiuus: In meridionalibus vero viget auster qui est ventus humectatiuus. igit &c. consequentia nota & anš tertia aphor. isto apho. Quotidie cōstitutinnes boreales etc: Tertio in habitantibus terrā septētrionalē vel regionē est calīm fortius vel potentius q̃ in habitantibus terrā vel regioōē calidā, sed sicut calīm est fortius ita fortius exiccat humidum. igitur fortius exiccatur humidum habitantis terrā septētrionalem &c. & per cōsequens tales sunt licciores. tota consequentia vr̄ nota, & potest colligi maior in cōmento illius aphorismi. Ventres vere & hyeme calidissimi &c.

Ad oppositum est Auicenna in littera.

Pro rrsponsione ad hanc qōnem præmittendum est primo: ꝙ cum Aui. & alij auctores comparant inter se in suis complexionibus corpora diuersarum regionum: dicentes habitātes regionem septētrionalem esse humidiores aut calidiores. hoc debet intelligi cæteris paribus, vt in complexione naturali eadem existe ętate & regimine, & sic de alijs: quorum varietas potest intra vel extra latitudinē variare. Notum est enim ꝙ cholericus vtens regimine valde sicco in terra septētrionali valde siccior esse potest q̃ phlegmaticus vel temperatus vtens continue lactucis & papauere et alijs rebus humectantibus in regione australi. Debet igitur intelligi comparatio stante in alijs paritate. Secundo præmittendum est ꝙ corporum habitantium regiones frigidas septētrionales quædam sunt fortis caloris, quædā vero non. Exempla satis patent. Præmittendum est tertio ꝙ dupliciter potest aliquod corpus altero esse humidius. Primo naturaliter. Secundo accidentaliter. Exemplum primi, vt sanguineus est humidior melancholico. Exemplum secundi: vt phlegmaticus sanguineo, vt patebit post. Nota tamen ꝙ potest aliquod corpus alio esse humidius duplicitē. Primo substantifice. Secundo qualitatiue. Exempla patent ex superius dictis. Quarto præmittendum est ꝙ frigiditas non nimis extremalis vel excessiua occurrens corpori fortis caloris calorem eius reddit fortiorem, hoc colligitē in aphor. et cōmento allegato. Ex quo patet quare in terris septētrionalibus sint maiora & robustiora corpora. Patet secundo quare sunt dementia & minus prudentia. Clausis enim poris ꝓhibetur vaporum & fumorum ad cerebrum eleuatorum resolutio, qui io ventriculis cerebri retenti perturbant rationem, quia permiscentur cum spiritibus. Patet tertio aliquod agens fortius operari ad ꝓductionem effectus, cuius est de per accidēs ꝓductiuum q̃ illius cuius per se ꝓductiuum, vt frigiditas aeris corpus nostrum circūdās est per se productiua frigiditatis in corpus nostrū, per accñs autem fortificatiua caloris, quæ tamen fortius agit ad caloris fortificationem: igitur &c. Quinto præmittendū est ꝙ aer frigidus occurens corporibus caloris debilis est magis aptus calorem illum in corporibus illis extinguere q̃ vigorare, vt patet in animalibus debilis caloris, quæ tota hyeme iacent vt mortua, vt patet commento allegato. Sexto præmittendum est ꝙ debilitatem caloris naturalis corporis vel extinctionem causatam a frigido consequitur corporis accidentalis humectatio patet cum ad talem frigiditatem sequatur inductio & multiplicatio humiditatum phlegmaticarum & earum retentio cum non resoluantur quæ totum corpus habent humectare accidentaliter. Tunc sit prima conclusio hęc. Corpora caloris debilis habitantia terras septētrionales sunt cæteris paribus alijs corporibus accidētaliter humidiora. patet, quia in talibus corporibus plures multiplicantur indigestiones & humiditates superfluæ retinentur, quæ sunt corpus nr̄m accñtaliter humectantes. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter ex dictis. Secunda cōclō. Corpora robusta habitantia terrā septētrionalē sunt substantifice & naturaliter humidiora habitantibus alias regiones distēperatas. Dico autē notanter alias distēperatas, qa non sunt nālr & substātifice humidiora habitantibus terras tēperatas, cum in tēperata fiat melius superfluitatum inutilium sequestratio & earū euo quàm in septētrionali. probatur conclusio sic. In talibus corporibus

Corpus hūidius alio dupliciter.

calor

calor est fortior. igitur in talibus melius pficitur nutricatio, & per consequens &c. tota consequentia patet & assumptū ex premissis superius. Tertia conclusio. Talia corpora septētrionalia corporibus iam dictis cæteris paribus sunt accidentaliter humidiora. patet, quia in talibus plures retinentur superfluitates corpus humectantes, igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Quarta conclusio. Corporum tā robustorum q̃ caloris debilis aliquæ partes superficiales exteriores sunt sicciores tam qualitatiue q̃ substantifice. patet, qa talium corporum pori exterioris superficiei clauduntur & ingrossantur, ita vt calor naturalis & sanguis in quantitate modica ad huiusmodi partes possint peruenire, hæc autem ē causa ꝙ huiusmodi partes substantifice & qualitatiue exiccātur, igitur &c. Pro isto etiam facit experimentum. videmus enim huiusmodi corpora habere exteriorem superficiem, vt manum valde rigidam & asperam. Item est experimētum in nobis ꝙ tempore hyemis cutis nostra exterior est magis dura & aspa q̃ sit tempore veris vel æstatis. quod non cōtingit nisi propter causam iam dictam. ideo &c. Et ex hoc soluitur hoc problema. propter quid est ꝙ tempore hyemis percussio manuū aut alterius membri fortiorem aut magis diuturnum causat dolorem & tardius sanatur q̃ in tempore æstatis aut veris cæteris paribus. Dicitur enim ꝙ substantia manus in hyeme est dēsior & spissior & mala complexio in ea ex percussione derelicta fortior est ad īprimendum & longiori tempore in subiecto conseruatur. Qualitas. n. in subiecto dēsiori impressa diutius cæteris paribus permanet & fortioris est actiuitatis, vt debet alibi videri. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum patet solutio per primam suppositionem in quæstione, quia non sunt cætera paria. Ad secundum dicitur ꝙ licet boreas sit per se exiccatiuus, reuocando tamen calorem ad intra & ipsum vniendo & fortificando est causa substantifice humectationis, & superfluitates retinendo accidentales. Et hoc in robustis corporibus. In debilibus vero calorem debilitando naturalem corpora illa humectat. Concedendum tamen est in argumento boream esse causam exiccationis partium exteriorū tam substātifice q̃ qualitatiue. Ad tertium dicitur ꝙ licet calor naturalis fortiter exiccet humidum, tamen cum hoc illud melius restaurat. Et de hoc etiam habes alium modum dicendi super isto aphorismo. Ventres vere & hyeme &c. Ex quibus omnibus collige ꝙ habitantes terras dictas sunt omnibus alijs cæteris paribus humidior es.

Boreæ uerus effectus.

Quæstio. xxxix.

TRIGESIMONONO Quæritur. Vtrum diffinitio humoris posita ab Aui. in litera sit bona. s. Humor est corpus humidum liquidum in quod ī primis cōuertitur nutriēs. Arguitur ꝙ non. Primo, quia illa non conuenit cuilibet humori naturali. igitur &c. patet consequentia et assumptum ꝓbatur. Cholera enim est humor & similiter melancholia, & tamen neutrum istorum est humidum, sed vtrūq; est siccū. Confirmatur etiam de humoribus incineratis. Secundo non quilibet humor est corpus humidū & liquidum. igr̄ etc. patet consequentia & arguitur assumptum, quia multæ sunt phlegmatis species quibus non conuenit illa particula liquidum, vt phlegma vitreum, & phlegma gipseum, vt in litera patet. Tertio. Vel per ly nutriens positum in descriptione humoris intelligunt actu nutriens, quia illud quod actualiter immediate conuertitur in substantiam membri. Vel indifferenter intelligitur omne in corpore nostro recipiens transmutationem mediate vel immediate præparantē ad cōuersionem iam dictam. Vel intelligitur chylus. Si dicitur primum sequitur humiditatem solum vltimam de secundis q̃ dicitur gluten esse humorem. Si dicitur secundum sequitur ꝙ chylus & humiditates secundæ omnes sunt humores, & per consequens plures q̃ quatuor, immo plures q̃ octo sunt humores. totum argumentum satis patet intelligenti. Si dicitur tertium arguitur ꝙ non primo quia tunc aquositas vadens cum humore esset humor. In illam. n. in primis conuertitur chylus. Secundo etiam sanguis immediate ex phlegmate generatus non esset humor. arguitur consequentia, quia in sanguine immediate generato ex phlegmate non immediate cōuertitur chylus, sed prius in phlegma, igitur &c. Quarto si quæstio esset vera sequeretur ꝙ solus chylus deberet dici humor consequens est falsum, & arguitur consequentia, quia solus chylus est corpus humidum &c. in quod in primis conuertitur nutriens, quia cibus in primis conuertitur in chylū. igitur &c. tota consequentia nota est cum antecedente.

Ad oppositum est Aui. in litera ponens prædictam humoris descriptionem tanq̃ bonam.

In ista quæstione primo premittentur distinctiones quædam & notabilia. Secundo ponendæ sunt cōclusiones de q̄sito. Quantum ad primum sit hęc prima distinctio. Hic terminus humor sumitur tripliciter. Primo communiter & indifferenter ꝓ quolibet corpore liquido fluido, sicut diceremus aquam esse humorem, vt radix vitis dicitur attrahere humorem aquę. Secundo modo sumitur pro corpore liquido fluido generato in corpore nostro qualiter diceremus ꝙ hūores oculi sunt humores. Tertio modo sumitur humor pro corpe liquido fluido in nobis generato per secundam digestionem, qualiter diceremus sanguinē phlegma &c. esse hūores. Secunda distinctio. Dupliciter dicitur aliquod corpus humidū. Primo actualiter. Secundo potentialiter vel virtualiter. Exēplum primi vt cholera & melancholia & hmōi. Exemplum secundi vt omne corpus liquidum. Tertia distinctio. Ly nutriens dupliciter sumitur. Prīo pro illo ꝙ actu nutrit & cōuertitur in substantiam nutriti & sic non sumitur in proposito. Secundo per nutriens intelligitur illud quod primā in corpore nostro recipit digestionem per quam mediate præparatur vt tandem actualiter nutriat id vel aliquid ex eo generato & hoc modo per nutriens intelligitur chylus, & sic sumitur hic. Qualiter autem nutrimentum distinguatur in verū nutrimentum & quasi nutrimentum & futurum nutrimentum videndum est a Gal. primo virtutum naturalium.

Humoꝛ tripľr.

Corpus hūidum dr̄ dupliciter.

Nutriēs dupľr.

Quarto præmittendum est. Non omne corpus actu humidum iuxta modum communem dicendi auctorum debere dici fluidum aut liquidum. Aer. n. est corpus actu humidū. Et spūs qui iuxta modum loquēdi auctorum non appellanē liquidi nec fluidi. Liquidum. n. est corpus sensibiliter fluxibile, & per consequens habens substantiam sua grossitie a nobis sensibilem vt aqua vel vinum & huiusmodi. Quantū ad secundum sit hæc prima conclusio. Capiendo humorem primo vel secundo modo omnes humiditates in corpore nostro repertę sunt humores. conclusio satis patet intelligenti. Secunda conclusio. Capiendo humorem tertio modo nec chylus nec humiditates ex sanguine generatæ sunt humores, patet quia neutrum illorum est productum per secundā digestionem. igitur &c. Tertia conclusio. Sequitur ꝙ nullus humor non naturalis capiendo humorem tertio modo debet dici humor, nullus. n. talis aptus est in nobis per secundas digestionem generari vt patet discurrendo, ideo &c. consequētia nota est & assumptum similiter. Quarta conclusio. Ibi non describitur humor nisi tertio modo sumptus, patet satis conclusio. Quinta conclusio. Diffinitio humoris ab Aui. in litera posita conuenienter intellecta est bona. patet, quia conuertibilis est cum humore. igitur &c. declaratur assumptū, qa competit cuilibet humori proprie sumpto, & per ipsam a qualibet quod non est humor sufficienter distinguitur, igitur &c. tota cōsequentia patet & declaratur assumptum. Nā primo ly corpus positum in diffinitione ponitur loco gn̄is, in hoc enim conuenit cum membris & humiditatibus secundis, quæ sunt corpora. & differt per idem a virtutibus & cōplexionibus quę non appellantur corpora. Per hoc autē quod dicitur humidum liquidum differt a membris quę non sunt corpora humida, & datur intelligi eius humiditatem eē actualem. Per hoc autem quod dicitur in quod in primis conuertitur nutriens differt a chylo. dictum est. n. ꝙ per nutriens ī ꝓposito intelligitur chylus differt etiam ab humiditatibus secundis per idem. Nota tamen ꝙ ly in primis potest construi cum ly nutriens. Potest etiam cōstrui cum ly cōuertit,

Liquidū quid.

Primo modo sensus est. in quod nutriens in primis. i. illud quod primo nutrit corpus, quod dicitur chylus conuertitur supple immediata conuersione, & tūc patet qualiter per hoc distinguitur a chylo & humiditatibus secundis. Secūdo mō sensus est in quod nutriens conuertitur in primis. s. anteq̄ in aliud conuertatur sequendo modum loquendi medicorum. quomodo diceremus chylum mediate conuerti in membrū, quia conuertitur in sanguinem & sanguis in humiditates secundas &c. Ex quibus omnibus sequitur primo ꝙ diffō humoris data in littera non competit humoribus non naturalibus. Et per consequens ꝙ hic non diffinitur humor ꝓut est genus ad humorem naturalem & non naturalem, immo de ipsis æquoce dicitur humor proprie sumptus. Et ꝓpter hoc credo ꝙ Auic. dixerit in littera esse diuidendum humorem in quatuor humores, & quēlibet eorum in naturalē & non naturalem, dum dixit. Et dicemus ꝙ humores humorosi sunt boni & superflui. Vt quasi dicat ꝙ si capitur humor communiter ad bonum humorem & naturalem & illū qui est superfluitas nō naturalis sunt diuidendi in quatuor, & quilibet illorum in naturalem & non naturalē. Sequitur secundo ꝙ aquositas cum sanguine per venas trāsiens est humor. eidem enim competit humoris diffinitio & reducit ad phlegma, nisi forte vellet quis probabiliter dicere ꝙ aquositas nō recipit nouam formam ab illa quam prius hēbat quando in hepate sequestrabatur a partibus chyli quæ conuertuntur in humores sed est solum pars aquosa q̄ erat in chylo. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicit ꝙ licet cholera sit virtualiter sicca, quia exiccatiua, ipsa tamen est actualiter humida, de qua humiditate in proposito est sermo. Ad confirmationem patet ex dictis qualiter respondēdum sit. Ad secundum dicitur ꝙ phlegma gipseum non est humor nisi æquoce. & hoc modo sumendo humorem nō sumitur in prædicta diffōne. Ad tertium dicitur ꝙ per ly nutriens positum in diffōne humoris intelligitur chylus. Et cum arguitur post ꝙ non, quia aquositas &c. iam dictum est qualiter aquositas debeat dici humor & qualiter non. Ad aliam replicationem dicitur negando consequentiam. & cū arguitur ꝙ in sanguinem immediate ex phlegmate generatum non immediate conuertitur chylus. dicitur hoc verum esse de facto nihilominus in sanguinem quēcunq̄ generabilem aptus est conuerti chylus. Ideo debet illa propositio sic intelligi. in quod nutriens. s. chylus aptus est immediate cōuerti per actionem. s. caloris facientis hanc secundam digōnem aut naturaliter digestione digerentem. Et per hoc ē soluitur argumentum quod fieri potest de humore corrupto immediate ex chylo generato hic enim non fit per actionem proprij caloris naturaliter secunda digestione digerentis.

Ex quibus omnibus colligitur diffō humoris completa. s. humor est corpus humidum liquidum, in quod nutriens in primis conuertitur vel aptum est immediate cōuerti ꝑ actionem caloris naturalis secunda digestione digerentis &c.

Quæstio. xl.

QVADRAGESIMO Quæritur. Vtrum præter quattuor humores in hepate generatos sit necessarium ꝓpter nutricationem membrorum ponere quatuor humiditates secundas. s. primam contentam in foraminibus paruarum uenarum, secundam rorem, tertiam cambium, quartam gluten. Et arguitur ꝙ non. Primo propter membrorum nutricationem non est necessarium ponere primam humiditatē de secundis. igitur &c. patet consequentia & assumptum, quia humiditas prima de secundis solum continetur in foraminibus paruarum venarum. sed non omnia membra nutrienda habent paruas venas. igitur &c. patet cōsequentia & assumptum de ossibus & neruis. Et cōfirmatur, quia humiditas prima de secundis in casu non differt ab humiditate secunda tertia & quarta, quod non est consonum rationi. & arguitur consequentia, quia capitur ros ex quo debet vena nutriri secundum partes eius capillares, & arguitur sic. hic ros est humor in foraminibus paruarum venarum contentus. igitur hic ros est prima humiditas quę tamen ponitur secunda. Et similiter arguitur de cambio. añs & principalis consequentia tenet per descriptionem humiditatis primæ de secūdis positam ab Aui. in litera. Secundo ad pricipale arguitur sic. possibile est aliquod membrum nostri corporis generari immediate ea sanguine, vt hepar cum sit sanguis congelatus, ut supra declaratum ē cap. de complexionibus membrorum, igit possibile est aliquod membrum nutriri ex sanguine. patet consequentia, quia eadem est materia generationis & nutricationis, & econtra. Et confirmatur, quia maior videt conuenientia sanguis ad carnem hepatis q̄ roris ad carnem eiusdem, igit immediatius debet nutriri caro hepatis ex sanguine q̄ ex rore. patet consequentia cum antecedēte. Tertio ad principale arguitur. secunda humiditas de secundis. s. ros non est necessaria ad membrorum nutricationem. igitur &c. patet consequentia & probatur assumptum, quia si foret necessaria &c. igitur semper inanitis membris ros attraheretur ad membra & membris assimilaretur. sed necessario attracto rore ad membra fit sitis. igitur membrorū inanitione semper facta carētur sitis. & per cōsequens sitis semper antecederet famem naturalem. Et confirmatur, quia facta inanitione non attrahitur plus sanguis a venis q̄ ros, sed econtra ros citius. igitur &c. patet consequentia cum per consumptionem humidi roridi causetur sitis. & arguitur consequentia. ros membris est propinquior q̄ sanguis existens in venis, & virtus attractiua est agens naturale, igitur &c. tenet consequentia cum antecedente. Quarto ad principale. non est ponenda humiditas tertia, igitur &c. patet consequentia & probatur assumptū, quia tertia humiditas vt Aui. ponit in litera est humor vel nutrimentum quod ex parte cōplexionis conuersum est in substātiam membrorum, sed ex parte substantiæ & completæ similitudinis non est conuersum, sed arguitur hoc esse impossibile, quia complexio est dispositio præparans ad formam substantialem. quæcunque igitur sunt similia secundum complexionem sunt similia secundum eorum formam substantialem & per consequens secūdum eorum essentiam. & cum huiusmodi humiditas tertia sit membro facta similis secundum cōplexionē ideo &c.

Quinto humiditas quarta non est necessaria. igitur &c. patet consequentia & añs probatur, quia quarta humiditas est nobis in principijs generationis, sed nihil nobis contractum vel acquisitum ex nutrimento inest nobis a principio generationis. igitur non producitur in nobis quarta humiditas ex nutrimento, & per consequens &c. tota consequentia patet, & maior colligitur ab Aui. cum describit quartam humiditatem de secundis.

Ad oppositum est Aui. in litera, qui præter quatuor humores ponit quatuor humiditates secundas in nobis ad actum nutricationis mediate vel imediate concurrentes.

Respondendo ad istam quæstionem primo ponendæ sunt descriptiones quorūdam terminorum ab Aui. in littera positorum & notabilia quedam. Secundo ponendę sunt conclusiones de quæsito. Quantum ad primum sciendum ē primo, vt colligit ab Aui. in littera ꝙ humiditatum vtilium & non superfluarum quędam sunt quæ a medicis dicunt primę, & quædam sunt quę dicuntur secundæ. Et per humiditates primas intelligunt quatuor humores qui pro tanto dicuntur primæ, quia sunt primæ humiditates quę ex chylo generantur. Humiditas igitur prima est humiditas primo & immediate ex chylo generata vel apta generari. Econtra vero per humiditates secundas intelligunt humiditates naturales, ex quatuor humoribus vel aliquo ipsorum mediate vel immediate generatas. Hæc autem secunda humiditas sic diffinitur ab Aui. in litera. Secunda humiditas naturalis est humor a principali sua dispōne conuersus ad membra delegatus nōdum factus pars alicuius membrorum simplicium perfecta operatione, & per hoc ꝙ dicitur humor tangitur genus. Sciēdum tamen ꝙ ista propositio est falsa vt verba sonant, nisi ad hunc intellectum intelligatur. Secunda humiditas est humiditas generata ex humore primo. Iste enim frequenter est modus loquendi auctorum. Quēadmodū etiam dicūt hepar

Humiditas duplex & quid.

esse

esse sanguinem, quia. s. ex sanguine. Ly humor ponitur loco generis. in hoc enim omnes humiditates cõueniunt. Per hoc autem ꝙ dicitur a principali dispositione conuersus, differt a quolibet quatuor humorum, qui sub proprijs dispositiõibus existentes non sunt conuersi a principali. i. prima eorum dispositione in hepate acquisita. Per hoc autem ꝙ dicitur ad membra delegatus supple nutrienda, differt ab humoribus præter naturam, ut a cholera nõ naturali &c. quãuis enim hi humores sint generati ex humoribus cõuersis &c. quia tamẽ non delegantur ad membra nutrienda nõ sunt humiditates secundæ. differunt etiam a sanguine contento in concauitatibus venarum, qui & si sit aliquo modo a principali dispositione conuersus, non est tamen humiditas secunda adhuc, q̃a non delegatur &c. Per hoc autem ꝙ dicitur vltimo nõdum factus differt a parte acquisita membro per nutricationem, & membro perfecte assimilata. tales enim non amplius dicuntur humiditates secundæ. Secundo principaliter ẽ sciẽdum ꝙ antequã ex sanguine vel nutrimento in hepate generato corpus restauretur perfecta restauratione quatuor in mẽbro reperiuntur notabiles varietates & imutationes. Prima est quam habet humor in extremitatibus uenarum capillarium quæ terminantur ad porositates membrorum consimilium. tunc enim prima apparet in sanguine notabilis mutatio, cum enim de venis magnis ad paruas & de paruis ad maiores vsq; ad capillares transmittitur ueniens ad extremales porositates illarum capillarium videtur in substantia & in colore variari notabiliter. Secunda varietas huic acquiritur postquã effusus est in porositatibus membrorum. tunc enim plene conuertitur in substantiam albam rori similem quę per membra seminatur. Tertia varietas conuenit q̃a ingrossatur secundum exigentiam membri cui debet assimilari & attrahitur ad porositates intrinsecas ipsius membri, & acquirit complexionem similem complexioni ipsius mẽbri. quarta aduenit mutatio, quia vnitur & adhæret substantiæ membrorum, ita vt non appareat distinctio inter ipsam & partem membri. Et secũdum aliquos acquirit ueram formã membri. Et secundum has quatuor mutationes huic nutrimento aduenientes quatuor ponunt auctores humiditates secundas, vt Aui. in littera. Prima est humiditas contenta in porositatibus extremitatum paruarum venarum siue capillarium. Secunda est ros siue humidum roridum ideo taliter denominatum, quia ad similitudinem roris herbas & folia irrorantis irrorat & humectat membra super quæ currit & super quæ diffunditur. Tertia cambium nominatur, uidetur enim in porositatibus poni loco cambij vel permutationis factæ cum parte quæ dissoluitur. succedit enim in proprio loco partis dissolutæ. Quarta est humiditas quæ denominatur gluten, quæ ideo gluten vocatur, quia ad similitudinem cuiusdam glutinis siue colle membro cui apponitur adhæret & inuiscatur. vnde continuatur membro vera cõtinuatione, quia tunc primo inducitur in materia illa nutrimẽti forma membri. Tertio sciendum est ꝙ istas quatuor humiditates quidam crediderunt esse abinuicem secundum suas substantiales formas a sanguine & alijs humoribus specifice distinctas, ita ꝙ in generatione primæ humiditatis de secundis ex sanguine corrumpitur forma substantialis sanguinis & acquiritur forma alterius humiditatis. Similiter in generatione roris ex prima corrumpitur forma primę humiditatis & acquiritur forma roris &c. Alij autem posuerunt istas secundas humiditates non esse secundum suas substantiales formas adinuicem specie differentes, sed solum secundũ accidentales dispositiones eidem acquisitas. Penes quam uiã tenendum est ex sanguine imediate quodlibet membrum esse nutricabile. Et ꝙ sanguis recipiens primam mutationem appellatur humiditas prima de secundis. Recipiens autem secũdam appellatur secunda. Et tertiam appellatur tertia vel cãbium, & sic deinceps. Secundum autem tenentes primã uiã patet aliter esse dicendum. Has autem quatuor humiditates describit Aui. in littera dicens. Primam humiditatem eẽ humorem contentum in foraminibus extremitatum paruarum propinquarum simplicibus venis & imbibentium. i. humectãtium ea. s. simplicia membra. sed alia littera habet eã, & est sensus imbibentium eam. s. humiditatem primã, quia extremitates pori in se imbibunt hanc humiditatem. Secundum tamen hanc descriptinnem non esset cõe ad omnẽ primam humiditatem de secundis. Non enim apparet cõis primę humiditati ex qua debet nutriri vna. Illa enim non necessario est in poris extremitatum paruarum venarum imo est in profunda valde parte ipsius vel eẽ põt. Aui. tamẽ volẽs hãc ex parte situs notificare notificauit eam ex parte situs plurimis talium communis, eo ꝙ plurimum harum humiditatum primarum est ad nutrienda membra alia a venis, & iste continetur in porositatibus etc. licet etiam dici posset per hanc descriptionem solum notificari humiditates primas de secundis correspondentes membris alijs a venis, cuius situs est manifestior, & per hanc possemus alias compræhendere. Sciendum igitur est ad complementum huius descriptionis oportere supplere multas clausulas positas in diffõne humiditatis secundæ. aliter enim non esset sic completa descriptio. Notum est. n. ꝙ ad porositates membrorum potest defluere materia vel humor appositus mẽbro per venas capillares, & tunc patet ꝙ iste humor erit contentus in poris extremitatum paruarum venarum, & tamen non erit humiditas prima de secundis, igitur ista descriptio sic absolute prolata non est completa. Apparet igitur ista descriptio sic supplenda. Prima humiditas est humor a principali dispositiõe. s. data ab hepate prima notabili conuersione cõuersus ad mẽbra nutrienda a natura delegatus, vt pꝛĩm in porositatibus extremitatum paruarum venarum contentus. s. deducto impedimento. Et per ly notabili conuersione cõuersus &c. differt ab humore non notabiliter conuerso & fluente ad apostemãdum. Per ly prima differt a rore & cambio quo nutriuntur venæ & alia membra, quę non prima notabili sed secũda vł tertia notabili conuersione permutata sunt. Sed per ly ad mẽbra nutrienda &c. Differt etiam a materia quacunq; siue peccante siue non ad membra præternaturaliter fluente.

Nota etiam in prædicta descriptione per extremitates venarum non est solum extremum longitudinis venæ intelligendum, sed q̃ãlibet p̃tem exteriorem ad superficiem venę terminatam, quoniam in omni tali parte notabiles sunt pori p̃ quos potest vena nutrimentum ad membra diffundere. Et additur in prædicta descriptione vt pꝛĩm &c. ad denotãdum non omnem talem ibidem contineri sicut illa ex qua nutritũ vena magna. Ex his sequitur nõ in quolibet membro nutriendo reperibilẽ esse hanc primam humiditatem de secundis, quia ad cuiuslibet membri porositates non terminantur extremitates venarum paruarum, ideo &c. Et si arguitur contra, quia tunc non quodlibet membrum nutritur ex hac prima humiditate. Neganda est consequentia, sicut non seq̃retur non in omni membro reperibilis est sanguis. igitur nõ quodlibet membrum est nutribile ex sanguine licet enim in aliquo membro non sit reperibilis hæc prima humiditas dicta. In quolibet tamen membro reperitur aliquid ex ea factũ puta cambium aut aliquid huiusmodi. Nota tamẽ satis ꝓbabiliter posse tolerari in quolibet membro esse reperibilem hanc humiditatem, & ꝙ ad hoc vt sit hæc prima humiditas denominanda nõ requiritur ipsam esse in extremitatibus, sed sufficit eam ibi esse generatam sub dispositione sub qua generata non fuit saltem notabiliter variata. videtur etiam satis ꝓbabiliter esse sustentabile in membris extra venas generabilem esse humiditatem talẽ. Secũda humiditas sic ab Aui. describitur. Secunda humiditas est humor trãsiens sicut ros per membra simplicia aptus in nutrimentum conuerti, dum corpus nutrimento caret, & vt membrum humectet cũ eidẽ aliqua causa fortis ad exiccãdum occurrit. Dicit autem sicut ros transiens &c. hęc enim humiditas est tenuis ad roris similitudinem sparsa etiam per iuncturas & membra sicut diffunditur ros super herbas & folia. Et per hoc differt a prima humiditate vel cambio & alijs quæ sunt in porositatibus ibibitę. Ros autem non est in poris venarum nec in poris mem-

Hũiditas secũda q̃druplex.

brorum. Hanc differentiam tetigit Aui. in quarta primi cap. 13. s. de hectica dum inquit. Quod de nutrimento remanet quod est in semita recondendi vt duæ aliæ humiditates. Per hoc q subditur in descriptione aptum in nutrimentum cõuerti &c. explicatur finis gratia cuius a natura inuentus est ros q est duplex. s. nutrire membra dum nutrimento carent, & etiam prohibere ne a fortibus exiccantibus corpori occurrentibus membra nostri corporis exiccentur.

Ros dupliciter.

Et ex hoc patet generalis differentia inter rorem & phlegma naturale. Conueniunt .n. in generali fine eo q vtrum q finaliter ad membrorum nutricationem & membrorum humectationem oritur. Differunt tamen in multis, quia phlegma non est a principali dispositione data. s. ab hepate notabiliter cõuersum, ros autem sic. Et consequenter differunt, quia per plures transmutationes medias transit phlegma in nutrimentum q̃ ros. Differunt etiam quia phlegma per vlteriorem digestionem conuertitur in sanguinem, & ros in cambium. Similiter differunt ex parte humectationis quia cum ros sit iam satis ꝓpinquus dispositioni membri humectat ipsum quadam humectatione sic huic vel illi membro proportionata q non alteri, phlegma autem humectat quadam humectatione cõi. Et ex his vlterius sequitur q ad perfectam descriptionem roris habendam oportet prædictæ descriptioni aliquid addere. Tertia humiditas taliter diffinitur in littera. Tertia humiditas est humor qui parum ante fuit coagulatus, & est nutrimentum conuersum in substantiam membri ex parte complexionis ex parte tñ essentiæ completæ & similitudinis nõdum fuit conuersum. Sciendum est autem pro intellectu huius descriptionis q de humectatione membrorum ex rore duæ inuentæ sunt positiones. Prima ponit non esse possibile aliq̃ nutrimentalem materiam formam membri recipere, quin in ea præcedat aut præcesserit forma roris. Et cõsequenter q quatuor humiditates iam dictæ se necessario secundum ordinem cõsequuntur. Sanguis .n. debens nutrire membra necessario conuertitur prius in primam humiditatem de secundis q̃ in aliquam aliam. Et consequenter priusq̃ prima humiditas ex sanguine generata transeat ad formam secundæ humiditatis ipsa secundum se totã conuertitur in humiditatem secundum quam ros dicitur, & sic deinceps. Pro isto adducũt probabilia argumenta. Secundum hanc ergo viam taliter exponenda est prædicta descriptio. Tertia humiditas est humiditas ex humore facta vel generata quæ paulo ante coagulata fuit a natura. humido enĩ rorido ex quo debet generari tertia humiditas existente valde raro oportet ipsum coagulari. igitur parum añ, quia. s. parum post vel statim coagulat quo coagulato & ad porositates membri nutriendi attracto facta est hæc humiditas. Secunda vero ponit non necessario primam humiditatem secundum se in totam rorem transmutari prius q̃ in eam vel eius materiam inducatur forma humiditatis tertiæ. Et imaginatur sic primo q sicut per actionẽ caloris digerentis chylum vt conuertatur in sanguinem aliqua pars conuenienter digesta transmutatur in sanguinem et aliqua pars crudæ inepta digestioni transmutatur in humiditatem aquosam phlegmaticam sic ꝓportionaliter calore mẽbrorum agente in primam humiditatem de secundis aliquã partem eius conuenienter digestibilẽ perfecte digerit & coagulat secundum exigentiam membri nutriendi quæ taliter coagulata ex poris venarum effunditur in poros membri nutriendi & sit ex ista tertia humiditas, licet nunquã habuerit formã secundæ humiditatis, partem verõ crudam eiusdem & aquosam ab hac alia parte sequestrat & in quoddam subtile liquidum & roris similitudinem habens conuertitur quod natura per substantiam membrorum postea seminat & diffundit, et illud est humiditas quæ dicitur ros. Et consequenter imaginatur hæc positio q sicut phlegma potest vlterius digeri & in sanguinem conuerti, ita instante magis necessitate & indigentia nutrimenti humidum roridum a calore membrorum vlterius digeritur & coagulatur & ad porositates membrorum trahitur & fit cambium. Et secundũ hanc viam hic humor qui parum añ coagulatus est &c. vt plurimũ nõ ẽ ros, sed vt plurimum humiditas a qua separata per actionem caloris membri ꝑte subtili aquosa & ipsa per digestionem ingrossata generat ex ea cambium, vt dictum est. vtraq̃ illarum positionũ est ꝓbabiliter sustentabilis, sed quæ sit magis consona rationi videbitur infra.

Cãbiũ.

Ex quibus patet primo cambium multo ꝓpinquius esse substantiæ membrorum q̃ sit ros aut humiditas prima, hoc autem explicat Aui. in descriptione posita, dũ dixit q iam conuersum est in substantiam membrorum ex parte complexionis, licet non sit conuersum ex parte essentiæ completæ & similitudinis, quod quidem intelligendum ẽ de complexione partiali, licet .n. partialiter recipiat cambiũ cõplexionem præparantem ad formam membri non tamẽ recipit totalem; quia alias recepisset formam membri, & per consequens eorum similitudinem secũdum essentiam quod repugnat alteri parti descriptionis. Tenendum est igitur cãbium esse humiditatem membro in complexione valde ꝓpinquam, non tamen recepisse formam membri, quia nõ cõplexionem ad ipsam sufficienter præparantẽ, licet ab illa cõplexione parum distet, & ideo non est conuersum in substantiam membri ex parte essentiæ completæ formæ substantialis & similitudinis in aliis accidentibus, qualia sunt calor frigus durities & mollities &c. Quarta humiditas sic describit: q est humor qui est intus in simplicibus mẽbris a principio natiuitatis per quẽ consistit cõtinuitas mẽbrorum simpliciũ; cuius principium est a spermate, & subiungit q licet hæc humiditas sit ex spermate debet tamen dici esse ex humoribus eo q principium spermatis est ex humoribus. Ad intellectum huius descriptionis sciendum est primo non esse intellectum Auic. hanc humiditatẽ solum ex pricipiis generationis esse contractam. Non .n. est impossibile talem humiditatem per actionem virtutis nutritiuæ ex parte restaurari. Explicat tamen ipsam esse ex generatione. vt per hoc comprehendamus huiusmodi humiditatem non solum ex nutrimento esse contractam, sed etiam ex generationis principiis, aut forte, quia perfectissima est huiusmodi humiditas a generatione contracta. Sciendum secundo q variæ reperiuntur positiones & imaginationes de hac quarta humiditate q̃tum ad habitudinem eius ad membrum. Imaginantur .n. quidã. Vt Gentilis q huiusmodi quarta humiditas est essentialiter idem, quod humidum membri radicalis siue ipsum mẽbrũ in quantum est humidum. Hoc .n. videtur ex intentione Aui. in littera dum dixit, q hoc humido est continuitas mẽbrorũ, ideo videtur membris continuari, & per consequens eẽ vnitum. Et consequenter ponit q huic humiditati non cõpetit descriptio secundæ humiditatis superius in recto, licet bene in obliquo, quia. s. quarta humiditas est ex humore generata a principali dispositione conuersa & membro delegata non effecta pars membri perfecta operatione. Et consequenter concedendum est primo idem esse membrum & humiditatem secundam quia. s. quartam de secundis, mẽbrũ quidẽ pro q̃to animatum est, humiditatem vero secundam inq̃tum humidum contractum & continuatum est. Concedendum secundo aliq̃ esse humiditatem secundum perfectã operationem membro assimilatam, licet sic generata ex non assimilatis. Sequitur vlterius non cuiuslibet humiditatis secũdæ principium materiale esse humidum in viuente illo ex nutrimento contractum, sed alicuius ex generatione & alicuius ex parte. Ex quo vlterius patet illam notificationem ab Aui. positã non esse proprie dictam diffinitionem vel descriptionem, sed est quædam notificatio vel circumlocutio. Quarta autem humiditas potest totaliter complete describi. Quarta humiditas est humidum ex generatione vel tempore contractum in membris simplicibus contentum, & per quod ipsorum cõtinuitas permanet. Ly humidum ex generatione vel tempore contractum ponitur loco generis. In hoc etiam conuenit cum aliis quæ ex generatione contrahi possunt, sed nõ necessario sicut quarta humiditas vt dicunt quidam. Et ideo adhuc posset a prædicta descriptione remoueri ly ex tempore dicendo q est humidum, quod necessario vel sibi simile ex generatione contrahis, & ꝑ hoc differt ab aliis humiditatibus

secundis

secundis vt quidam dicunt. Ego autem credo a generatione contrahi omnes secundas humiditates vel saltem cambiũ. Per hoc autem quod dicitur in membris simplicibus contẽtum &c. differt a prima humiditate & rore. Sed per ly p q.d eorũ continuitas &c. differt a cambio per quod non permanet continuitas. Ego autem alias imaginatus sum ꝙ tam ex principio generationis q̃ ex nutrimento in nobis duplicitˀ est reperibile humidum animatum. Quoddam perfecte nobis in accidentibus assimilatum, puta duritie mollitie colore sapore, & tale non est humiditas secunda amplius. Quoddã vero non omnino in accidentibus assimilatum circa qđ adhuc operatur virtus nutritiua membri assimilandi. Et quia tale humidum animatum est & glutinosum, ideo continuum est membris & eorum continuitatis conseruatiuum propter quod gluten vel glutinatio nominatur, & consequenter ꝙ illud est humiditas secunda & quarta de secundis, & sibi in recto competit descriptio completa secundæ humiditatis. Et consequenter vltimo patet quomodo exponenda sit diffinitio secundum hanc viam. Secunda vero ponit primo ꝙ glutẽ non est humidum animatum, licet sit valde propinquum ad hoc vt animetur, sed est humidum valde inuiscatum & interfectum membro, & consequenter ꝙ huiusmodi humidũ partes membri cuius interfectum est sua viscositate in sua continuitate cõseruat & cõglutinat ac si eas alligaret, ideo iuxta vulgarem modum loquendi ipsas conglutinat sicut gluten vel colla alligans partes ligni adinuicem videtur ipsas simul cõtinuare. Vide reliquum huius quæstionis in quæstione trigesimasecunda secundi techni.

Quæstio. xli.

QVADRAGESIMOPRIMO Quærĩt. Verũ vbicunq; sit phlegma sit in sanguinem conuertibile, vel sit necessarium ipsum prius redire ad hepar. Quod vbicunq; arguitur. Primo ex littera vt stet iuxta membra & operent virtutes &c. Secũdo nõ maior videtur transmutatio phlegmatis in sanguinem q̃ sanguinis in carnem, sed ubicunq; s. extra venas hæc secunda transmutatio fieri potest, ergo &c. Tertio, aliquẽ gradum digõnis vel coctionis potest phlegma in venis per actionem caloris acquirere. Sit iste gradus .a. Et arguitur sic .a. gradum digestionis potest phlegma ĩ uenis acquirere, sed minus q̃ per .a. distat phlegma a decoctiõe pfecta, igitur in uenis potest phlegma gradum digestionis acquirere perfecte. consequentia est nota. & totum añs est possibile, vt patet intuenti, igitur & consequens est possibile. Et pro isto videtur auctoritas Aui. decimatertia tertij tractatu. 5. capĩo de uomitu, vbi ponit ꝙ stõs libẽter suscipit phlegma dulce, & digerendo facit ipsum sanguinem. Item in uenis vel membris potest ex phlegmate fieri cholera. igiť &c. Itẽ sic se hñt venæ post hepar ad ipsum hepar sicut intestina ad stomachum, sed monoculum intestinum complet decoctionem eius quod est diminute decoctum a stomacho, vt. 16. tertij capitulo primo, igitur &c.

Ad oppositum arguitur multipliciter.

Primo quia forma sanguinis producitur virtute carnositatis hepatis immediate vel quasi immediate materiam in sanguinem transmutandam attingẽtis propter quod necessariũ fuit chylum in hepate per venas minutas diuidi, vt in sequẽti cap̃. patebit. hoc autem non oportuisset si in uenis extra hepar potuisset sanguis generari. Confirmatur, quia ꝓportio hepatis ad sanguinem est sicut proportio mamillæ ad lac & testiculorum ad sperma generandum. vnde & sanguis ꝓducitur rubeus sicut lac album ad similitudinem carnis mamillæ, vt. 3. cañ. 12. fen. 1. cap̃. & vigesima fen. 1. cap̃. sed nec extra mamillam nec extra testiculos saltem secundum medicos conuenit lac aut sperma generari. igitur &c. Item. non plus distat chylus a natura sanguinis immediate in sanguinẽ transmutandus q̃ phlegma distet ab eadem, sed si chylus immediate transmutandus in sanguinem immediate poneretur in venis quę sunt post hepar in sanguinem non transmutaretur, sed corrumperetur, igitur & phlegma. maior patet eo ꝙ chylus immediate in sanguinem mutandus anteq̃ ad hepar peruenit efficitur rubeus vt secundum sensum appareat res similis sanguini quod non est de phlegmate vt patet. minor etiam patet. Nunq̃ enim aliquis auctorum asseruit ex chylo in uenis quæ sunt post hepar sanguinem generari. De hoc dubio potest vtraq; pars probabiliter sustineri. Et primo probabiliter sustineri potest non solum in uenis, sed etiam in arterijs non solum ex phlegmate, sed etiam ex chylo gñari, licet plurimum huius generetur in hepate. Et videtur hoc posse colligi de mente Aristo. in lib. de hystorijs animalium, & [Aristo.] de partibus pluries volentis venas & arterias totius chylum ab intestinis sugere. Et consequenter ꝙ licet in uenis possit hoc fieri non tamen nisi per virtutem eius cõicatam ab hepate. Et consequenter patet modus quo phlegma existens tam in uenis q̃ extra venas transmutatur in sanguinem. Existẽs. n. extra reingredit venas uirtute ipsum ad intra venas mouẽte, vbi perfecta decoctione digeritur & transmutatur in sanguinem. Et tunc facilis esset responsio ad argumenta post oppositum. Ad primum dicitur ꝙ licet sanguis virtute carnositatis hepatis generetur, non tamen est necessarium illam materiam immediate occurrere, sed sufficit virtutem eius ad materiam transmutandam immediate peruenire. fuit autem necessarium venas hepatis valde minutas esse, quia cũ hepati occurrat simul multa q̃titas chyli digerendi nisi fuisset q̃si ad minima diuisus nõ potuisset ab hepate perfecte decoqui, sed non tamen tanta occurrit q̃titas simul phlegmatis in uenis. Ad secundum conceditur ꝙ proportio est &c. ad istũ sensum ꝙ quẽadmodum in hepate est uirtus faciendi sanguinem ex chylo, ita in mamilla lac ex sanguine. & negatur consequentia &c. Et causa est quia hepar influit virtutem naturalem & spiritum plurimum in venis qui est instrumentum digestionis tertiæ, sed nec mamilla nec testiculus virtutẽ & spiritum alijs membris influit vt patet. Ad tertium probabiliter conceditur ꝙ si chylus proximus vel valde propinquus, in sanguinem transmutetur transiret hepar vł reciperetur ĩ uenis post hepar ibi posset completã digestionẽ recipere, sed hoc non conuenit, quia in hepate digeritur. Auctores igiť non fecerunt de hoc mentionẽ tanq̃ de contingenti remoto.

Secunda autem positio ponit ꝙ sicut non generatur spiritus vitalis alibi q̃ in corde nec animalis alibi q̃ in cerebro, nec genitiuus nisi ĩ testiculis aut spermate, nec lac nisi in mamilla, ita nec sanguis nisi in hepate. Et pro se habet motiua iam dicta. Ex quo infertur primo ꝙ ad hoc ꝙ phlegma possit conuerti in sanguinem ipsum extra venas existentem oportet venas ingredi, & deferri ex venis ad hepar & ibi perfectã decoctionem suscipere. Dicebãt tertio ꝙ licet ita sit phlegma tamen tempore inanitionis absq; hoc ꝙ in sanguinẽ proprie conuertatur potest a membris quadam alteratione alterari qua redditur membris conueniens & proportionalis, & ea aliqualiter fouens & confortans resistendo inflãmatiõi & exiccationi consequentibus inanitionem, & hæc est quędam improprie dicta nutricatio, sicut etiam chylum improprie dicimus stõm nutrire. vt colligitur. 13. tertij primo cap̃. Quid autẽ moueat sanguinem aut trahat ab extra venas ad hepar & qualiter fiat hic modus uidebitur infra de uirtutibus &c.

Ad argumenta igitur alterius positionis respõdetur. [Nutricatio dupliciter.] Ad primum ut stet iuxta membra &c. & uirtutes operẽtur et nutriat hoc est nutricatione proprie dicta. Ad secundum dicitur ꝙ non nisi in carne fit sanguinis transmutatio in carnem, quia carnis proprium est carnem restaurare, & sic hepatis ꝓprium est sanguinem generare secundum ꝙ non alterius.

Ad aliud in uenis potest ex phlegmate & sanguine generari cholera, uerum est non naturalis & a calido præter naturam non tamen sequitur ꝙ sanguis &c. ut patet. Ad aliud dicitur ꝙ nullum gradum digestionis perfectę ad formam sanguinis potest inducere aliquod membrum nisi caro hepatis, illa. n. est agens ad hanc formam limitans uel determinans, licet igitur ulterius calefieret &c. non tamen talem præparationem reciperet ex qua induceretur forma sanguinis sicut qualitercũq; alteraretur uapor sanguis extra cor, non tamen in spiritum transmutaretur. Ad aliud diciť ꝙ stõs libenť

recipit phlegma dulce ex quo nutriatur.s.improprie & cōuertat ipsum in sanguinem.s.improprie dictum qui non est nisi phlegma vlterius proui membro conuenit decoctū. Ad vltimum dicitur I solo stō posse generari chylum, ulteriori tamen quadam decoctione potest in intestinis digeri, et ita etiā in uenis post hepat postq̄ iam generatus est sanguis in hepate potest sanguis quādam vlteriorem decoctionem recipere, & hoc nō repugnat dictis. Huius vero causa est, qa postq̄ agens naturale aliquem effectum induxit non retrahit suam actionem, quia tunc esset agens rationale. Hepar autem dum digessit choleram gradum superfluæ decoctionis induxit, iō non retrahet illum gradum, & per consequens nec cōuertet in sanguinem. hoc argumento vtitur Auer. 3. colliget. 4. cap̄. Melancholia autem est sicut fex sanguinis, fex autem per digestionem non conuertitur in rem similem illi cuius est fex.

Auer.

Aliter Gen̄. Et non potest conuerti, quia est materia illi formę in proportionata siue hoc sit merito manifestæ siue occultæ proprietatis. Contra quia primo coctum incrudari potest, vt sanguis dum in lac conuertitur. Item quia potest infrigidari, igitur potest remoueri ille gradus decoctionis superfluæ. Item secundo regiminis acutorum. Cholera per infrigidationē conuertitur in phlegma. Item ex potu aquę frigidæ in febre sanguinea aut cholerica potest gnari phlegma. Ad primum negatur consequentia, qualiter autem coctum possit incrudari & incrudetur, vel vlterius digerat sanguis dum conuertitur in lac videbitur infra. Similiter ad secundum, licet enim infrigidaretur & incrudaretur cholera, non tamen in sanguinem transmutaretur, sed de hoc plus in sequenti cap̄. Ad tertium dicitur q̄ choleram conuerti ad phlegma est ipsam aliquo modo uersus naturam phlegmatis inclinari, quia infrigidari. Ad Vltimum dicitur similiter, vel dicitur q̄ ex potu multæ aquæ frigidæ incrudatur phlegma quod tandem a uirtute non regulatum putrescit & facit febrē phlegmaticā nō tn̄ sanguis & cholera I phl'a cōuertis.

Questio. xlij.

QVADRAGESIMOSECVNDO Quæris. Vtrum solum quatuor ponendæ sint digōnes in homine. Et arguitur multipliciter q̄ non. Primo. tanta videtur differentia cambrij a rore quanta primæ humiditatis a sanguine. Igitur tantum differt transmutatio qua ex rore fit cambium a generatione roris quantum generatio primæ humiditatis differt a sanguinis generatione, sed generatio primæ humiditatis est digestio distincta a generatione qua generatur sanguis, & per consequens saltem quinq; erunt digōnes. Et sic argui potest de generatione glutinis ex cambio. Secundo præter digestionem qua in stomacho generatur chylus ex cibo humores ex chylo & humiditas prima ex humoribus, & secunda ex prima est in nobis alia digō. igitur &c. patet consequentia & assumptum arguitur, quia præter has est digō qua ex phlegmate generatur sanguis quæ nō videtur minor transmutatio q̄ chyli in phlegma, sic est digestio qua phlegma fit ex sanguine et spiritus animalis ex uitali, et sic de alijs.

Tertio quælibet pręparatio nutrimenti vt reddatur conueniens ad nutriendum est digestio eo q̄ quælibet talis est perfectio humidi a proprio & innato calido, sed plures q̄ quatuor sunt huiusmodi præparationes. igitur &c. patet consequentia & arguitur minor, quia pręter has est pręparatio cibi I ore sanguinis in corde, igitur &c. Quarto. non est necessario ponenda digestio quę fit in uenis. ergo &c. assumptum arguitur, quia alias notabilis pars carnis regeneratę non posset nutriri eo q̄ in ea regenerantur venæ & per consequens nō potest fieri in ea tertia digestio qua ablata aufertur quarta. igitur &c. Vel sic notabilis q̄titas carnis regn̄atæ nutritur, & tamen illam nutricationem non antecedit digestio tertia, igitur &c. assumptum arguitur, quia in ea non regenerantur venæ in quibus debet fieri tertia digestio. Et confirmatur qa secundę humiditates non sunt essentialiter distinctę a sanguine. igitur non est ponenda aliqua digestio præter digestionē hepatis. assumptum probatur primo, quia alias daretur febris materialis non humoralis. Similiter patet, quia cum istæ humiditates sint quatuor digestiones iam essent similiter quatuor. Similiter perfectior videtur dispō secundæ humiditatis q̄ sanguinis cum sit membrorum substantię propinquior, et producitur a uenis & membris, igitur pfectiorem inducerēt venę & membra dispositionem q̄ hepar in nutrimēto, & p cōseq̄ns uiderēt pfectiora. Pro isto ē auctoritas Auer. 2. colliget. capi. de accidentibus digestiuę ponentis solum tres. Et Gal. 1. complexionum & secunda aphorismorum in cōmē. illius aphorismi. Vbicūq; cibus pter naturā Inat ponis tres.

Auer. Gal.

Ad oppositum est Aui. in prima primi.

In ista quęstione primo pręmittenda sunt præambula. Secundo conclusiones de quæsito. Quantum ad primum sit hęc prima distinctio q̄ vt proposito pertinet æquiuoce utuntur auctores hoc termino digestio. Quandoq;. n. sumit digō pro qualibet præparatione nutrimenti per quam reddit nutrimentum membro proportionatum ad nutriendum, uel disponitur ad hoc ut proportionetur qualiter alterationem quę fit in ore per masticationem appellant frequenter digōnē & præparationem, similiter purificationem sanguinis in corde nominant digestionem. Secundo sumitur proprie solū pro transmutatione nutrimenti qua fit nutrimentum præparatū ad hoc vt nutriat, & cum hoc substantialiter transmutetur qualiter aliam digestionem dicimus hepatis & aliam stomachi, non tamen dicimus aliam magnarum uenarum & cordis, quia manet idem digestum essentialiter. Tertio sumitur digestio pro qualibet notabili transmutatione ipsius nutrimēti uersus substantiam membri, siue per hoc perdat præexistētem materiam siue non, dum tamen ad sensum uideatur a p̄existenti digestione notabilis differentia. Secūda distictio q̄ digestionum quędam sunt quibus præparatur nutrimētū ut membrum nutriat, quędam vero ad alium finem q̄ ad nutricationem ordināt principaliter. Exemplum primi ut digestio sanguinis in uenis facta. Exemplum secundi, vt digestio sanguinis ut conuertatur in sperma uel spiritum. Tertio pręmittendum q̄ de humiditatibus secundis plures fuērę sunt positiones. Quidam enim posuerunt humiditates secundas a sanguine solum accidentaliter siue per accidentales dispositiones esse differentes & nō accidentaliter. Quidā uero posueruot ipsas a saoguine differre essentialiter, & hi diuersificati sunt. Quidam. n. posuerunt omnes humiditates secundas pręter ultimā esse essentialiter similes, differētes tn̄ a sanguine. Quidā uero posuerunt ipsas oēs etiam inter se essentialiter differentes, & habent pro isto motiua satis debilia, ideo prætermitto. Præmittendum quarto q̄ transmutatio qua generatur vltima humiditas de secundis non proprie dicitur digestio, sed nutricatio, licet nutricatio possit digestio nolari, quia digestio est transmutatio præparatiua ad nutricationē.

Digō tripliciter.

Digōnis ordinatio duplex.

Humiditatū secūdarū positio quadruplex.

Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio. Capiēdo digestionem primo modo non solum sunt quatuor digōnes, patet, quia multo plures sunt transmutationes etiam ad nutricationem finaliter ordinatæ, igitur &c. patet consequentia & assumptum patet, sunt enim saltem. 8. & forte plures. Est. n. primo præparatio cibi in ore. Secundo digestio stōi. Tertio hepatis Quarto cordis. Quinto venarum. Sexto ad formam roris. Septimo cambrij. Vltimo ad formam membri. Et addere possumus digestionem quæ fit in meseraicis. Et similiē pręparationem quæ fit in gibbo hepatis distinctam ab illa q̄ fit in concauo & plures alias. Secunda conclusio. Non solum sunt quatuor digōnes secundum speciem ad aliquem finem a natura intentum ordinatę. patet, quia præter iā dictas est digestio qua fit sperma & spiritus. ergo &c. Tertia conclusio. Capiendo digestionem secundo modo. s. pro transmutatione substantiali nutrimenti pręparatiua ad nutricationē probabiliter teneri potest solum duas digestiones esse, & sic solum tres, & similiter solum quatuor. Prima pars patet. Probabiliter. n. teneri potest humiditates secundas inanimatas nō esse a sanguine naturaliter specie distinctas, sed solum accidētaliter & sic non sunt digestiones transmutationes illæ quibus fiunt hæ humiditates secundę. Transmutatio autē vltia in substantiā mēbri nō est digestio, sed ipsamet nutricatio ad

Digōnū numerus octauus.

quam

quam digestio præparatur. Secunda pars patet. probabiliter
enim tolerari potest secundam humiditatem cambium et ro
rem esse eiusdem speciei a sanguine tamen differentes & tūc
erunt tres transmutationes substantiales præparatiuæ ad nu
tricationem. Vltima vero est nutricatio. Similiter tertia pars
patet apud ponentes primam humiditatem specie differre a
cambio & eandem esse digōnem qua generatur cambium
& ros ponēdo rorem esse respectu cambij sicut phlegma re-
spectu sanguinis, vt supra declaratum fuit. Sic patet etiam ꝓ
babiliter sustentabile illas esse quinque distinguendo digō-
nem roris contra digestionem cambij. Quarta conclusio
Aui. distinguens quatuor digestiones secundum speciem cō
tra se inuicem non habet eas penes specificam distinctionem
causarum per quas illæ acquiruntur distinguere. patet, quia
consideratio illa non est medicinalis sed potius metaphysi-
ca, vel naturalis. Item huiusmodi distictionis nō habetur eui
dens notitia. igitur &c. patet consequentia & assumptum pa
tet intelligēti. patet similiter qa essent multo plures vt phleg
matis &c. Quinta conclusio. Capiendo digestionem ter
tio modo præcise quatuor sunt digestiones, ad sensum Aui.
ad hunc sensum ꝙ præcise sunt quatuor notabiles transmu-
tationes materiæ nutrimentalis ad nutricationem præparati
uæ in locis notabiliter distictis a calore naturali in nostro coc
pore prouenientes. Nullę. n. sunt quin sint ad has reducibiles.
Et illam conclusionem intellexit Aui. Omnis. n. digestio ta-
lis fit in uenis vel in hepate &c. Et dicitur notabilis ad differē
tiam cibi in ore, & sanguinis in venis magnis & corde & ae
terijs, non enim fit per illas cibi vel sanguinis notabilis varia
tio ab eo quod prius. Et per hoc quod dicitur in locis notabi-
liter &c. excluditur distinctio roris contra cambium, quia
fiunt I eodem loco, licet probabiliter teneri possit rorem esse
sicut partem crudam & diminute decoctam in factione cam
bij. Et ex hoc patet responsio ad quæstionem. Sed ē no-
tandum de his quatuor digestionibus ꝙ distinctio digestio-
num non est sumenda nisi penes distinctionem earum natu-
raliter adinuicem ordinatarum, quia alias cum digestio qua
cholera producitur aut melancholia sint notabiles iam dicen
dę essent multo plures q̄ quatuor. Et sub hac forma potest
poni conclusio. præcise sunt quatuor digestiones .i. præcise
sunt quatuor transmutationes notabiles materiæ nutrimenti
acquisitæ ad nutricationem membrorum præparatiuę in pti
bus notabiliter differentibus contingentes adinuicem natu-
raliter ordinatæ. Et dicitur notabiles propter pręparationem
cibi in ore sanguinis in corde. Et dicitur præparatiue ad nu-
triendum ad differentiam materię quę præparatur vt cōuer
tatur in spiritum & in sperma. Et dicitur in locis &c. ad diffe
rentiam secundarum humiditatum quæ sunt plures vt ros et
cambium &c. Et dicitur ordinatæ ad differentiam quatuor
humorum quorum generationes non sunt naturaliter adinui
cem ordinatæ, possunt. n. omnes simul generari. Ad argu-
menta principalia respondetur. Ad primum dicitur ne-
gando consequentiam, vt patet. Ad secundum dicitur ꝙ
digestio qua generatur sanguis ex phlegmate reducitur ad se
cundam. Substantia. n. phlegmatis est substantiæ chyli satis
propinqua & communicans etiam in loco. Digestio vero q̄
ex sanguine fit sperma aut spiritus non sunt digestiones de
quibus in proposito loquitur Aui. Et non digeritur illa mate
ria nutrimentalis finaliter vt nutriat membra. Ad tertium
patet negandum esse antecedens. Ad quartum negatur as
sumptum. Ad probatiōem potest dici primo ꝙ notabili pte
deperdita dum generatur regenerantur venę paruæ in ea, vl'
saltem sic esse est possibile, vt colligitur primo de spermate
secundum nouam translationem & quarto de vtilitate parti
Gal. cularum tractatu primo de sermone vniuersali in cura ner-
uorum membri vbi lquit. Venarum autem rami multotiēs
eueniunt & nascuntur sicut caro. Vel aliter dicitur ꝙ sicut ca
ro regenerata potuit ex humiditatibus secundis in extremita
tibus aliarum venarum regenerari, ita ex eisdem nutriri pote
rit, sicut & ossa plurima a capillaribus venis remota notabi-
liter. Ad confirmationem vero posset probabiliter conce-
di perfectiorem substantiam producere alia membra q̄ he-
par per digestionem suam, immo et etiam q̄ cor per digōnē
qua generat cambium tenendo cambium perfectius esse ro
re & cambio gluten. Non tamen ex hoc sequitur illa esse per-
fectiora. Primo quia hoc non faciunt nisi virtute hepatis &
cordis. Secundo quia tam hepar q̄ cor per sua temperamēta
producunt humiditates secundas sibi proprias per actū pro-
priæ digestionis quæ sunt multo perfectiores humiditatibus
secundis aliorum membrorum sibi cor respondentibus si-
cut cor & hepar sunt eis pfectiora. Et pro auctoritate Auer.
potest dici ꝙ volebat in uenis acquiri rem specie distinctam
a sanguine ideo visum fuit q̄ pluribus negare illam digōnē.
Gal. vero totalem transmutatiōem qua generantur quatuor
humiditates secundę considerauit tanq̄ unam pro quanto ē
vnius ordinis, ideo dixerat tres esse digestiones.

Quæstio. xliij.

QVADRAGESIMOTERTIO Quęrit. Vtrū
quatuor humorum in hepate generatorum sit unus & idem
calor efficiens. Et arguitur ꝙ non. Primo, quia idem inquā-
tum idem semper est aptum facere idem. secundo de gñone.
igitur &c. Secundo calor efficiens sanguinem est tempera
tus, ut colligitur in littera & efficiens phlegma diminutus cho
leram excessiuus, sed non est idem calor temperatus excessi-
uus et diminutus, ut patet. igiē &c. Tertio nīs diuersitas in
cātis prouenit ex diuersitate agentis uel materiæ. 9. metaphy
sicæ. sed humorum diuersitas non consequitur diuersitatem
materię, igitur agentis & per consequens caloris. consequen-
tia nota, & colligitur maint. 9. metaphy. & arguitur minor,
quia quatuor sunt humores abinuicem specie & multum no
tabiliter differentes quanta diuersitas non reperitur in chylo
& ptibus eius. igiē &c. Item si chylus secūdū oēs ptes eius
uniformis attrahatur ab hepate patet ex illo gñari quatuor
humores diuersos. Aut igitur hæc diuersitas prouenit ex par-
te materię vel caloris. Nō primū, ut sequiē ex casu. igitur &c.

Ad oppositum arguitur. Hepar per totum eius calorē na-
turalem transmutat chylum in quatuor humores, sed hic est
unus calor numero, ut satis patet. igitur &c.

In ista quæstione primo pręmittenda sunt quædam præ- Pricipiū
ambula. Secundo ponendæ sunt conclusiones de quæsito. gñatiuū
Quantum ad primum. Primo nota ꝙ principium gene- humorū
ratiuum humorum est duplex. s. principale & instrumētale. duplex.
Exemplum primi, ut anima hepatis. Exemplum secundi, si-
cut calor complexionalis quo mediante operatur virtus uel
anima eius hepatis operationes. Secundo nota ꝙ cum quę
riē, utrum unus &c. potest intelligi de calore totali & partia-
li. Tertio nota ꝙ licet omnis diuersitas effectus consequaē
diuersitatem ex parte agentis uel materię uel utriusq; non tn̄
proportionaliter q̄ta est effectuum diuersitas & dissimilitu-
do tanta est actualiter agentis vel materiæ diuersitas. Idem
enim calor secundum speciem solum secūdum magis et mi-
nus variatus ex materia omnino consimili pōt effectus spē
distinctos producere. Vt calor stomachi cholerici ex lacte ge
nerat fumum, aut humiditatem corruptam ex quo calor sto-
machi temperati generat humorem bonum & laudabilem.
Et eandē partem mellis quam converteret calor iuuenis I cho
leram calor senis in sanguinem transmutaret. Similiter etiā
ex parte diuersitatis materiæ solum secundum magis & mi-
nus possunt effectus produci specie differentes. Vt calor sto-
machi temperati aut cholerici chylum temperatum in hūo-
res naturales transmutaret, chylum tamen calidum & inflā-
mabilem in rem adustam ut patet prima primi cap̄. de mo-
do generationis humorum. Ex quo patet ꝙ secundum ua
riam proportionem agentis ad materiam contingit effectus
specie distinctos produci. Et illud intellexit Aui. prima pri-
mi. allega. cap̄. dum dixit ad generationem humorum requi-
ri æquidistantiam. Quarto præmittendum eundem calo-
rem comparatum materijs diuersis esse respectu vnius deno
minabilem excessiuum, & respectu alterius diminutum. pa-
tet, quia potest unum superflue transmutare & aliud non. igi
tur &c. Quinto nota ꝙ licet chylus ex quo generatur humo-

res uideatur uniformis ad sensum tamen est ex parte rei dif formis in suis partibus ualde, nā in eo sunt partes igneę aqueę aereæ & terreæ &c. Quantum ad secundum sit hæc pria conclusio. Diuersi sunt calores hepatis partiales a quibus tāquā particularibus instrumentis quatuor generantur humores. Et intellige per ly diuersi dissimiles. patet, quia intensior est calor gibbi hepatis & remissior concaui quorum quilibet est partiale instrumentum. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter. Secūda conclusio. Licet ita sit tamē quilibet istorum est quatuor humorum partialiter productiuus. patet qa tā in gibbo ꝙ in concauo quatuor humores generantur. igitur &c. Tertia conclusio. Totalis calor hepatis quatuor humorum productiuus est. unus patet ut supra.

Quarta cōclusio. Licet materiæ chyli sit difformitas sit cā diuersitatis huiusmodi humorum in hepate, non tamen est totalis cā huius. Prima pars patet, quia in chylo sunt partes taliter proportionatæ generationi cholerę ꝙ non sanguinis & èconuerso uel saltem non æqualiter. igitur &c. Secunda pars arguitur. Aliqua pars chyli temperati in hepate tēperato con uerteretur in choleram quę tamen in phlegmatico non. Similiter aliqua in sanguine conuertitur quæ in phlegmatico con uerteretur in phlegma. igitur non sola difformitas &c. patet consequentia & añs similiter. Primum correlarium. Idē calor successiue ex materia una & uniformi potest plures producere humores, quia primo phlegma postea sanguinē &c.

Corrolarium secundum. Non quātacunqꝫ est difformitas effectus tanta est materiæ uel agētis. Correlarium tertiū. Idem calor ad diuersas partes chyli comparatus est denominandus superfluus diminutus & temperatus. Correlariū quartum. Ex chylo uniformi in hepate temperato uerisimiliter non generantur quatuor humores. Nisi quis uellet imaginari diuersitatem applicationis posse hanc difformitatem cāre quod non est uerisimile. Potes tamen imaginari ꝙ sit ꝓpter diuersitatem multitudinis & paucitatis spiritus & caloris occurrentis partibus, & sic si chylus uniformis fuerit quatuor humorum potest fieri gñō imaginando ꝙ uirtus secūdū exigentiam humoris generandi transmittat plus uel minus de spiritu. Quintā conclusionem posuerunt quidam antiqui. uidelicet. Præter calorem hepatis unum existentem ī specie sunt quatuor uirtutes per q̄s ex chylo q̄tūlibet uniformi est quatuor humorum generatiuum. hoc persuadetur. Primo quia proportionabilior uidetur generationi sanguinis qualibet pars lactis aut uitelli oui q̄ aliqua pars fabæ. patet, quia uitellum oui citius q̄ aliq̄ partem fabæ hepar transmutaret in sanguinem. consequens est contra experimentum. igitur oportet dicere ex parte uirtutum quatuor ī hepate repertarum quarum aliqua concernit phlegma, aliqua choleram &c. Secundo, quia in minima carne reperiuntur quatuor uirtutes distinctę ut infra uidebitur, igitur non repugnat sic esse in hepate. Tertio, quia finis impermutabilis debet habere causā impmutabilē, sed generatio quatuor humorum est finis impermutabilis. igitur habebit causam impermutabilem. sed non materiam, igitur agens quod est hepar. Et imaginamur hic ꝙ illæ uirtutes sint causa generationis quatuor humorū quātūcunqꝫ fuerit materia uniformis. Ad argumenta principalia patet ex dictis solutio.

Questio. xliiij.

QVADRAGESIMOQVARTO Queritur. Vtrum causa efficiens humoris melancholici naturalis sit calidiras temperata. Et arguitur multipliciter ꝙ non. Primo, humor melancholicus est frigidior phlegmate, igitur non sit a calido temperato. patet consequentia & assumptum arguitur. Primo, quia rigor quartanæ est fortior q̄ quotidianæ, & similiter frigus quartanæ est maius consequens impressionē melancholiæ. Secundo, quia phlegma est ppinquius spōi & sanguini qui sunt calidiores melancholia. Tertio, qa phlegma naturale est saporis dulcis. melancholia uero naturalis ē pontici, vt prima primi cap̄. de humoribus, sed in substantia frigidiori fundatur sapor pōticus & acetosus q̄ dulcis, ut col ligit. 1. cañ. cap. 3. & 4. de simplici medicina distōne tertia. Gal.

primo &. 1. cap̄. igitur &c. Secundo principaliter maior est frigiditas generans melancholiam naturalem q̄ phlegma. Igitur &c. assumptum ꝓbatur, quia frigus generat phlegma & multum superfluens melancholiam. pria primi cap̄. de modo generationis humorum. Et cōfirmatur, quia sic se habet phlegma naturale ad melancholiam naturalem & econtra, sicut non naturale ad non naturalem & econtra, sed quolibet phlegmate non naturali melancholia aliqua nō naturalis est frigidior, puta generata ex phlegmate per uiā cōgelationis. igitur &c. Tertio, melancholia naturalis est humor frigidus & siccus. igitur non fit a calido temperato. con sequentia tenet. non enim dicitur calor humorum productiuus temperatus vel igneus aut diminutus, nisi quia rei temperat æ igneæ &c. productiuus &c. vt uisum est circa litteram. & assumptum satis patet. Quarto minus dominatē calor hepatis supra partem chyli in humorem melancholicū conuertendam q̄ supra partem in phlegma conuertendam. igitur magis diminutum est calidum generans melancholiam &c. consequentia tenet vt uisum est circa litteram, & assumptum, quia pars illa est grossior & terrestrior & cuilibet transmutationi inobedientior & calidum vtrobiqꝫ est æquale, vt patet ex quæstione præcedenti.

Ad oppositū ē Aui. prima primi. cap̄. de mōgñōnis hūoꝝ.

In quæstione hac erunt duo articuli. In primo videbitur quid sit frigidius an phlegma an melancholia. In secundo respondebitur ad quæsitum. Quantum ad primum sit hæc prima distinctio, q̄ iam phlegma q̄ melancholia potest esse duplex. s. naturale, & præter naturam. Quid sit utrūqꝫ patet. Ex quo patet in articulo posse comparari phlegma naturale ad melancholiam naturalem, ꝙ præternaturalem ad præternaturalem & econtra. Secunda distinctio. Phlegma naturale est duplex. Et similiter melancholia. Quoddam a principali dispositione conuersum notabiliter, vt ppinquum ad hoc vt conuertatur in sanguinem. Quoddam vero non permutatum notabiliter a principali dispositione. Præmittendum tertio phlegma naturale esse in sanguinem transmutabile, non naturale vero non. Præmittendum quarto ex q̄libet phlegmate q̄tūcunqꝫ frigido per viam cōgelationis posse generari melancholiam non naturalem. Ex quo. n. ī uitreo per congelationem possunt excludi partes aquosæ humidæ cum remanentia terrestrium. igitur &c. Similiter ex sanguine potest per congelationem fieri melancholia non naturalis vt colligi potest cap̄. de humoribus. & sexta quarti cap̄. de morsu canis rabidi. sed multo maior ē distātia sanguis a melācholia q̄ phlegmatis vitrei. igitur &c. Sit igitur hæc prima conclusio. Aliquod phlegma naturale est quolibet melancholia naturali minus frigidum vel calidius. ꝓbatur. Aliquod phlegma naturale aliquo sanguine naturali est calidius, igitur &c. patet consequentia & assumptum probaui supra cap̄. de complexionibus membrorum. Item a quolibet sanguine naturali quilibet humor melancholicus recedit notabiliter & non quodlibet phlegma, puta illud quod est immediate in sanguinem conuertendum. Secunda conclusio est hæc. Phlegma naturale a principali sua dispositione non alteratum frigidius est q̄ melancholia. Istam conclusionem voluit Aui. prima primi cap̄. de complexionibus membrorum ubi inquit. Frigidius quod est in corpore nostro ē phlegma. Item qa phlegma attestatur elemento frigidiori. s. aquæ colligitur idem secundo complexionum, et in libro de malitia complexionis diuersę, & in cap̄. de modo generationis humorum ponit. cām phlegmatis efficientem esse calorem diminutum & melancholię temperatum, & plura alia adduci possent. Tertia cōclusio probabiliter ponitur. Quolibet phlegmate q̄tūcunqꝫ frido aliqua mel'ia nō naturalis est frigidior. ꝓbat. Ex phlegmate q̄tūcūqꝫ frigido conuenit per congelationem melācholiam non naturalem generari, sed omne generatum ex alio ꝑ congelationem videtur frigidius. igitur &c. Nota tamen illā conclusionem non euidenter esse probatam probabiliter. n. teneri potest oppositum imaginando ꝙ licet per congelationem partes remanentes infrigidentur per congelationem tamen

Phl'a & melancholia duplex.

Phl'a naturale duplex.

Phl'atis & melę causa.

tamen exprimuntur partes aquosæ frigidiores q̃ sint terrestres, vnde remanens non est frigidius. Et sic aliqua melancholia aliquod phlegma est frigidius & aliquod minus frigidum, & per cõsequens aliquod ęquale vt secunda primi. Et ex his patet responsio ad argumentum. Quantum ad secũdum colligendo quędam dicta circa litteram sit hæc prima conclusio. Ideo non dicitur melancholia fieri a calido temperato, quia calidum ipsius effectiuum sit ponderaliter temperatum. patet satis. Secunda cõclusio. Non ideo etiam dicitur fieri a calido temperato, quia illud sit temperatum ad iustitiam. patet, quia per idem phlegma factum ex cibis tẽperatis in hepate temperatum denominaretur ad mentẽ Aui. fieri a calido temperato. cuius oppositum ponit in littera.

Tertia conclusio. Non ideo dicitur calidum generans melancholiam temperatum quia producit rem temperatam in relatione ad sanguinem. Quarta conclusio. Huiusmodi calidum dicitur temperatum per abnegationem extremorum caloris a quo generantur humores, talia enim extrema sunt calor igneus generãs choleram, & calor diminutus generãs phlegma. Quia igitur calor generans melancholiam nõ est ita intensus vt calor generans choleram nec ita remissus vt generans phlegma, cõsequenter dicitur per abnegationem medius. Et istam conclusionem intellexit Auicen. in littera.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur negando assumptum saltem de naturali posset probabiliter negari. Et cum arguitur q̃ rigor &c. neganda est cõsequentia: est enim maior, quia exteosior propter materiæ grossitiem & fortior propter grauitatem & horribilitatem melancholiæ & contrarietatem eius ad virtutem, quare virtutem magis prosternit, & propter densitatem magis imprimis. Consimiliter dicitur de frigore, & negatur phlegma nõ conuersum esse formaliter propinquius sanguini quo ad gradum caloris licet virtualiter sic. Similiter dicitur q̃ phlegma naturale non conuersum versus sanguinem a principali dispositione non est saporis dulcis sed insipidi, & q̃ si participat dulcedine illa est valde remissa, & quòd non quantũcunq; remissus gradus dulcedinis arguit calorem maiorem q̃ sapor ponticus vel acetosus. Ad secundum patet respõsio. Ad confirmationem neganda est illa similitudo vel proportionalitas &c. Ad quartum dicitur quòd licet simpliciter & absolute minus dominetur &c. non tamen quo ad posse calefacere.

Quæstio. xlv.

QVADRAGESIMOQVINTO Quæritur. Vtrũ existimatio vel species in anima possit esse causa motus humorũ aut quouis modo realis alterationis. Arguit q̃ non. Primo, quia agens & passiuum debent esse communicantia in materia qualia nõ sunt species in anima et humor.

Secundo, hoc esset per motum spiritus, sed arguitur q̃ nõ; quia vel moueret anima spiritum aliquid imprimendo: vel nihil. Si nihil nunc spiritu mouebitur ex se, quod est contra Aristo. 8. physicorum. Si aliquid cum anima sit vna & spiritus vnus vnicam saltem imprimet qualitatem. Non igitur spiritus similis mouebit ipsos ad diuersas differentias positionis sibi oppositas. Tertio, quia tantum distare videtur & plus spiritus pedis ab imaginatione existẽte in medio vẽtriculo cerebri platonis q̃ spiritus manus vel pedis fortis tãgẽtis caput platonis imaginantis, sed illa potest mouere spiritum pedis. igitur & spiritũ manus fortis, & sic poterit vna anima transmutare corpus alterius quæ est positio Auicen. quarta sexti naturalium communiter impropriata. Quarto, sequitur q̃ imaginatio posset esse ęgritudinis curatiua, q̃ si conceditur contra, quia præcise sunt tria instrumenta medicinę. scilicet diæta: potio, & chyrurgia quorũ nullũ est imaginatio. Quinto, quia oĩs trãsmutatio naturalis fit per cõtrarium, ut patet primo de generatione & corruptione.

Ad oppositum est Auicen. in littera. Etiam motus æstimationis mouet humores. Et secunda fen. doctrina secunda capitulo de his quę proueniunt ex accidentibus animę. Est etiam cũ corpus patitur propter operationes animales aliaa ab istis &c. Item confidentia potest esse causa ægri ad salutem, sed hæc est transmutatio realis. igitur &c. maior colligitur primo prognosticorum. 2. commento. Ille plures sanat de quo plures confidunt. Et quarta sexti naturalium penultimo capi°. Plus facit cõfidentia ad sanationem q̃ medicus cum omnibus suis instrumentis. Gal.

In hac quæstione de virtute quæsiti non est dubium. Experimento enim patet varias animæ effectiones nostra corpora varijs modis alterare mouendo spiritum ab intus ad extra, & econtra. Sed de modo quo hoc contingat est dubium. Credidit enim Auicen. in sua metaphysi. & sexto naturalium capitulo allegato. quòd imaginatio humana nõ solum est efficax ad alterandum corpus proprium, sed alienum. Et habeat motiuum illud. Cum enim animam constet ex nobilissimis principijs esse & ab his immediate pendeat. s. cœlestibus corporibus & intelligentijs, quia est infima intelligentiarum materia aliorum entium mundanorũ est naturaliter obediens animæ quæ multam sapit superiorum naturam, & maxime cum fuerit anima producta a nobilissimis cœlestium influxibus, tunc enim poterit per imaginationem corporis essentiam ac materiam transmutare & niues & pluuias & grandines inducere & pellere & alias mirabiles transmutationes inducere, & hoc maxime erit verum cum anima fuerit imaginationum valde fixarum et fortium & fuerit separata ab operationibus sensitiuis multum diuertentibus & impedientibus animam. Et hoc multis experimentis fortificari potest quæ ibi collige. Sed hæc positio communiter improbatur, quia propinquius est corpus proprium animæ ab anima transmutante q̃ alienum. igitur multo melius & efficacius &c. Item quia anima non agit nisi in virtute superiorum, sed talia non agunt nisi mediãtibus causis inferioribus calefaciendo & infrigidando mediante motu lumine & influentia. igitur &c. Hæc positio sustentabilis esset si quis vellet insistere. Aliter igitur respondetur ad quæsitum. Præmittendo primo q̃ in naturalibus corporibus inanimatis multi possunt motus nouiter initiari, & in talibus nõ aduenit noua impręssio principalis illius motus aut prohibentis remotio. hoc patet de mutatione facta in aere supposito grauiori nullo prohibente remoto ascendit superposito vero leuiori descendit, & hoc non est nisi ex naturali ordine grauium. taliter enim ex natura dotata sunt vt quandocunq; grauiori leuius superponitur vel leuiori grauius superponitur vtrunq; illorum ab intrinseco inclinetur ad motum. Contra. tunc graue inanimatum moueretur ex se. Neganda est consequentia, quia hoc non fit sine motu in exterioribus contingente vel mutatione quæ est causa huius motus. Et penes hoc erunt multa alia concludenda.

Præmittendum secundo quòd spiritus vitalis naturalis & animalis est corpus animæ naturaliter subordinatum in suis motibus. Ex quo sequitur spiritum aptum esse moueri ad omnem positionis differentiam secũdum exigentiam operationum animæ, sicut aer aptus est ascendere & descendere secundum exigentiam ordinis naturalis grauium & leuium, cui naturaliter subordinatus est aer in motibus suis.

Præmittendum tertio quòd licet spiritualis alteratio & materialis sint transmutationes valde distinctæ ex spirituali tamen alteratione, & qualitate spirituali potest per se prouenire alteratio materialis & qualitas materialis. patet, quia illuminatio est spiritualis alteratio ex qua pendet per se calefactio. Similiter species coloris apud ponentes eas & cœlestes influxus plurimi &c. Quarto pręmittendum q̃ secundum plurimum effectus gerit in se similitudinem formalem aut virtualem suæ causæ. Quinto præmittendum est duplicem esse alæ apprehensionem. Prima est apprehensio alę ad quam sequitur passio sensitiui appetitus & inclinatio ad prosecutionem vel fugam, sicut visio cibi vel inimici. Quædam vero est appręhensio absoluta ab huiusmodi actu appetendi. Exẽpla patent sicut visio columnæ. His præmissis sit hæc prima conclusio. Quæsti-

Alæ apprehensio duplex.

matio vel imaginatio vel species io anima coniuncta passioni sensitiui appetitus potest esse causa materialis transmutationis.s.calefactionis infrigidationis &c. Conclusio patet experimento in ira timore gaudio &c. Et colligitur secunda primi allegato capl'o. Et est omnium auctorum. Ex varijs enim affectionibus animalis fit diuersus motus in spiritu ad intra: & ad extra, velociter, tardæ, quare cõtingit corpus interius vel exterius calefieri & spiritum inflammari & extingui, vt visum est. igitur &c. Secunda conclusio. Ad saluandum hunc motum spiritus ad intra & ad extra &c. secũdum exigentiam passionum animæ non oportet poni in spiritu ab anima vel membris nouam qualitatem vel impressionem quæ sit huiusmodi motus causa productiua. probatur. Sola subordinatio naturalis huiusmodi corporis ad illud est sufficiens causa huius motus. igitur frustra &c. Item non apparet a quo prouenirent alterationes istæ contrariæ quibus spiritus aliquis in aliquo accidente animæ mouetur ad intra, & aliquis omnino illi similis etiam mouetur ad extra, & sic de alijs. Modus igitur secundum quem contingit hic motus in spiritu est quia spiritus naturaliter subordinatus animæ sic disposita anima, vt in gaudio sic inclinatur moueri ad extra, & econtra in tristitia. Et probatur ratione sicut aer ordine naturali sic dispositus est vt substet leuioribus & superstet grauioribus ita vt aliquando quiescat & aliquando moueatur, ita dicendum est de spiritu. Hoc autem videtur sensisse Auicen. prima primi. doctri. secunda. capitulo sexto de virtute motiua dum inquit, q in vnoquoq; musculo est alia natura quæ est iudicium æstimatiuæ virtutis a qua prouenit communis consensus. non enim verisimile apparet q mulsculus pedis aut cruris alterari debeat statim cum videt canis cibum & appræhendit tamen mouetur. potius hoc igitur videtur reducendum in hanc naturæ subordinationem. Tertia conclusio. Probabilius apparet spiritum ab animæ passionibus ab intra vel ab extra moueri secundũ exigentiã &c. per nouam impressionem in eo receptam, per quam inclinatur sic vel taliter moueri. Potest persuaderi ratione, quia tunc distans ageret indistãs, & non ageret per medium. Amplius pari ratione magnes moueretur ad ferrum sine alteratione aliqua. Et ita viuens videret visibile specie nulla recepta, & plura alia non consona sententiæ Aristo. Quarta conclusio. Probabiliter ponitur q species siue imaginatio ad quam etiam non sequitur assensus neq; dissensus aut appetitus prosecutionis vel fugæ potest per se esse causa realis transmutationis io corpore imaginante. s. calefactionis infrigidationis &c. & motus sanguinis ad extra & ad intra. Istam conclusionem intelligebat Auicen. in littera. & secunda primi. alleg. ca. & quarta sexti naturalium. capl'o penultimo. & prima tertij. tractatu quarto cap̃. penultimo in fine. Æstimamus obedientiam naturæ medicaminibus. Et Gal'. aliqualiter in libro de causis motus animalium. Alterant autem species & phantasiæ. Et philosophus sexta problematum in problematibus pluribus & maxime octauo problemate. Et primus modus quo hanc conclusionem saluare possumus est q licet species caloris in anima existens nõ sit formaliter caliditas est tamen caloris virtualiter productiua. Similiter licet species rubeditis vel rei rubeæ non sit rubea vel rubedo, est tamen rerum rubearum naturaliter motiua, & ita consimiliter de alijs. Tunc ergo stante forti imaginatione rubedinis sanguis poterit per istam moueri, & sic de alijs. Et causa est, quia effectus aliquo modo similitudinem gerit suæ causæ vt supra dicebatur. Nec de hoc plus potest fieri quæstio q̃; quare lumen calefaciat aut aliquis cœlestis influxus infrigidet. Et ex isto patet quare aliquo comedente rem acetosam stupefiunt dentes aspicientis. Et quare aliquo oscitante &c. Et quare friget homo dum videt hominem tremere, vt septima problematum: & secunda primi alleg. capl'o. & quarta sexti naturalium allega. capl'o. Secundus modus est imaginando virtutes naturales esse animalibus aliquo modo subordinatas, ita q imaginatione tali vel tali existente talis vel talis accidit in spiritu motus virtutibus naturalibus sic mouentibus propter hanc subordinationem. Et hoc sensit Auicen. & alij plures in locis præallegatis. Cõtra, quia species caloris videtur debere calefacere vel frigiditatis frigefacere speciem rei quæ videtur tremere vel huiusmodi. Item quia tunc species quandoq; deberet obiectũ immutare cum indifferenter possit esse causa calefactionis.

Gal'.
Auec.

Item quia pari ratione deberet calefacere aerem & medium. Ad hoc respondetur q licet species sit calefactiua non tamen nisi determinati subiecti & determinati mẽbri dispositi. Secundo dicitur q potest aliquid per se calefacere quod tamen per accidens est causa infrigidationis. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur q communicant. Vel dicitur vt Cõciliator q agens & passum actione conuersiua communicant &c. non tamen necessario alia vt patet. Ad secundum de motu spiritus patet, & conceditur q spiritus potest contrarias impressiones recipere & q ipse non est vniformis sicut sanguis. Ad tertium dicitur q spiritus pedis est subordinatus imaginationi tuæ & animæ tuæ & non spiritus manus sor. tangentis te. Ad quartum dicitur q tria sunt instrumenta maxime cõmunia a medico libere applicabilia. alia tamẽ sunt multa, ut uerba incantationes &c. Ad vltimum similiter dicitur concedendo etiam q est ibi contactus saltem virtualis licet non corporalis. Pro ista quæstione vide Conciliatorem differentia decimatertia. & q̃plures alios doctores Patauinos qui optime dixerunt.

Instrũ a medico applicabile multiplex.
Concil.

Quæstio. xlvj.

QVADRAGESIMOSEXTO Quæritur.

Vtrum in vnoquoq; membro sint illę quatuor virtutes. s. attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. Arguitur q non.

Primo. in cute non est virtus expulsiua: vt. 2. de accidenti & morbo. 6. cap̃. igitur &c. Secũdo. perfectiores sunt formæ animatorum q̃; inanimatorum, sed forma lapidis non indiget his pro sui conseruatione. igitur &c. Tertio. hę virtutes sunt contrariæ, sed non possunt in eodem esse adæquate contraria igitur &c. Quarto. agens idem in passum idẽ non est motuum contrariorum productiuũ, sed retentio & attractio contrariantur ut motio & quietatio. ergo &c. Quinto. attractio perficitur sicco & expulsio humido dominãte, sed non potest in eodem dominari siccum & humidum. igitur &c. Confirmatur, quia uirtutes distinctæ diuersis indigent temperamentis, ut ponit Gal'. 5. de accidenti.

Gal.

Ad oppositum est Auic. hic. Et Aristo. primo de generatione, & pluries alibi. Et generaliter omnes auctores. Patet etiam experimento, & argumento deducto.

Ad declarationem litteræ. Primo præmittenda sunt notabilia quædam. Secundo conclusiones de quæsito. Quãtum ad primum sciendum primo q anima proprie qualis est humana cũ sit forma perfectissima & plurimum actiua & operatiua indiget subiecto disposito per instrumentum maxime operatiuum, tale autem est calor. Propter quod describitur uiuentis generatio in libro de morte & uita q est prima participatio animæ nutritiuæ in calido naturali. Vita autem est huius permansio. Et quia actualis calor in materia mixti non absoluitur ab actione in humidum & eius resolutione ut capitulo de hectica. & tertia primi primo capitulo, ideo necessaria est continua restauratio per nutrimẽtum ne uita citissime consumpto humido finiatur. Ex quo patet quòd si forma uiuentis suas potuisset operationes perficere in materia dura, calida non resolubili sicut lapis, aut ferrum in illa fuisset anima producta, quia semper facit natura de possibilibus quod melius est. Præmittendum secundo per uirtutem intelligi temperamentum, & non ipsam animam quæ est uirtus principaliter dicta. Tertio præmittendum hanc uirtutem esse duplicem. scilicet communem & propriam. Communis operatur cum uarietate uillorum in uarijs operationibus, & cum motu locali, ut infra, propria uero sine motu locali membri. Et de hac propria est sermo, notum enim

Virtus est tẽperamẽtũ.
Virtus duplex.

est non

est non omne membrum habere virtutem communem.

Præmittendũ quarto ꝙ motus nutrimenti proprij ad mẽbrum est sicut motus ferri ad magnetem. 2.elenchorum, &. 7.physicorꝝ.cõmen. 10. Quinto præmittendum ꝙ nõ repugnat aliquod agens mere naturale esse contrariorum effectuum productiuum, quod quidem potest in multis casibus aduenire. Primo vnum producẽdo per se & reliquum per accidẽs, vt aqua frigida calefacit & calida infrigidatur. Secundo per diuersas eius partes habentes proprietates cõtrarias, vt aloes per partem stypticam confortat, & p acutam resoluit, coriandrum & psylium per corticem infrigidat & per medullam rubificat & cauteriçat. Tertio per diuersas proprietates occultas in diuersis partibus repertas eiusdem vt pars septẽtrionalis & meridionalis magnetis. Quarto ex parte varietatis dispositionis passi, sicut ferrum purum attrahit magnes & inũctum oleo expellit a se. Quinto vbi concurrit idem tanquã agens vniuersale, vt cœlestis influxus generalis agit calorem & frigus. Idem sol maturat fructus & corrũpit eosdem. Sexto ex varietate ordinis vel dispositionis cui subordinatur forma, sicut in motu sursum & deorsum aquæ ne detur vacuum, & in actione quam facit forma ferri ipsum mouens ad magnetem. Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio ꝙ in quolibet membro necesse est esse virtutem quadruplicis operationis productiuam. scilicet attractiuæ retentiuæ &c. probatur, quia quodlibet membrum indiget pro sui conseruatione nutricatione, & non habet nutrimentum coniunctum. igitur oportet ipsum attrahi &c. vt circa litteram dicebatur.

Aristo.

Secunda conclusio. Ad saluandum has quatuor operationes oportet in quolibet membro poni quatuor distincta principia vel quatuor virtutes realiter distinctas quarum vna mediante fit attractio mediante altera digestio &c. vt quidam posuerunt imaginãtes ꝙ natura. s. anima intendẽs attrahere nutrimentum vtitur calo, & ibi attractum intendens sixe retinere vtiẽ sicco, et illud intendens digerere vtiẽ calido &c. probatur. Primo quia agens mere naturale non potest eius prohibere actionem passo debite approximato: sed dum fit attractio adest siccum. Item dum fit expulsio. Item qua rõne posset suspendere actionem sicci dum expellit, posset etiam suspendere actionem caloris, & sic calor naturale staret debite approximatum passo & non ageret in illud & plura alia. Tertia conclusio. Probabiliter sustenabile est ꝙ cõplõne vna siue sit forma simplex siue aggregatum &c. oẽs in eodem membro perficiunt operationes prædictæ. Persuadetur sic, a qua virtute fit nutrimenti attractio ab eadem etiam fit attracti retentio & retenti digõ & tandem inconuenientis expulsio. igitur &c. assumptum patet. tenendo n. vt tactum fuit in qõne de forma specificæ, ꝙ forma specifica non est nisi proportio qualitatum vel complõ vt sensit Auer. Complexio membri alterat nutrimentũ alteratione inclinante ad motum ad membrum & per eandẽ qualitatem qua inclinatur nutrimentum admoueri ad mẽbrum inclinatur, vt iuxta illud existens quiescat, sicut eadẽ grauitate & forma mouetur lapis ad centrum & quietatur in centro, per eandem etiam virtutem. s. complõnem agit vlterius membrum nutrimentum alterando & digerendo, & tandem superfluitatem digestionis tanquam disconuenientem alteratione inclinante ad expulsionem præparando. Exemplum de igne in lycinio & de magnete si debet attrahere & assimilare sibi ferrum & rubiginem expellere.

Quarta conclusio. Licet ita sit, ꝓbabilius tamen apparet in quolibet membro præter cõplõnem ex manifestis qualitatibus resultantem ponẽdam esse aliam ꝓprietatem occultam qua ꝓprium attrahat nutrimentum & expellat superfluitatem. patet ex dictis in qõne. Nota tñ ꝙ si superflui expulsio fiat per simplicem resolutionem nõ oportet in hoc occultam proprietatem cõcurrere. Corrolarium. In quolibet membro saltem duæ sunt virtutes abinuicem realiter distinctæ per quas hmõi perficiuntur opõnes iam dictæ.

Nota tñ ꝙ istæ virtutes frequenter dñr quatuor in ordine ad operationes secundum denoĩationem. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur ꝙ in cute non est virtus expulsiua cõmunis ab intra. Alij dicunt ꝙ illud est verum de cute quæ dicitur Hymen quæ proprie nõ est membrum. Ad secundum patet ex primo notabili.

Hymen quid.

Ad tertium dicitur ꝙ non sunt contrariæ, nisi quia cõtrariorum effectuum productiuæ, quod potest esse aliquo modorum iam dictorum ante. Ad quartum dixerunt quidã ꝙ quies in termino ad quem & motus ad terminũ ad quẽ non contrariatur, quia motus est de genere termini ad quẽ. Vel dic ꝙ idem potest per se producere operationes oppositas saltem priuatiue, dum tamen vna alteri subordinetur naturaliter sicut motus naturalis ad terminum & quies naturalis in termino. Alij dicunt ꝙ idem est per se cum diuersis circunstantijs contrariorum productiuum, vt aer in sphera sua quietatur a forma & extra mouetur. Ad quintum dr̃ ꝙ omnes istæ perficiuntur complexione totali, licet vbi dominetur siccum complexio ista sit conformior retentioni & vbi humidum dominatur expulsioni sit conformior.

Quæstio. xlvij.

QVADRAGESIMOSEPTIMO Quærit. Vtrum ossa nutriantur medulla. Arguitur ꝙ non. Primo sic. Medulla est superfluitas nutrimẽti ossis. ergo &c. assumptum colligitur in littera, &. 2. de partibus. 8. cap̃. ad finem.

Secundo tunc in omnibus ossibus esset medulla, quod est contra Arist. 3. de hystorijs. 8. cap̃. &. 3. de animalibus, & 2. de partibus alleg. cap̃. Et Auic. prima primi. doc. 6. cap̃. de anatomia digitorum, vbi ponit ossa digitorum esse creata dura solida sine concauitate & medulla, vt essent fortiora in suis motibus. Tertio cuiuslibet membri complexio naturalis similatur ei ex quo nutritur. sed complexio ossis non est similis complexioni medullæ, eo ꝙ medulla calida est & humida, vt secundo de partibus. allegato cap̃. & Aui. 1 2. naturaliũ, &. 2. cañ. cap̃. de medulla & generaliter omnes auctores. Quarto eadem est materia generationis & nutricationis. igitur &c. Quinto ossa nutriuntur sanguine melancholico supra caplo de humoribus. igitur &c. totũ patet. Sexto omnis humiditas qua nutritur os est humor primus vel secundus: sed medulla nec est humor primus: nec secundus. ergo &c. cõsequẽtia nota et maior, et argr̃ minor. Nõ. o. medulla est humor primus, vt patet discurrẽdo. Nec secundus, quia nec prima humiditas de secundis: quia illa generatur in extremitatibus paruarum venarum, nec ros vt patet, nec cambium nec gluten. igitur &c.

Aristo.

Ad oppositum est Auic. in sequenti cap̃. de sermone vniuersali ossium. Et. 3. de animalibus. Et Gal. in libro de malitia complexionis diuersæ. 2. cap̃. Et. 3. virtutum naturaliũ vltimo cap̃. Et est qualis sanguis carnibus talibus medulla ossibus. Et Halyabbas secundo theoricæ. In quibusdam ossibus magnis sunt medullæ vt eis piscantur. Et tertio de animalibus Auicen. Iuuamentum medullæ est vt nutriat & remolliat os ne exiccetur a motu.

Gal.

Pro ista quæstione sciendum primo ꝙ medulla sumitur dupliciter. Primo pro quolibet corpore molli & humido in ossium concauitate contento qualiter cerebrum et nucham frequenter medullam nominauerunt auctores. Secundo sumitur proprie, & sic describitur. Medulla est corpus molle ex sanguine generatum, in ossis concauitate contentum, a calido digerente dealbatum, gratia ossis in cuius concauitate continetur principaliter a natura deputatum. Et per hanc vltimam particulam differt medulla a cerebro & nucha.

Medulla dupl'r

Præmittendum secundo ꝙ non repugnat aliquid inquantum cibus vel medicina denoĩabile esse calidum, quod tñ aliter cõsideratum est denoĩabile frigidum hoc supra de adipe & pinguedine plene fuit declaratum. Præmittendum tertio ꝙ de medullæ habitudine ad os diuersæ inueniũ sunt positiones. Quidam. n. textum Aristo. 3. de hystorijs. & 2. de partibus magis superficialiter interpretantur ponentes medullam esse superfluitatem nutrimenti ossis omnino ineptam nutricationi. Et pro isto adducunt argumenta & au-

Aristo

ctoritates adducta ante oppositum. Et consequenter ponebant quod illa humiditas per vlteriorem actionem caloris ossis resoluitur & consumitur. Alij autem dixerunt medullam esse membrum & partem animatam. Et ad hoc adducunt leue signum quod in animalibus adultis reperitur Immutare calorem & modum substantię, vt adeps & pinguedo & quod est facta ad finem nutricationis ossis. Auic. autē secutus est viam mediam. voluit.n. quod medulla sit inuenta, vt ossa nutriat, & hoc quo ad partem eius grossiorem. quantum vero ad subtiliorem inuenta est vt ossa humectet, quę tum ex naturali siccitate tum etiam ex motibus multis apta sunt exiccari arefieri & rumpi. Secundum hoc igitur sint hæ conclusiones. Prima conclusio. Ossa omnia medulla aut humiditate medullæ proportionata nutriuntur. Patet, quia aliqua ossa medulla nutriuntur, sed omnium similium membrorum simile debet esse nutrimentum. ergo &c. maior patet. Primo quia medulla apparet sanguinea: deinde de albatur & dispositionem ossi vicinam recipit. Item quia talis videtur habitudo ossis ad medullam & similitudo sicut carnis ad sanguinem. Item quia materia medullæ est humidum sanguineum bene digestum, vt dicit Ari. in locis prææallegatis, & generatur a calido digerente. igitur remanet bene digeste & nutrire apta cum non ordinetur nisi ad finē indiuidui. Secundam conclusionem ponunt quidam videlicet. Probabile est medullam per tot transire mutationes vt nutriat os, sicut sanguis vt nutriat carnem. patet, quia tātum distam videtur medulla ab osse sicut sanguis a carne. Ex quibus infertur pluribus digestionibus indigere nutrimentum, vt conuertatur in os quam vt conuertatur in carnem vt dicit Auic. in lfa. Tertia conclusio. Licet ita sit, tota tamen transmutatio illa quam medulla recipit in concauitare ossis sub vna digestione compræhenditur. s. sub quarta: quia non fit in locis notabiliter differentibus. Quarta cōclusio. Probabiliter etiam teneri potest quod præcise tot transmutationibus transmutatur nutrimētum ossis sicut carnis. Et modus est iste quod medulla in mutatione ossis proportionatē rori, & ita in osse fines roris saluantur, manifestiores tamen sunt transmutationes quas acquirit nutrimentum ut trāseat in os. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum. est superfluitas respectu quantitatis eius quo actu indiget os pro sua nutricatione solum in præsenti, sed non in futuro & respectu humectationis sicut de phlegmate dicere mus. Ad secundum. quædam non habent medullam. i. notabilem concauitatem vbi continetur, habent tamē medullam qua nutriuntur. In ossibus.n. leonis non est notabilis concauitas præterquam in adiutorijs &c. propter necessitatē fortis impetus & calidi tatem fortem sufficienter sibi nutrimentum assimilantem. Ad tertium. complexio ossis proportionatur parti grossæ medullę ex qua nutritur os. Illa.n. est talis respectu nutrimētorum propriorum aliorum membrorum quale est os respectu eorundē. Ad quartum. eadem est materia &c. s. propinqua vel remota. Ad quintum dicitur quod nutriuntur sanguine melancholico mediante, immediatius vero medulla. Ad sextum est humor secūdus vel ei proportionatus, quia. s. rori. Contra solutionem ad tertium. Primo quia tunc omnis medulla esset calida & humida, quia non illa pars ex qua nutritur os. Item dubitatur, quia si detur pars in medulla calida & humida, & detur etiā pars frigida a sicca, igitur dabitur etiam pars in medulla tēperata, quod non est audiendum. Respondetur ad primū negando consequentiam, quia cum responsione stat quod eadē pars est calidus & humidus cibus aut calida & humida medicina. Et per idem respondetur ad secundum.

Quæstio. xlviii.

QVADRAGESIMOOCTAVO Quęritur. Verum præcise sint tres modi operandi eius quod comeditur & bibitur in corpus nostrum contra se distincti. s. a sola qualitate a materia & forma specifica Et arguitur quod non.

Primo præter modos operandi iam dictos datur modus operandi a grauitate leuitate quantitate: vt circa litteram tactum fuit. ergo &c. patet consequentia cum antecedente.

Secundo. nihil ingrediens etc. sola sui qualitate operatē etc. ergo non sunt tres modi iam dicti consequentia nota est & arguitur assumptum, quia quicquid operatur qualitas operatur forma substantialis. Omnis enim operatio a qualitate proueniens per prius prouenit a forma substantiali illā qualitatem digerente in agendo. Item quia cuiuslibet operationis virtus est principium, vt supra summa de virtutibus. cap. primo. omnis enim operationis virtus existit initium neque est operatio nisi ex virtute. Tertio principaliter arguitur. nihil est operans a forma specifica quod non sit operam a qualitate. igitur &c. patet consequentia & probatur. Primo, quia quodlibet a forma specifica proueniens prouenit a forma substantiali taliter operante, sed nunquam prouenit actio a tali forma substantiali nisi mediante qualitate quæ est instrumentum illius formæ pro agendo. igitur &c. consequentia patet cum antecedente. Item talis forma specifica aut est compositum aut materia aut forma substantialis aut accidentalis. Non materia aut compositum vt patet. Si forma substantialis, arguitur vt prius. Si accidentalis, sequitur quod eius operatio prouenit a qualitate, quia ipsamet est qualitas. Quarto. quodlibet operam a materia operatur a qualitate, & similiter a forma specifica. igitur &c. patet cōsequentia & arguitur assumptum. Primo quod a qualitate operetur, quia omne tale patitur & substantialiter transmutatur, & non nisi præcedente transmutatione per qualitates manifestas, vt primo de generatione colligitur. & primo physicorum. igitur &c. Similiter quod a forma specifica. patet. caro enim ingrediens corpus hominis taliter est in substantiam membrorum eius conuertibilis qualiter non ingrediēs corpus bouis vel asini. igitur talem proprietatem habet respectu hominis qualem non habet respectu equi. sed hæc proprietas non est dispositio manifesta sed occulta. ergo &c.

Quinto quodlibet operans a qualitate saltem potentia tale operatur forma specifica. ergo &c. Arguitur assumptum sicut est argutum de operatione a materia.

Oppositum videtur de intentione Aui. & olum auctorum.

Qualitas prima quid.

In ista quæstione primo præmittenda sunt quędā prēābula. Secundo ponendæ sunt cōclusiones de quæsito. Quantum ad primum sciendum est primo vt tactum est circa litteram quod per qualitatem in proposito intelligere debemus qualitatem primā manifestam puta caliditatem frigiditatē etc. Per operans vero a qualitate vel operationem a qualitate prouenientem intelligere debemus, vt est calefactio infrigidatio &c. Secundo est sciendum quod taliter operantiū quoddam dr formaliter tale, vt ignis calefaciens. quoddam vero virtualiter, vt euphorbium &c. Tertio est sciendum quod per opōnem a materia prouenientē intelligere debemus transmutationem quā recipit cibus ex aptitudine sui ad hoc vt in subam membrorum nostri corporis conuertatur, & conuersionem eius in subam nostri corporis, eo.n. quod hæc transmutatio passio est materiæ, ideo hanc transmutationē qua cibus nutrit dicimus esse operationem a materia. Et nota quod cum dicimus cibum in substantiam membrorum ex sua naturali inclinatione vel aptitudine esse transmutabilem, non est intentio quod natura quæ est forma cibi naturaliter inclinet cibum ad hmōi transmutationem, immo eidē resistit. sed hoc ideo dicitur, quia merito suæ naturalis dispositionis aptus est cibus parum resistere transmutationi eius in substantias corporis, quare per paucas & faciles transmutationes in ipsum transmutatur. Per operans igitur a materia intelligere debemus illud quod ingrediens &c. est aptum vt faciliter & per paucas transmutationes in substantiam nostri corporis & membrorum conuertatur. Quarto principaliter præmInendum quod iuxta modum loquendi auctorum hic terminus forma specifica sumitur tripliciter. Primo pro forma per quam ponitur indiuiduū in determinata specie & in prædicamento substantiæ, qualiter alam diceremus formā hois specificā. Quandoque autē per formam specificam intelligitur occultum principium vel occulta dispō

Opās a q̄litate qd est duplex.

Opō a mā proueniēs.

Forma specifica triplex

a qua

a qua prouenit aliqua operatio vel propter quod prouenit aliqua operatio sic respectu vnius q non alterius, & omni indiuiduo eiusdem speciei est conueniens siue substantia sit siue accidens, qualiter virtutem magnetis ferri sic q non lapidis attractiuam, & ferri ad magnetem sic q nõ aliud motiuam virtutem appellamus formas specificas. Tertio modo sumitur forma specifica magis communiter ꝓ quolibet principio occulto vel dispõne occulta substantiam disponẽte ad agere vel pati aliquam operationem absolute, vel sic respectu huius q nõ illius, siue talis dispositio sit apta in quolibet indiuiduo reperiri eiusdem speciei siue non: qualr sor. dicimus abhorrere allium vel fungos a forma specifica, platonem vero in eis voluptuari valde, non obstante q in qualitate manifesta consimilis fuerint complexionis. Et sic dicemus complexionem insequentem materiam, de qua superius dictum est fore formam specificam, & hoc siue tale principium occultum fuerit substantia siue accidens vel qualitas alia a primis, vel occulta ꝓportio qualitatum primarũ.

Quinto principaliter præmittendum q cibus & potus nutriens corpus talẽ habent habitudinem respectu vnius q̃lẽ non respectu cuiuscũq; alterius siue eiusdem spẽi siue aliarũ spẽrũ: ut allium est cibus proportionatus sor. non platoni, & caro homini & non equo. Consilr per omnia de medicinis alteratiuis talibus in potentia est dicendum. medicina enĩ calefactiua bouis nõ ẽ equi calefactiua, vt satis patet. Quantum ad secundum sint hæ conclusiones. Prima cõclusio propter philosophos. Possibile est aliquod ingrediẽs corpus nostrum sola qualitate operari, sic q nec a materia nec a forma specifica. Patet, possibile est enim aliquam medicinam calidam corpus nostrum ingredientem ipsum calefacere. sed pro nunc sola qualitas operatur. igitur &c. patet consequẽtia, & prima pars assumpti similiter, & arguitur minor, quia ad alterationem qua aqua calefacit corpus nostrũ non concurrit effectiue forma substantialis aquæ, nec etiã hanc operationem a materia appellare debemus. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Et ex hac conclusione cũ eius probatione sequitur. non ad quãlibet operationem cõpositi vel composito attributam formam substantialẽ effectiue concurrere, patet. Ex quo vlterius sequitur aliquod accidens sine concursu formæ substantialis posse aliquam actionem producere. Ex quo vlterius sequitur hanc fore concedendam. a. & b. producunt. c. & a. tamen non producit. c. nec aliquam eius partem totaliter vel partialiter. similiter nec. b. patet. aqua enim calida producit caliditatẽ, quã nec eius partem producit materia vel forma aquæ. Et similiter infinita quasi alia penes imaginationem hæc forent cõcedenda. Secunda conclusio. Probabiliter ponitur, q licet virtualiter siue potentialiter tale a qualitate operans in corpore operatur a forma specifica. probatur sic. quodlibet tale operans operatur per principium occultum taliter inclinãs hoc ad operari in hoc corpus vel mẽbrũ q nõ in illud. igitur &c. patet cõsequentia & assumptum discurrẽdo hyoscyamus enim infrigidat nos & non turdum. & similiter elleborus calefacit & interficit nos & non coturnicem. & silr ꝓbabiliter de alijs dici potest. igitur &c. patet cõsequentia.

Primũ occultũ quid.

Sed dices, quæ res est illud occultum principium. Dicit primo q potest esse aliqua qualitas de secunda specie qualitatis taliter inclinans ad hoc q non ad illud. Vel potest esse illamet forma substantialis illius alterantis seipsa taliter mediante suo instrũo alterante hoc q non illud. formæ. n. substãtiales indiuiduorum diuersarum specierum non oĩno omnes inter se consimilem habent habitudinem, vel forte occulta proportio qualitatum primarum. Contra. quia illa occulta ꝓportio non est nisi qualitates primæ quæ sunt prĩcipium manifestum & non occultum. Dicitur q vt qualitates sunt manifestum principium, ratione tamen qua sic proportionatæ sunt occultum principium. Tertia cõclusio. Quodlibet operans a materia in corpus nostrum etiam operatur a forma specifica. patet, quia quodlibet tale taliter patitur & transmutatur ab aliquo qualiter non ab alio, sed hoc non potest esse nisi per principium occultum taliter inclinãs ad pati ad intellectum superius datum. igitur &c. patet consequentia cum antecedente. Nota tamen q licet ita sit istas tamen actiones iuxta communem modũ loquẽdi medicorum non dicimus a forma specifica ꝓuenire. Dicimus enim iuxta communem modũ loquendi illud a forã specifica operari, quod deducta operatione eius a materia vel qualitate suam produceret actionem, vt napellus interficit hominem &c. Ex istis sequitur primo eandem rem simul operari a qualitate forma specifica & materia, vt endiuia & lactuca dum in substantiam nostri corporis cõuertuntur. Vtrum autem eadem actio numero dicatur a forma specifica qualitate &c. non est præsentis speculationis.

Opari a forã specifica qd

Sequitur secundo hos tres modos non fore abinuicem necessario realiter condistinctos, sed solum ratione hoc intellexit Auic. dum dixit. Et fortasse isti modi sunt propinqui linguæ platonis, quia non necessario realiter sunt distincti secundum nominis significatum, vel quia in eodem sæpissime inueniuntur. Dixit autem notãter fortasse propter ipsos non necessario communicare. Quarta conclusio. Licet ita sit vt ponit secunda & tertia conclusio, non tamen quodlibet operãs a formam specifica operatur a qualitate vel materia vt magnes ferrum attrahendo. Quinta conclo. Præter modos operandi iam dictos reperiuntur alij modi operandi. patet per vnum argumentum adductum ante oppositum. Sexta concludo. Præcise sunt tres modi operandi maxime communes ratione distincti. patet, quia non reperiuntur plura q̃ tria principia illarum operationum. s. materia, forma specifica, & qualitas, a quibus recipiũt huiusmodi denominationem. cæteri autem in hos vel aliquem istorum reducuntur. Ad argumenta principalia respondet.

Ad primum dicitur concedendo assumptum. s. q præter istos modos reperitur modus operandi a quantitate odore sapore, sed hoc non est contra dicta in quæstione vt patuit.

Ad secundum dicitur probabiliter negando assumptum, vt in quæstione exemplificatum est de aqua calida calefaciente. & ad probationem dicitur similiter negando cuiuslibet actionis principium esse aliquam formam substantialem vt tactum est. Ad confirmationem vero dicitur q cuiuslibet operationes corporis viuentis & eidem debitæ vt viuens pricipium est virtus, & ad istum intellectum ꝓcedit auctoritas Aui. Ad tertium principale dicitur negãdo assumptum. s. q nihil est operans &c. & hoc capiendo qualitatem in proposito, vt a medicis sumitur pro manifesta qualitate siue pro prima quam taliter accipiendo patet non procedere argumentum. Et similiter dicitur ad confirmationem. Ad quartum principale dicitur probabilr negando antecedens pro illa parte. scilicet omne operans a materia operatur a qualitate. operans enim a qualitate iuxta descriptionem medicorum est sua qualitate corpus transmutans & agens in illud: licet bene sit concedendum omne tale pati a qualitate. Et tunc patet qualiter probatio vlterius non procedit. Conceditur tamen vlterius in argumento omne tale a forma specifica operari, vt in quæstione tactum fuit. Nota tamen quòd capiendo operari a qualitate communiter pro quolibet agere vel pati secundum qualitates manifestas concedi posset oẽ operans a materia operari à qualitate: vt recte probat argumentum. Ad quintum principale dicitur consimiliter concedendo assumptum & negando consequentiam. non enim fuit intellectus Auicen. hos modos operationum contra seinuicem fore necessario realiter distinctos, sed solum secundum rationem & secundum distinctionem principiorum huiusmodi actionum, sicut satis patet ex dictis in quæstione.

Qualitas duplicit.

Quæstio. xlix.

QVADRAGESIMONONO Quæritur. Vtrum alicuius nutrientis qualitatis corporis vel membrorum alteratiua remanere possit vsque ad coagulationis, & assimilationis complementum. Arguitur

multipliciter q non. Primo. impossibile est passum quod agenti sibi contrario similatur usq; ad finem similationis in agens principale reagere. igitur qõ falsa. consequentia patet et assumptum est determinatum in naturali philosophia. Et arguitur rõne. Si passum agenti principali totaliter assimilatur, ergo contrarietas passi ad agens usq; ad non gradum remittetur, sed sicut remittitur contrarietas ita activitas passi, & agentis principaliter resistentia continue manebit aliquanta, ergo aliquando ante finem actionis nõ sufficiet passum in agens principale reagere. Similiter sumatur sanguis alteratus cuius qualitas manebit &c. & arguitur sic. hic sanguis a membris nostri corporis transmutabitur & substantialiter convertetur &c. ergo huiusmodi sanguinis deperdet activitas usq; ad non gradum. sed membrorum potentia activa & resistitiua continue manebit aliquanta. ideo &c. tota consequentia patet cum antecedente. Secundo. frigiditas generati sanguinis ex lactucis non permanet usq; ad finem assimilationis. igitur &c. patet consequentia et assumptum arguitur. Signetur. n. frigiditas illa et sit trium graduũ & in fine assimilationis debet manere gradus unus. Et arguitur sic. facilius est calori membrorum corrumpere gradũ unũ frigiditatis q̃ duos vel tres. sed prius fuit potens calor membrorum agere in tres gradus frigiditatis ipsos corrumpẽdo: igitur iam remanet potens residuum gradum corrumpere. & per consequens &c. Item quantũcunq; fuerit sanguis ex lactucis generatus frigidus in fine assimilationis plura mẽbra nostri corporis calefaciet. igitur &c. patet consequentia, & assumptum arguitur, quia pars sanguinis vadens ad nutriendum os quantæcunq; fuerit frigiditatis est calidior ossis substantia. sed quodlibet calidum minus calido sufficienter approximatum aptum est calefacere & non infrigidare. ergo &c. Tertio. nutrimentum efficitur membris perfecte simile, ergo in eodem non remanet usq; ad finem assimilationis qualitas membri contraria et mẽbrorum alterativa. Quarto, quia iam accidens videretur transferri de subiecto in subiectum, quia de lactuca in chylum & ex chylo in sanguinem &c. hoc autem est impossibile. ideo &c.

Ad oppositum est Avicenna in littera.

In ista quæstione primo præmittenda sunt quædam superius tacta. Secundo ponendæ sunt conclusiones. Tertio solvendum est ad quæsitum. Quantum ad primum præmittendum est primo q duplex est nutrimentũ sive cibus. s. pure cibale & medicinale. Et quid sit utrunq; istorum satis dictum est circa litteram. Secundo præmittẽdum per nutriens medicinale corpori pluries approximatum corpus posse a suæ propriæ complexionis latitudine permutari. Ex quo patet q in quolibet approximatione vel saltem aliqua remanet positiva qualitas de nutriẽte medicinali membris communicata, nisi enim sic foret nunquam fieret huiusmodi permutatio. Tertio principaliter præmittendum q necessario ante finem assimilationis passi principalis ad agẽs principale, principale passum desinit posse reagere in agens principale. & hoc secundum qualitatem istam, secundum quam dicitur principale passum deducto accidentali iuvamento. hoc satis persuasum est supra & probatum. Ex qua suppositione concludere possumus primo q non, quamdiu agens contrariatur passo, & immediate agit in passum repatitur ab eodem. Sequitur secundo non omne agens physicũ communicãs in materia cum passo in agendo repati ad intellectum datum. Plura etiam fere infinita alia concludi possunt ex his. Quarto principaliter præmittitur. nullius mixti materiam per actionem alterius mixti in ipsum & generationem alterius mixti ex eo totaliter qualitatibus primis in eo existentibus expoliari. patet, quia in nullo tali corpore caliditas frigiditas humiditas & siccitas ad non gradum deducitur. igitur &c, patet consequentia & assumptum arguitur, quia non corrumpitur frigiditas ad non gradum nisi p inductionem caliditatis summæ in aliquo. ergo &c. tota cõsequentia patet cum añte. Tunc sit prima conclusio. Sive nutriens medicinale sive pure cibale fuerit aliqua qualitas quæ prius in nutriente fuit, remanet usq; ad finem coagulationis & assimilationis eius ad membra nostri corporis. patet quia nulla qualitas prima in nutriente præexistens per assimilationem eius ad membra transmittitur ad non gradũ. patet consequentia & assumptum intelligenti. Secũda cõclusio. sive nutriens medicinale sive pure cibale fuerit nulla qualitas in eo præexñs remanet membrorum alterativa post perfectæ assimilationis complementum. patet per plura argumenta superius tacta. Tertia conclusio. Possibile est nutriens medicinale post eius assimilationem in substantia & non in accidentibus corpus per qualitatem in eo manẽtem alterare. patet, quia possibile est adhuc illud gradualiter distare a complexione membrorum. igitur &c. Quarta conclusio. Ex nutriente pure cibali post completam assimilationem non remanet qualitas in membris qua ista sint a præexistente naturali dispõne remota cæteris paribus, patet q alias nutriens pure cibale operaretur a qualitate. Et dixi notanter cæteris paribus: ppter ætates aeris & aliorum occurrentium permutationem. Quinta conclusio. Ex nutriente medicinali post completam assimilationem derelinquit in membris qualitas qua ipsa redduntur aliqualiter a pexistente sua naturali dispositione remota. patet ex quid nominis nutrientis medicinalis. Similiter ex nutriente frigido generatur chylus frigidus, sanguis frigidus, humiditates secũdæ frigidæ, & tandem partes membrorum frigidæ respectu præexñtium reponuntur. ideo &c. patet consequentia & assumptum, quia alias vi nutrimenti non contingeret fieri permutationem naturalis complexionis. Et hanc conclusionem voluit Avic. in littera. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur concedendo ut argumẽtum intendit deducere, q non remanet qualitas alterativa membrorũ post perfectam assimilationem, nisi taliter qualiter qualitates naturaliter in membris existentes sint ipsorum alterativæ ut caliditas mẽbri agendo in membrũ alterant membrum. & hæc est generalis alteratio cuiuslibet mẽbri cõplexioni & calido naturali conveniens. Dr tñ ulterius q illud argumentum non est evidens, contrarietas remittetur ad nõ gradũ ergo & actio vel activitas. Remissa. n. cõtrarietate ad nõ gradũ crescit principalis agentis actio vel activitas in infinitum sicut et proportio. De passo tñ principali bene tenet argumẽtũ ut ibi arguebat. Sequit. n. passum principale reagit in agens & ipso stante passo principali remanet contrarietas ad nõ gradũ, ergo eius actio vel activitas. Ad secundũ dr q cæteris paribus facilius est &c. sed non sunt cætera paria, quia in fine remissa est calitas mẽbrorum & nutrimenti intensa usq; ad assiatione. igit &c. Posset alr dici, sed p nunc sufficit. Ad aliã cõfirmationẽ dixi satis super techni. Ad tertiũ patet satis ex dictis in qõne. Ad quartũ dr nõ esse posse accñs trãsire de subo adæqto & pprio in aliud subm pprium & adæquatũ. De subo autem nõ pprio & adæquato quod dr subm denoiationis nõ repugnat quia licet illud varief, permanet tñ subm ppriũ & adæquatum.

Nutrimẽtum vel cibus duplex.

Subm duplex.

Quæstio. L.

QVINQVAGESIMO Quærit. Utrũ forã specifica sit substantialis forma eius, quod est a forma specifica operativum. Arguitur multipliciter q non. Primo. in re una numero non est nisi forma substantialis una numero & adæquata, quamvis in eodem sint plures specifice distinctæ secundum speciem, ut in magnete virtus attrahendi & expellendi ferrum cum ipsum inungatur oleo et secundum diversas eius partes, ut testatur magister tractatu de magnete, quia pars septẽtrionalis attrahit ferrum & meridionalis expellit. Et in aloe sunt partes a forma specifica phlegmatis & choleræ attractivæ, ut acutæ subtiles & partes non attractivæ, cum tñ sint omnes essentialit eiusdem spẽi. Silr in napello est forma specifica, qua est hois interemptivus & turdorum nutritivus. Secundo. corrupta forma specifica rei remanet forã subalis eius, ut aloe multum loto facto non resolutivo, sed styptico & confortativo. Et de arbore transplantata de perside in ægyptum, 6, de accñti, quæ prius erat venenosa.

Magnetis virtus

Napelli forã specifica duplex opposita.

Tertio.

Tertio forma corrupta substantiali rei remanet eius forma specifica. igitur &c. Assumptũ patet de carne tyri & napelli & elleboro & alijs piãtis venenosis & exiccatis ĩ qbus corrupta est substaotialis forma, quia mortuæ sunt, & tamen eadem manet forma specifica hois corruptiua. Quarto. aliqua indiuidua eiusdem speciei in specifica forma non sunt similia, immo cõtrariantur in forma specifica. igr̃ etc. assumptum probatur. Multi enim homines in forma specifica vinum abhorrent cuiuscunq; fuerint complexionis, & multi ipsum valde diligunt. Similiter arbor venenosa in persida & transplantata erat in specie similis, cum tamen esset pria a forma specifica corruptiua, & secunda nõ. Et pro isto videtur auctoritas Auic. 2. de animalibus. vltimo cap̃. ad finem. de quo etiam similiter multa refert Albertus magnus septimo lib. animalium. penultimo cap̃. Quinto. aliqua indiuidua specifice essentialiter distincta in simili specifica forma cõicant. igitur &c. assumptum patet de cartamo & turbith a forma specifica phlegma attrahentibus, quia quęcun q; conueniunt in tertio forma specifica conueniunt inter se. Item per solum argumentum quantitatiuum variat specifica forma. igitur &c. assumptum colligitur primo colliget. vbi ponitur q medicina non est determinati humoris attractiua, nisi cum determinatis circunstantijs: vt quantitate & proportione eius ad calorem naturalem. Pro his videtur Auic. secunda primi. cap̃. de eo quod comeditur & bibitur. Dum dicit q est sicut odor vel sapor anima etc. Et Gal. 3. virtutum animalium dixit actionem fieri a proprietate & qualitate. Et secunda primi. cap̃. de virtutibus ministrantibus naturalibus attractionem dixit Aui. fieri a virtute a vacuo & a qualitate. Et p factã a virtute intellexit a forma specifica, & non a forma substãtiali, quia similiter a vacuo & a qualitate. similiter factæ essent a virtute, quia fit ratione similitudinis. 3. de simplici medicina, similitudo vero est æqualitatis passio in prædicamentis. &. 5. metaph. Similiter quia portulaca eradicat verrucas non qualitate, sed proprietate. 2. cañ. ca. de portulaca. sed hoc nõ est a forma substantiali. igitur &c. Item proprietas non est aliud q̃ naturalis potentia aliquid facile faciendi, & hæc est qualitas.

Albert. magnus

Gal.

Ad oppositum est Aui. secunda primi. ca. de eo quod comeditur & bibitur. Forma specifica est per quam res est illud quod est. Similiter quia proprietas siue forma specifica est natura & non materia. igitur est forma. antecedens colligitur in libro de moribus cordialibus. tractatu primo. vltimo cap̃. vbi inquit. Proprietas in virtute non est aliud q̃ natura. Natura autem est principium motus & quietis. 2. physicorum &c. Et idem tertio complexionum. Et vr̃ omnes auctores appellant ipsam totam substantiam rei: & nõ est compositum, igitur est forma. Item omne agens a forma specifica dicitur agens a sua substantia.

Forma specifica quid.

Sciendum in hac quæstione difficultatem maximam cõsurgere ex varijs modis loquendi auctorum de specifica forma. Quidã. n. ut sanctus Thomas de aquino in tractatu quem fecit de proprietate distinguunt operationum quasdã esse occultas et quasdam manifestas reducibiles in quatuor primas qualitates. s. caliditatem frigiditatem &c. Econtra vero non reducibiles in qualitates manifestas, sed in aliqđ principium occultum vt attractio ferri, motus nutrimenti ad membra, attractio medicinæ &c. Et istę dicuntur fieri a tota substantia rei non mediante manifesto rei principio iã dicto, licet agant mediante aliqua occulta qualitate: quę est organum substantialis formæ in tali operatione. Secundum hoc igitur patet q forma specifica non est nisi forma substantialis, vt operans vel operatiua per occultum principium. Et secundum hanc viam patet quomodo præparat complexio ad virtutem hanc. quia præparat ad formã, & hæc virtus consequitur formam. Hic modus respondendi tanquam defectuosus instantiam recipit. Quia primo lumen est coloris productiuum & non a qualitate vel materia. igitur a forma specifica & tamen non a forma substantiali. Item species coloris est productiua visionis, & color rubeus est motiuus sanguinis, & citrinus color materiæ facientis icteritiam ad exteriora & tamen non per substantialem formam. Item taliter est color per eius speciẽ alteratiuus organi visus q non auditus, & sonus auditus q non visus igitur &c. Auerrois autem. 5. colliget. vult q hæc forma specifica non est nisi proportio quædam qualitatum elementorum. Imaginando q a calido frigido & humido &c. prouenire possunt operationes quędam absolute inquantum calidum vel frigidum &c. vt calefactio &c. Secundo prouenire potest operatio non absolute vt calidũ, sed vt calidum sic taliter proportionatum & mensuratum cum frigido & humido &c. Et ista dicitur operatio a forma specifica. Sicut calor absolute vt calor membrorũ calefacit & consumit: vt vero taliter proportionatus & mensuratus attrahit nutrimentum, superfluum expellit, non quia calefaciat vel infrigidet absolute, sed quia calidum cũ alijs qualitatibus elementorum proportionatum est sic vel taliť potens agere. Sicut de solutiua medicina quę sub alia & alia quantitate & præparatione est alterius & alterius operationis productiua. Et quia hæ proportiones nõ sunt a priori cognitæ, ideo hæc dicitur proprietas occulta. Quia etiam idẽ ad diuersa relatum varias obtinet proportiones, ideo cõtingit eandem rem multiformium operationum a forma specifica esse in diuersis productiuam, immo in eadem, vt sic infinitæ possunt esse formæ specificæ. Hæc põ etiã communiter reprehenditur per argumenta facta cõtra beatum Thomam. Item magnes dum attrahit ferrũ distans, vel in ipso imprimit aliquam dispositionẽ nouam, vel nõ. Non potest dici primũ, quia non apparet quare nunc magis moueretur q̃ prius. Si aliquam, vel imprimit proportionẽ qualitatum primarũ, & sic calefacit & infrigidat &c. quod non videtur: vel aliam qualitatem & tunc illa est proprietas occulta siue forma specifica: & sic non est proportio &c. Mũdinus vero Paduanus dixit q eadem res sub diuersis conceptibus & rationibus compræhensa recipere potest denominationem substantiæ & qualitatis siue accidentis. Et q forma essentialis compositi, vt pars qualitatiua, siue essentialis compositi dicitur substãtia. vt vero principium actiuum vel operatiuum est: dicitur proprietas siue naturalis potẽtia, & per consequens qualitas & accidens, licet secundum distinctas rõnes formales eius vt patet. Et videtur quandoq; in verbis suis Conciliator differentia. 71. hoc idẽ sensisse, licet tandem magis explicet sensitiuam modi declarãdi inferius. Penes quem sciendum primo q operationũ prouenientium ab his quæ corpus nostrum ingrediuntur et similiter virtutem eorum, quædam dicuntur primæ & vniuersales vt calefactio infrigidatio &c. quædam secundæ & vniuersalibus similes vt resolutio & maturatio attractio. quædam tertiæ vt prouocatio urinæ &c. & differunt a secũdis, quia secundis non necessario annectitur occultum principium occulto non ad operari inclinatum, tertijs vero sic. Q̃ enim medicina sit magis per viam urinæ q̃ sudoris prouocatiua, uel econtra non uidetur prouenire nisi ex occulta conuenientia &c. unde huiusmodi operationi annectitur a qualitate operatio a proprietate occulta. Aliæ uero sunt quę proueniunt pure ab occulta proprietate sicut curatio epilepsiæ suspensa peonia ad collum, & hæ sunt quæ a tota substantia prouenire dicuntur. Sciendum secundo q ex modis loquendi auctorum hoc nomen specifica forma reperit æquiuocum. Causa autem huius diuersitatis est, quia auctores his terminis, forma specifica, tota substantia, proprietas occulta, vsi sunt frequenter tanquam synonymis. Quandoque enim sumitur forma specifica pro forma substantiali per quam habet naturale compositum, determinatum esse specificum in genere substantiæ. Quandoque pro quolibet occulto principio formaliter alicuius speciei cuilibet indiuiduo naturaliter conuenienti occulte cuiuslibet indiuidui illius speciei inclinato ad agere uel pati, ut hyrundo io factione nidi: aut alia auis. Tertio indifferenter pro quocunque occulto principio occul-

Sanctus Thõas de forã specifica opatio duplex.

Auer. de forã specifica.

Mundi.

Concil. Opõ proueniens ab ingredientibus nr̃m corpus uel uirtutẽ eius est quadruplex.

Epilepsiæ cura per peoniam.

Forma specifica quadruplex

te operatiuo, siue cuilibet indiuiduo naturaliter cõueniat siue non, vt quod aliquis nullo modo vinum appetat &c. Quarto & vltimo sumitur adhuc largius pro quocunque formali principio effectiuo vel dispositiuo alicuius operationis siue sit occultum, siue sit ad sensum manifestum: dum tamen occulte uel per occultam transmutationem aliquam operationem producat vel operetur: qualiter calorem a forma specifica visum & non auditum dicimus immutare: & econtra somnium, & sic de alijs. Et penes hoc sit prima cõclusio. Capiendo formam specificam primo modo sola substãtialis forma est forma specifica, patet. Secunda cõclusio. Licet ita sit non tamen operatio a forma substantiali proueniẽs est iuxta modum loquendi auctorum dicenda prouenire a forma specifica, sed solum illa quæ prouenit ab ea, & cum hoc non operatur illam per qualitatem manifestam primã vel ea illis resultantem. Ex quo, sequitur intellectus illius partis per quam est illud quo aliquid est. Patet secundo operationem a forma specifica ipsius prouenire. Tertia conclusio. Capiendo secũdo mõ aliqua forma specifica est substantialis & aliqua accidentalis. Patet, quia occultorum principiorum alicuius speciei cuilibet indiuiduo naturaliter existẽtium aliquod est forma substantialis & aliquod accidens: vt forma substantialis magnetis, et qualitas quę in ferro imprimitur. Et ex hoc patet in eodem inueniri posse plures specificas formas. Quarta conclusio. Capiendo tertio modo non quælibet specifica forma est substantialis forma operãtis a specifica forma. Patet, quia vt sic quælibet complexio insequens materiam est specifica forma, et nulla talis est forma substantialis. Ex hoc sequitur non quãlibet formam specificam esse naturam proprie sumptam. Quinta conclusio est. Quod probabiliter colorem, odorem: & saporem, dicere possumus esse formam specificam, quia licet quolibet istorum sit qualitas manifesta, pro quanto tamen est per occultam transmutationem operatiua potest specifica forma nominari. Ex quibus corrolarię sequitur primo probabiliẽ sustentabile esse proportionem qualitatum elementorũ esse formam specificam, quia licet tales qualitates sint manifestæ sunt tamen per occultam transmutationem operationũ plurium productiuę in ordine ad quas denominari possunt formæ specificæ. Similiter licet istæ qualitates vt tangibiles sint manifestæ, tamen vt talis vel tantę proportionis sunt occultæ. Infertur secundo quod caliditas, frigiditas humiditas &c. possunt dici hoc modo in ordine ad aliquam operationem specifica forma. Et forte ad istum intellectum procedit auctoritas Auerrois. 5. colliget. Ex quo vlterius patet concordia inter litteram Auic. ponentis quod est illud quo res est, & aliam quod est, verbi gratia, color, odor, aut anima. Patet hoc totum verum esse secundum diuersam acceptionẽ huius termini forma specifica. Vltima conclusio. Probabiliter teneri potest in nullo composito naturali, propter formam substantialem & qualitates manifestas simul reperiri formam specificam quæ sit qualitas occulta. patet, quia experimento patet aliquas qualitates a complexione qualitates occultas inducere. igitur ita probabiliter dicere possumus quod forma substantialis magnetis mediãte sua complexione occultam potest causare alterationem. & similiter mẽbrũ mediante complexione producere potest qualitatem occultam &c. Contra, quia in patiente saltem præter naturã qualitates manifestas reperiret &c. Dicitur quod illud ẽ verum, sed volo dicere quod a forma specifica sibi limitet. & hoc voluit Auer. Rationabilius tamen apparet quod præter manifestas qualitates in mixtis reperiantur etiam qualitates occultæ, cum frequenter complexionibus mixtorum manifestis existentibus in ipsis appareant inclinationes contrariæ. A qua vero causa hæ proueniant occultæ proprietates perquirere spectat ad naturalem philosophum. Dicẽdum tamen quod hę qualitates insequuntur potissime cœlestes influxus, a quibus cum materia mixti fuerit taliter vel taliter complexionata tales vel tales occultæ proprietates imprimuntur. Propterea Mesue de cõsolatione medicinarum capitulo primo. Dotatum est vt aiunt omne dupliciter. s. virtute cœlesti & elementaria. Et parum infra. Soluit solutiuũ non quia calidum nec quia frigidum, sed quia cœlesti virtute dotatum. Et ex hoc patet quare non omnes res eiusdẽ speciei sunt æqualiter a forma specifica operatiuæ nec omni tempore nec omni loco. Et pro isto videtur Conciliator differentia. 72. Et nota circa hoc quod hoc modo omnis mirabilis operatio proueniens a mixto per qualitates primas quę velocitate magnitudine vel aliter excedit operationem merito talis proprietatis prouenire debentem etiam formæ specificę attribuitur sicut opij mortificatio ut infra patebit, & napelli &c. licet enim opium sit valde frigidum. mirum tamen videtur quod eius frigiditas stupefaciat & extinguat calidum hominis robusti, cũ aqua frigidissima in magna mẽsura hoc non faciat. Similiter napellus calidus ponendus in secundo qualitate sua operando statim interficit. & hoc nõ potest qualitas merito sui gradus facere nisi esset tali proprietati coniuncta. Similiter dicitur de veneno scorpionis frigido. Nota etiam hic quod multa quæ semper aut frequẽter nobis occurrunt videntur principium habere manifestum omnino, vnde in eis non cadit admiratio sicut est operatio ignis. Et in hoc recita quod dicit Gale. de proprietate primo de virtutibus cordialibus. cap. de proprietate. Ad argumenta principalia patet solutio ex tactis.

Forma specifica duplex.

Mesue.

Virtus cuiuslibet duplex.

Cõcil.

Gal.

Quæstio. Ij.

QVINQVAGESIMOPRIMO Quæritur. Utrum forma specifica sit forma substantialis. Arguitur multiplicitẽ quod nõ. Primo. Forma specifica est sicut odor, & sapor quę sunt accidentales formę. igitur &c. Secundo. Stante re eadem secundum speciem & vna numero formę specificę multiplicantur in ea. igitur etc. patet consequentia & assumptum probatur. stante enim identitate magnetis quandoque est virtus attractiua in eo, quãdoque expulsiua ferri. Similiter in napello eodem est forma specifica nutriendi turdos & conseruandi ipsos & forma specifica hominis substantiam corrumpendi. igitur etc. consequentia nota cum antecedente. Tertio. Corrupta & remota specifica forma remanet forma substantialis rei cuius est ista forma specifica. ergo &c. consequentia nota est, & assumptum patet de aloe loto quod a forma specifica ante lotionem euacuat determinatum humorem, post tamen completam & perfectam lotionem non euacuat, sed potius confortat & stypticat, vt colligi potest tertio de simplici medicina. & a Mesue in de consolatione medicinarum. Quarto. Venenum serpentis aut napelli a forma specifica interficit hominem. sed tale venenum est accidens quoddam, quia qualitas vitę hominis disproportionata, ideo aliqua forma specifica est qualitas. ideo &c. Item pro isto facit auctoritas Auer. quinto colliget: quia ponit eam esse proportionem qualitatum primarum.

Aloes virtus opposita.

Ad oppositum videtur intentio Auicen. in littera dicentis quòd forma specifica est illa per quàm operans ab ea est illud quod est, sed notum est quòd hęc est forma substantialis. Similiter idem est operari sua substantia & sua forma specifica ut colligitur in littera. ergo taliter operantis idem est substantia & forma specifica. & per cõsequens &c. consequentia patet cum antecedente.

In quęstione est præmittenda distinctio quedam. Secundo ponendę sunt conclusiones de quęsito. Quantũ ad primũ sit hęc distinctio pro parte. superius tacta, quod hic terminus forma specifica consueuit multipliciter sumi. Primo proprie & præcipue pro forma per quam habet indiuiduum determinatum esse specificum in genere substantiæ, qualiter alias dictum est animam intellectiuam esse formam specificã hominis. Secundo sumitur forma specifica pro quocunque occulto principio cuilibet indiuiduo sub aliqua certa spẽs contento cõuenienti illud inclinante ad determinate agendum vel patiẽdum, vel taliter respectu huius esse actiuum uel passiuum qualiter non respectu alterius, qualiter attractiuã virtutem magnetis & ferri per quam est attrahibile dicimus

Forma specifica quadruplex.

esse

esse formas specificas. Tertio adhuc sumitur forma speci
fica magis communiter ꝓ qualibet occulta proprietate &c.
siue sit apta in quolibet indiuiduo istius speciei reperiri siue
non, qualiter proprietatem in sor. qua abhorret allium, aut in
clinatur ad furandum, & sic de alijs, dicimus esse formam
specificam. Quarto adhuc communius sumit̃ forma spe
cifica pro quocunq; principio vel dispositione siue occulta
siue manifesta, occulte tamen agente vel disponente qua-
liter probabiliter dicere possumus ꝙ licet membrorũ com-
plexio agat calefaciendo et complexionando nutrimentum,
cum hoc tamen in nutrimẽto producit quãdam alteratiõnẽ
vel qualitatem occultam de secunda specie qualitatis incli-
nante nutrimentum vt moueatur ad membra quam vocãt
formam specificam. Quantum ad secundum sit hęc pri-
ma conclusio penes hanc distinctionem. Capiendo for-
mam specificam primo modo forma substantialis solum
est forma specifica. patet, per solam. n. formam substantia-
lem ponitur indiuiduum in determinata specie de gñe sub-
stantiæ. ergo &c. Secunda conclusio. Licet ita sit, nõ tñ
quælibet operatio a forma proueniens iuxta modum loquẽ
di auctorum dicitur a forma specifica. patet, quia solum illã
proprie dicunt a forma specifica &c. quæ nõ ẽ in qualitates
manifestas reducibilis. cum igitur multæ producantur ope
rationes per qualitates manifestas. sequitur &c. Ex ista cõ
clusione sequitur proprie fore formam specificam illam per
quam res est illud quod est. Patet secundo operationem
a forma specifica proprie a substantia ipsius operantis ꝓue-
nire, & plura alia etiam sequuntur. Tertia conclusio prin
cipalis. Secundo modo capiendo formam specificam aliqua
forma specifica est forma substantialis & aliqua est forma
accidentalis. patet, quia taliter capiendo formam specificã
quodlibet principium occultum etiam est forma specifica.
sed talium aliquod est substantiale aliquod accidentale vel
instrumentale. ergo &c. patet consequentia & assumptũ si-
militer. Ex quo sequitur in eodem subiecto plures inueni
ri posse formas specificas abinuicem spẽ differẽtes. Quar-
ta conclusio. Capiendo formam specificam tertio mõ non
quælibet forma specifica est forma substantialis. patet, qa
complexio insequens materiam est forma specifica, & tñ ip
sa non est forma substantialis, vt satis patet. igitur &c. Ex
quibus infero ꝙ non quælibet forma specifica est natura cõ
tra quosdam, quia nõ quęlibet forma specifica est principiũ
substantiale vel principale. igitur &c. patet ex descriptione
naturæ. Et si arguitur contra, quia omnis forma specifica
est principium motus & quietis. igitur &c. Similiter Aui.
In de viribus cordis asserit omnem formam specificam eẽ
naturam. Dicitur ad primum negando consequentiã. sed
oportet assumere ꝙ sit substantiale principium, vel oportet
assumere ꝙ sit principium motus primum & per se & non
secundum accidens, quæ clausulæ si discurrantur non com
petunt cuilibet formæ specificæ. Ad auctoritatem Aui. di
citur ꝙ ibi sumpsit naturam impropriẽ modo quo medi-
ci etiam complexionem compositionem &c. dicunt esse na
turam. Quinta conclusio. Capiendo formam specificam
quarto modo quęlibet est substantia. patet similiter vt præ
cedens. Sexta conclusio. Taliter capiendo probabilr̃ co-
lorem aut odorem formas specificas appellare debemus. pa
tet, quia taliter capiendo colorem &c. licet sint dispositiões
manifestę, sunt tamen per suas species occulte operantes. er
go &c. consequentia videtur nota & assumptum intuenti.
Ex quo sequitur ꝙ littera Aui. dicens. Sed est verbi gratia
color aut odor &c. potest intelligi vt verba sonant. Et dici
ꝙ ibi velit ꝙ omnis forma prout occulte operatiua dici po-
test specifica forma. Sequitur vlterius proportionem ali-
quam qualitatum primarum vt sic posse dici formam spe-
cificam. Et forte ad hunc sensum procedit auctoritas Auer.
quinto colliget. vbi asseruerit sententiã dictam. Ad argu
menta principalia ante oppositum respondetur. Ad pri-
mum dici potest prout i littera expositum est. Potest dici se
cundo ꝙ dum sic dixit Aui. cepit formã specificam ultimo
modo, vt patet ex conclusionibus. Ad secundum dicitur
ꝙ non repugnat in eodem adæquate plures fore formas spe
cificas accidentales, substantiales tamen repugnat. Et ꝑ ar
gumento de magnete dicitur ꝙ principaliter eodem princi
pio quod est forma specifica attrahit ferrum & expellit, sed
instrumentalia principia & occulta sunt distincta. Et ita in
magnete sunt plures formæ distictę accidẽtales & una sub-
stantialis vt patet. Ad tertium de aloe dicitur similit̃ for-
mam substãtialem eãdem remanere & dispõnẽ accñtalem
occultam remoueri per lotionem, quia remouẽtur ptes sub-
tiles. Aliter potest dici ꝙ aloes non efficitur nñ solutiuus sed
minus potens ad soluendum propter ablutionem qua remo
uentur partes subtiliores & acutiores. Et ex hoc vt probabi
li argumento trahi potest aliquam formam specificam esse
accidens, quia in diuersis partibus eiusdem materiæ conue
nit reperiri varias & diuersas formas specificas, licet oẽs in
substantiali forma conueniant. igitur &c. Ad vltimum
qualiter sit respondendum ex dictis patet. Quæ autem res
sit venenum inferius patebit. Ad auctoritatem. A. patet
ex dictis. Et ad ea q̃ post oppositũ sr̃ adducta patet intelligẽti.

Quæstio. lij.

QVINQVAGESIMOSECVNDO Quæ Aristo.
ritur. Vtrum frigiditas essentialiter ingrediatur operationes
virtutum naturalium aut virtutis cuiuslibet alterius. Argui
tur ꝙ sic. Primo arguitur sic. secundo de generatiõe ani-
malium. 14. cap̃. gño homogeniorum caliditate & fri. sit &
constat, hęc quidem calido, hæc quidem frigido. Secũdo.
4. metheororum generãt calidum & fri. Tertio. primo de Gal.
iuuamentis. 2. cap̃. Complexio est substantia per calidũ &
fri. sed complexio essentialiter ingreditur virtutis actiones.
Quarto. Auer. 3. colliget dicit ꝙ operationes stomachi ho
minis iuuantur & complentur frigiditate temperata. Quĩ
to sicut frigidum ad calidum ita siccum ad hu. & ecõtra. sed
siccum essentialiter ingreditur sicut humidum. igitur fridũ
sicut calidum. Sexto frigiditas temperata est sanitas. sed
omnis sanitas est per se principium harum operationũ. igi-
tur &c. assumptum probatur, quia cuius ĩtemperies ẽ mor
bus eius temperies est sanitas. primo de accidenti.

Ad opositum est Aui. in prima fen. doc. 6. cap̃. 3. & prĩa
sexti naturalium. vltimo cap. ad finem. & secunda primi.
doctrina tertia cap̃. 3. in. 7. gñe signorum. Calor igitur na-
tus virtutum omnium est instrumẽtum & frigiditas eis in-
conueniens, & neq; prodest nisi accidentaliter. ideoq; dicit̃
calor innatus & non frigiditas innata, nec comparatur frigi
ditati corporis illud quod comparatur caliditati. Et Gal. 2.
de accidenti. 3. cap̃. ad finem. Frigiditas vero nullum ĩ actio Gal.
ne confert iuuamentum. Et Aristo. 4. metheororum. Fridũ
corruptiuum. Et Auer. 2. &. 3. colliget. Plures actiones na-
turales fiunt a calido. Et Haly. 2. techni. commen. 131. im-
probat Mesue & Isaac tenentes oppositum. Et persuadet Haly.
primo, quia omnium virtutum operationes existunt ꝑ mo-
tum. sed motus fit a calido, vt Aui. in littera. &. 13. proble-
matum. 5. problemate. igitur &c. Secũdo, quia quod uni Aristo.
contrariorum per se essentialiter cõuenit ab altero essẽtialr̃
remouetur. sed ingredi operationes naturæ essentialiter cõ-
uenit calido. igitur a frigido essentialiter remouetur. Item
tertio omnes operationes perficiuntur per complexionem
quæ est ad calidum declinans & humidum. Quarto, qa
omnis opũ ꝑficit̃ a calido influẽte, vel ĩnato, vel vtroq; sil.

In ista quęstiõe fuit opinio Cõciliatoris opposita opinio-
ni Auic. tenentis ꝙ frigiditas essentialiter & per se ingredia-
tur &c. Et pręmittit primo ꝙ aliquid ingredi alterũ con-
tigere potest tripliciter Quiditatiue ut partes diffõnis essen Ingredi
tiales & fortasse formalit̃ essentiam compositi. Secundo in- alterum
tegraliter ut partes compositum integrantes. Et instrumen tripl'r.
taliter ut instr̃m uirtualiter ingredit̃ uel actualiter. Secun
do pręmittit per operationem intelligendum esse actiuam
& passiuam immanentem seu trãseuntem. de omnibus. n. Per acci
est eadem ratio. Tertio pręmittendum ꝙ per accñs qnq; dẽs qua-
sumitur ut distinguitur contra immediate ut ibi. Non uero duplex.

ipsa vocis magnitudo.1.techni.Secundo contra primo vel
principaliter, vt prima tertij.Neruorum iuuamentum pri-
mum est dare sensum &c.Secundum vero & per accidens
ē roborare carnem, sicut graue appetit quietem p se & mo
tum p accidens.Tertio vt idē quod casuale vel fortuitum.
Quarto vt non per se, sicut frigidum per accidens calefacit.
& taliter sumitur hic & distinguitur contra essentialr ingre
di.Calidum igitur essentialiter ingredi est calidū instrumen
taliter per se concurrere ad opōnem, econtra vero frigidum
per accidens.i.non per se. His præmissis ponit istam con
clusionem primam contra Aui.& Haly.allegato cōmento.
Frigiditas essentialiter & per se ingreditur operationes natu
ræ.Hanc probat auctoritatibus pluribus pro parte tactis, et
ibi vide.Et rationibus. Primo quia aliqua naturæ opatio
fit aggregando, sed frigiditatis est aggregare. Secundo tē
pus quietis retentiuæ est longius tēpore motus. Item ter
tio.ad quēlibet motum per se concurrit fixio quæ perficitur
frigido, vt in littera. Quarto.sicut res se hēt ad esse ita se
hēt ad operari.sed essentialiter ingreditur frigiditas ad esse
membrorum.igitur &c.maior patet secundo metaphysicę,
quia esse cuiuslibet mixti per se ordinatur ad operari vt ī fi-
nem.quicquid autem est per se causa añtis est causa conse-
quentis. Quinto.quælibet sanitas per se ingreditur opera
tionem, sed aliqua frigiditas per se sanitatem facit corrūpen
do per se ægritudinem calidam, immo ut supra aliqua frigi
ditas est sanitas, quia cuius intemperies est morbus eius tem
peries est sanitas. primo de accidēti. Sexto sanitas essentia-
liter integratur ex calido & frigido.igitur &c. Septimo.qa
sicut in maiori mundo ita in minori mundo. Octauo.ma
teriei nociuæ digestio est per se intenta a natura, sed aliqua
talis per se frigido perficitur, ut in furiosis humoribus & sub-
tilibus igitur &c.hæc octaua ratio colligitur differentia.62.
Concil. Secunda conclusio est ex Conciliatore collecta.licet ita, sit
intensior tamen & potentior & in maiori mensura concur-
rit caliditas & ingreditur operationes naturæ, & multo plu-
ribus deseruit opōnibus q̄ fridditas.Et hæc de quæstione.

Questio. liij.

QVINQVAGESIMOTERTIO Quærit.
Vtrum calidum agens in humidum denigret. Agens vero ī
siccum dealbet.Econtra vero frigidū ī humidum dealbet,
in siccum uero denigret.Arguitur q non. Primo, quia ca
lidum agens in cibum transmutandum in chylum ī sangui
nem transmutandum in sperma.In humiditatem primam
de secundis transmutandam ad formam roris.In chylum
transmutandum in phlegma.In sanguinem transmutādum
in lac agit in humidum, & ī nullo istorum casuum denigrat.
igitur &c. Confirmatur, quia agens in aquam non deni-
grat igitur &c. Secundo.calidum aliquod agens in siccū
denigrat.igitur &c.assumptum arguitur, quia calidum adu
rens os aut lignum siccum aut papyrum agit i tem siccā, &
tamen denigrat vt docet experimentum.igitur &c.Itē ma-
teria generationis pili est sicca, in qua quāto agens calidum
est fortius tāto pilus nigrior generatur. Tertio. frigus agēs
in sanguinem agit in humidum, & tamen denigrat vt patet
tempore hyemis quando propter frigus liuescunt labia et fa
cies tota, vt.38.problematum.ppter quid rigentes liuescūt.
Aristo. Item ex sanguine a frigido congelante potest humor melā
cholicus generari, vt infra in sequenti cap̄. & sexta quarti.
caplo de morsu canis rabidi. Itē in mugis quæ sunt apata
Mugæ quid. calcaneorum sanguis collectus a frigore denigratur. Item
quia vrina nigra significat extinctionem caloris naturalis.
Quarto, quia vitrum crystallus os lutum sunt corpora sic
ca, in qua agens frigidum non denigrat &c.
Ad oppositum est Auicenna.
Pro responsione ad quæstionem præmittendum primo q
tam calidum quam frigidum agunt, quandoq vt calidū aut
frigidum absolute, quandoq agunt ut naturalia instrumen
ta.Exemplum primi, ut calidum vrens aut putrefaciēs.Exē
plum, secundi, sicut calidum digerens sanguificans &c.Exē
plum primi de frigido sicut frigidum hyemis congelās.Exē
plum secundi vt frigus pinguedinem generans. Hāc distin- Cal.dū aut frigidū agūt duplr.
nem ponunt auctores sub his verbis.Calidum & frigidum
agunt aliquando ad instar determinati agentis determinatā
formam inducentis.Quandoq vt calidum aut frigidū ab-
solute, & est idem. Secunda distinctio. Tam calidum quā Calidū aut frigidū agēs absolute duplr.
frigidum agens vt calidum aut frigidum absolute, quādoq
agit in materiam simplicem non corroborabilem, quādoq
in materiam mixtam aptam varios colores recipere.Exem
plum primi vt agens in aerem vel aquam.Exemplum secū
di vt agens in ligna. Præmittendum tertio q albedo & ni
gredo & cæteri colores, ut sunt veri colores & non tantum
secundum apparentiam sunt vere qualitates secundæ & ue
re formæ a luce & lumine specifice distinctæ uarios cōple-
xionū modos insequentes sicut sapores odores & huiusmōi.
Hæc uidetur sententia Auic.si recolo.4.sexti naturalium.3.
cap̄.Et uidetur colligi ex dictis Aristo.in de sensu & sensa- Aristo.
to. Quarto supponēdum q licet ita sit vt ponit tertia sup
positio, inter tamen lucem & albedinem tanta ex natura rei
uidetur conuenientia, ut pure lucidum vel luminosum a sen-
su comprehendatur ut album, & per consequens secūdum
uarias lucis vel luminis perceptiones possunt res apparere
quandoq albæ quandoq uirides & quandoq obscuræ.un
de & dispositiones has secundum quas fiunt istæ apparētiæ
significamus nomine albedinis & nigredinis &c.Propter
quod introclusio multi corporis perspicui per opacū aliquo
modo terminati facit rē albam apparere.Propter quod spu
ma quælibet apparet alba.Et si fortiter cōcutiatur oleū cum
aqua fit album subingrediente multo aere inter partes olei p
illas aliquo modo terminato.Et propter hoc lixiuium proie
ctum supra oleum facit ipsum apparere album. Aut etiam
acetum, quia acuitate bene diuidit, vnde & partes aeris sub-
ingrediuntur.Vnde & prisana cū oleo decocta multum albe
scit.Et per idem cornu nigrum ambra & crystallus per tri
tionem albescit. Et ex hoc patet multiplr in re causari al- Albedo & nigredo in re causant duplr.
bedinem per modum mixtionis.Primo per inclusionem p
spicui.Secundo per exclusionem opaci, econtra ingredientē.
Exempla satis patent. His præmissis probabiliter in hac
materia tenendæ sunt istæ conclusiones. Prima.calidum
aut frigidum agens in materiam elementarem simplicē si-
ue humida siue sicca fuerit nō dealbat neq denigrat illa ma
teria simplici pmanente.patet, qa color ē mixti passio. Se
cunda conclusio.Calidum inquantum naturale agens in hu
midum quandoq dealbat, quandoque denigrat, quādoque
rubificat, quandoq citrinat. Eodem modo in siccum patet,
quia talem inducit colorem ad qualem præparat modus cō
plexionis aut mixtionis consequens talem actionem.sed illa
quandoq præparat ad albedinem, ut in lacte chylo sperma
te phlegmate. quandoq ad nigredinem, ut in generatiōe hu
moris melancholici.quandoq ad rubedinem, ut ī gnōne san
guinis &c. Tertia conclusio.Non semper calidum agens
vt calidum absolute in materiam humidam denigrabilem
denigrat nec ī materiam siccam dealbat.patet per plura ad
ducta ante oppositum. Quarta conclusio. semper calidū
adurens aut putrefaciens aut aliter ut calidū absolute operās
agens in humidum quod sufficit in exhalationem fumosam
conuertere, vel eius partes opacas a centro ad circūferētiam
trahere aut per totum dispergere illud ī quod agit denigrat.
patet, quia taliter agendo aerem perspicuum excludit, & fu
mum humidum opacum per porositates corporis seminat.
quare &c. Et ex hoc patet quare dicebatur in complone
cuius humidum sufficit in exhalationem fumosam &c. illa
.n.est terrestris & opaca. Patet ulterius aliquod calidū re-
spectu alicuius humidi esse denigratum quod tamen respe-
ctu alterius non esset, quia ab aliquo sufficit eleuare vaporē
fumosum & ab aliquo nō, sed tm̄modo aereum.Et plura ex
his potest concludere.Illam complexiōem voluit Aui. Ex
quo vlterius patet modus quo agens vltimando actionem
suam dealbat, quia fumum opacum aut humidum semina-
tum dissoluit loco cuius subingreditur aer aut corpus perspi
cuum.Patet vlterius q non semper agens in siccū dealbat,
quia

quia stat i sicco esse humidum non i exhalationem fumosam conuertibile. Et sic sequitur quinta conclusio. Calidum vt calidum absolute agens in siccum humidum vitibile vl timate consumendo, aut cuius humidum opacum non sufficit per totum dispergere vel in exhalationem fumosã opacam conuertere illud dealbat. Et hanc intelligit Aui. Vltima conclusio. Frigidum agens in humidũ corpus cuius humidum corpulentum sufficit accentrare dealbat, in siccum vero cuius sufficit perspicuum claudendo poros excludere, aut illud perspicuum igrossare, et opacum reddere denigrat, patet intuenti. & hoc breuiter voluit Aui. Ex quibus sequitur q contingens est frigidum agens i humidum ipsum denigrare & non dealbare. in siccum vero dealbare & non denigrare, ut patet intuenti. Ad argumẽta pricipalia patet.

Quæstio. liiij.

QVINQVAGESIMOQVARTO Quæritur. Vtrum color viridis possit esse bonum signum. Videtur. n. qđ sic, qa color niger qui ẽ deterior pôt eẽ bonũ signũ.

Oppositũ vř, quia de hoc debuisset Aui. facere mentionẽ.

Respondetur q sic, sed quia vtplurimum est signum malum de illo non fecit mentionem Aui. Vel dicatur q non fecit mentionem, quia satis hoc dat itelligere per alios colores malos, qui quãdoq; sunt bona signa, vt nigri in crisi virtute stante & vrina multa.

Quæstio. lv.

QVINQVAGESIMOQVINTO Quæritur. Vtrum omnis hypostasis decidatur a tertia digestione que est membrorum. Et primo arguitur q hypostasis sequestratur a loco secundæ digestionis sic. ab illo loco sequestratur hypostasis vbi natura conuertit cibum in sanguinẽ, sed hoc est i secunda digestione. ergo &c. assumptum patet ex Gal. primo pronosti. cõmen. vltimo. Cum dixit quod ẽ, quia res quę refugit naturam, vt operetur in ea ex cibo apud conuersionem suam ad sanguinem residet in vrina, non ergo alteratur ab ea vt fit sanguis. Constat hic q Gal. vult partem cibi quę dum natura cibum conuertit in sanguinem refugit hanc naturæ actionem, ita q non sit sanguis esse hypostasim, illud autem est proprie in secunda digestione. Secundo sic, nisi hypostasis sequæstretur a secunda digestione non oportet q plurima hypostasis expellatur cum sanguis est in semita digestionis & completa digestione minoretur. cuius oppositum dicit Gal. prio de crisi in his uerbis. Et qñ sanguis remanet in semita digõnis videtur in vrina quæ mitigitur color ad albedinem decliuis & sedimẽ in ea leue & ęqle album plurimum. cumq; completur digestio additur color eius & minoratur quod i ipsa residet. & consequentia patet. nam si hypostasis decidatur a digestione tertia, erit plurima quando completur vel completa erit tertia digestio, nõ anteq̃ incipiat & dum fit sanguis. Tertio sic. hypostasis aut est ex parte cibi non cõuersa in chylum, aut ex pte chyli nõ conuersa ad alios humores, aut ex parte humorum non conuersa ad humiditates secundas, aut ex parte illarum humiditatum nõ conuersarum in membra. Non primum, qa pars cibi non conuersa ad chylum non vadit ad venas & hepar in naturalissima dispõne, vt patet prima primi. cap. de generatione humorum. Nec ex parte humorum non conuersa ad humiditates secundas. Nam aut talis pars esset in prima spẽ humorum & est falsum, tunc enim hypostasis aut esset sanguis, & sic esset rubea sanguinea. et ista ẽ hypostasis non naturalis, vt patet hic infra in hoc cap. aut ex cholera, & tũc eẽt aut citrina aut rubea. & ista etiam est non naturalis. aut esset falum phlegma et hoc non, quia tunc non significaret choleræ aut sanguinis digestionem. Secundo, quia phlegma subtiliatur quandoq; ita vt putetur hypostasis naturalis, nõ tamen est hypostasis naturalis vt Auic. infra in. 5. cap. cum dicit. Plerunq; enim subtiliatur & attenuatur & puratur hypostasis laudabilis supple phła. Et qa hoc phlegma subtiliatum non est hypostasis subditur, quapropter in acutis ęgritudinibus non est confidendum in eo quod apparet secũdum similitudinẽ laudabilis hypostasis. Similiter arguitur q nõ sit pars melancholiæ. Aut secundo diceretur q est ex parte istorum humorum quæ cõuertitur in superfluitates hora qua fit digestio tertia vt dicunt fere omnes medici. Sed arguitur q non. Primo, quia ista non esset pars ex cibo quæ effugit actionem naturæ apud cõuersionem suam ad sanguinẽ, vt dixit Gal. in loco allegato. Secundo, quia non plurima apparet hora digestionis sanguinis, & principaliter quando sanguis est digestus. Tertio, quia hypostasis laudabilis non est aliud quam humor faciẽs febrem, qui iam digestus est, vt Aui. prima quarti cap. de cu. pu. in generali. sed constat q tales humores non sunt conuersi ad aliam naturã cũ in crisibus expellantur seruantes propriam naturam & colorem. ergo hypostasim laudabilem non oportet esse ex superfluo remanente ex humore in digestione tertia, immo ẽ quãq; ipsemet humor digestus digestione tertia. Quarto, quia pportio hypostasis ad significãdũ super maturatiõem materiei in tota non esset sicut proportio puris albi ad significãdũ maturationem apãtis. Nã sanies est ex humore digesto non superfluitas digestionis. consequens est tamen contra Aui. in isto capito. statim post sequentem partem. Quinto, quia in principio putridæ febris deberet apparere sedimen melius q̃ in statu vel augmento cum in principio nutriatur corpus magis & sit virtus minus defecta, ideo amplior esset bona superfluitas digestionis tertię ex sanguine sequestrata. cuius oppositum docet experientia. Sexto, quia in vrinis sanorum magis eẽt q̃renda hypostasis q̃ ęgrorum. oportet. n. in sanorum venis sit talis humor excutiendus, quia oportet in eis talem superfluitatem aggregari vel generari, cum nõ possit stare quin in eis fiat tertia digestin, & per consequens eius superfluitates generentur. Similibus modis arguitur q non sit ex secundis humiditatibus. Restat ergo q nõ pôt esse nisi ex parte chyli non conuersa in sanguinem i hepate. sed post transmissa ad uias vrinę cum aquositate, & ideo decisa a loco secundæ digestionis non tamen genita per secundam digestionem sed per primam. & hoc sentit Gal. in loco allegato. In primo argumento. Vltimo. si hypostasis esset ex superfluitate tertiæ digõnis non videtur modus quo significet super digõnem hepatis. Nam digõ tertia perficitur in membris post hepar. Et possibile est hepate bene digerente alia membra male digerere, & econuerso. In oppositum est q hypostasis sit superfluitas tertiæ digestionis. Arguitur multipliciter. Et primo sic, nisi hypostasis decideretur a tertia digestione quæ fit in ambitu totius non posset significare super maturationem materiei in toto, sed ipsa debet significare talis materiei maturationem significare ut paulo post dicit Auicẽ. in cap. ergo &c. maior patet quia exiens significans super maturatiõem debet decidi a loco vbi fit talis maturatio & per illam transmutari vt constat de egestiõe & vrina & sputo & sudore. Secundo sic. si hypostasis esset pe chyli vel decisa a digestione secunda, sequitur q non habet laudabilis hypostasis significare super digestiõem materiei facientis febrem quando illa materia non esset in hepate. cõsequens est contra Gal. prio de crisi. & Aui. secunda quarti. & oẽs auctores medicinę. & cõsequentia patet ut precedens, qa illa pars a secũda digõne decisa nullo modo permutatur secundum permutationem materiei facientis fe. & ideo sup illam non significat. Tertio. si ita esset hypostasis laudabilis non esset pars humoris facientis fe. contra. Aui. prima q̃rti. cap. statim supra allegato. Quarto sequitur q in principijs febrium humoralium deberet amplior apparere hypostasis laudabilis q̃ in statibus & q̃ in sanitate. consequens ẽ falsum & contra Gal. primo de crisi, qui ponit in principio vrinam sine hypostasi. in sanitate autem & in statu cum hypostasi. Et patet consequentia. primo quia in principijs taliũ fe. minus est potens hepar digerere q̃ in sanitate. & iõ plus remanet de chylo non conuerso ad sanguinem. & quia i prĩcipijs febriũ multo plus comedit infirmus decenẽ rectus q̃ in statu, multo plus de tali materia hypostatica superflueret.

In ista quæstione faciam tres articulos. In primo ponam quędã cõmunia de hypostasi quę oportet vnoquęq; dicere.

In secundo narrabo positionem Plusq̃ commentatoris. In tertio dicam illud quod magis mihi videtur mētibus auctorum conforme in nostro quæsito. Quantum ad primū articulum notandum per nomen hypostasis communiter intelligendum esse secundum vsum medicorum omnem rem cum vrina a corpore expulsam grossioris substantiæ q̃ vrina & ab ea diuisam.s.ita vt uisu discerni possit. Ex quo sequitur ꝙ de hypostasi in genere non est dubitandū ꝙ qñq̃ nō est pars chyli refugiens operationem naturæ apud suam cōuersionem ad sanguinem, nec tamen repugnat aliquā hypostasim esse talem rem large, vt prædicitur accepto vocabulo. Constat secundo ꝙ sumendo hypostasim pro non naturali non oportet omnem talem esse superfluitatem tertiæ digestionis, & ideo si quæstio generaliter proponeretur nō esset vēr terminãda. Restringamus ergo titulum ad hypostasim naturalis substãtiæ. Secūdo nota ꝙ hypostasis bonæ substantiæ significat super digestionem humorum qui sunt in ambitu totius præcipue in venis. istud colligitur ex Aui. in particula immediate sequentis capl'i. Nota tertio ꝙ tam humorem ad benignum reducibilē q̃ humorē malignū tunicæ venarum digerunt. Quod naturalem patet, quia in eis conuertitur sanguis ad primam humiditatem de secūdis, & colligitur etiam ex Gal. in plerisq; locis, & præcipue primo pronosticorum. commē. vltimo. De nō naturali patet ex Gal. primo de differentijs febrium. Notandum quarto ꝙ non oportet apparere hypostasim in vrinis sanorum quod colligitur ab Aui. infra. & ex Gal. primo de crisi. sed non expræsse. Et causa est, quia non oportet ꝙ sit in eorū venis humor euacuandus. Quinto supponendum ꝙ per hypostasim naturalis substantiæ intelligimus hypostasim significatiuã digestionis bonorum humorum in sanis, & similiter hypostasim significatiuam digestionis humorum malorum nō conuertibilium ad benignum in concauo venarum existētium. Quod vtraq; istarum dicatur hypostasis patet ex Aui. hic. Nam dicit ꝙ hæc hypostasis.s. naturalis non expectatur nisi in ęgritudinibus. Et subdit ꝙ si in venis sanorum sit humor crudus melius est ꝙ fiat hypostasis in vrina aut matura aut non matura. Et Gal. hoc dicit clarius primo de crisi, cū uult ꝙ vrina optima habet sedimē album. Quantum ad secundum articulum pro declaranda pōne Plusq̃ commētatoris supplenda sunt quædam. Supponitur primo ꝙ omnis hypostasis laudabilis in urinis sanorum est ex superfluitate cruda. Hoc primo patet ex Gal. primo de crisi cum dicit, ꝙ hypostasis ista leuis alba æqualia significat ꝙ digestio est confirmata, & ꝙ expellit a corpore chimus crudus vltra mensuram, modo constat ꝙ hunc chimum aut oportet esse hypostasim aut saltem ex eo fieri. nam aliter non significaret hypostasis chimum crudum expelli. Et Aui. in hoc cap. parum infra dicit. In venis autem sani non oportet esse humorē qui sit excutiendus, sed si est melius est vt hoc significent ex eis superfluitates quæ in eis superfluunt ex cibo a digestione priuatæ, deinde. superfluit superfluitas qua in vrina fit hypostasis. Præterea nisi esset ex superfluitate cruda non esset cã multæ hypostasis in vrinis infantis ꝙ cibus eorū trahitur ex stomacho anteq̃ sit bene digestus. Nam hoc non aderet ad hypostasim, consequens est tamen contra Gal. primo de crisi. Quarto si nō esset ex superfluitate cruda nulla esset cã signãda, quare dum sanguis est in semita digestionis hypostasis apparet plurima alba leuis, & quando completur digōne minoratur sedimen. Et cum hoc apparet ad experientiam & ē de mente Gal. primo de crisi cum dicit. Et dico ꝙ q̃diu sanguis permanet in semita digestionis in omni vrina quę mingitur videtur sedimen leue æquale album plurimum. cunq; completur digestio additur color eius & minoratur quod in ipsa residet. Et idem sentit nō multū post cū assignat cãm, quare est plurima hypostasis in vrinis vtentium multo ocio & puerorum. Dixit.n. & propter hoc aggregatur in vrinis puerorum omnium nisi paucorum & in vrinis trãquillitate & ocio completorum & aliorum multo vtentium cibo hypostasis plurima propterea ꝙ multiplicatur in corporibus oīum quos diximus de superfluitate cruda. Ex his ergo & multis similibus patet suppositio ꝙ hypostasis laudabilis in sanis est ex superfluitate cruda. Supponitur secundo ꝙ in febribus humoralibus putridis humore peccante existente in venis sine apparente digestio humoris per quam fe. ducitur ad statum & crises fiunt laudabiles, & per quam materia parata est euacuationi non permutat humorem peccãtem a propria specie, ita ꝙ cholera sūme digesta in nocitiuo in causone hora status non est facta alterius speciei, sed est cholera ut ante, & ita est de sanguine in synocha, & de phlegmate in latica, & de melancholia in quartana continua. hæc suppositio patet, quia in crisibus harum febrium quæ fiunt post completam digestionem expellitur in causone cholera & i synocha sanguis, & similiter in alijs. Supponitur tertio ꝙ hypostasis laudabilis in talibus febribus significans digestionis cōplemētum non est aliquis istorum humorum. hoc patet, quia non est sanguis nec cholera nec melãcholia cum sit alba nec est phlegma subtilitate vt cōstat ex Aui. in isto cap. et patet ꝙ cholera & sanguis per digōnem non conuertuntur i phl'a, cum tamen ex eorum digestione appareat hypostasis. Supponitur quarto ꝙ hypostasis laudabilis in hoc differt a sanie laudabili ꝙ causæ facienti saniem est coniuncta dispō extra naturam, sed causæ facienti hypostasim non est coniuncta dispositio præter naturam. hæc suppō est Gal. primo pronosti. commen. vlti. cum dixit in fine commenti loquēs de dicta hypostasi. Nec est sicut sanies. causæ enim efficienti cã non permixta est dispositio extra naturam. Vltimo supponitur ꝙ dicta hypostasis ē illud ex cibo quod refugit operationem naturæ apud conuersionem eius ad sanguinem. patet hæc suppositio ex dicto commento & auctoritate supra allegata. His habitis ponuntur conclusiones. Prima cōclusio. Hypostasis laudabilis substantiæ in corporibus sanorum non est superfluitas genita in corpore humano ex sanguine per tertiam digestionem. Probatur primo sic. si hypostasis esset hoc modo non omnis talis esset ex superfluitate cruda. contra primam suppositiōem, & consequentia arguitur. quia aliqua esset ex sanguine bene digesto & optime cū ex illo sit superfluitas dicta quod per tertiam digestionē digeritur. hoc autem in sanis & optime sanis est sanguis bene digestus. Forte dicitur ꝙ hypostasis est ex superfluitate san .i. ex parte quæ superfluit ex sanguine cum digeritur tertia digestione, & ista est cruda respectu partis quæ in secundam humiditatem conuertitur vel respectu secundæ humiditatis ex illo sanguine genitæ. Et ad hunc sensum intelliguntur auctoritates prædictæ pro prima suppōne. Contra primo, quia vrina & feces in genere suo bene digestas nunq̃ vocat Gal. superfluitates crudas. ergo a pari ratione nec debet dicere crudam superfluitatem tertię digestionis bene digestã in genere suo. Præterea hypostasim talem dicunt bene digestam, & tamē dicunt esse ex superfluitate vl' humore crudo. Cum ergo hypostasis hoc modo dicta ex responsiōe eēt cruda sequitur ꝙ non illo modo intelligunt doctores. Si vero dicatur ꝙ hypostasis non fit nisi quando sanguis hēt partes quæ sunt ptes sanguinis & sunt crudæ & fit ex illis. Cōtra. ex sanguine quantūcunq; bene digesto sequæstratur superfluitas per tertiam digestionem. in omni.n. integra digestione resecatur aliquod superfluum. Si ergo hypostasis non est nisi ex tali superfluitate constat ꝙ contingit esse hypostasim ex sanguine non hñte partes crudas. Secundo probatur conclusio principaliter sic Gal. voluit primo de crisi, vt supra dicitur ꝙ in omni vrina quæ mingitur dum sanguis ē in semita digestionis est sedimē leue & æquale & albū plim quod non esset si esset hypostasis superfluitas tertię digōnis. ergo non est ita, minor patet, quia si hypostasis esset supfluitas tertiæ digōnis non sequęstraretur ante digestionem tertiam, sed sanguis est i semita digōnis ante digestionē tertiã, ergo non sequæstratur tunc saltem plurima. Tertio si ita esset non esset hypostasis id quod refugit operationem naturę apud conuersionem suam ad sanguinem. Nam talis superfluitas est ex parte sanguinis quę fuit passa a natura hora cōuersionis

Hypostasis qd

Gal.

Hypostasis differt a sanie.

Gal.

uersionis

uersionis sanguinis in membra. Nec valet quod quidam dicunt hypostasim esse quod refugit operationē naturæ apud digestionem tertiam quæ fit in sanguine. Nam si ad hūc intellectum Gal. dixisset frustra addidisset statim illud uerbū. Non ergo alteratur & fit sanguis. Nam certum est ꝙ in hac digestione tertia cibus non cōuertitur in sanguinem, sed in secundas humiditates aut ī membra. Secunda conclusio principalis est ista. Hypostasis laudabilis in febribus hūoralibus absq; apare nō ē ex parte humoris putridi qui est cā añs vel coniūcta feb. conclusio probatur sic hypostasis laudabilis in istis non est aliquis quatuor humorum nec facta est ex illis. ergo nullomodo est vere ex parte humorum qui sunt causa feb. Prima pars assumpti patet ex suppositione tertia. Secunda probatur quia hypostasis fit per digestiōem humorum talium si est ex eis, sed per digestionem quam recipiunt illi humores non conuertuntur a propria specie, vt dixit suppositio secunda. ergo si hoc non esset ex parte illorū humorum hypostasis esset aliquis quatuor humorum. consequens est tamen contra secundam suppositionem vt statim dicitur & contra experientiam. Videmus enim ꝙ sedimē laudabile visum in causone nōn est cholera, & visum ī synocha non est sanguis, & visum in quartana non est melancholia. Restat ergo ꝙ hypostasis laudabilis in talibus fe. non est ex parte humorum qui sunt causa coniuncta. vl̄ añs feb. Confirmatur præcipue ꝙ non fit a causa coniūcta quæ actu putrefit, quia si ita esset sequeretur ꝙ hypostasis laudabilis esset sanies. Nam non differt a sanie, nisi quia causæ facienti hypostasim non est permixta causa præter naturam, sed constat ꝙ cum calore naturali digerente talem humorē qui est causa coniuncta concurrit calor præter naturam. ergo &c. Tertia conclusio est ista. Hypostasis laudabilis tā in sanis q̄ in ægris est ex parte cibi qui ī hepate hora gñonis sanguinis & humorum non fuit conuersus in sanguinem vl̄ aliquem aliorum humorum. conclusio probatur sic. hypostasis ista aut est ex parte conuersa ad aliquem aut ex parte non conuersa ad aliquem, sed non ex parte conuersa ad naturam humorum. ergo est ex parte non conuersa ad aliā humorum naturam. minor igitur patet, quia aut esset ex parte conuersa ad humores hypostasis sanorum, aut ęgrorum, sed non sanorū vt potest inferri ex conclusione prima, nec ęgrorum vt patet ex secunda. ergo nulla omnino hypostasis naturalis substantię est ex parte conuersa ad naturam humorū in hepate sed ex parte cibi non conuersi ad naturam humorum in hepate, quia effugit operationem naturæ apud conuersionem suam ad sanguinem vt dicit Gal. loco allegato. Et vt planius intelligatur huius positionis intentio dicā summatim. Vult ergo positio hypostasim naturalis substantiæ quæ habet significare super digestionem hepatis & humorum qui sunt in concauo venarum & totius ambitu hoc modo accidere tam in sanis q̄ in ægris in quibus inuenitur ꝙ cibo digesto in stomacho & genito chylo aliquæ partes ex cibis genitæ mittuntur ad hepar quæ cum chylus in sanguinem & alios humores conuertitur non conuertuntur ipsę ad spēm alicuius humoris, sed remanent non passæ illam digestionem nec conuersæ ad aliquam speciem quam prius essent. Nam si ad aliam speciem essent conuersæ superfluitates genitæ per secundam digestiōem essent plures q̄ sint ab auctoribus positæ, & esset opportunum semper in sanis debite rectis huiusmodi hypostasim apparere, sicut & feces & vrinam & sudorem quod est falsum & contra experientiam. Istæ ergo partes transeunt cum aquositate ad vesicam, & cum expelluntur resident ī vrina, & sicut multa pars aquositatis vadit ad venas cum sanguine, ita multa pars huius hypostaticæ materiei transit ad venas cum sanguine & aquositate remanente aut tarde aut cito ad vesicā recurrit hypostasis quæ in venis apparet substantiæ laudabilis. Et hanc partem dicit Gal. vocari chymum crudū, & Aui. superfluitatem crudam, quia non recipit digestionem secundam eo ꝙ non tantum digesta fuit in stomacho p primam vt hepar cum circunstantijs tūc existentibus sufficiat in secunda digerere. Et attende ꝙ ego non me limito ad dicendum ꝙ hæc pars sit chylus vel ꝙ sit pars potentialis chyli vel pars cibi assumpti ex his dictis, sed relinquo hoc sub dubio solum hoc dicens iuxta hanc opinionem ꝙ hypostasis est res facta ex cibo qui refugit actionem naturę apud conuersionem cibi ad sanguinem. Sed contra hanc oppositionem multe circumstant difficultates quas oportet dissoluere si debet ista positio plene intelligi. Primum ergo dubium est, quia ex dictis videtur sequi ꝙ hypostasis laudabilis in sanis significat super indigestionem stomachi, consequens tamen est contra oēs auctores medicinæ, quia hypostasis significat super digestionem nō super indigestionem.

Secundo sequitur ꝙ significat imperfectionem digestiōis hepatis. Nam significat partem chyli effugere operationem naturæ ꝙ non accidit nisi hepar diminute digerat. Tertio videtur ꝙ hypostasis laudabilissima in sanis non significet super digestionem in hepate aut digestionem humorū in venis. Nam hypostasis non significat super illas digōnes per quas ipsa non digeritur sed non digeritur secūda aut tertia digestione, ergo non significat super illa. hoc tamen oīno est cōtra omnes auctores. Quarto hypostasis laudabilis in febr. in principio deberet apparere. nam stat in principio talium febrium partem cibi crudam transmitti ad hepar et inde cum vrina egredi. Quinto quia non significaret in feb. sumper humorum digestionem. Nam cū non sit ex parte peccantis humoris non videtur modus quo super taliū humorum digestionem significaret. Sexto contra opinionē est expresse Gal. primo de differentijs feb. cum dixit. Putredo autem humorum quæ in vasis similis est ei quæ secundum apata. Et subdit parum post de putredine quæ fit ī dominante materia. In phlegmonibus & pustulosis tumoribus pus est. In humoribus aūt qui sunt circa arterias & venas proportionabile puri. s. id quod in vrinis subsistit. Ecce ꝙ Gal. ponit humorem putrescentem in venis subsistere in vrinis & esse hypostasim. Et idem expresse vult Aui. prīa quarti cap̄. de cura pu. in generali dum dixit. Et an sedimen laudabile est aliquid nisi humor faciens feb. qui iam digestus est. Septimo si esset vt dicit nō esset causa albedinis hypostasis ista, quia cum digeritur similatur membris radicalibus secundum colorem contra Gal. primo pronosti. commen. vlti. Similiter contra Auer. quarto collibet cap̄. de hypostasi. ubi causam albedinis hypostasis dicit esse, quia non nutriuntur membra ex sanguine nisi postq̄ est dealbatus & eis assimilatus. & propterea est color superfluitatis sicut color nutrimenti quando nutritiua sequitur cursum suū naturalem. Octauo dubitatur, quia si ista positio sit vera non esset causa assignata ab Aui. in isto cap̄. paulum infra q̄re hypostasis non requiritur in vrinis sanorum. Nam assignat hanc causam, quia non oportet in venis sanorum esse humorem excutiendum. Constat ergo ꝙ vult hypostasim esse in sanis ex parte humorali. Pro solutione istorum sunt quędam notanda. Nota primo ꝙ licet res quæ est hypostasis in hepate hora secundæ digestionis in hepate non permutetur a propria specie nec conuertatur ad aliquem hūorem, ipsa tamen aliquo modo digestionis digeritur & proportionaliter patitur a calore hepatis, sicut reliqua massa pū sanaria ita ꝙ hepate bene digerente residuum hęc pars quę refugit operationem hanc naturæ, ita ꝙ non conuertitur in humorem, nec est aquositas digeritur, ita ꝙ fit alba & ęqualis in partibus & mediocris subtilitatis, sed cum digestio ē debilis fit grossior, & cum per digestionem sanguis fit multum cholericus plerunq; multum de hac hypostasi subtiliatur & resoluitur ita vt modicum remaneat aut nihil cū vrina excutiendum. Similiter etiam cum sanguis & alij humores transmittuntur in venas simul cum eis stat hypostatica materia transmutabilis diuersimode a calore & frigore & humorum dispositionibus non solum in dispositionibus sensibilibus & manifestis, sed ī quibusdam proprietatibus, ita ꝙ digestis humoribus simul hæc hypostatica materia ē digesta suo modo, & similiter cum putrefit hoc accidit ī ma-

Gal.

Auer.

Humor peccans quid.

tertia illa. Nota secundo q Gal. & Aui. superfluitatem talem talibus humoribus peccantibus mixtam sæpe vocant peccantem humorem aut partem eius. Et hoc putandum ē esse, aut quia multum proportionaliter disponitur cum peccante humore cui miscetur in digestione & putredine, aut quia ita secum commixtus est vt discerni sensu non possit, aut propter vtrunq;, & quia talis materia est apta peccare cum cholera & cum phlegmate cum alijs humoribus & se qui illorū putredinē & augeт feb. ideo tales vocant medici materias cōmunes ad quarum eiiotiem laboratur in principio pu. feb. vt prima quarti cap. de cura. pu. in generali. & Gal. vocat has sæpe serosas superfluitates. Tertio nota hāc superfluitatem optime dispositam quodam modo dici posse præternaturalem & quodam modo naturalem. vñ Gal. primo pronost. commen. vlti. hunc dicit medium inter humores naturales & præternaturales. Nam quia ipsa fit a solo calore naturali non requisito præternaturali nec requisita præternaturali dispositione coagente vel pternaturali qualitate speciali in materia, ideo illam dicimus naturalē. Quia vero hæc hypostasis non accidit nisi ex quadam impotentia naturæ super cibum vel partem suam, ideo potest dici quodammodo præter naturam. Recte sicut Diocles ex relatu Gal. primo apho. oēm sudorem dicit præter naturam. Et ideo nō oportet hāc inueniri incorporibus sanorum, qa nullo facto errore in regimine & corpore optime sano & ætate perfecta non oportet esse huiusmodi hypostasim. hoc aūt est valde raro, sed ex multis alijs modis accidit q in sanitate non appareat. Ex quibus patet dubiorum omnium solutio. Ad primum enim concedo q significat super indigestionem quarūdam partium cibi I stomacho, sed residuū chylum hypostasis optima declarat esse bene digestum, & ideo faciendo deoominationem a maiori dicitur significare digestionem. Et pariter respondetur ad secundum. Ad tertium negatur q hypostasis non digeratur modo suo prima vel secunda digestione vel tertia, quia vt dictum est in prīo notabili. Ad quartum argumentum conceditur q aliquando apparet hypostasis laudabilis in principio putridarum, sed non perseuerat in omni eorum vrina tunc mixta. Et ideo voluit Hyp. secundo proností. vrinam fidelem nūtium salutis hēre hypostasim laudabilem semper vsq; in crisim, & non ex vnica vice hoc significari textu commenti. 16. cum dixit. Vrina laudabilis est quæ hypostasim albā subsistentem & æqualem & continuam atq; leuem hēbit, & sic permanens vsq; in crisim. est enim fidelis nūtia salutis & breuitatem ægritudinis significat. Q; si modo cū hypostasi prædicta modo sine ea sit diuturnitatem ægritudis significat neq; est omnino fidelis. Ex quo patet multos errare medicos qui ex vnica visione vrinæ volunt significare super digestionem humoris facientis morbum. Ad quātum patet modus ex primo notato quo significat super digestionem humoris peccantis & super indigestionem eius.

Materia cōis secūdū medicos quid.

Gal.

Vrina laudabilis & fidelis nūtia salutia quæ.

Ad sextum quod fundatur super dictum Gal. dicit q Gal. supponit q in putredine materierum quæ sunt in vasis. i. in venis & arterijs pars commixta humori quę putrefit simul cum humore quando digeritur integre uincente natura fit hypostasis laudabilis. Nam si ex humore putrido suā spēm perdente & conuerso ad aliam naturam fieret hypostasis illa esset vere pus quia nō est alia ratio puris & saniei q̄ q sit res genita in corpore nostro ex humore putrido non reducibili ad benignum in aliā speciem transmutato, vt ostēdi in quæstione de sanie secunda apho. illo apho. Circa gñonem saniei, & fuit quæst. 0. 61. immo est hæc una ratio de rationibus pro hac opinione. quia in putredine secūdum concaua vasorum cum qua vincit natura id quod putrefit non cōuertitur ad aliam speciem per generationem. Et ideo cū hypostasis laudabilis vt in feb. cholerica nō sit chofa restat q non fit ex parte cholerae. Et ad hunc sensum loquitur. A. prima quarti loco allegato. Ad septimum negatur consequētia. Nam in stō cum fit alba assimilatur stomacho qui ē mēbrum radicale. Quod si cum transit ad hepar non est alba & vadit ad venas cum humore malo digeritur modo suo a tunicis venarum & dealbatur. Ad vltimum patet ex dictis in notabili secundo. Q; si quæratur secundū hanc uiam an in feb. pu. decidatur hypostasis a causa coniuncta vel antecedente. Dicere debes q in multis earum a sola añte decidittur vt in interpolatis in quibus humor dum putrefit est extra venas. Sed non video quid cogit negare in cōtinuis febribus quarum putrefactio est intra venas decidi hypostasim a cā coniuncta vt multæ auctoritates onare videntur. Quantum ad tertium articulum sunt quędam suppositiones. Supponitur primo q virtus digestiua mēbrorum & venarum agens in nutrimentum hora digōnis tertię ipsum dealbat & superfluitates eius. hęc suppositio sine contradictione est Gal. primo pronost. cōmen. ultimo et Auer. 4. colliget. cap. de signis contentorum in urina. Secūda suppositio est q cum virtus bene digerit fit digestum nō tantum benignum & quod in membrorum substantiā cōuertitur, sed etiam superfluitas generatur bene digesta. hæc suppositio patet per hoc q aliter ex bonitate digestionis expulsorum non signifi caremus bonitatem digestionis principaliter intentorum per digestionem. Supponitur tertio q licet naturalissimus locus expulsionis superfluitatis tertię digestionis sunt pori cutis, vt potest colligi ex modo loquendi Aui. prima huius. cap. de generatione humorum. & prīa apho. commen. 14. tamen abundante multa superfluitate aut clausis poris cutis non inconueni hanc superfluitatem expelli per urinam. Secunda pars huius suppositionis patet, quia ibi est via parata ad alias superfluitates cum illa commixtas expellendas. Vltimo quo ad hanc viam supponitř q hypostasis laudabilis substantiæ est illa quæ habet significare super digestionem humorum in ambitu corporis, & in concauo venarum contentorum. Ex istis arguit hæc cōclusio prima positiōis alterius hypostasis laudabilis substantiæ in corporibus sanis apparens est superfluitas tertiæ digestionis per illam tertiam digestionem ex humore uř humoribus genita. probatur cōclusio. talis superfluitas residet aliquando in urina ut sequitur ex tertia suppositione, sed qñ sic residet ē hypostasis laudabilis & naturalis substantię. igitur &c. minor patet, quia quando sic residet significat hæc superfluitas super suam causam, sed eius causa est perfecta digestio tertia. ergo &c. Ex hac conclusione infertur corrolarie q omnis hypostasis naturalis & laudabilis substantiæ in sanis est superfluitas per tertiam digestionem ex humore uel humoribus genita, quia nō uidetur maior ratio de una quam de alia. Secunda uia ad hanc conclusionem declarandam hæc est. Supponitur primo q hypostasis naturalis substātię in sanis aut est pars ex chylo ueniens a stomacho quæ non fuit digesta io hepate ita ut in aliquem humorem conuerteretur ut dixit præcedens opinio, aut est superfluitas genita in tertia digestione, Nam ipsa non pōt esse. aliquis naturalium humorum, quia tunc non naturaliter expelleretur, & quia nulli illorum conuenit in colore odore &. modo substantię, erit ergo superfluitas aliquo illorum modorum. Secundo supponitur q̄to digestio prima est perfectior alijs paribus minus de chylo uel cibo transmittitur ad hepar quod sit ita dispositum ut effugiat operationem hepatis conuertentis ipsum in sanguinem & alios humores.

Gal. Auer.

Hypostasis laudabilis substā. quid.

Tertio supponitur q in hyeme fit prima digestio melior q̄ in æstate in corporibus in quibus calor naturalis in hyeme fortificat. hic est Gal. primo apho. commen. 14. allega. Ex his sequitur q si hypostasis esset illud ex cibo quod resugit actionem naturæ &c. ad sensum præcedentis opinionis minus de hypostasi deberet esse in urina in hyeme q̄ in æstate, consequens tamen est falsum & arguitur consequētia, quia digestio fit melior in hyeme, ergo minus de cibo refugiens actionem naturę trāsit ad hepar, ergo minus in urina debet residere. Forte diceretur q licet plus de tali cibo transeat in æstate, tamen minus uadit cum urina, quia maior eius pars dissoluitur. Contra, quia pari modo minus debet esse urina in æstate q̄ in hyeme, consequens ē falsum

Gal.

sum & contra Gal. loco allegato cum dixit ꝙ hyeme minoratur quantitas vrinæ, & hypostasis est feculentior. falsitas autem primi consequentis illati patet ex eadem auctoritate nam si hypostasis est feculentior, & vrinæ quantitas minoratur sequitur ꝙ tunc plus de hypostatica materia inuenitur. Confirmatur secundo ex hac uia conclusio sic. nisi ita esset hac hypostasis non testaretur corpus se bene habere, quia potius testaretur digestionem non esse ita perfectam.

Ex hoc sequitur hypostasim naturalem esse superfluitatē ex digestione tertia genitam. Confirmatur etiam cōclo, qa nisi ita esset causa generalis albedinis hypostasis nō est, quia membra radicalia ipsam dealbant. s. tunicæ venarum & arteriarum &c. consequens est cōtra Gal. primo ꝓnosti. commen. vltimo. Gal. Præterea fere voluntatie. videtur et sine ratione dictum ꝙ cibus qui tam crudus a stomacho mittitur, vt hepat ipsum in humorem naturalem cōuertere nō possit configuratur sanguini qui nunc generatur & humori cum quo cōmiscetur. Nam si est chylus vel pars cibi cum non sit obiectum proportionatum digestioni membrorum non videtur ꝙ habeat proportionabiliter digeri cum humoribus. Præterea cum magna pars actionis varietur ex uarietate patiētis mirabile videtur ꝙ semper vel vt plurimū huius cibi superfluitas digeratur simul cum digestione humoris cui miscetur, sed hypostasi laudabili ī ęgritudinibus.

Item dicit hæc opinio ꝙ est superfluitas tertiæ digestionis genita per digestionem in nocitiuo a virtute digesta venarū & membrorum. Ad quam conclusionem probandam supponitur primo ꝙ possibile est aliquem febrire in cuius venis non sit pro tunc de tali hypostatica materia qualem dicit præcedens positio. hæc propositio patet, quia dixit pręcedens opinio ꝙ stāte optimo regimine in corpore optime sano talis hypostatica materia non transit ad hepar, sed possibile est aliquem qui fuit vsus optimo regimine vsq; ad sui vltimi sanguinis generationem febrire. ergo. Secūda suppositio est ꝙ in statu fe. sanguineæ salubris conuenienti stāte regimine debet in vrina deductis impedimētis esse hypostasis alba circa fundum. hoc patet ex Ga. primo de crisi.

Ex his arguitur sic. in tali feb. in statu est hypostasis laudabilis, sed ista non est ex parte cibi quæ non fuit digesta secūda digestione in hepate. ergo non omnis hypostasis laudabilis substantiæ in ægritudinibus est ex tali parte, & qa nō videtur aliud dicendum esse hypostasim si non sit modo dicto, nisi superfluitas digestionis humoris peccantis. sequitur ergo cōclusio. Et per hanc conclusionem est expōse Aui. prima quarti. cap̄. de cura pu. loco alleg. cum dixit. Et an sedimē laudabile est aliquid nisi humor faciens feb. qui iam digestus est. Et idem sentit Gal. primo de differentijs. feb. loco alleg. cum dixit putredinem quæ est in venis dominā te natura esse illud quod in vrinis subsistit. Et hoc uult Auer. 4. colliget loco præallegato. hæc etiam est cā quare in urinis ægrorum ægritudinem humoralē expectatur hypostasis & non in urinis sanorum. Et hæc est etiam causa quare in principijs pu. non apparet vrina digesta quia ex humore q nondum est digestus non separatur superfluitas, nec est separata quæ expelli debebat. Et vult in summa hæc positio ꝙ hypostasis laudabilis substantiæ modo dicto tam in sanis q̄ in ęgris fit per digestionem tertiam tam in iuuatiuo q̄ in nocitiuo tanq̄ superfluens a tali digestione. Sed in sanis per digestionem in iuuatiuo, & stante regie optimo debet per poros expelli, sed cum superfluit aut ex alia causa impedit̄ eius exitus per poros tunc recurrit ad venas cum vrina & residet in fundo. Isaac. Et hoc vult Isaac octaua particula vrinarū dādo causam, quare hypostasis sit alba & respondendo argumentis sophistarum in his verbis respondet tribus modis hoc debere fieri. Vel quia hypostasis fundamentum est tertię digestionis in membris quæ cum finem compleant digestionem & coctionem membrorum perfecte exprimit similitudinem. Vel quia hypostasis est sanguis secundo decoctus, quia secunda coctione post completum ruborem non inuenit in quam mutetur qualitatem membris assimilantē;

nisi tantum in albedinem hanc. manifestissime vult Isaac dictam conclusionem. Sed dicit positio ꝙ in ægris humore malo existente in venis reducibili ad benignum natura ipsum digerit in digestione aliquam sequæstrat superfluitatem quæ ad aliam naturam conuertitur, & ita dealbatur & currit cum vrina, & ideo potest secūdum suas varias dispositiones super humorum digestione significare. Et huius secundæ cōclusionis sñia potest colligi ex Gal. primo de differentijs feb. loco allegato supra, & cum parum infra eodē cap̄. subdit. Manente. n. adhuc uirtute digestiua vasorū humoris qui putrefit iterum humor in talem alterationem deuenit. Et colligitur idem ab Aui. prima quarti loco allegato & innumerabiles quasi auctoritates sunt quę hoc sonare videntur. Sed tamen hanc etiam positionem multæ circunstant difficultates. Prima est ista. si conclusio prima esset vera sequitur ꝙ in vrinis quæ minguntur dum sanguis est in semita digestionis minus esset de hypostasi quam in illis quæ minguntur postq̄ sanguis est digestus. probatͬ cōsequentia, quia dum sanguis est in semita digestionis adhuc non fit digestio tertia, nec est facta, ergo ꝓ tunc nihil aut parum est de superfluitate digestionis tertiæ quæ est hypostasis. Et similiter quando sanguis est iam digestus fit digestio tertia, & per consequens tunc sequestratur & multiplicatur illius digestionis superfluitas quæ est hypostasis, consequēs tamen primæ consequentiæ est contra Gal. primo de crisi loco supra allegato. Forte dicitur ꝙ Gal. voluit ꝙ in urinis quæ minguntur dum sanguis est in semita digestionis tertiæ & non secundæ. Contra, quia in urinis primis quę in mane colliguntur apparet plus de sedimine & hypostasi q̄ in vrinis diurnis vt potest colligi ex dictis in cap̄. primo huius summæ, sed illæ minguntur dum fit sanguis secunda digestione. i. dum sanguis fit in hepate. igitur de secunda digestione est intelligendum, & minor patet quia illæ cōmuniter minguntur. 18. horis post cænam, sed constat ꝙ tunc fit secunda digestio. Nam cibus digeritur digestione pria. x. horis. Iuxta illud Aui. 13. tertij. Hora ęqualis remanentiæ cibi in stomacho est illud quod est inter. 18. horas & vigintiduas. Secūda difficultas. Si hypostasis ī sanis nō sit aliud q̄ superfluitas digestionis tertiæ sequitur ꝙ causa assignata ab Aui. quia non requiritur hypostasis in vrinis sanorū non esset vera, quia dixit hoc esse quia non oportet vt in venis sani sit humor excutiendus. Modo constat ꝙ oportet in venis sani hanc esse superfluitatem. Nam quātūcunq; optimo existēte regimie resecetur hæc superfluitas, ut cōstat per experientiam quam videmus sordiciem in pannis, & ex Aui. tertia primi cap̄. de exercitio. Secundo sequitur ꝙ si esset in venis sanis humor excutiendus per hypostasim non esset melius q̄ essent superfluitates a digestione priuatæ. Nam si id quod in hypostasi expellitur est superfluitas digestionis tertię melius est ꝙ hoc sit ex humoribus bene digestis q̄ ex superfluitatibus priuatis a digestione consequens tamen est falsum & contra Aui. in littera cum dixit infra. s. ꝙ si est in uenis sanis humor qui est excutiendus melius est ut hoc significent ex eis superfluitates quæ in eis superfluunt ex cibo a digestione priuatæ, ut supra allegatur. Tertia difficultas est. Si in corpore febricitātis esset hipostasis ex humore putrido sequeretur ꝙ hypostasis esset uera sanies. consequens est contra Gal. in primo pronosti. commen. vltimo & prio de differentijs feb. & probatur consequentia. Gal. Primo sic. hypostasis esset corpus fluidum genitum ex humore pu. nō reducibili ad benignum. ergo esset sanies saltem large loquendo de sanie, tenet consequentia per saniei descriptionem, q̄ uide. 2. apho. apho. 47. qui sic incipit. Circa generationē saniei &c. Et confirmatur quia differētia inter hypostasim & saniem est ꝙ causæ facienti hypostasim non est coniuncta causa præter naturā, sed cāę facienti saniem ꝓculdubio est commixta dispositio præter naturam, ut sumitur ex Ga. primo pronosti. loco allegato, sed causæ facienti istam hypostasim est commixta dispositio præter naturam. s. putredo. ergo non differt ab illa. ergo est sanies. Forte dicitur ꝙ ad

saniem faciendam concurrit effectiue calor preter naturam non aūt ad hypostasim. Sed contra. Primo hoc est cōtra illud quod oñdi supra in quæstione de sanie apho. allegato. & contra Aui. prima quarti cap̄. de iudicijs saniei ut ibi ostēdi. Preterea nulla uidetur ratio ꝙ putridus calor ī apostemate agat cum naturali ad saniei generationem, quin per illud putridus calor in humore faciente feb. agat ad generatiōem superfluitatis albę ex illo genitę. Ad has difficultates per ordinem respondetur. Ad primam dicitur concedendo, ut dixit responsio ibi posita ꝙ Gal. intelligit de digestiōe sanguinis quę est digestio tertia. Et cum arguitur ꝙ urinę ī quibus plus de hypostasi apparet sunt illę quę in mane colligūtur. Primo conceditur ꝙ in plurimum ita est. Et cum dicit ꝙ illa est hora digestionis secundę. Respondetur ꝙ immo illa est hora digestionis tertiæ in communi regimine. Ad argumentum, quia non distat a cęna nisi. 11. horis aut. 10. Cōcedo, sed dico ꝙ in sumentibus bis cibum in die pro tunc fit digestio tertia præsertim in uenis conuertendo sanguinē ad naturam primarum humiditatum. Nam constat ꝙ Aui. in cap̄. de his quæ proueniunt in pulsu somno, vult ꝙ in tēpore somni augetur pulsus quando cibus digestus est & æ tertiæ fiunt meliores propter nutrimentum quod ad eas penetrat. vult ergo ꝙ in somno naturali iam pro magna parte completa est digestio secunda & fit tertia in venis. Et constat ex his quæ dicuntur tertia primi. ꝙ somnus conuenienter approximatus digerit cibum secundum digestiones nominatas vbi non videtur velle ꝙ tātum vna sed pluribus. Cum ergo incipere debeat digeri postq̄ cibus ab ore stomachi descendit, & anteq̄ exeat de stomacho constat ꝙ in ea fit prima & secunda digestio & pro magna parte tertia. & ideo ꝓ tūc ī fine talis plurimū habet de hypostasi. Quod autem dicitur ꝙ hora æqualis remanentiæ cibi ī stomacho est illud quod erit inter. 12. horas & vigintiduas a quibusdā intelligitur ꝙ cibus qui sumitur in q̄titate sufficienti in corpore temperato quādo comeditur in duobus diebus tribus vicibus stat in stomacho temperato. x. horis computando tempus compræhensionis cibi in stomacho & tēpus exitus. Sed cum hoc cibo bene sumpto mane distabit ab eo horis 14. & ideo tunc erit completa secunda digestio & fit tertia.

Alij vero dicunt ꝙ hoc tempus est illud quod est medium inter. 18. & vigintiduas horas, & hoc est quinque horarum. Et hoc voluit Bartholomeus de varignana. Ad secundā difficultatem respondetur negando primam consequentiā. Nam & si in venis sanorum sit superfluitas digestionis tertiæ non oportet istam esse excutiendam per vrinam, sed cū non superfluit in q̄titate & non est aliud impedimētum, vt supra dicitur pellitur per poros manifestos et occultos. Ad confirmationem negatur etiam consequentia intelligendo ad sensum Aui. Nam Aui. vult ꝙ si sit humor excutiendus per vrinam melius est vt sit superfluitas cibi nouiter sumpti quæ non sit ita plene digesta sicut alia pars, sed tamen sit digesta & conuersa in humorem per secundam digestionem, & cum hoc sit taliter obediens vt conuertatur in superfluitatem tertiæ digestionis quæ transit cum vrina hoc. n. est minus malum, quod esse potest in superfluitatibus humorum in venis. Q̄r si esset sanguis bene digestus nimiæ quātitatis non aptus hoc modo pelli maius esset eius nocumentum in futurum. Vel secundo voluit ꝙ si humor esset excutiendus melius est ꝙ hæc sit superfluitas ex cibo a digestione priuata. s. tertia perfecta & principaliter intenta, & tamen sunt tales vt expellantur per vrinam & ibi resideant. Ad tertiā

Galē. difficultatem conceditur ꝙ hypostasis laudabilis in feb. est sanies largo modo loquēdo de sanie. Sed ꝙ dicit Gal. differre saniem ab hypostasi intelligitur de sanie in apostematibus genita in quibus communiter deterior est putredo q̄ intra venas. & ista differt ab hypostasi laudabili in febribus pu. secundum plus & minus perfectum non secundum speciem. Et potest hoc comprehendi ex Gal. primo de differentijs feb. cap̄. 6. dum dixit. Quod autem ī apostematibus potridia sunt differentię tot etiam in febribus a putredine accēsis sunt species eorum quæ in vrinis inferuntur. Et ideo hypostasim vocauit proportionabilem puri. s. apatum, q̄a nō cum tanto defectu innati caloris facta est. Sed quod dicitur prio pronost. commen. viii. intelligitur de hypostasi laudabilissima in sanis quę fit nulla existente putredine. Siquis autem diceret Plusq̄ commentator ꝙ hypostasis nunquā decidetur a causa coniuncta, hanc difficultatem solueret, sed incideret in alias maiores. Et ex hoc vltimo patet responsio ad confirmationem. Ad argumenta aūt pricipalia faciliter patet solutio. Et similiter ad rationes primæ positionis.

Quæstio. lvj.

QVINQVAGESIMOSEXTO Quæritur. Vtrum mellilotum sit calidum in primo gradu. Videtur ꝙ nō. Primo videtur temperatum auctoritate Diascoridis quam Auic. ponit cap̄. de mellilloto. Et dicit textus Diascoridis ꝙ est æquale in caliditate & fri. Secundo ꝙ sit calidius q̄ in primo, mellilotum est amarum, sed omne amarū est calidius q̄ in primo. igitur &c. ꝙ amarum sit calidius q̄ in primo patet per Isaac primo diætarum vniuersalium, ubi dicit ꝙ amarum est calidum in secundo.

Ad oppositum est Aui. 2. cañ. cap̄. de mellilloto. Et Serapio qui dicit ꝙ est calidum in primo. — Serap̄.

Considerandum ꝙ cum ista quæstio sit generalis habeo ostendere in quo contradicunt auctores ī simplicibus. Primo contradicunt de qualitatibus primis absolute, sicut est contradictio inter Auic. Gal. & Diascoridem de coriandro, quia Gal. dicit ꝙ est calidum. Et Aui. dicit cum Diascoride ꝙ est frigidum. In qualitatibus secundis vt in çinzibere quidam dicunt ꝙ est aptum putrefactioni propter humidum. Quidam dicunt ꝙ est calidum. In gradu contradicunt vt Aui. dicit ꝙ mellilotum est calidū in primo, Diascorides dicit ꝙ est temperatum. Etiam anisō. est. n. calidum in. 2. siccum in. 3. apud multos, sed apud Diasco. est calidum & siccum in eodem gradu. Secundo est discordia inter auctores in secundis virtutibus in se & relatis ad primas. In secūdis vt de una medicina dicit vnus ꝙ ē resolutiua & alius non, vt alium frangit uentum, vt dicit Galē. 12. de inge. sanitatis de illo rustico qui comedebat allium vt uentus resolueretur, & ipse dicit. Allium ē theriaca rusticorum. Et 1. 4. regiminis acutorum dicit ꝙ allium facit uentositatem. Cōtradicunt etiam in secundis uirtutibus relatis ad primas ut in Tarcon quod est saturegia uel herba piretri. aliqui dicunt ꝙ est calidum postea dicunt ꝙ ē stupefaciēs. Similiter mandragora rubificat faciem & est frigida ut ponit. Ser. cap̄. de mandragora. & Aui. Gal. vero dicit ꝙ inducit pruritum.

— Contradictio doctorū de coriādro çinçibere et mellilloto ac aniso.

— Tarcō uel saturegia uel herba piretri: Serap̄.

Tertio contradicunt in uirtutibus appropriatis membris particularibus. ut unus auctor dicit ꝙ hæc medicina iuuat stomachum, ut grana pini secundum Aui. 2. cañ. conferunt stomacho & decimatertia tertij tractatu primo ultimo cap̄. dicit ꝙ nocent stomacho, sicut dicunt ꝙ ameos & ciminū faciunt bonum colorem. Quarto contradicunt in formis specificis ut quidam dicunt reubarbarum est solutiuum & euacuat cholerā, ut ponit Zoar metheilir lib. 2. & Aui. dicit ꝙ non est solutiuum. Absinthium dicunt quidam ꝙ euāt phlegma & quidam dicunt ꝙ non euacuat phlegma. Quinto contradicunt etiam in dosibus ut quidam dicunt de tali medicina detur tanta quantitas, & alij ꝙ det minor aut maior. In dosibus autem utimur Mesue pro domestico magis nobis. Sunt ergo inuestigandæ uiæ sedationis harum contradictionum. Via autem sedationis contradictionum in qualitatibus primis medicinarum est quadruplex. Prīa ē quæ in omnibus alijs cadit. s. non credere alteri istorum sic dicentium. uerbi gratia. si Aui. contradicit Gal. non oportet credere Aui. quia magis confido de Gal. quia fuit melior experimētator, ut ipsemet dicit in cap̄. de emitritheo. Dicit. n. ꝙ non est credendum Ga. errasse in experimento. Sed ista non est concordia, immo negatio partis. Si ergo isti contradicunt in qualitatibus ut aliqui dicunt ꝙ est calida quidam dicunt ꝙ est frigida. Ista est concordia ꝙ ita fuit inuentum ꝑ experientiam tūc ab illis auctoribus, et ideo sic dixerunt,

— Mesue dosans domesticus.

Secunda

Secunda via concordandi est reducere hoc in partes medicinæ. Vt si dicatur ab aliquo quod mellilotum est calidum fuit sibi visum per partes quas habet mellilotum amaras. Et si alius dicit quod est frigidum refert se ad partes alias.

Tertia via concordiæ est propter varietatem rerum & communitatem nominis, sicut quandoque mentha dicitur calida, quandoque frigida &c. hoc est, quia auctores re-

Sedenegi dupsa

ferunt se ad diuersas res super hoc nomine positas sicut de sedenegi est lapis æmathithes & sedenegi est semen canapis, & tunc tu inuenis ab aliquo quòd est calidum & ab aliquo quòd est frigidum. Et sic scias quòd hoc est propter talem denominationem, & non veram conuenientiam, quia semen canapis est calidum, & lapis æmathithes est frigidus. Quarta via est propter diuersitatem approximationis medicinarum. Sicut dicunt quidam quòd talis res est calida quidam quam talis est frigida. Et hoc est, quia vnus refert se si ponatur ab intra, & alius si ponatur ab extra, sicut coriandrum positum ab intra est frigidum, sed positum ab extra est calidum resolutiuum. Et causa est, quia positum ab extra solum penetrant vel uadunt intus partes calidæ, sed ab intra vadit tota substantia, & per viam latam, unde infrigidat. Discordant quandoque in gradu; & tunc sedatur. Primo quia non creditur vni auctori, sed alteri, quia gradus sunt inuenti per experientiam, & ideo creditur magis experto. Cum ergo Gal. fuerit magis expertus quam Auicen. tunc ea sua experientia credas sibi. Si autem vis de melliloto magis credere Dioscoridi, quia habuit magnã experientiam, quia circuiuit totũ

Gal.

mundum plus quam Gale. quia non multum circuiuit licet fuerit Romæ & Cypri, vt quinto de simplici medicina. capitulo de sanguine draconis potes plus credere si vis.

Secunda autem concordia est ex mansione gradus, quia gradus habet quatuor mansiones. Modo aliquis dicit aliqua medicina est calida in secundo, & intelligit in vltima mansione primi gradus. Alter dicit est in tertio, & intelligit in vltima mansione secundi gradus; & tunc est concordia. Alia via concordia est climatum diuersitas. nam quædam medicinæ & quædam herbæ in vno climate sunt calidiores quam in alijs, & tunc auctores climatis calidioris ponunt eas magis calidas quam qui sunt in cli-

Medicina diuersæ qualitatis respectu climatũ Haly.

mate frigidiori. Et ideo concordia est isto modo quòd loquuntur secundum diuersa loca quæ huiusmodi permutant res, vt ponit Haly. secundo techni. tractatu tertio commento. 89. Alia via concordiæ est resolutio medicinarum ad diuersa corpora, vt alia medicina dicitur sicca in tertio gradu, vt aloes secundum quòd communiter dicitur, & hoc est verum respectu corporis temperati, cum autem posterius ponitur in capitulo vel in capitulis de generantibus carnem & consolidantibus est medicina sicca in secundo. vt patet lib. quarto fen quarta. Modo ista est concordia auctorum, quia ille refert se ad generandum carnem, ille autem ad corpus temperatum. Alia discordia erat in virtutibus absolute, quia vnus auctor dicit talis medicina iuuat alter dicit nocet.

Ista contradictio vitatur. Primo, quia non credis vni istorum. Secundo: quia hic est propter diuersam dispositionem illorum quibus hæc medicina aduenit & isto mo-

Allium faciẽs ac destruẽs uentũ in corpore Stupefactio dupliciter.

do Allium cum non inuenit fumum in corpore facit ventum, cum autem inuenit ventum destruit ipsum. Alia concordia est propter diuersitatem partium medicinæ, sicut rosa per unam partem est resolutiua, & per aliam partem est styptica. Alia concordia est comparanda uirtutes secundas ad primas, ut cum dicitur Tarcon est calidum & dicitur quod stupefacit large sumitur stupefactio pro omni non sentire aliquos effectus, unde Tarcon inducit talem effectum quòd si in ore ponis aliam rem non percipitur, ideo dicitur quod stupefacit. Alia concordia est in formis specificis, & potest per uiam inuestigationis diuersarum regionum, sicut fuit arbor transplantata de Persia in Ægyptum, & sic est de reubarbaro in terra Auençoar & Auicen. quia dicimus quod in loco Auençoar nascitur solutiuum sed in regione Auicen. non, uel est possibile quod Auicen. non habuerit illud per experimentum.

Concordantur etiam per diuersas partes in reubarbaro sicut in mirabolanis, quia per unam partem stringunt uentrem, & per aliam resoluunt. Alia uia concordantiæ formæ specificæ est referendo ad diuersas species humorum ut quidam dicunt quod aloes non soluit phlegma: quidam sic. similiter quidam dicunt absinthium non soluit phlegma quidam sic. Modo hoc est propter diuersos humores. nam absinthium non soluit phlegma vitreum grossum, sed subtile. Concordantur etiam auctores in iuuamento & nocumento appropriatorum membro; vt cum dicitur talis medicina nocet stomacho, & alius dicit iuuat stomachum hoc est propter dispositionem corporis, vt quidam dicunt ciminum & ameos in cholerico faciunt turpem colorem. dormire enim super cimino facit turpem colorem, vt dicit Gulielmus de Lombardia, & ciminum, & ameos in habentibus phlegma grossum faciunt bonum colorem, & absinthium totum cum fusto & folijs iuuat stomachum, & ita succus nocet, & in genitalibus persica excitant coitum hoc est in cholerico temperando choleram. Vltima est concordia discordiarum in dosi. Prima est dando fidem cui plus credis. vt verbi gratia. dando plus fidem Mesue.

Et est concordia ea diuersitate temporum. Nam antiquitus, quia erant homines robustiores dabatur maior dosis nunc minor, quia natura est debilitata, & hoc maxime secundum climata, vt ponit Mesue in capitulo de elleboro. Etiam diuersificantur ratione diuersitatis climatis: vt sunt quidam homines robustiores propter aliquam regionem, vt sunt Turchi damus dosim maiorem, & sic loquitur Auicen. lib. primo fen quarta. capitulo de dispositione medicinarum ventrem soluentium. Etiam dant auctores diuersas doses propter virtutes diuersas. scilicet maiores aut minores secundum quòd virtus est fortis aut debilis. Et ex hoc cessant contrarietates, quare &c.

Finis quæstionum Iacob. de Foroli. super primam & secundam Fen primi Cañ. Auicen.

Incipiunt quæstiones eiusdem extrauagantes subtilissimæ, quæ incongrue reliquis in uoluminibus uagabantur, ideo hoc in loco accõmodatiores locauimus.

QVÆRITVR Vtrum dabilis sit ætas consistendi certo tempore mensurabilis. Arguitur multipliciter quòd non. Primo nulla ẽ ætas in qua calor non continue procedat humidum exiccando. igitur &c. Secundo. nulla est ætas in qua continue non restauretur humidum deterius eo quod est resolutum. ergo &c. Tertio imperfectior est ætas consistentiæ ætate adolescentiæ, & continue ad maiorem tendit imperfectionem. ergo non est vera consistentia. Assumptum probatur, quia plus appropinquat imperfectioni senis dispositio consistentis quam adolescentis eo quòd per minorem alterationem transmutatur ad illam. ergo &c. Confirmatur. Et suppono adolescentem in fine adolescentiæ perfectiorum & fortiorum esse virtutum & operationum sene primo. verbi gratia in duplo. Et arguo sic. æque perfectius, vel perfectior est consistens in tota consistentia, sicut ado-

lescens in fine adolescentiæ, sed adolescens, tunc est indubio perfectior sene cæteris paribus. ergo in tota consistentia est consistens in duplo fortior & vigorosior sene. Cum igitur immediate fiat transitus a consistentia ad senectutem primam, sequitur immediate fieri transitum a gradu duplo ad subduplum perfectionis virtutis.

Quarto, in cholerico nulla reperitur ætas consistentiæ, & qua ratione in cholerico neque in alio, vt patet. ergo in nullo. assumptum probatur, quia calor in cholerico tempore consistentiæ fortior est ad resoluendum q̃ in temperato & consistentiæ, & debilior ad restaurandum, sed in temperato præcise tantum potest restaurare quantum resoluere. ergo in cholerico plus resoluere sufficit q̃ restaurare, & per consequens fit in eo decremētum. Et per simile viceuersa probari potest in temperato continue fieri augmentum, et per consequens non est consistens, quia calor naturalis in eo est potentior ad restaurandum q̃ in cholerio cōsistente, sed in cholerico consistente præcise tantum restauratur quantū resoluitur. si quæstio est vera, ergo in temperato plus restauratur q̃ resoluit, & per consequens non est consistentia. Cōfirmatur. sit sor. temperatus in principio consistentiæ. Et arguitur sic per totam hanc ætatem erit virtus & operatio restaurativa æqualis sicut nunc est ex quo in hac ætate non fit virtutis diminutio & resolutio est continue minor igitur per totam hanc ætatem erit restauratio maior resolutione. ꝓbatur minor, quia humidum erit cōtinue terrestrius & tardius resolubile calido manente continue æquali. ergo &c.

Ad oppositum videtur Aui. in littera qui ætati consistentiæ ascribit tempus quinque vel decem annorum. Et persuadetur ratione, quia inter quoscunq; motus contrarios eidem mobili succedentes cadit quies media, sed motus augmenti & motus diminutionis sunt huiusmodi. Similiter dicitur de perfectione, quia motus augmēti & diminutionis perfectionis virtutis sunt contrarij. Confirmatur, quia natura de nullius productione est sollicita, de cuius etiam custodia curam non habeat, secundo de generatione animalium, sed natura erat sollicita & ꝑ se itēdebar ꝑfectionē cōsistētię. igr̃ &c.

Pro solutione huius quæstionis oportet præmittere quædam. Patet prio ꝓmittere dabilem esse aliquam mensurā humidi naturalis habente latitudinem intra quam existente humido potest calor seipsum sub eodem gradu conseruare vltra quam cum humidum exiccatum fuerit procedit calor diminuendo, deducto accidentali iuuamento intendenre calorem aut prohibenre eius diminutionem. Huius persuasionem sumere possumus ex dictis Aui. in littera. quia difficilius est calori naturali seipsum cōseruare & humidum ad maiores dimensiones extendere q̃ seipsum conseruare, solum, aut humidum solum extendere. ergo diminuta potentia caloris in comparatione ad humidum quandoq; potest vnum facere & non ambo. Sed nō potest dici q augere humidum possit & non seipsum conseruare. ergo secundum. Item difficilius videtur seipsum conseruare & humidum augere q̃ seipsum conseruare solum, sed primum potest facere per tempus. ergo & secundum. Vel econtra arguitur ex dispositione humidi, quia quandoq; humidum præparatum est, vt per tempus sustentet calorem & extensionem ab eo patiatur, & quandoq; neutrum. ergo aliquando alterum tantum. Et procede vt prius. Et pro istis videtur experimentum de humoribus adustis & putrefactis, vt in febre. Oportet secundo

Adolescētis tēdētis ad cōsisten tiā cōditio quadruplex

præmittere per actionem virtutis nutritiuæ continue restaurari deterius pro vitæ duratione, vsq; tamen ad consistentiā pro operationibus melius. patet in tertia fen huius primi primo cap̄. Verumtamen perfectio & integritas. Oportet tertio hic præmittere q in adolescente tendente ad consistentiā quatuor considerare possumus dispositiones. Prima est mensura caloris naturalis cum qua perficit operationes consistētiæ. Secunda est q̃titas ad cuius perfectionem perducitur in consistentia. Tertia est siccitas quæ in eo incessanter augmētando procedit. Quarta est perfectio consurgens ex istis omnibus. s. caliditate cum tanta mensura quantitatis & siccitatis &c. Cum ergo quæritur vtrum dabilis sit ætas consistentiæ aut status. Intelligi potest, vtrum sit danda ætas in qua corpus sub eadem mensura caloris per tempus aut quātitatis aut sicci. aut perfectionis consurgentis ex istis permaneat. Istis præmissis ponuntur conclusiones. Prima cōclusio. Nulla est ætas consistendi in qua per tempus aliquod corpus permaneat omnino sub eadem mensura siccitatis omnino gradualis aut perfectionis ex parte siccitatis. Prima pars patet, quia siccitas continue ætatiue augendo procedit. Sed secunda persuadetur in tota latitudine siccitatis repertæ ab adolescentia ad senectutem sunt extra imperfectiora. ergo in illa reperibile est medium actionibus proportionatissimum. tale autem vt patet non est per tempus perdurabile. ergo. Pro ista vide quæ tacta sunt superius capitulo de complexionibus. vtrum qualitas optima habeat latitudinē &c.

Secunda conclusio probabiliter ponitur, quam tamen non determinate pono, quamuis corpus naturaliter per suas ętates decurrens stante vniformi & proportionato regimine & alijs paribus per nullum tempus in ætate consistentiæ maneat sub eodem gradu perfectionis. non tamen repugnat ex parte accidentalis iuuamenti oppositum contingere. Prima pars patet, quia nulla certa est mensura siccitatis suo calori in iuuentute proportionatissima. aliter enim æqualitas simpliciter optima posset per tempus permanere. Secūda pars, patet, quia possibile est a puncto illo in quo reperitur siccitas calori proportionatissima tantum meliores fieri. alias circunstantijs facientes ad perfectionem sanitatis, vt exinde plus perficiatur q̃ ex deteriori siccitate deterioraretur. igitur &c. Assumptum patet de cælesti influxu si quis habeat fortunā suam vltra medium consistentiæ, & in multis alijs casibus.

Ex istis sequitur quod non ideo inuenitur aliqua ætas consistentiæ, quia corpus in illa sub eodem gradu siccitatis vel perfectionis omnino non variato permaneat. Contra secundam partem conclusionis arguitur qua ratione merito astralis proprietas potens est virtus vitalis & motiua ad melius operandum, eadem ratione restaurativa. Pono igitur quòd melius restauretur in duplo. Et arguo sic. in duplo melius humidum restaurabit ex parte astralis proprietatis q̃ si non peruenisset illud iuuamentum ex parte astralis proprietatis, sed minus q̃ per duplum deterioratur merito siccitatis ætatiuæ. ergo merito illius restaurabit humidum melius q̃ prius pro vita. Tertia conclusio. Dabilis est ætas in qua corpus merito proportionis calidi ad humidum aptum est sub æquali graduali mensura caloris naturalis permanere. hæc conclusio probatur in littera. Et dico notanter merito ꝓportionis calidi &c. propter dicta circa litteram.

Et similiter de quantitate ponitur conclusio, quam aliquis sic fundet. necessario inter distinctas mutationes cadit quies media, vt Commentator tertio physicorum. commēto sexto. & octauo physicorum. commento. 61. inter motum augmenti & diminutionis mediat quies. Et pro ista faciunt argumenta Auic. circa litteram declarata. Ex quibus patet quòd dabilis est ætas status, quia in ea merito proportionis calidi ad humidum aptum est corpus sub eisdem dimensionibus conseruari, & propter hoc tantum quantum resoluitur restaurari, & calor sub eadem graduali mensura permanere. & hæc est eius ratio formalis. Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum & secundum patet responsio ex his quæ dicta sunt. Ad tertium neganda est maior. Ad probationem est neganda illa consequentia. per minorem transmutationem producitur ad imperfectionem ætatis senectutis, ergo est propinquior imperfectioni ætatis senectutis. quamuis enim per hoc concludatur quòd est sibi gradualiter propinquior, non tamen sequitur quàm perfectionaliter, vt patet. Aliter enim per simile argumentum posset deduci infantiam perfectissimam esse ætatem, quia plus remouetur ab imperfectione decrepiti. Ad confirmationem dicitur primo quòd adolescens in fine adolescentiæ

Auer.

tiæ si perfecta & optima iuuentus est in medio in nulla proportione est perfectior sene in principio senectutis. vterque enim illorum exclusiue terminatur ad gradum perfectionis consistentiæ, quæ in vtroque extremorum est minor & in medio intensior. Vel dic negando in tota consistentia æqualem aut maiorem esse perfectionem quam in fine adolescentiæ. Ad quartum negatur assumptum. Et ad probationem primo potest dici quòd licet calor in cholerico sit potentior ad resoluendum q̃ in temperato absolute, non tñ est potentior ad suum humidum resoluendum quàm in temperato, eo quòd in cholerico humidum est siccius & densius, ideo inobedientius ad resolutionem. Et similiter dicetur de sanguineo respectu cholerici. Ideo tam in cholerico quàm in temperato consistente æque potens est calor ad resoluendum sicut ad restaurandum suum humidum. Cōtra, quia tunc cholericus non difficilius toleraret ieiunium. Vide prima aphorismorum. Aliter dicitur concedendo quòd sicut calor in cholerico consistentiæ in æquali tempore plus resoluit quàm in temperato consistente, ita etiam in æquali tempore plus restaurat.

Contra, quia virtus restauratiua est fortior in temperato. ergo cæteris paribus in æquali tempore plus restaurat. Primo potest negari consequentia, sed solum ex illo sequitur quòd melius & perfectius. Sicut virtus digestiua stomachi temperati fortior est quàm calidi, licet stomachus calidus citius digerat. Sicut etiam virtus pulsatilis in corde temperato fortior est quàm in calido, non tamen ideo citius pulsat, sed bene melius & perfectius. Et ita ista restauratiua melius & perfectius restaurat qua restauratione membrum melius a putrefactione & cruditate est remotius, licet non velocius. Non enim eo tempore restaurat multum aut parum velociter aut tarde, nisi secundum necessitatem resolutionis, ad cuius recompensationem finaliter ordinatur restauratio. Et hoc clare intelliges si notabis quomodo restauratio in consistente secundum suos actus proportionantur resolutioni. Et ideo potest concedi quòd si æque velociter aut velocius fiat resolutio in temperato, in eodem velocius etiam fieret restauratio. Et secundum hoc concedendum foret quòd calor in temperato consistente plus posset, aut potest restaurare quàm resoluatur. Vnde conualescente temperato & cholerico ex ægritudine resolutiua cæteris partibus citius restauratur temperatus quàm cholericus. Quia tamen non restauratur nisi propter finem, & maior resolutio fit in cholerico quàm in temperato, maior etiam fiet restauratio in cholerico quàm in temperato, quod argutum est. Ad vltimam confirmationem negatur assumptū, sicut patet ex dictis. & negatur virtutem continue manere æqualem, quæ adhuc si remaneret æqualis non sequitur continue fieri restaurationem æqualem sicut neque resolutionem. patet ex dictis. Et si arguatur contra determinata quòd necessario per tempus quiescet corpus in consistentia sub eodem gradu perfectionis, quia augmentum perfectionis & eius diminutio sint contrarij motus, & inter quoscunque motus contrarios cadit quies media. Pro isto dicitur quòd non necessario inter quoscunque motus contrarios cadit quies media tempore mensurabilis, & præcipue quando duo motus contrarij consequuntur motum vnum aliquem continuum, sicut augmentum perfectionis & eius decrementum consequuntur motum continuum exiccationis. vt tertia primi primo caplo.

VTRVM Post ætatem consistendi incipiat calor minui. Et arguitur quòd non. Primo ante finem consistentiæ diminuitur. igitur quæstio falsa. assumptum persuadetur de corpore multum a generatione cholerico in ætate peracmastica ad melancholicum permutando. Si enim in senectute erit melancholicus respectu temperati senis, aliquando ante fuit præcise æqualis in calore temperato seni &c. & per consequens ante senectutem in eo fieret calor remissior quàm in consistentia.

Item signetur primum instans senectutis temperati. & patet pro tunc esse temperatum senem frigidiorem quàm fuit in medio instanti pueritiæ vel iuuentutis. ergo per aliquem gradum vel excessum prius ergo per medietatem illius, sed prius semper fuit puer vel consistens. ergo &c. Secundo ad principale. possibile est in sene esse caliditatem æqualem, aut maiorem quàm prius. ergo &c. assumptum patet. Primo de sene sanguineo facto ex temperato per reductionem. Et confirmatur ponendo temperatum in fine autumni esse in fine consistentiæ & rectum regimine proportionato. Et patet quòd in hyeme sequente erit calidior quàm in autumno præsenti, quia ventres vere & hyeme &c. sed tunc erit senex & tunc consistens, ergo non post ætatem consistendi incipiet minui sed potius augeri calor. Tertio ad principale. si quæstio esset vera hoc esset propter humidi exiccationem, vt dictum est in littera. sed arguitur quòd non, quia tunc superueniente hectica in principio senectutis deberet illa hectica continue diminuendo procedere. tum quia continue humidum velocius resoluetur. tum quia potentius est humidum ad conseruandum calorem naturalem q̃ ad conseruādū p̄ternaturalē. Plura enim sunt promouentia conseruationem caloris naturalis quàm præter naturam, vt virtus cum sui instrumentis & humidum, & non omnia ista conseruant calorem præter naturam, immo eius remotionem intendunt. Similiter quia non minus fixus & habituatus in humido videtur calor naturalis q̃ calor præter naturā. Etiā similiter quia calor hecticæ in subiecto pendet a calore naturali & non econtra. sublato enim calore naturali aufertur hectica & non econtra. igitur fixior est & magis habituatus calor naturalis in sene primo quàm calor hecticę sed calor hecticæ non continue minorando procedit. igitur &c. Quarto ad principale post ætatem consistentiæ temperati non incipit calor minui. ergo quæstio falsa. assumptum probatur. Ponendo sor. temperatum in vltima hora consistentiæ, & platonem siccum tantum in vltimo horæ consistentiæ, scilicet in primo instanti illius. Et patet quòd multo magis humidum & aereum est humidum membrale sor. quàm pla. licet in calore sint pares. Sit quòd in duplo magis aereum. Et arguitur sic. in duplo magis aereum est humidum sor. q̃ pla. & cum hoc melius habituatus humido est calor sor. q̃ pla. & melius proportionatus. ergo per maius tempus potest humidum sor. conseruare calorem suum q̃ humidum pla. sed humidum pla. potest illud cōseruare per horam. ergo humidum sor. potest illud conseruare plus q̃ per horam, & per consequens post horam illam quæ est in fine consistentię non incipiet calor diminui in sor. quod est contra positionem. Item sint sor. & pla. sic signati in vltimo instanti consistentiæ vtriusque. Et arguitur sic. in duplo magis humidum & aereum est humidum sor. q̃ pla. & calido proportionatum. ergo per tempus post hoc erit humidum sor. æque aereum vel humidum, sicut i certo tempore ante hoc fuit humidum pla. cum nunc sit humidius & magis aereum & suo calido magis proportionatum. sed humidum pla. ante hoc sufficiebat conseruare calorem suum. ergo humidum sor. per tempus post hoc poterit conseruare calorem suum, præcipue cum melius sit habituatus in suo humido q̃ in pla. Et per simile argumentum deducit̄ quòd ante instans signatum incepit diminui calor in pla. quia in primo instanti vltimæ horæ erit humidum sor. magis aereum & conseruatiuum sui caloris q̃ pla. ergo minori tempore sufficit humidum pla. conseruare suum calorem q̃ humidum sor. sed humidum sor. non nisi per horam

cōſeruabit ſuum calorem: igitur humidum pla. minus q̄ per horam, & per conſequens ante finem conſiſtentię. ergo &c. Similiter ſignato vltimo inſtanti conſiſtentiæ vtriuſq; arguitur humidius per tempus poſt hoc erit hūidum ſor. q̄ in certo tempore ante fuit humidum pla. ſed poſt hoc non poterit humidum ſor. ſuum calidum cōſeruare. ergo etiam ante non poterit humidum pla. & per cōſequens ante diminutus fuit calor. Item in primo inſtāti vltimę horæ ſignatę humidum ſor. eſt diſtantius vel ęq̄ diſtans a gradu ſiccitatis cum quo non poteſt calor cōſeruari ſicut humidum pla. &c. & cum hoc continue in eo melius reſtaurabitur. ergo tardius perueniet humidum ſor. ad iſtum gradum. & per conſequens tardius incipiet calor diminui. Et per eadem argumenta deduci poteſt ꝙ non ſtatim in temperato poſt ętatem adoleſcentiæ deſinit augmentum. Signando vltimam horam adoleſcentiæ. Et patet ꝙ humidum ſor. ſic ſignati in primo inſtanti illius horę eſt humidius & magis aereum & potentius ad conſeruandum calorem, & paratius eſſe ad augmentum q̄ in pla. & continue melius reſtaurabitur. ergo tardius perueniet ad ſiccitatem cum qua augmentum fieri nō poteſt. Et argue vt prius. Et conſidera bene.

Ad oppoſitum eſt Auic. in littera cum dicit. Propterea ſciēdū ꝙ caliditas poſt ętatem conſiſtēdi diminui incipit.

Concluſio reſponſiua. Stante eadem complexione nāli & regimine proportionato &c. poſt ętatem conſiſtendi incipit calor diminui gradualiter. Patet ex quid nominis ętatis conſiſtentiæ. Corrolarium primum. Cholericus debens ad melancholicam complexionem per decidentiam permutari, non eſt in principio ſenectutis melancholicus, nec in fine conſiſtentiæ in calore ſuo gradualiter remiſſus. Secundum corrolarium. Tota permutatio eius a naturali complexione qua denominatur frigidus reſpectu temperati acquiritur in ætate ſenectutis. Tertium corrolarium reſponſiuum. Poſt ætatem conſiſtendi. i. in inſtāti terminante ætatem conſiſtendi incipit calor diminui intenſiue, ita ꝙ continue ante fuit intenſior q̄ poſt illud inſtans & continue erit remiſſior ſemper alijs paribus, quia comparato ſene ad conſiſtentem cum circunſtantijs ſimilibus, puta exercitato ad exercitatum, quieſcente ad quieſcentem. Ad argumenta principalia reſpondetur. Ad primum patet ex corrolarijs. Ad confirmationem dico ꝙ non eſt dabile primum ſenectutis. Ad ſecundum patet ibi non eſſe paritatē in cōplexione naturali. Ad confirmationem non eſt paritas in temporibus anni, ſicut poteſt ſenex exercitatus eſſe calidior ſeipſo in conſiſtentia quieſcente. Ad tertium conceditur propter illam cām &c. & negatur conſequentia, cum concluditur q̄a hectica illa continue ꝓcederet diminuēdo, q̄a licet hūidū merito nālis impreſſionis & actionis naturalis caloris in ipſum nō poſſet pręexiſtētē menſuram conſeruare, merito tñ cauſæ fortius imprimentis poſſet maiorē. Ad confirmationem dicitur nō eē difficilius humidū &c. ꝓpter diſparitatē I cā īprimēte, licet eīn in aliqua ꝓmoueant cōſeruationē caloris naturalis quæ non ꝓmouent cōſeruationē caloris præter naturā. aliquatū cauſa fortior ꝓmouet vel ꝓmouit conſeruationē caloris præternaturam. Ad vltimum negetur aſſumptū & admittitur caſus. & negetur pro illo inſtāti humidum ſor. temperati eſſe ſubſtantifice humidius & magis aereum, immo eſt terreſtrius, & ſecundum ſe pro vita & ſuſtētatiōe calidi ſui deterius. licet ſit cōcedēdū pro tūc illud eſſe forte pro operationibus melius. hoc autem videnē argumēta deducere. Nam niſi ita eſſet in ætate cōſiſtentię in temperato fieret augmētū, & in ætate ſenectutis merito proportionis calidi ad humidum permaneret calor ſub eadem menſura, & infinita quaſi alia ſequerentur incōuenienda. Item ad ꝓhibendum augmētū in tēperato requiritur maior terreſtreitas humidi q̄ ad prohibendum augmentum in diſtemperato, cum virtus reſtauratiua ſit in eo fortior. Aliquis igitur gradus ſiccitatis ſufficit prohibere augmentum in diſtemperato, qui non ſufficit in temperato augmentum prohibere, & per conſequēs in fine augmenti eſt humidum temperati terreſtrius. Et ſimiliter arguitur de conſiſtentia, quoniam potentior eſt calor temperati ad ſe cōſeruandum in ſuo humido quàm calor diſtemperati, cum ſit ei & virtuti magis proportionatus. igitur fortior requiritur cauſa ad faciendum calorem minui. cum igitur in decurſu ætatiuo non ſit cauſa niſi ſiccitas & terreſtreitas, ſequitur quòd ad faciendum calorem diminui in temperato requiritur maior ſiccitas & terreſtreitas. Et plura alia deduci poſſent. Ideo ſuſtinendum eſt quod humidum temperati in principio conſiſtentiæ terreſtrius eſt, & de ſe pro vita ineptius quàm in alio corpore in initio conſiſtentiæ. Immo quanto conſiſtens fuerit magis diſtemperatus, erit eius humidum in aereitate tanto magis excedens temperatum. Dicendum tamen eſt ſecundo quòd in qualibet parte ſuę ætatis æqualiter diſtante principio generationis eſt eius humidū magis aereum, & melius pro vita q̄ humidum cuiuſcunque alterius in parte ſimiliter diſtante. Et ſupponit hæc poſitio ꝙ temperata complexio ſit maxime lōgęua. Et tota cā eſt, quia ſicut tota ętas temperati eſt longior ætate diſtemperati tota, ita quælibet partialis ætas temperati eſt longior partiali ætate diſtemperati ſibi correſpondente. Et ſicut complexio & calor temperati eſt virtuti & humido eius magis proportionalis, ita longiori tempore & cū maiori exiccatione humidi, ſufficit diſpoſitionem ſuæ ætatis puta augmentum calorem & virtutis perfectionem conſeruare, & cuſtodire. Contra tamen hanc poſitionem ſunt apparentes, licet meo iudicio parum efficaces inſtantię. Prima ꝙ aliquando ſtante regimine conuenīēti in corpore temperato & diſtemperato alijs paribus in ætate &c. deterius humidum continue reſtaurabitur in temperato q̄ in melancholico, vt ſi melancholicus & temperatus ſint in vltima hora ſuæ conſiſtentiæ aut adoleſcentiæ aut decrepitæ ętatis, tunc enim deterius eſt humidum in tēperato q̄ in melīco, & per totum illud tpˢ vterq; ſibi ꝓportionale reſtaurat. ergo continue reſtaurat virtus deterius in temperato. Item ſit ſor. temperatus & plato melancholicus, & vterq; in vltima hora ſuæ adoleſcentiæ. Et arguitur ſic. a gradu ſiccitatis cum quo non poteſt fieri augmentum minus diſtat ſor. q̄ pla. ex quo humidū eius eſt terreſtrius. & cum hoc ſor. continue deterius reſtaurabit q̄ pla. & per conſequens citius & ante horam terminabitur augmentum in ſor. aut per tempus in ætate conſiſtentię plato augebitur. Et per idem ſignata vltima die vel hora ſenectutis vltime ſor. & pla. arguitur ꝙ ſor. temperatus citius morietur q̄ pla. melancholicus, q̄a a gradu ſiccitatis cum quo nō ſtat vita minus diſtat ſor. q̄ pla. ex quo eius humidum eſt terreſtrius & continue reſtaurabit deterius ſor. q̄ pla. igitur citius perueniet ad gradum iſtum ſiccitatis, & per conſequens citius morietur, quod repugnat poſitioni. Ad primum conceditur cōcluſio illa. Ipſis tñ comparatis in partibus ſuarum ętatū a principio generationis ęqualiter diſtantibus. ſ. in quibus ęquali tempore in ſuis humidis facta eſt exiccatio. concluſio eſt impoſſibilis. Ad ſecundum neganda eſt conſequentia. q̄uis enim in temperato reſtauretur continue deterius abſolute, reſtauratur tamen magis proportionale & minus diſtans a pręexiſtenti humido, & propter hoc perſeuerat q̄libet eius ętas longiori tempore. Et per hoc idem reſpōdetur ad vltimum. Et penes iſta ē cōcludendum non eſſe eandem proportionem humidi temperati in pricipio infantię ad humidū melācholici, qualis eſt eiuſdē in principio ſenectutis. Item cōſueuit cōtra hāc pōnē arguere ſic, q̄a data hac pōne ſequitur ꝙ poſſibile eſt fieri verum augmentū in ętate conſiſtentię. Sit enim ſor. coleicus I pmo inſtanti conſiſtētię, & incipiat reduci ad tēperamētū & ſic

pla.

plà. similiter se habens permanens sub eadem complexione naturali. Et arguitur sic. si nulla fieret melioratio complexionis sor. in sor. continue præcise tantum restauraretur sicut in plato. sed per hanc reductionem plus restauratur in sor. q̃ nunc. igitur plus in eo restauratur q̃ in pla. cum igitur non plus resoluatur q̃ in pla. consistente, sequitur in sor. plus restaurari quàm resoluatur. & per consequens &c. Item si calor in hoc instanti esset melius proportionatus humido q̃ nunc est, aut per tempus post hoc erit in sor. fieret augmentum, si positio est vera, sed calor erit continue humido sor. magis proportionatus, vel esse poterit, quia poterit eius complexio meliorari. ideo &c.

Pro isto dic quòd casus claudit repugnantiam si bene consideratur. Ponit enim casus sor. esse in ætate consistentiæ, & per consequens quòd merito proportionis calidi naturalis ad humidum non est sor. aptus augeri. Et ex alia parte ponitur complexionem sor. fieri meliorem, & per consequens quòd meliorabitur proportio calidi naturalis ad humidum &c. Dico igitur quòd sor. est in ætate consistentiæ merito huius complexionis in qua est talis proportio calidi naturalis ad humidum, cum quo tamen stat q̄ si complexio sor. esset melior cum alijs paribus sor. non esset in ætate consistentiæ sed adolescentiæ. Cum aliquo igitur gradu siccitatis ætatiue stat consistentia in complexione cholerica. gratia exempli in secundo gradu. cum quo staret adolescentia in complexione cholerica in primo aut sanguinea in primo aut temperata. Et ex hoc probabiliter concedi posse videtur quòd quanto aliqua complexio naturalis est deterior temperata alijs paribus, tanto in cuiuslibet suæ ætatis fine habet humidum magis aereum, & de se vitæ & caloris magis sustentatiuum. Et plura ex hoc alia possunt concludi. Considerabo si mihi circa materiam istam alia occurrant.

VTRVM Complexio iuuentutis sit temperatior complexione pueritiæ. Arguitur multipliciter q̄ non. Primo sicut se habet aer conseruans puerum temperatum ad aerem conseruantem iuuenem temperatum, ita complexio pueri temperati ad complexionem iuuenis temperati, eo q̄ tam puer temperatus q̃ iuuenis temperatus conseruatur per similia. tertio techni. sed temperatior est aer conseruãs complexionem pueri q̃ conseruans complexionem iuuenis. tertia aphorismorum. aphorismo decimonono: commento illius. Secundum horas quidem veris. Et pro isto

Gal. videtur sententia Galen. sexto de regimine sanitatis. secundo capitulo. Optimam igitur eucrasiam habet quę puerorum est ætas &c. & secundo complexionum secundo capitulo. vbi ponit capillos puerorum esse sicut sunt capilli habitantium in terra æquali, & per consequens in sua complexione similantur illis. Et est sententia omnium poetarum similantium ver pueritiæ, æstatem iuuentuti, autumnum primæ senectuti. Secundo, quia in pueris maxime abundat humor temperatus, scilicet sanguis. tertio prognosticorum, commento. 14. & prima aphorismorum. aphorismo etiam & commento. 14. Qui crescunt, idest pueri plurimum habent calorem innatum &c. in iuuene uero maxime abundat cholera. Cõfirmatur, quia calor pueri se habet ad calorem iuuenis, sicut calor hominis sani ad calorem febrilem. prima aphorismorum. commento allegato. ergo saltem in qualitatibus actiuis temperatior est puer iuuene; & per consequens non debet dici iuuentus absolute temperatior. Tertio ad principale. ita se habet complexio naturalis temperata ad distemperatam, sicut ætas vel ætatiua complexio temperata ad ætatem vel ætatiuam complexionem distemperatam. sed semper naturalis complexio longæuior est temperatior. igitur ætatiua complexio longæuior est temperatior. cum ergo ætatiua complexio pueri sit longæuior, sequitur &c. Confirmatur, quia complexio longæuior est vitæ & uirtuti magis proportionata, non enim esset uirtuti magis proportionata & conueniens, nisi posset cum ea virtus diutius se in subiecto conseruare. sed omnis complexio alia uirtuti magis proportionata est iustitialiter alia temperatior. ergo temperatior est complexio pueri complexione iuuenis.

Ætatũ assilatio tẽpibus.

Quarto ad principale. melius restauratur humidum per actionem virtutis nutritiuæ in puero q̃ iuuene. igitur &c. assumptum probatur. in vtroq; restauratur proportionale ei quod ab eo dissoluitur, sed magis purum & aereũ dissoluitur in puero. ergo purius & melius restauratur in eodem. Quinto. in plures actus potest pueri uirtus q̃ iuuenis. ergo fortior est pueri uirtus q̃ iuuenis. sed fortitudo uirtutis insequitur temperamentum complexionis. secundo techni. igitur temperatior est complexio pueri complexione iuuenis. probatur maior, quia virtus iuuenis sufficit solum in actum nutritionis, pueri vero in nutritionem & augmentum. Similiter virtus iuuenis solum sufficit calorem suum conseruare, virtus vero pueri calorem cõseruare, & cum hoc augmentum facere. Et similiter quia ad venerea fortior videtur puer. Similiter quia opus virtutis nutritiuæ perficitur calido & humido quæ in pueris reperiũtur. in iuuenibus autem deficit humidum. Videtur igitur q̄ omnes actus virtutum qui calido & humido perficiũtur debeant esse perfectiores in pueris.

Ad oppositum est Auicen. in littera. Iuuenis autem habet complexionem magis æqualem. Et. 12. animalium capitulo de ætate. Et supra capitulo de complexionibus. vbi æqualitatem secundi modi dixit reperiri in indiuiduo, quod est in vltimo æqualitatis ex specie, quæ est in fine æqualitatis & in ætate, in qua augmentum ad suum peruenit finem. Et secunda primi. capitulo secundo. vbi ponit corpora senũ conualescentium & puerorum neutra. Et tertio cañ. capitulo de speciebus syncopis & causis eius, & causa mortis subitæ. vbi corpora infantium & eis propinqua. s. puerorum cõparat corporibus quæ non sunt sana neq; ægra.

Multi sunt modi respondendi ad istam quæstionem, ex quibus tamen eligam meliorem. Pro quo præmittenda est hęc diuisio q̄ dupliciter potest dici aliqua complexio alia temperatior. Primo temperamento ponderali, qualiter complexionem æqualitati ponderali propinquiorem temperatiorem appellamus. hanc tamen propinquitatem, vt supra intelligere possumus vel secundum situm vel secundum similitudinem, vt supra capitulo de complexionibus declaratum est. Secundo temperamento iustitiali siue iustitialior qualiter complexionem perfectiorum operationũ productiuam dicimus temperatiorem. Et addunt quidam tertium modum tactum a Dyno q̄ aliquod corpus dicitur alio temperatius, scilicet quantum ad impressionem tactualem, qualiter dicimus complexionem in organum minus imprimentem esse temperatiorem. & econtra acutius imprimentem dicimus distemperatiorem. Præmittendum secundo quòd non semper nec necessario quælibet operatio naturalis ad finem a natura intentum ordinata alia perfectior absolute est eadem pro quolibet fine per se intento a natura melior & perfectior. possunt enim operationes hominis de secundo modo æqualitatis esse absolute meliores & perfectiores quàm operationes similes sanguinei uel cholerici infantis, licet non sint pro quolibet fine per se intento a natura perfectiores. Non enim sunt meliores pro vitæ perduratione & caloris naturalis custodia. vita enim & calor per operationes infantis sanguinei longiori tempore apta sunt permanere in eo q̃ in homine de secundo modo æqualitatis, qui iam totam adolescentiam præterijt. Et similiter in moralibus aliquid est simpliciter melius & eligibilius, licet pro determinato tempore aut alia determinata circumstantia sit deterius. Ex quo patet non omne corpus temperatum naturaliter altero simpliciter & absolute melius esse respectu cuiuscunque finis per ipsum a natura intenti perfectius & melius. Et iuxta hoc tenendæ sunt probabiliter istæ conclusiones.

Cõplo tẽpatioe alia duplicit.

Tempe ramẽtũ duplex.

Prima complexio iuuenis est alijs paribus ponderaliter secundum situm temperatior complexione pueri. Patet, quia in actiuis sunt pares, vt supra visum est. & cum hoc in passiuis plus accedit ad æqualitatem ponderalem

Concil. iuuenis quàm puer. ergo &c. Item Conciliator differentia vigesima. tam puer quam iuuenis excedit æqualitatem ponderalem per calidum & humidum. sed puer est humidior iuuene & æqualiter calidus. ergo &c. Hanc conclusionem nullo modo arbitror Auicen. intellexisse in littera dum dixit. Iuuentus autem &c. Sic enim magis dicere debuisset quòd senectus habet complexionem magis æqualem, quia æqualitati ad pondus propinquiorem, nisi quis forte neget totalem complexionem humanam ab æquali ad pondus per excessum calidi & humidi declinare. Sed adhuc hanc positionem tenendo non esset conclusio vera vniuersaliter. patet enim quod iuuenis siccus tantum non est secundum situm vicinior æquali ad pondus q̄ puer siccus tantum alijs paribus. Iuuenis enim siccus tantum per excessum siccitatis recedit ab æquali ad pondus, cui manifestum est quòd tempore pueritiæ plus appropinquabit, immo necessario in pueritia transit per æquale ad pondus in passiuis qualitatibus vt patet ex dictis supra. capitulo de complexionibus. Secunda conclusio tenenda est quòd secundum similitudinem superius frequenter tactam complexio iuuentutis est alijs paribus ponderaliter temperatior complexione pueritiæ. Patet hoc, quia sicut æqualitas ponderalis obtinet medium inter excellencias qualitatum elementorum, ita iuuentutis complexio medium obtinet inter excellentias qualitatum saltem passiuarum extremarum, ætatum, scilicet pueritiæ & senectutis. Propter quod dixit Auicen. in littera, quòd comparatione senis iuuenis est humidus; pueri vero comparatione siccus. Sicut tepidum ad calidum comparatum est frigidum, ad frigidum vero comparatum est calidum. Hanc tamen conclusionem non puto Auicen. intellexisse principaliter si quis bene consideret per textum eius, licet ad hoc satis adaptari possit littera.

Tertia conclusio. Complexio iuuentutis est alijs paribus iustitialiter temperatior complexione pueritiæ. Hanc conclusionem puto Auicen. intellexisse in littera. Et supra capitulo de complexionibus: dum æqualitatem secundi modi videtur attribuere iuuentuti. Et ita tertia primi. primo capitulo. vbi inquit. Veruntamen perfectio & integritas &c.

Concil. Vnde hanc conclusionem deducit Conciliator differentia vigesimasexta. argumento sumpto a substantialiter inhærentibus, quia sua complexio est magis media inter extrema & omnia instrumenta & organa sunt integra & completa. Similiter ex operationibus, quia omnes operationes vitales animales & naturales sunt in ipsis perfectiores & fortiores. Similiter etiam ex casibus, quia iuuenis habet mediam dispositionem inter mollitiem & duritiem & magis q̄ pueri. Similiter inter asperitatem & lenitatem, pilositatē & pilorum priuationem. Item quia integritas & cōplementum virtutis nō acquiritur nisi cum integritate organorum quæ non est nisi in iuuentute. Et si consideras hæc deductio Conciliatoris simul probat præcedentem conclusionem, scilicet secundam & tertiam. Vtrum vero eius probatio sit efficax videbitur in doctrina sexta. Item puero tendente ad iuuentutem procedunt virtutes saltem animales naturales & uitales ad conseruationem speciei ordinatæ continue fortificando vel crescendo. igitur in iuuentute fortior est virtus q̄ vnquam fuit in pueritia. sed fortitudo virtutis insequitur iustitiale temperamentum. ergo iustitialiter temperatior est

Tempe rãtia tri pliciter. iuuenis puero. Quid autem sic dicendum de temperantia tertio modo dicta, scilicet sumpta penes tactualem impressionem satis patet intelligenti. Vnde aliam conclusionem communiter ponunt quòd quãtum ad impressionem actualem complexio pueri est temperatior. Patet quia calor pueri præcipue versus finem pueritiæ comparatur calori iuuenis sicut calor corporis sani calori febricitantis, vt prima aphorismorum. commento. 14. & totum accidit propter calorem iunctum humido imprimere minus quàm iunctum sicco. Ad quem sensum dixit Dynus quòd ratione proportionis actiuarum & passiuas puer est temperatior.

Contra tamen tertiam conclusionem potest multipliciter argui. Primo, quia complexio pueri melãcholici est alijs paribus temperatior complexione iuuenis melancholici. secundo techni. capitulo de signis frigidi & sicci cerebri. vbi inquit. Sensus quidem in pueritia perfecti &c. Et per idem prima tertij. capitulo de signis complexionum malarum euenientium a conceptione. non igitur vniuersaliter temperatior est complexio iuuenis. Gal. Confirmatur, quia iuuenis temperatus est temperatioris complexionis iuuene sicco tãtum, propter siccitatem in sicco tantum egredi æqualitatem iustitialem cum solum in actiuis sit temperatus. igitur in eo tempore erat illud corpus siccum tantum minus distemperatum, in quo cum temperamento actiuarum minus per siccitatem egrediebatur æqualitatē secundi modi. sed hoc erat in pueritia. igitur in pueritia erat siccus tantum temperatioe q̄ erat in iuuentute. igitur &c. Item corpus siccum tantum tendens ad iuuentutem per aliquod tempus continue fit ab æqualitate secundi modi distantius, alijs paribus quãtum est possibile seruatis, & stante regimine conuenienti. igitur in iuuentute erit tale corpus distemperatius q̄ fuerit in pueritia. Assumptum patet, quia corpus siccum tantum a principio generationis est humidius corpore æquali de secundo modo æqualitatis, & in principio iuuentutis est siccius. ergo in tempore medio uel in instanti aliquo est præcise æqualiter siccum. Sit igitur illud instans. a. & sit. b. primum instans iuuentutis: & patet quòd per totum tempus medium inter. a. b. corpus siccum tantum fiet per siccitatem distantius ab æqualitate secundi modi, & per consequens alijs paribus distemperatius. Item, signetur mensura siccitatis operationibus proportionatissima in tota latitudine siccitatis acquisitæ per decursum ætatium. Et pateat quòd in illa est mensura siccitatis reperta in corpore habente æqualitatem secundi modi quæ sit. a. Et arguitur sic. quodlibet corpus cholericum melancholicum aut siccum tantum naturaliter decurrens per suas ætates in tempore pueritiæ perueniet ad. a. mensuram siccitatis stante paritate in actiuis. igitur quodlibet tale corpus erit in pueritia in passiuis temperatius q̄ erit in iuuentute. Vel breuius arguit sic. quodlibet corpus quantūcunq; naturaliter siccum est a principio generationis humidum humiditate superflua & multum improportionata in operationibus & in senectute siccum siccitate superflua. ergo aliquando in medio habebit humidum pro operationibus optime sicco contemperatum. sed hoc non erit nisi in pueritia; quia in qualibet alia ætate habebit siccitatem egredientem æqualitatem. igitur &c. Vel arguitur sic. corpus a generatione siccum tantum habet a principio humiditatem superfluam pro operationibus, & in iuuentute habebit siccitatem superfluam. igitur in tempore medio habebit siccitatem & humiditatem temperatam. vel non superfluas, & non in iuuentute. igitur &c. Confirmatur, quia possibile est alicuius corporis temperati fortunium esse in pueritia & infortunium in iuuentute, quo minus poterit perficere omnes suas actiones in iuuentute q̄ in pueritia. ergo in pueritia erit iustitialiter temperatior. Pro isto videtur experimentum de corporibus multum neutris tertij significati, vt vehementer cholericis a generatione quæ in iuuentute a facili causa ægritudines incidunt in pueritia tamen sana permanent. Pro isto videtur intentio Auicen. tertia primi. doctrina quarta. primo capitulo. vbi plura enumerat corpora, quorum complexiones temperatiores sunt in pueritia, vt sicca tantum vel cholerica, & econtra, vt superflue humida cum temperamento actiuarum. vide &c.

Ad hæc oīa rñdetur per ordinem. Ad primū multiplicē modum respōdendi vide tactum a me super. 2. techni, loco

prœallegato & elige. Ad secundum dicitur ꝙ ideo iuuenis temperatus est temperatior sicco tantum, nõ solum quia siccus tantum egreditur ęqualitatem &c. Si enim solũ ideo esset temperatior eo tempore quo cum temperamento actiuarum habebit siccitatem praec se æqualem siccitati æqualitatis secundi modi, non fuisset iuuenis de secundo mõ æqualitatis eo, temperatior & sic corpus siccum tm̃ aliqñ in pueritia haberet ęqualitatem secundi modi, temperatus autem secundi modi in iuuentute, ideo est temperatior sicco tantum, quia cum tali modo mixtionis & tanta humidi terrestreitate cum alijs circunstantijs requisitis ad ęqualitatẽ habet siccitatem illi ęqualitati proportionatissimam. & econtra sicca tantum, ideo dicitur respectu huius ęqualitatis distemperata. Et sic patet argumentum nõ procedere. Ad tertiam confirmationem dicendum est quòd illa consequẽtia non ualet, quia licet in casu argumenti corpus siccum tantum per totum tempus inter. a. & b. plus gradualiter remoueatur ab ęqualitate secundi modi, ei tamẽ continue plus appropinquat perfectionaliter. Et consequenter conceditur aliquod corpus per decursum ętatiuũ fieri continue ab ęqualitate gradualiter remotus: quod tamen continue eidem perfectionaliter magis appropinquat, ut in casu argumenti. Econtra ut in sanguineo ad senectutem tendente. Ad quartam confirmationem neganda est ista consequentia. quodlibet corpus siccum tantum cholericum aut melancholicum in tempore pueritię perueniet ad. a. stante temperamento actiuarum. igitur &c. quia licet. a. sit mensura ꝓportionalissima &c. non tamen nisi cum tanta terrestreitate & tali modo mixtionis &c. Quia aliter oporteret concedere quòd omne corpus per suas ętates decurrens aliquando haberet æqualitatem optimam passiuarum. Ad quod etiam concurrit quòd in iuuentute reperitur integritas compositionalis qualis non est in pueritia. Et per idem dicitur ad aliã replicationem, & conceditur quòd corpus naturaliter siccũ per suas ętates naturaliter decurrens habet aliquando humidum sicco optime contemperatum, & illud est in iuuentute. tanta enim siccitas quanta reperitur in cholerico in principio iuuentutis est cum alijs circunstantijs cholerico maxime temperata siue proportionata & nõ illa quę reperitur in pueritia, licet sit ęqualitati optime tunc gradualiter propinquior, ut dictum est. Ad aliam confirmationem dicitur illud argumentum probare ueritatem, & quòd merito alicuius dispositionis accidentaliter superuenientis possibile est iuuentutem minus perfectam esse q̃ fuit pueritia in eodem. Vbi tamen alia paria fuerint prœter ea in quibus fit comparatio & ad ista necessario sequentia est semper iuuentus perfectior pueritia. Et sic est intelligenda positio. De auctoritatibus vero inductis dicitur concedendo aliqua corpora in iuuentute esse magis ægrotatiua. ex illo tamen non sequitur eorum complexionem intemperatiorem esse absolute, quia absolute imperfectiorum operationum productiuam: sicut iuuenis cholericus facilius ægrotat & cadit in febrem, licet eius sanitas sit absolute perfectior. Et si arguitur quòd est contra Gal. secundo techni dicentis, ꝙ ex potentia resistendi causis ægrotatiuis argui potest perfectio sanitatis. Dicendum Gal. illud intellexisse comparatis corporibus eiusdem ætatis inter se qualiter non est in proposito. Pro auctoritate ẽt Auic. dicitur Auicenna non voluisse illa corpora esse in pueritia iustitialiter temperata: sed solum gradualiter, ex quo merito suarum complexionũ minus parata sunt ad casum in ęgritudines. Et si mihi alius occurret modus glosandi tangetur inferius. Ad argumenta principalia respõdetur. Ad primum dicitur negando illam similitudinem a q̃pluribus. Huius causam assignant quidam, quia pueri sunt rari & multum passibiles propter substantiæ eorum aereitatem. iuuenes autem fortiores & solidiores & minus passibiles, ideo oportet pueros magis conseruare temperamentum, & ad neutram extremitatum multum declinare. Secus autem est de iuuenibus, in quibus propter soliditatem & eorum impassibilitatẽ nõ requiritur tanta temperies aeris & aliorum sicut in pueris. Non igitur voluit Gal. ver non esse conseruatiuum iuuenum sicut puerorum, sed voluit quòd præcipue pueri bene se habent in vere propter ver non habere excessum qualitatum, a quibus pueri facile permutantur. Sicut etiam corpus conualescens ex ægritudine aut naturaliter valde rarum, ita quòd tam a calido quàm a frigido faciliter patiatur, melius degerit & conseruatur in vere q̃ in alio tempore. & sibi magis proportionatur ver q̃ corpori quantũcunq; temperato. non tamen ex isto sequiť illud corpus esse ꝯpatius. In summa igitur hæc responsio vult ꝙ iuuenis, verbi gratia temperatus in omni tempore anni temperato bene conseruatur, & forte absolute melius q̃ puer, quia virtus est in eo fortior ad tolerandas impressiones cuiuscunq; temporis anni non egredientis temperamentum proprium. sed puer ꝓp eius passibilitatem quantũcunq; aer hyemalis & æstiuus fuerit temperatus indiget maiori custodia, & inter cætera melius se habet in vere, quia in eo respectu aliorum temporum non est excessus potens ipsum notabiliter immutare. Et siccum dictum est de aere, ita proportionabiliter oporret intelligi de alijs rebus non naturalibus. Alij aliam causam tangunt, quare non sit illam similitudo concedenda, quia calor puerorum est in multo humido, quare mitis & non præparatus incendio. calor autem iuuenis acutus & incendio paratus, vnde debet esse conseruatiuus iuuenis magis infrigidatiuus & incẽdij prohibitiuus q̃ aer puerorum conseruans alijs paribus. vnde aer veris sufficienter infrigidat & custodit puerum, sed nõ æque bene iuuenem. Contra, quia tunc iuuenis temperatus non possit in oĩ anni tempore debite conseruari, nec siĩr puer. Neganda est consequentia, sed solum ex hoc sequitur ꝙ pluribus adminiculis ad eius conseruationem indiget puer in æstate & temporibus alijs q̃ in vere. Similiter iuuenis temperatus paucioribus in hyeme temperata & in alijs temporibus pluribus indiget adiutorijs. Verbi gratia. in vere iuuenis temperatus indiget cibo & potu frigidioribus actu q̃ puer. Similiter exercitio minus calefactiuo. Puer autem in hyeme indiget cibis & potibus calidioribus, vestibus calidioribus iuuene & causis resistendi infrigidantibus efficacioribus. sed de hoc vide tertio techni. Hęc mihi videtur clarior solutio huius difficultatis. licet aliter videatur dicere Conciliator differentia vigesimasexta. vide quia confusa solutio est. Ad primam confirmationem dicit Cõciliator allegata differentia Concil.
ꝙ Gal. cum dixit optimam eucrasiam habet quę puerorum est ætas: non comparat complexionem pueritiæ complexionibus aliarum ætatum, sed comparat complexionem in ambabus contrarietatibus temperatam in pueritia ad alios pueros in statu & complexionem temperatam in statu ad alias complexiones in statu, & similiter in senectute. Et hoc videtur innuere series litterę cum dixit. Et erit eucrata hæc talis, scilicet temperata in ambabus contrarietatibus secundum status tempora, scilicet respectu inæqualium, in statu vero minime, & in tempore secundum declinationem, vt istis cõgruum nam optimam quidem crasim habet corpus secundum puerorum ætatem &c. vide ibi. Alij aliter exponunt Gal. intellexisse pueros habere optimam crasim ꝓ naturalibus operationibus. Et hoc ipsi concedunt. Cum quo tamen stat meliorem esse complexionem iuuenis pro operationibus animalibus. Quòd autem hęc fuerit intentio Galen. probat series statim sequens cum dixit. Duplicibus enim existentibus actibus secundum animalium corpora, pueri quidem optimas habent physicas, animales vero ea quæ post puerorum ætas vsque ad paracmasticam.

Contra, quia virtus & operatio generatiua perfectior est in iuuene vt omnes auctores sentiunt. sed illa est species virtutis & operationis naturalis, ergo non omnes operationes naturales perfectiores sunt in puero. Et per idem arguitur sic. attractiua & retentiua digestiua & expulsiua non est uniuersaliter perfectior in puero quàm in

iuuene Sperma enim generatur & perficitur omnibus illis virtutibus cuius est generatio tam in iuuene q̃ in puero.

Item spiritus animalis perfectior est in iuuene q̃ in puero qui generatur in rete mirabili per digestionem: ut prima ter tij. secundo capitulo. ergo perfectior est virtus digestiua & generatiua spiritus animalis in iuuene quàm in puero. Cum igitur istæ sint virtutes naturales, sequitur &c. Item spiritus vitalis perfectior est in iuuene q̃ in puero: eo quòd spiritus vitalis perfectius attingit finem, ad quem fuit a natura animali tributus, scilicet præparare membra ad sensum & motum, & simul cum spiritu animali operationem sensus & motus perficere. ergo perfectior est virtus & operatio digestiua qua in corde ex sanguine generat spiritus. vitalis in iuuene quam in puero, cum igitur omnis virtus digestiua sit virtus naturalis: sequitur &c. Item virtus vitalis est fortior in iuuene quam in puero. secunda primi. capitulo de pulsibus statum. sed virtus vitalis est species virtutis naturalis. perficitur enim eius actus digestione attractione expulsione & retentione. Quicquid alias dixerim in hac materia: dum iuuenis essem, nunc mihi videtur tenendum quòd operationes animales & naturales et ad speciei conseruationem principaliter ordinatæ sunt in iuuene perfectiores quàm in puero. Ex quo patet quòd absolute perfectior est temperies iuuenis quàm pueri alijs paribus. Si enim principalissimæ operationes ad quas finaliter ordinatur homo sunt perfectiores in iuuene: melius attingit iuuenis vltimam perfectionem humanam quam puer, & per consequens &c. Secundo. operationes vitales perfectiores sunt in iuuene, quia melius attingit finem cuius gratia homini est virtus vitalis attributa. Tertio operationes naturales omnes alijs paribus sunt perfectiores in iuuene quàm in puero. Sunt enim meliores pro operationibus, nisi enim tale restauraretur humidum in iuuene & tantæ siccitatis, non essent organa conuenientia ad operationes iuuentuti debitas. Quarto, licet ita sit plurimæ tamen virtutes et operationes naturales sunt in puero meliores ad vite perdurationem, & consequenter patet ꝙ non repugnat aliquam virtutem vel operationem esse meliorem pro perduratione vitæ quæ tamen nō est absolute melior. & econtra aliquam meliorē esse absolute quæ tamen est deterior pro vitæ perduratione. Ad primum igitur conceditur ad quod deducit argumentum. Et eodē modo dicitur ad secundum et ad tertium. Probant enim nō omnes operationes naturales esse in pueris perfectiores. Et hoc conceditur. Dum igitur dicit Gal. physicæ quidem sunt meliores in pueris. intelligit eas meliores esse pro vitæ custodia & conseruatione. Et hoc non repugnat dictis. Contra. per idem animales & vitales deberent dici meliores in pueris, quia etiam sunt meliores pro vitæ perduratione.

Pro isto potest dici quòd animales & vitales in pueris nō sunt per se meliores ad vitæ perdurationem. Vel dic ꝙ vitales sub physicis compræhenduntur: Animales vero non sunt meliores pro vitæ perduratione in puero quàm in iuuene, non enim magis apta est merito operationum sensitiuarum aut motiuarum magis prolongari vita in puero quàm in iuuene. Si autem non placet hæc responsio sic absoluta dic quòd sola operatio nutritiua & ministrantes illi perfectior est in puero, cæteræ vero in iuuene, & de nutritiua & sibi ministrantibus intellexit Gal. Argumentum autem sumptum a capillis non concludit, sicut licet in calido & humido possit esse capilli similiter colorati sicut in temperato, non tamen est vtrobiq; similis temperies. Et ꝙ possint esse similes persuaderi potest, quia potest in calido & humido fieri maior adustio vaporis fumosi quàm in temperato, & similiter minor, vbi humor esset magis exuberans. igitur potest esse vstio æqualis. ponatur igitur ita esse, & sequitur propositum. Si autem poetæ posuerunt ver assimilari pueritiæ illud dixerunt metaphorice. Ad secundum principale neganda est consequentia, quia per idem concluderet corpus sanguineum esse temperatum, quia in eo maxime abundat humor sanguineus qui est humor temperatus. licet enim in pueris magis abundet sanguis q̃ in iuuenibus, sanguis tamen puerorum nō est alijs paribus temperatior sanguine iuuenum. Et per idem respondetur ad id quod dicitur de calore naturali. Ad confirmationem patet responsio, quia illa non probat nisi temperiem maiorem quantum ad tactualem impressionē de qua nō est sermo. Ad tertium principale. negatur illa similitudo vniuersaliter intellecta, quia complexio naturalis temperatior est alijs paribus longæuior sed non vniuersaliter ætatiua temperatior est longæuior.

Et per idem ad confirmationem negatur ꝙ complexio vniuersaliter longæuior sit uirtuti magis conueniens quamuis sit ei conuenientior pro vitæ perduratione vel custodia. Cum hoc enim quod est conuenientior pro custodia vitæ, potest tamen esse inconuenientior pro operationibus vel operationum perfectione. Ad quartum illud probat ꝙ melius pro custodia vitæ restauratur humidum in puero non tamen probat quòd restauratur melius pro operationibus, quoniam perfectio & integritas nostra & potentia nostra perficiendi operationes non est nisi propter multam siccitatem quæ in nobis accidit. tertia primi primo capitulo.

Ad quintum dicit Conciliator quòd pueri non possunt in plura. Ex quibus argui potest quòd iuuenes sunt magis temperati aut fortioris virtutis. Puerum enim posse in operationes augmentationis & non iuuenem non arguit ipsum esse perfectiorem, sed potius imperfectiorem, quia nondum venit ad perfectiorem, sed est in via. Iuuenis autem est perfectus qui omnem adeptus est perfectionem, & nullam adhuc perdidit. Vnde & Gal. secundo complexionum. secun- Gal.
do capitulo. Puer dicitur animal imperfectum. Et per idē patet ad aliam confirmationem. licet autem pueri plus possint vti venereis, non tamen æque perfecte. Ad aliam cōfirmationem dicitur quòd actus virtutis nutritiuæ & digestiuæ perficitur calido & humido temperati iustitialiter, sicut est in iuuene & non in puero.

Incipit subtilis quæstio Vgonis Senensis de Malitia complexionis diuersæ.



VÆRITVR Vtrum mala complexio diuersa sit in qualibet parte eius cuius alteratur complexio. Ad partem affirmatiuam arguitur multipliciter. Primo sic. mala complexio diuersa est qualitas, quælibet qualitas habet subiectum adæquatum. ergo malæ complexionis diuersæ est aliquod subiectum adæquatum. sed nullum est subiectum adæquatum alicuius qualitatis nisi illud in cuius qualibet parte est aliquid de illa qualitate. ergo aliquod est subiectum malæ complexionis diuersæ, in cuius qualibet parte est aliquid malæ complexionis diuersæ. & hoc non potest esse nisi illud cuius alteratur complexio. ergo mala complexio diuersa est in qualibet parte eius cuius alteratur complexio ad bonum sensum. Confirmatur. cuiuslibet alterationis est aliquod subiectum adæquatum. ergo alterationis per quam acquiritur mala complexio diuersa est aliquod subiectum adæquatum. ergo tale secundum quamlibet partem suam siue formalem siue materialem ad talem complexionem alteratur. sed quòd secūdum quācunq; partem alteratur est in eo mala complexio diuersa. ergo aliquod est subiectum cuius alteratur complexio, in cuius qualibet parte est mala complexio diuersa. Secūdo. sic mala cōplexio æqualis potest esse in qualibet parte subiecti quod alteratur: & potest esse in qualibet parte eiusdem bona complexio æqualis. ergo potest esse ꝙ in qualibet parte eius quod alteratur sit mala complexio diuersa. tenet consequentia, quia si partibus tā materialibus q̃ formalibus nō repugnat mala cōplo æq̃lis & bona cōplo æqualis q̃ sunt extrema, eisdē non repugnabit recipere mediū qđ est mala

complexio

complexio diuersa.& assumptum patet: quia eadẽ pars quæ primo est sana sit postea febriẽs febre hectica. Tertio. si non esset possibile in qualibet parte eius quod alteratur esse malam complexionem diuersam, aut hoc repugnaret ex parte agentis quia non potest agere.& hoc non, quia inueniuntur agentia quæ totum alterant, & quæ totam contrariam complexionẽ inducunt in facto esse. & hoc non possunt nisi primis qualitatibus partem tam formalem ꝙ materialem alterarent. Aut repugnaret ea parte recipientis subiecti. & hoc non quia cum quælibet pars vtrũq; extremum possit recipere sequitur ꝙ quælibet possit recipere medium. Aut repugnaret ex parte formæ recipiendæ.& hoc non, quia caliditas fiens potest recipi in quocunq; mixto & in cuiuslibet mixti qualibet parte aut quanto, quia nõ est possibile simul in qualibet parte esse malam complexionem diuersam, quia tunc non esset diuersa immo æqualis, vt videtur dicere Dynus, & tunc dici non potest ꝙ mala complexio diuersa in aliqua parte materiali stet cum bona complexione naturali, vt puta in illa parte materiali in qua est. ergo poterit stare cum bona naturali in toto reliquo. sed quãdiu stat cũ bona æquali est ipsa diuersa, quia fiens est & faciens dolorem vt infra dicetur. ergo non repugnat ipsam esse diuersam & esse in qualibet parte eius cuius alteratur. Quarto sic. si non in qualibet parte eius cuius alteratur complexio esset mala cõplexio diuersa. hoc maxime esset, quia non esset in qualibet parte materiali. nam licet sit in qualibet parte formali & minima nãliter non tñ est in qualibet parte materiali, vt dicit Mundinus de lẽtis. Bertutius Bonon. & post ipsum Dynus de garbo: sed hoc est impossibile. nam ex illo sequitur ꝙ talis minimi naturalis possibile est aliquam partem quiescere reliqua mota vt quiesceret illa in qua non est mala complexio diuersa cum sit tota in termino a quo motus. & moueretur illa in qua est mala complexio diuersa. consequens tamẽ est falsum & conclusio Auer. 7. physicorum commento. 24 vbi sic dixit. Necesse est esse prima mota, quia corpora naturalia non diuiduntur in infinitum in eo ꝙ sunt corpora naturalia. verbi gratia. quoniam primum motum in igne est minima pars quæ potest esse ignis. & similiter primum motum caloris naturalis animalium est minima pars quæ potest mouere animal, & manifestum est in hoc modo moueri, quod cum fuerit imaginatum ꝙ pars eius quiescit totum quiescit. Hæc Commentator. Ex quibus patet Commentatorem velle quòd quando pars minimi quiescit reliqua etiam quiescit. Et ita de quiete nec aliter de motu in principio septimi physicorum probaret Aristote. quòd omne quod mouetur, mouetur ab alio.

Gal. In oppositum est Gal. in libello de malitia complexionis diuersæ. prope principium sic dicens cap. 1. Et manifestum quidem est ꝙ istæ species malitiæ complexionis diuersæ nõ diuersificantur a speciebus malitiæ complexionis æqualis, nisi quoniam istæ non consistunt in omnibus partibus corporis cuius alteratur complexio. Hæc Gal.

Ista quæstio est antiqua & difficilis, & in ea inueniuntur varij modi dicendi in pluribus etiam diffinitionibus ipsam circunstantibus. Primo tamen in ea videndum est quid sit mala complexio diuersa, & quid sit mala complexio æqualis iuxta modum loquendi medicorum. Secundo illud videbitur quod principaliter est quæsitum. Pro primo cõstat iuxta Dyni opinionem, ꝙ vtraq; istarum est mala complexio, quia nocens operationibus. Sed mala complexio diuersa est cum in subiecto apto dolere deducto impedimento facit dolorem aut tristem sensationem. Mala complexio æqualis in subiecto in quo est non facit dolorem nec tristem sensationem. Et in hoc adinuicem differunt, vt patet ex Gal. in libro de malitia complexionis diuersæ cum dixit capitulo sexto in fine. In febre hectica quæ sola inter febres est facta in membris quòd habens eam non sentit illam, sed febrem ephemeram aut putridam sentiunt aut dolent calore. Nam sic iacet series litteræ. Illam autem febrem fixam quæ subiecto animalis fixa inhæret non sentit cum ea laborat. nulla

Mala cõplẽo diuersa & æqualis quæ.

autem aliarum febrium existit, quam patiens eam non sentiat. Et in capitulo quarto circa medium in translatione arabica dicit ꝙ principium quietis a passione & dolore quæ sunt in mala complexione est cum membrum erit perfecte assimilatum alterãti. Ex quo datur intelligi ꝙ antequam sit perfecte assimilatum est ibi dolor aut passio. Et apparẽt ista in trãslatione ex græco, vbi dicit Gal. Si vero corpus vincatur a caumate quidem proueniet dyscrasia, & actus eorum pereat, & eorum passio in tempore cessabit aut a dolendo tunc ꝙ primum assimilabuntur transmutanti. Et hoc est qd' Auicen. voluit secunda primi. doctrina secunda capitulo de causis doloris absolutẽ. in principio, cum dixit ꝙ vnum genus causarum doloris est mutatio complexionis cito facta, & est malitia complexionis diuersæ. Et paulo post dicit. Malitia autem complexionis mansiuæ nullo modo efficit dolorem nec sentitur. Et idem vult sexto naturalium. cap. de tactu. & Auer. tertio colliget de accidentibus sensus tactus. Auer.

Prima igitur differentia inter istas duas maneries malitiæ complexionis est ista dicta. Secunda autem diuersitas est magis propria, & ad declarandum vtriusq; descriptionem sumitur ex causa huius differentiæ, quæ ab auctoribus allegatis assignatur, & est quia mala cõplexio æqualis siue mansiua est facta independens. mala autem complexio diuersa est in fieri tantum. Et inde Ga. loco allegato de malitia complexionis capitulo quarto. assignando causam dictorum addit. Et illud ideo quando accidit membris non accidit dolor, cum ipsorum complexio iam integra transmutata est, sed in dispositione transmutationis eius. Et propter hoc auctoritate Hippo. Auicen. secunda primi capitulo allegato dixit. Ista enim dolorem non efficit, quoniam ipsa non sentitur. oportet enim vt sentiens ab illo quod sentitur patiatur, res namq; non patitur propter dispositionem mansiuam quę ipsam non mutat, immo non patitur nisi propter cõtrarium adueniens quod mutat ipsam ad illud quod non erat. Et in hoc fere conueniunt omnes medici. scilicet quòd mala complexio diuersa est fiens, & est causa doloris in membro in quo est: aut passionis mala complexio æqualis est facta, & non facit sensum aut dolorem in membro in quo est. Nota tamẽ ꝙ de differencia in malam complexionem factam & malam complexionem fientem ad hunc sensum, non similiter dicunt omnes medici moderni. Nam Mundinus super lib. de malitia complexionis diuersæ. & Dynus de Garbo in quæstione de hac materia volunt ꝙ mala complexio fiens, ita est dependens a causa ipsam faciente. v. g. feb. tertiana a cholera putrida ꝙ statim causa remota cessat omnino tota mala complexio fiens ab absentia conseruantis, ita vt nullo mõ talis qualitas fiens remaneat in subiecto. Et ideo dicunt ꝙ hoc habet imporeatia. Et non dicitur ab Aristote. in alia & omnis mala complexio quæ remanet remota causa producente est facta & non fiens. Et hoc probare putant ratione & auctoritatibus. Ratio est ista. mala complexio diuersa dicitur talis pro quanto est in fieri. sed pro quanto est in fieri est in motu. & omnis motus pendet de necessitate a causa mouente, ita quòd causa mouente ex toto remota nullo modo remanet motus. ergo omnis mala complexio diuersa pendet in fieri a causa agente ipsam, ita ꝙ illą remota nihil illius malæ complexionis remaneat. Mala autem cõplexio facta non fit: & per consequens non pendet a causa ipsam producente, quia mala complexio facta non habet esse nisi in termino alterationis. & omnis motus talis non amplius fit. ergo non amplius dependet a causa faciente. Et hãc sñiam confirmant auctoritate. A. prima tertij. cap. de qualitate acẽtium sodæ cum materia. vbi vult ꝙ mala complexio quandoq; fit per vicinitatem, quandoq; fit per transmutationem. Et ꝙ illa quæ fit per vicinitatem remouetur remoto humore imbibente. Illa autẽ quæ fit per transmutationẽ non sic remouet. Et patet legenti ꝙ cõplonẽ quæ fit per vicinitatem intelligit fientem, & aliã intelligit factã. Et iuxta super hoc proposito processit Dynus: vt cõsequentẽ cõcedit ꝙ aqua calefacta stati remoto calefaciẽte reducatur statim

Cõplones malę causa duplex.

ad pristinam frigiditatem: & quãdiu est calida est talis per præsentiam partium ignearum ipsam transmutantium ad caliditatem. Et concedit vltimum, ꝙ non est opus agẽte infrigidante reducente aquam ad suam frigiditatem ꝙ nõ indiget nisi vt cesset caliditas, & ipsa redit ad infrigidãtem vt primo cum ipsa sit essentialiter frigida, & non indiget nisi remotione caliditatis accidentalis quæ remouet & cessat per remotionem causæ producentis, cum non possit in aqua manente forma aquæ esse caliditas facta. & secundum hũc modum factum quod est pars fientis est totum fiens, & in motu, & pendẽs a causa vt est causa mouẽs qua diuersitate mouere desinit, & illud desinit esse cum non habeat esse nisi inquantum fit & habet respectum ad causam mouentem vt talem. Contra hunc modum arguo sic. Primo, factum de fiente est. ergo non fit. tenet consequentia, quia illud quod fit non est. & assumptum est notum per se. Præterea. sit ꝙ a mobile ex caliditate naturali, vt vnum debeat calefieri vsq; ad gradum vt tria, ita ꝙ antequam ad gradum deueniret continue qualitas sit in fieri: et simus in instanti in quo est calidum vt duo. Et arguo sic. ista caliditas vt duo est facta de totali fiente. sed ista non amplius fit: ergo factum de fiente non fit. minor probatur, quia ista non fit nisi per modum per quem acquiritur. sed non est amplius motus per quem ipsa acquiritur quia præfuit. igitur ista non fit. & totũ assumptum est clarum. Tertio sic. possibile est aliquam qualitatem fientem ad modum medicorum per tempus remanere in subiecto, per quod tempus illud a quo qualitas illa dicit̃ fiens non mouet nec alterat subim eiusdem aliquo motu. igit̃ non eo modo dicitur qualitas fiens, quia pendet ab agẽte inquantũ est mouẽs. cõsequẽtia clara. assumptũ ꝓbo. Supponendo ꝙ dũ in aliqua parte intendit̃ caliditas & remittit̃ frigiditas per totum ꝙ pars illa non acquirit frigiditatem, & econtra. Aliter enim contraria in eadem parte adæquate simul intenderentur, & in eadem parte acquireretur frigiditas & deperderentur quod est falsum. Causa enim potens ad frigiditatem inducendam in parte est potens ad eius corruptionem prohibendam. Suppono secũdo ꝙ corpus febriẽs febre sanguinis aut causonidis cum potat aquam frigidam, & per illam infrigidatur & curatur non subito, sed in tẽpore venit per illud infrigidans ad gradum caliditatis temperatæ. Et simile potest supponi de manu febriente aut phlegmonata aut erysipelata cũ ponitur in aqua frigida patet ad sensum. Et ꝙ sequatur probatur, quia talia non infinite velociter agunt hanc qualitatem fiẽtem remittendo cum ibi sit resistentia ex parte humoris & spirituum a quibus qualitas illa fiebat, & potentia aquæ agentis est finita. sit igitur. a. corpus febriens febre putrida fiente, & infrigidetur ab aqua & sequitur ꝙ per aliquod tempus infrigidetur antequam ad tẽperamentum redeat, & simus in aliquo instãti intrinseco huius temporis. Et sequitur ꝙ pro nunc est ibi caliditas febris quæ prius erat fiens, & per consequens est fiens cum non sit facta fixa, & tamen a caliditate respectu cuius ista dr̃ fiens nulla fit alteratio in subiecto caliditatis illius. Nam aut causa alterans calefacit, & hoc non quia continue in parte illa remittitur caliditas per totum, vt ponit casus, igitur in ea non introducitur, aut infrigidat, & hoc non. nam humores & spiritus fiunt calidiores in parte illa. Et similiter stat ꝙ hoc non humectet nec exiccet. igitur stabit aliquam esse malam cõplexionem fientem respectu causæ quæ penitus non mouet, nec alterat subiectum illius malæ complexionis. Et ex his sequitur clare ꝙ in omni tali mala complexione fiente est dolor aut passio & in membro sensitiuo sensatio quod non est semper in transmutari & alterari. Præterea de illo ꝙ dixit Dynus de aqua calefacta ꝙ remota caliditate non indiget reductore ad frigiditatem extrinseco nec intrinseco, quia caliditas desinit esse per absentiam conseruantis, & ipsa ducit se ad actum infrigidandi, quia potentia ad actum secundum est potentia accidentalis, sed potentia ad actum primũ est potentia essentialis indigens extrinseco reducente videt̃ esse falsum. Nam aqua calefacta aut habet summum gradũ frigiditatis aut non. Si dum est calida habet summum gradũ frigiditatis. ergo frigiditas summa stat cum contrario in eodem subiecto adæquate, sed non cum contrario summo, igitur cum remisso gradu caliditatis. igitur in illa aqua erit caliditas remissa & frigiditas summa, ex quo sequit̃ ꝙ aqua illa pro tunc erit absolute dicenda frigida & non calida, cuius oppositum dicunt omnes & ipse Dynus tenet consequẽtia, quia denominatio debet fieri ab intensiori contrariorum existentium in eadem parte adæquate. Si dicatur ꝙ hæc nõ habet summum gradum frigoris cum remoto agente tandẽ reducatur ad summum gradum frigoris tunc cõstat ꝙ oportet ipsam acquirere actum primum & ideo ab aliquo reducente cuius oppositum dixit Dynus. Per multa alia media posset hæc positio improbari iudicio meo quo ad hunc modum loquendi de mala complexione fiente secundum medicos. Nam si remota causa statim cessat ex toto mala complexio fiens, quare Gal. 3. tractatu techni in cura malæ complexionis fientis dixisset ꝙ oportet prius vnãquãq; causam abscindere, deinde venire ad eam quæ facta est dyscrasia cum dyscrasia statim & subito remota causa desineret. Et ideo alij moderniores dicunt malam complexionem non solum dici fientem secundum modum loquendi medicorum, quia non sit in esse producta, nec ideo quia pendet a causa inquãtum est mouens & alterans solum, sed omnem qualitatem pendentem a causa extra subiectum in quo est dependentia speciali dicunt largo modo fientem. Et secundum hoc nõ dicunt putridam febrem esse malam complexionem fiẽtem. Nam exquo est febris est morbus, & ideo lædit opõnes, & ideo est in esse producta. Sed dicunt esse fiẽtem: quia ista pẽdet ab humore putrido qui nõ est de membrorum subã nec requisitus ad corporis debitam permanentiam ꝙ illo remoto & alijs deductis statim inciperet remitti & versus nõ gradum tendere. Ideo illam dicũt fientem, quia pendentem in esse & conseruari non autem in produci. Et hoc dicunt notari per dictum Aui. prima tertij cap. allegato a Dyno. Nam cum ibi loquitur Aui. de mala complexione facta per vicinitatem, dicit per vicinitatem quidem quoniam fit humor cõmixtus calidus aut frigidus & calefacit aut infrigidat, & cũ separatur humor ab eo quod ei cõmixtum est finitur & euanescit, & non facit moram de qua curetur. Hæc Auicen. ubi constat ipsum nõ negare fieri moram humore separato. Sed dicit ꝙ nõ facit moram de qua curetur, quia parua est. Nota tamen ꝙ quandoq; dicitur mala complexio fiens illa quæ est in produci cuius pars aliqua est facta & aliqua futura fieri, & constat ꝙ ista pro quanto est hoc modo fiens nõ est in aliquo instanti temporis in quo dicitur fiens: & hoc decepit Dynum vt puto, quia quandoq; Gal. vocat fientem hanc talem, & de hac est verum ꝙ fiens complexio ad bonum sensum est composita ex parte facta, & ex parte futura fieri.

Nota etiam vlterius ꝙ non repugnat esse aliquam complexionem fientem cuius qualibet pars facta est sumendo fientem hoc modo, sed non sequitur, hæc est complexio fiens, igitur est, immo sequitur oppositum, s. ꝙ non est hoc modo loquendo de fiente. Ex quibus patet Gal. & medicos veteres duplici modo locutos esse de mala complexione fiẽte. Vno modo vt dicit complexionem dependentem speciali dependentia a causa extra subiectum suum, Secundo modo pro complexione pro quanto est in acquiri, cuius pars aliqua acquisita est & aliqua in acquirendo est. *[Cõplexionis malæ fiẽtis modus duplex.]* Et dicitur notanter dependens speciali dependentia, quia non est aliqua caliditas animalis in membris quæ non dependeat a spiritu & sanguine; Et ideo febris hectica dependet a spiritu & sanguine, sed non dependet ab alijs speciali dependentia, ideo non pendet ex causa extrinseca suo subiecto pro quanto participat dispositione non faciente ad indiuidui permanentiam in sanitate sibi propria, & hoc sufficit ad hoc, vt aliqua qualitas dicatur fixa siue facta stricte apud medicos. Vnde considerandum quòd sicut duobus modis dicitur aliqua complexio fiẽs, ita duobus modis dicitur aliqua qualitas vel complexio facta. Vno modo *[Cõplo mala facta dupliciter.]*

large

large de omni qualitate in esse producta, & hoc modo om-
nis complexio est facta & complexio fiens vt opponitur fa-
ctæ hoc modo non est, sed est in fieri. Secundo modo sumit
pro complexione producta in esse & non pendente spāli de
pendentia a causa extra suum subiectum proprium, & hoc
modo facta dicitur solum de mala complexione fixa. Et hāc
vocat Aui. mansiuam secunda primi cap̄. de causis doloris.
Et q̄ his modis loquendi vtatur Gal. potest manifeste pro-
bari his quæ dicit. 8. therapeu. q̄ putridæ febres sunt fiētes,
& q̄ sola hectica est facta iuxta ea quæ ipse dicit in libel. de
malitia complexionis diuersæ, & tamen de putrida vt dicit
tertio techni aliquid est factum & aliquid futurum fieri, hoc
tamen non potest concordari nisi ponamus prædictā æqui-
uocationem, & hoc noui. 3. cap̄. allega. Hic tamen cadūt
quatuor difficultates. Prima quare aliqua complexio est
facta stricte loquendo & alia non est facta. Hoc enim non
potest dici esse ratione intensionis, quia multæ qualitates fiē
tes multis factis eiusdem speciei & in subiecto speciei eiusdē
sunt intensiores & multæ remissiores. Non potest dici rōne
permanentiæ in subiecto, quia inuenitur hectica in uno die
acquisita, immo iuxta communem opinionem incipiendo
& quartana & phlegmatica reperitur pluris temporis. s. mē
sium vel anni. Nec ratione siccitatis, igitur caliditatis cū in
senectute remittatur propter siccitatem. Secundum du-
bium est. Vtrum omnis mala complexio fiens large loquen
do in subiecto sensitiuo non impedito causet sensationem,
Tertium est. Vtrum omnis complexio fiens hoc modo sit
complexio diuersa. Quartum dubium est. Vtrum mala
complexio diuersa in membro sentiente existens causet sen
sationem aut dolorem impedimento deducto. Ad primū
Tho. de garbo. dubium respondet. Thomas de garbo super libro primo de
differentijs febrium cap̄. de hectica. q̄ causa fixionis calidi-
tatis est dispositio in subiecto nobis ignota. Et videtur mihi
q̄ licet non ita talem dispositionem cognoscamus sicut cali
ditatem & accidentia per se sensibilia, tamen hæc respōsio
non sufficit. Et ideo dico & oñdi in quæstione de comple
xione, q̄ in quolibet complexionato præter qualitates pri-
mas est complexio quæ dicitur qualitas secunda præparans
ad formam quam non oportet variari ex quocunq; mō ac-
quisitionis vel deperditionis primarum qualitatum nisi ad
illum modum sequatur verum augmentum alterius quali-
tatis super totam mixturam naturalis minimi. Et hæc cō-
plexio est etiam causa quare mixtis diuersis sunt naturali cō-
plexione consequenter diuersæ mensuræ primarum qualita
tum non absoluta idētitate specifica formarum vt alia men
sura est naturalis cholerico & alia phlegmatico, & ē ista cō-
plexio principale instrumentum ad operationes formæ ṗdu
cendas. Cum igitur in aliquo mixto complexio, quæ est se-
cunda qualitas de qua nunc dixi, permutetur, & non sit illa
quæ prius sed alia, merito eius mixtum limitat sibi intēsiorē
gradum caloris q̄ prius, tunc talis gradus caloris est fixus,
non. n. indiget ad hoc vt remaneat ī subiecto nisi conseruare
complexionem quæ est loco principalis, immo est pro tunc
prīcipalis nec indiget dispositione extra suum subiectū quæ
non sit conseruatiua sanitatis subiecti. Verbi gratia sor. est
temperatus & a causa extrinseca calefit ita vt febriat & fe-
briat emitriteo, & cum hoc tali emitriteo adhuc stat cōplo
quæ est qualitas secunda inclinans fortē ad reditum ad tem
peramentum cum ibi sit caliditas quæ est fiens & pendens,
postea agens humor calidus quando agit exiccando & cale-
faciendo cum vincit membrum & corrumpit complexio-
nem illam quæ est qualitas secunda inclinans ad temperatā
mensuram primarum qualitatum, & introducit aliam quæ
inclinat ad caliditatem maiorem vt caliditas hecticę febris,
& tunc caliditas illa animalis fit fixa & ē febris hectica. Nec
oportet q̄ tunc sit ibi putrida, licet sit possibile, q̄ etiam sit
alia putrida. In summa igitur dico q̄ complexio vel qua-
litas prima sit fixa in mixto, quia acquiritur subiecto suo cō
plexio quæ est qualitas secunda faciens illam mensurā qua-
litatis primo conseruari, quia inclinat ad talem mensurā &
est fiens q̄diu est in subiecto quod merito complexiōis quę
est qualitas secūda inclinatur ad retinendum gradum illius
qualitatis, & non ad maiorem. Et hoc probo supponendo
q̄ solum tunc est mala complexio mansiua, cum corrupta ē
complexio principalis membri, & illa complexio mansiua
est facta sicut principalis. Ista suppositio est Aui. ad literam
secūda primi cap̄. de causis doloris absolute sic dicētis. Ma-
litia autem complexionis mansiuę nullo modo efficit dolorē
nec sentitur. Et assignando causam subdit. Veluti si complo
mala, quia iam est in substancia membrorum mansiua cor-
rumpit complexionem principalem et facta est ac si ipsa eēt
principalis, quia est mansiua. Ideo apud Aui. sequitur q̄ cor
rumpit complexionem principalem, & ipsa est facta sicut
principalis. Et hoc quidem intendit Aui. prima quarti cap̄.
de signis hecticæ cum dixit. Et est habens ægritudinem nō
vehementer discernentem illud quod in eo est de caliditate,
quandoq; est facta complexio membro conueniens. cōstat
enim q̄ non est magis conueniens q̄ putrida vel ephemera
respectu vitæ vel perficiendarum operationum, sed dicitur
membro conueniens, quia proportionata principali comple
xioni membri quæ est qualitas secunda acquisita illi mem-
bro & requirens tantum actualem calorem cum proportio-
nata mensura sanguinis & spūum. Nec video aliam expositi
tionem illi loco cōuenientem. Et ad hunc sensum dicit Aui.
sexto naturaliū cap̄. de tactu. q̄ cōplexiones malę non sentiū
tur quando per eas corruptę sunt naturales & ipse factę sunt
quasi naturales. vbi sic inquit. Complexiones. n. malæ con-
quiescunt post q̄ corrumpunt complexiōes naturales, ita q̄
hæ manifeste factę sunt quasi naturales non sentiuntur, & ṗ
pter hoc non sentitur calor hecticorum q̄uis multo fortior
sit q̄ calor tertianorum. Sed si naturales habuerint adhuc eē
illę extraneæ quę aduersantur sentiuntur. Et simile huic vult Auer.
Auer. 3. colliger cap̄. de causis accidentium. sensus tactus cū
vult q̄ mala complexio diuersa sentitur per remotionē bo-
næ complexionis quæ est in membro, sed mala complexio
facta non sentitur, quia bona complexio in illo membro est
corrupta. Suppono secundo q̄ solum tunc est mala com-
plexio diuersa vel fiens quando talis qualitas quę ē mala cō-
plexio est in subiecto in quo est bona complexio fixa illi cō-
traria. hæc suppositio patet ex Aui. secunda primi cap̄. alleg.
sæpe de causis doloris vbi sic dixit. Per malitiam autem cō
plexionis diuersæ intelligimus vt membra in sui substantia
complexionem habeant mansiuam, deinde adueniat eis cō
plexio extranea huic contraria, ita vt fiat plus calida aut fri-
gida q̄ erat. Et idem pōt colligi ex auctoritatibus statim al-
legatis de differentia diuersæ & mansiuę complexionis. Ex
his facile probatur conclusio in mala complexione æquali ē
corrupta complexio principalis illius membri, & cum ma-
la complexione diuersa nō est corrupta, immo remanet. Et
ista duo non possunt verificari nisi loquendo de complexio-
ne quę est qualitas secunda q̄ sit corrupta quando est mala
complexio fixa vel mansiua, & quę non est corrupta, quādo
est mala complexio fiens. igitur malam complexionem vt
caliditatem dicimus diuersam fixam, quia corrupta est cō-
plexio quæ est qualitas secunda quæ inclinabat ad illius ca-
liditatis corruptionem, & genita est complexio quę est qua-
litas secunda alia ab illa priori quæ inclinat ad eius conserua
tionem. Et tunc dicimus esse malam complexionem fientē
quando talis qualitas secunda inclinans ad eius fientis corru
ptionem non est corrupta, immo est illi fienti effectiue & uir
tualiter contraria quod fuit probandum. Q. hoc non potest
saluari nisi modo dicto, probatur, quia si per talem comple-
xionem quę corrupta quando mala complexio est facta in-
telligeremus qualitatem primam vel aggregatum primarum
qualitatum, tunc cum vtraq; mala complexione oportet di-
ci esse corruptam complexionem bonam aliquo istorū mo-
dorum. Aut dicimus corruptam, quia remissam in gradu ita
q̄ aliqua pars eius est deperdita, & hoc modo est corrupta
complexio in vtraq;, tam. n. propter malam complexionē
diuersam q̄ propter æqualem vel fixam est gradus aliquis

præcedentis qualitatis contrariæ remissus aut corruptus, & sic totius aggregati ex omnibus primis. Aut dicimus tunc solum esse corruptam quando formaliter complexio secundum suam quālibet partem corrupta est, & hoc modo nec in manifesta complexione facta nec in fiēte est corrupta cōplexio præexistens sumendo complexionē pro qualitatibus primis vel aggregato ex eis. Constat.n.q; in hectico est aliquid pristinæ caliditatis & pristinæ frigiditatis, & similiter in tertianario cum nullus istorum habeat in summo aliquā primam qualitatem. Aut.3. intelligimus aliquam bonam complexionem esse corruptam quando desinit esse bona & sufficiens ad operationes perficiendas, & tunc etiā in vtraq; mala complexione esset corruptio, quia vtraq; non sufficit ad operationes sanorum perficiendas. Aut quarto dicit corrupta complexio præexistens quia facta inconueniens & impossibilis vitæ, & hoc modo non esset corrupta in mala cōplexione facta nec in fiente, quia utraq; stat cum vita. Cum igitur non videatur alius modus secundū quem debeamus intelligere complexionem præexistentem remanere in mala complexione fiente & eam esse corruptam in mala complexione facta, sequitur q; hęc nullo modo saluari possunt nisi intelligendo de complexione quæ est qualitas secunda mērito cuius conueniens est membro hæc vel illa qualitas primæ mensuræ, & hoc intendebam probare, & hoc modo responsum sit ad primam difficultatem.

Côplō corrupta q̄drupliciter.

Secunda difficultas est. Vtrum omnis mala complexio fiens loquendo large de fiente pro qualitate dependente in conseruari in subiecto nato sentire existens deducto impedimento causet sensationem. Et arguitur negatiue. Primo sic. mala complexio fiēs non causat sensationem per partem futuram fieri, nec p partem facta, igitur non causat sensationem. Assumptum pro prima parte patet, quia pars futura fieri non est nec fit igitur non causat sensationem. Pro secunda vero parte probatur, quia sensatio non fit in sensu tactus nisi pro quanto transmutatur, et per consequens nō fit nisi per qualitatem ad quam transmutetur, sed subiectum non transmutatur ad partem factam de fiente, quia iam ad illam est trāsmutatio. igr̄ &c. Et ex hoc argumento concludi potest q; nulla mala complexio fiens est causa sensationis vel doloris in subiecto suo ꝓprio. Secundo arguitur sic. nulla complexio subiectiue existens in membro sensatione sentitur a suo subiecto adæquato. igitur nulla mala complexio fiens hoc modo a suo subiecto sentitur, et per consequens modo facit sensum. assūmptū patet primo, quia sensus debet esse denudatus a natura sensati, quod non esset si propriam qualitatem sentiret. Secūdo quia æque calidum non sentimus & hoc modo nisi, quia sensus non sentit caliditatem sibi ęqualem propter hoc ille multo magis non sentit propriam caliditatem. Tertio sic. si sensus sentiret caliditatem fientem in eo subiectiue existentem, sequeretur q; alijs paribus quāto qualitas fiens esset intensior & non naturalis magis sentiretur, quia fortius esset ibi obm. consequens est falsum, & contra experientiam, q̄a ingredientes balneum calidum cum primo ingrediūtur sentiunt fortiter caliditatem & in pricipio parum est ingressum de caliditate in membrum. In processu autem cum diu steterunt non ita illam percipiunt, & in processu multo magis sunt calefacti, & tamen tota illa caliditas quæ in balneo acquiritur est fiens cōtinue. aliter.n. fierent hectici quod est falsum. patet igitur q; quando caliditas fiēs est in membro intensior sensatio fit remissior alijs paribus. Quarto sic. caliditas fiens est in membro sensus non impedito præcise ęque intensa sicut caliditas in causa ipsam conseruante aut producente & vniformis, igitur caliditas aliqua fiens non sentitur, consequentia est bona, & assumptum est possibile, igitur & consequens. Q; consequentia sit bona probo, quia si caliditas fiens est similis caliditati causæ conseruantis membrū, in tali caliditate est perfecte assimilata causæ. sed quādo est perfecte assimilata cessat sensatio & passio sensus, vt dixit Gal. in libello de malitia complexionis diuersæ loco supra allegato. ergo &c. Confirmatur, quia si subiectum est perfecte assimilatum agenti cessat actio agentis hoc cessante cessat sensatio vt patet ex prædictis; quia sensatio tactiua consistit in motu & alteratione vt patet ex multotiens dictis hic & auctoritate Gal. & Hippo. & Auic. Sed q; assumptum sit possibile ego probo sic, in membris sor. potest esse cum sua naturali complexione nunc existente caliditas remissa. verbi gratia. vt vnum & caliditas fiens intensa vt tria, igit̄ cū illa potest esse caliditas vt duo per totum vniformis. probo consequentiam, quia si potest esse caliditas difformis vt tria intensa, igitur stabit membrum cum caliditate fiente in aliqua parte eius habente caliditatem intensiorem q̄ vt duo. Et sequitur plus est ea caliditas fiens difformis in membro vt vnum, igitur potest esse caliditas fiens in dicto membro quamuis in aliqua parte eius esset caliditas remissior q̄ vt vnum. & istæ duæ consequentiæ facile ꝓbantur, quia si est caliditas fiens ut tria difformis oportet aliquam esse partem secundum se totam habentem partem caliditatis fiētem intensiorem q̄ vt duo vt constat. Et pariter probatur secunda consequentia. & principalis consequentia patet per hoc q; si parti & membro non repugnat cum sua complexione naturali recipere caliditatem intensiorem q̄ vt duo per totum, nec repugnat recipere minorem, sequitur q; nō repugnabit recipere æqualem. Ex his patet q; possibile est in mēbro aliquo esse caliditatem fientem vniformem, & possibile est istam conseruari a causa æqualis gradus, quia cōseruatio fit a simili. ergo totum assumptum est possibile. s. q; caliditas est fiens in membro sensitiuo & vniformis & æqualis gradus cum gradu caliditatis tunc ipsam conseruantis. Restat modo probare q; possibile est in aliquo membro esse caliditatem primi gradus fientis, & in eodem possibile est esse caliditatem tertij gradus fientis, & hoc patet quia cum quis in hyeme se balneat & infunditur super ipsum aqua primę cafæ balnei calefit ab illa, sed cum ingreditur secūdam cafam & ibi corpus moratur fit corpus eius calidius aqua quæ erat in prima cafa intantum q; si superfundatur illa in sinu rigebit præ frigore percepto. pone igitur q; caliditas illius aquæ sit vt duo: & caliditas quę primo corpori acquiritur dum in illa lauatur sit vt vnum. & caliditas acquisita in secunda cafa sit vt tria. patet veritas assumptorum. nam istæ caliditates in balneo acquisitæ sunt fientes. & totum patet ex Auic. secunda primi cap̄. de causis doloris absolute. Vltimo in isto casu de homine balneato in secūda cafa balnei quousq; fit calidior est in naturali complexione cutis qui nunc infunditur in aqua primæ cafæ & percipitur frigus fiens in membris: arguitur q; non percipit secundum illam partem propriam caliditati, tunc.n. simul in eodem obiecto vniformi secundum vnam & eandem partem sentiret caliditatem & frigiditatem quod est impossibile, puta ex seipso, & vltra q; pro tempore pro quo ab illa aqua infundatur non sentit calorem in parte illa, sed continue per illud tempus est complexio calida fiens. igitur aliquando est complexio in membro non impedito a sensu. & tamen non sentitur ab illo.

In oppositum videtur esse Auicē. & Gal. & Auer. & fere omnes medicinæ auctores notabiles. Nam Aui. secunda primi cap̄. sæpe allegato. dixit de malitia complexionis diuersæ. Et virtus sensibilis rei aduenientis sentiret contrarię. vbi videtur uelle q; in generali mala complexio diuersa sentiat. Et clarius habetur hoc sexto naturalium parte secunda cap̄. de tactu. nam ibi dicit. Sed si naturales cōplexiones adhuc habuerint esse illę extraneæ sentientur, sed in omni mala cōplexione fiente complexio naturalis membri habet esse vt dictum est supra. igitur omnis mala complexio diuersa sentitur. Et idem secunda primi capitulo alleg. in assignando causam q; calor tertianariorum sentitur, & non calor hecticorū non videtur innuere nisi quia calor tertianæ pēdet ab extrinseco & est in subiecto in quo adhuc remansit sua naturalis complexio. Vnde sic dicit. Et tertianæ calor est veniens a vicinitate calidi humoris ad membra in quibus adhuc naturalis ipsorum complexio ita conseruata est q; si humor recesserit membrum remanebit in sua naturali complexione, nec

calor

calor ille in eo figetur nisi ægritudo in hecticam mutata fue-
rit, modo constat q in hoc conueniunt omnes malæ comple
xiones fientes, ergo omnes sentiuntur, aut ista nõ est sufficiẽs
causa. Et Gal. in lib. de mali. complexionis diuersę dixit. Nul
la vero reliquarum febrium existit & aliarum ab hectica q̃
patiens eam non sentiant. & huius nulla est causa nisi qa sunt
malæ complexiones fientes. ergo omnis mala complo fiens
sentitur. In isto dubio videtur mihi q secundum mẽtem
